φαῖς (26), σώζειν ἐκέλευε· καὶ διπλοῦν ἔστησας τρόπαιον, τοῦ δευτέρου νικῶντος τὸ πρότερον. Τὸ μὲν γὰρ κρατῆσαι πολεμίων, ἴσως ἂν καὶ τύχης γένοιτο μόνης· τὸ δὲ τοῖς προλαβοῦσιν ἀκόλουθα προσθεῖναι τὰ δεύτερα, τοῦτο καὶ τὴν τῆς μάχης ἐπεκόσμησε νίκην, καὶ μόνης ἀρετῆς τοῦτό γε τὸ τρόπαιον Οὐχ ὥσπερ Φίλιππος ὁ Μακεδὼν ὄντως (27) καὶ βάρβαρος καὶ ταῖς Ἑλληνικαῖς συμφοραῖς ἐνακμάζων ἀπάτῃ καὶ δόλῳ δύο καὶ τριάκοντα Χαλκιδικὰς πόλεις ἑλών, οὕτως ἀνεῖλες ὠμῶς, ὡς διαλαθεῖν εἰ γεγόνασι πρόσθεν· καὶ σιωπῶ τοὺς σοφωτάτους Ἀθηναίους, ὅπως Μηλίους καὶ Σκιωναίους [9] διέθηκαν. Σὺ δὲ, δικαίας ἀφορμὰς τῆς κατὰ τῶν ἀδικούντων ὀργῆς εἰληφὼς, οὐχ οὕτως μετῆλθες, ὦ βασιλεῦ· ἀλλ', οἷα πατὴρ ἀγαθὸς (28), ὡς σεαυτὸν ἐκάλεις, σωφρονεῖν μόνον παιδεύσας, καὶ πόλιν (29) ἐδίδους ἣν αὐτὸς ἐδημιούργησας, καὶ χώραν εὐδαίμονα [10] καὶ νῦν δεόντως χρῶνται τῇ (30) Ῥώμῃ, καὶ τῶν ἄλλων (30-31) προβέβληνται. Πρέπων οὗτος βασιλεῖ κόσμος καὶ πάσης κρείττων ἐλπίδος. Καί μοι δοκεῖς Ἀλέξανδρον ἐκεῖνον βασιλικῷ φρονήματι παρελθεῖν· ὃς, ἐπειδὴ τὸν Ἰνδὸν νικήσας εἶχε (32) τῇ μάχῃ, σύμβουλον αὐτῷ ἐπεποίητο τὸν πολέμιον, ὅπως αὐτῷ δέοι κεχρῆσθαι· τοῦ δὲ « βασιλικῶς » εἰπόντος, ἠρώτα μή τι προστιθέναι μέλλει τῇ συμβουλῇ· ὡς δὲ δι' ἑνὸς ῥήματος πᾶσαν ἔφη τὴν ἀρετὴν δεδηλῶσθαι, αἰδεσθεὶς, οἶμαι, τὴν παραίνεσιν, ἴσως ἄκων ὤφθη φιλάνθρωπος. Σὺ δὲ φύσει τὸ καλὸν ἐπιστάμενος, οἴκοθεν εἶχες τὴν συμβουλήν· καὶ χάριν ἴσασιν ἡττηθέντες, οἶμαι, καὶ μίαν ἡγοῦνται συμφορὰν τὸ τοιοῦτον ὄντα λελυπηκέναι.

prius vincitur. Vincere enim hostes fortasse etiam per solam fortunam contigerit; sed prioribus altera adjicere, hoc pugnæ victoriam ornat, et unius virtutis hoc tropæum est. Non, quemadmodum Philippus, vere Macedo et barbarus, et Græcorum calamitatibus florens, fraude et dolo expugnatis duobus et triginta oppidis Chalcidicis, sic crudeliter illos sustulisti, ut incertum sit, num antea fuerint. Taceo sapientissimos Athenienses, quomodo Melienses et Scionenses tractaverint. Tu vero, quem ad iram adversus hostes justæ impellebant causæ, non talem, imperator, ultionem sumpsisti. Sed quemadmodum pater bonus, ut ipse te appellabas, tantum modeste agere eos docuisti, et urbem a te ædificatam donasti et regionem fecundam. Et jam, ut oportet, fortitudine utuntur, et alios protegunt. Decet hic imperatorem ornatus et omni spe major est. Et mihi videris Alexandrum illum animo regio superare; qui, postquam Indum pugna vicerat, hostem consulebat, quomodo se tractari oporteret? quo respondente: « Regie, » iterum quærebat, num quid adjicere vellet huic consilio? Cum vero is uno verbo se totam virtutem indicasse diceret, motus, puto, exhortationis pudore, fortasse invitus humanum illi se præbuit. Tu vero ex ingenio tuo pulchri gnarus, proprio usus es consilio. Et grati sunt victi, et hoc unum dolent, talem a se læsum esse.

ΙΑ'. Οἶμαι μὲν οὖν εἰ καὶ μόνα ταῦτα λέγειν ἦν ἐμοὶ, πρὸς ἱκανὸν πέρας ἀφῖχθαι τὸν λόγον, καὶ οὐ μετρίως τοῖς εἰρημένοις φιλοτιμεῖσθαι. Νυνὶ δὲ πρὸς τὴν τοῦ βασιλέως ἀρετὴν φιλονεικοῦντες οἱ λόγοι δεινὸν ἡγοῦνται καὶ πάσης ἀνανδρίας μεστὸν, εἰ μηδὲ λέγειν ψιλῶς καρτεροῦσιν, ἃ τοῖς ἔργοις εὖ ποιῶν ἐκεῖνος οὐ δυσχεραίνει τῷ πλήθει καὶ παύεται. Δυοῖν γὰρ ὄντοιν ἐν ἀνθρώποις καιροῖν, εἰρήνης τε καὶ πολέμου, πρὸς ἀμφότερα μερίζει τὴν ἀρετὴν, καὶ μέτεισιν ἑκάτερον, ὡς αὐτὸ μόνον εἰδὼς, θατέρου δὲ μηδὲν ἐπιστάμενος. Καὶ τῆς μὲν ἐν πολέμοις ἀνδραγαθίας ἱκανὰ δείγματα περὶ ὧν λέγων ἐπαυσάμην ἀρτίως· τῶν δὲ κατ' εἰρήνην ἀγαθῶν μέγιστον ἐκεῖνο, καὶ πολλῶν τῶν κατὰ μέρος αἴτιον, καὶ ὃ μάλιστα πρὸς εὐδαιμονίαν ἄγει τὰς πόλεις· ἐξ οὗ γὰρ ἄρχεσθαι πεφύκασιν ἄνθρωποι, καὶ βασιλέως προῆλθεν ὀνομά τε καὶ πρᾶγμα, τῶν κρατούντων ἕκαστος, ἀπορῶν δι' ἑνὸς σώματος πανταχῇ παρεῖναι

XI. Credo equidem, si hæc tantum dicenda haberem, ad sufficientem finem venisse orationem, rebus expositis non mediocriter ornatam. Nunc vero imperatoris virtutem æmulans non ferendum esse arbitratur, remque omnium ignavissimam, si ne eloqui quidem valeat ea, quæ ille dum agit propter multitudinem non fatigatur. Nam cum duo sint apud homines tempora, pax et bellum, ita ille dividit virtutem, ut utrumque administret, quasi id solum didicerit, alterius ignarus. Et fortitudinis in bellis documenta satis multa ea suppeditant, de quibus modo dixi: nunc vero de eo dicendum, quod pacis bonorum maximum est, et multorum deinceps causa, et quod maxime ad felicitatem adducit civitates. Nam ex quo imperari hominibus cœptum, et regis nomen et imperium natum est, unusquisque regnantium, cum uno corpore omnibus sibi subjectis adesse non possit, per eos qui imperii

VARIÆ LECTIONES.

[9] Σκιωναίους R., Σικυωναίους ed. [10] δαίμονα ed.

ANSSII VILLOISONIS NOTÆ.

(26) Ταῖς ἀδελφαῖς, id est ταῖς λοιπαῖς ἀρεταῖς.

(27) Male in cod. ὄντος.

(28) Lege: οἷα πατὴρ ἀγαθὸς, ὡς σεαυτὸν ἐκάλεις σωφρονεῖν μόνον παιδεύσας.

(29) Forte hic vox omissa est, ut πόλιν, vel quid simile; vel potius legendum καὶ πόλιν pro καὶ πάλιν.

(30-31) Restitui τῇ, quod in cod. ante τῶν ἄλλων exciderat.

(32) Forte εἶλε pro εἶχε. Suspicarer Procopium hoc Pori exemplum ideo potissimum protulisse, quod unus ex Isaurorum ducibus vocabatur Indus, nisi hic supplicio affectus et minime βασιλικῶς tractatus fuisset.

Digitized by Google

partem administrant, civitas continet ; et per illos A benefacta tribuens omnibus adesse videtur, et quod natura efficere non potest, id facere conatur prudentia. Hæc igitur ab initio bene constituta spurii quidam homines et ad regiam dignitatem præter jus evecti, lucrum privatum e re publica imperii quærentes, perverterunt, et utilia damnosa fecerunt. Tanquam enim negotiantes vendebant magistratus, et videre poteras sub magistratus titulo vendi provincias iis, qui pecunias dare et accipere vellent, non qui recte agere scirent. Quapropter simul atque in provinciam venissent, id agebant cujus rei causa aderant, et e publica calamitate magistratus locupletabantur.

XII. Sed ex quo tu civitates nobis nutu sustentas, cognovimus, divitiarum insatiabilem amorem, qui justitiam apud homines habitare non sinit, non omnia, ut videbatur, vincere, imo vero præter ex- B spectationem eum aliquando superari. Et tamen propter hunc pater filium prodit, uxor virum, et gentes invicem arma capiunt. Tu vero cum assides tribunali, ante oculos versatur justitia, et tanquam ea cernente, judices in suffragia mittis. Atque tuam sententiam sibi conciliat non qui aurum offerat, sed virtute dives, qui homines felices reddere noverit. Lysander vero, licet Spartanus, et propter res feliciter gestas animo elatus, factis Spartanum mentitus est : cum enim magistratus non ut par erat conferret, cæde et turbis Græcorum gentem implevit, et unius consilio civitates misere vivebant.

XIII. Sed unum vel alterum, quo totam adjuvit C rem publicam, ubi dixero, tunc ad ea quoque orationem convertam, quæ in singulos munifice fecit. Namque scitis ipsi, — atque ut tranquilla me audiatis mente vos rogo, — tributum quoddam acerbum quasi malum horrendum certis temporibus invasisse civitates, singulosque cives corripuisse, alienum a justitia, infaustum subditis nomen, aurum et argentum uno verbo comprehensa. Homines enim operarii, victu quotidiano egentes, qui omnem vitæ spem in manibus repositam haberent, hi quasi sudoris et miseriarum mercedem solvebant: et hoc præter fortunam illos premebat. Agricola circa arbores ingemiscebat : duplici enim infortunio afficiebatur, et labores corpore perferendo, et D ærumnas secum commemorando. Piscator apud

τοῖς ὑπηκόοις, διὰ τῶν κατὰ μέρος ἀρχόντων συνέχει τὰς πόλεις, διὰ τούτων εὐεργετῶν πᾶσι παρεῖναι δοκεῖ· καὶ ὅπερ ἐκλείπει τῇ φύσει, μηχανᾶται τῇ γνώμῃ. Ταῦτα τοίνυν ἐξ ἀρχῆς οὕτω καλῶς ἐγνωσμένα νόθοι τινὲς ἄνθρωποι καὶ παρέγγραπτοι τῇ βασιλείᾳ, κέρδος ἴδιον τὴν κοινὴν πολιτείαν πεποιημένοι, διέφθειράν τε καὶ πρὸς τοὐναντίον τῆς χρείας μετέβαλον (33)· ὡς γὰρ οἱ ἐμπορίας τινὸς προεστηκότες, τὰς ἀρχὰς ὠνίους ἐποίουν· καὶ ἦν ἰδεῖν ἐν ἀρχῆς σχήματι πιπρασκομένας τὰς πόλεις τοῖς χρήματα δοῦναι καὶ λαβεῖν ἐγνωκόσιν, οὐ τοῖς εὖ ποιεῖν δυναμένοις. Τοιγαροῦν ἅμα τε ταῖς πόλεσιν ἐπεδήμουν, καὶ ἐφ' ᾧ παρῆσαν ἐπράττετο (34), καὶ τῆς [11] κοινῆς συμφορᾶς οἱ τῶν ἀνθρώπων ἡγεμόνες ἐπλούτουν.

ΙΒ'. Ἐξ οὗ δὲ ἡμῖν τὰς πόλεις ἀνέχεις τῷ νεύματι ἔγνωμεν ὡς ὁ τῶν χρημάτων ἄπληστος ἔρως, ὁ τὴν δίκην ἀπείργων παρ' ἀνθρώποις ἐνδιαιτᾶσθαι, οὐ πάντα νικᾷν, ὡς ἔοικεν, εἶχεν, ἀλλὰ γάρ ποτε καὶ παραδόξως ἡττᾶσθαι. Καίτοι διὰ τοῦτο (35) πατὴρ μὲν προδίδωσι παῖδα, γύναιον δὲ τὸν ἄνδρα, καὶ τὰ γένη κατ' ἀλλήλων ὁπλίζεται. Σοῦ δὲ παρακαθημένου τῷ βήματι (36), πρὸ μὲν τῶν ὀφθαλμῶν ἡ δίκη. Ὥσπερ δὲ ταύτης ὁρώσης μέλλουσι δικασταῖς ἐπιφέρεις τὴν ψῆφον· καὶ εἷλέ σού τις τὴν γνώμην οὐ χρυσὸν προτεινόμενος, ἀλλ' ἀρετῇ πλουτῶν, καὶ μεταβάλλειν ἀνθρώπους εἰς εὐδαιμονίαν εἰδώς. Ὁ δὲ Λύσανδρος, εἰ καὶ Σπαρτιάτης ἦν, καὶ σεμνὸν ἐφρόνει διὰ τὰ πρώην εὐτυχηθέντα, ἀλλὰ τοῖς ἔργοις τὸν Σπαρτιάτην ἐψεύδετο· τὴν γὰρ τῶν ἀρχόντων αἵρεσιν οὐ προσηκόντως ποιούμενος φόνου καὶ ταραχῆς τὸ τῶν Ἑλλήνων ἐνέπλησε τὸ γένος, [καὶ δι'] ἑνὸς γνώμην ἐδυστύχουν αἱ πόλεις.

ΙΓ'. Ἀλλὰ γὰρ ἓν ἢ δεύτερον εἰπών, ἔτι τῆς κοινῆς καὶ κατὰ πάντων εὐεργεσίας ἐχόμενον, οὕτω καὶ πρὸς τὴν κατὰ μέρος φιλανθρωπίαν πέμψω τὸν λόγον. Ἴστε γάρ, — καί μοι μηδεὶς ταραττέσθω τὴν γνώμην, — ὡς φόρος τις δυσχερὴς ὥσπερ τι τῶν δεινῶν ἐκ περιόδου ταῖς πόλεσιν ἐπετίθετο, καὶ διὰ πάντων ἐφοίτα, πρόφασιν δικαίαν οὐκ ἔχων, ὄνομα δυστυχὲς τοῖς ὑπηκόοις, χρυσὸς καὶ ἄργυρος (37) εἰς μίαν ἐλθόντες προσηγορίαν. Ὅσοι γὰρ ἀνθρώπων αὐτουργῶν [12] τε καὶ τῶν καθ' ἡμέραν ἐνδεεῖς, καὶ ταῖς χερσὶ πᾶσαν ἐλπίδα πεποιημένοι τοῦ βίου, ὥσπερ ἰδρώτων καὶ δυστυχίας μισθὸν ἐτέλουν· καὶ τοῦτο μετὰ τῆς τύχης αὐτοῖς ἐπετίθετο. Ἔστενε γεωργὸς περὶ τὰ δένδρα (38)· διπλῆν γὰρ εἶχε τὴν συμφοράν, καὶ πονῶν τῷ σώματι, καὶ μεμνημένος τῶν λυπηρῶν· ἁλιεὺς παρὰ τὴν θάλατταν ἠφίει τὸ δί-

VARIÆ LECTIONES.

[11] καὶ διὰ τῆς conj. N. αὐτουργοῦντες καὶ N.

ANSSII VILLOISONIS NOTÆ.

(33) De hoc cf. Cl. le Beau t. VIII, p. 347 seq.

(34) Vendebatur.

(35) Lege διὰ τοῦτον, nempe, ἔρωτα χρημάτων.

(36) In cod. ῥήματι, et alia manu supra τὸ ῥ scriptum est β.

(37) Scilicet vocabatur χρυσάργυρος. Cf. Cl. le Beau, t. VIII, p. 345, qui videndos indicat Evagr. l. III, c. 39, p. 368; Theodorum, l. XXI ; Theophan. p. 123 ; Anastas. p. 50 ; Cedren. p. 357, 358, 363 ; Zonar. p. 54 ; Glycam, l. IV, p. 265. 266; Manass. p. 63 ; Suidam voce Τιμόθεος ; Pagi ad Baronium ; Asseman, *Bibliothec. Oriental.* t. I, p. 268, 269.

(38) Mallem παρὰ τὰ δένδρα, ut infra ὁ ἁλιεὺς παρὰ τὴν θάλασσαν.

Digitized by Google

κτυον (39), θήραν εὐχόμενος λαβεῖν, ἧς μεθέξουσιν ἕτεροι. Ἔμπορος δέ τις (40), μετὰ χειμῶνα καὶ θάλατταν καὶ τύχην ἀγρίαν μόλις τῆς γῆς ἐπιβάς, καὶ πόλιν ἰδὼν, οὐκ ἄμισθον εἶχε ταύτης τὴν θέαν. Καὶ τί δεῖ λέγειν τοὺς ἄλλους (41) ; αἱ γὰρ ἐπὶ τῶν οἰκημάτων (42) γυναῖκες, δνειδος ἀναγκαῖον λαχοῦσαι τὸν βίον, οὐδὲ τὸ δυστυχεῖν ἐπ' ἀδείας ἐκέκτηντο, ἀλλ' ὤνιον ἐποιοῦντο τὴν τοῦ σώματος ὕβριν· καὶ τοῦ μὴ σωφρονεῖν μισθὸς κατεβάλλετο· καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, ἐκ τῶν κοινῶν ἀτυχημάτων ὁ τοῦ βασιλέως θησαυρὸς ἐπληροῦτο. Ταῦτα τῶν πρὶν κρατούντων τινὲς δόξαντες εἶναι φιλάνθρωποι ἠλέουν μὲν, βοηθεῖν δὲ οὐκ εἶχον (43)· ἀλλ' ἐδουλήθησαν μόνον, καὶ μέχρι τούτου τὴν ἀρετὴν ἐνεδείξαντο· τὸ δὲ πρὸς ἔργον ἐκφέρειν μετὰ τῶν ἀδυνάτων ἐθαύμαζον· ἔδει γὰρ σοὶ καὶ τοῦτο τηρεῖσθαι καὶ σὸν ἔργον γενέσθαι μετὰ τῶν ἄλλων, ὅπως ἀρετὴ μὴ λανθάνῃ τοσαύτη μὴ παρόντων αὐτῇ πρὸς ἀξίαν, δι' ὧν ἑαυτὴν ἐπιδείξεται. Ὅθεν παντὸς ἀτόπου κέρδους (44) ἔννοιαν παριδὼν, καὶ ζημίαν θαυμάσας ἐπαινουμένην, ἠβουλήθης, ἐπένευσας, εἰς ἔργον ἀφίκετο. Καὶ οὐδὲ μέχρι τούτου τὰ τῆς εὐεργεσίας ἡμῖν· ἀλλ' οὐδὲ τοῖς μετὰ ταῦτα πονηροῖς γενέσθαι πάλιν ἐπέτρεψας· πᾶσα γὰρ περὶ τούτου συγγραφὴ πυρὸς ἔργον ἐγένετο· καὶ μετὰ τῶν λυπούντων ἡ τούτων ἀνῄρηται μνήμη. Ταῦτα (45) γὰρ προσέταττες ὥσπερ Ὕδρας κεφαλὰς ἐκκαίειν (46) ὅπως μὴ πάλιν ἀνίσχῃ, τὸν σὸν Ἡρακλέα μιμούμενος.

A mare cum rete demitteret, jactum optabat, cujus pars in aliorum cederet lucrum. Mercator autem exantlatis tempestatis et maris periculis et fortuna sæva, ægre in terram egressus, et urbem conspiciens, ne hujus quidem aspectu gratis fruebatur. Quid opus est cæteros commemorare ? cum ne ipsæ quidem meretrices in lupanaribus prostantes, vitæ opprobrium non evitandum sortitæ, in turpitudine despectæ vitæ vacarent injuriis : sed cum vendendam proponerent corporis contumeliam, impudicitia mercede redimebatur. Ut brevi præcidam, ex publica calamitate Augusti thesaurus implebatur. Quare cum ex prioribus imperatoribus nonnulli, qui humanitatis laude florent, misericordia afficerentur, mali tamen medelam inveniebant B nullam. Sed optabant tantummodo, et ita virtutem suam ostendebant. Rem vero conficere, id tanquam supra humanas vires positum admirabantur. Oportebat enim et hoc tibi reservari et abs te perfici cum cæteris, ne tanta lateret virtus, deficientibus magni momenti rebus quibus se ostenderet. Itaque neglecta omni turpis lucri cogitatione et jacturæ cum laude conjunctæ cupidus, voluisti, rem fieri jussisti, et facta est. Nec vero intra hos fines tua in nos benevolentia se continuit, sed ne iis quidem, qui post regnabunt, pravis esse concessisti. Tota enim de ea re scriptio igne consumpta, et una cum illa peste ejus memoria deleta est. Eam enim quasi Hydræ capita exuri jussisti, ne rursus enascerentur ; quo Herculem tibi cognatum imitatus es.

ΙΔ'. Πρώην μὲν οὖν Ἀριστείδης οὐκ εἰωθότας φόρους τάξας τοῖς Ἕλλησι, ὡς τι μέγα κατορθώσας, τὴν τοῦ Δικαίου προσηγορίαν ἠνέγκατο· καὶ τὸν Ἀριστείδην τις εἰπὼν πάντως προσετίθει τὸν δίκαιον. Σὺ δὲ φόρους οὕτω μεγάλους, ὥσπερ Ἐριννύν τινα κοινὴν (47), μεταστήσας τῶν ὑπηκόων, τίνος

C XIV. Olim Aristides tributis insolitis inter Græcos describendis, quasi rem magnam perfecisset, Justi cognomen accepit, et Aristidem, si quis appellaret, utique adjiciebat, justum. Tu vero tributa tam grandia quasi communem quamdam Erinnyn cum a subditis removeris, quonam cognomine

ANSSII VILLOISONIS NOTÆ.

(39) Subauditur ἔστενε; nisi potius legendum sit : παρὰ τὴν θάλατταν ἠφίει τὸ δίκτυον.

(40) Male in cod. δὲ τῆς ; ut infra τῆς γῆς pro τῆς γῆς.

(41) Imo singulis jumentorum, asinorum., pecorum, neque canum etiam exceptis capitibus impositum erat hoc tributum. V. Cedrenum, p. 337 et Zonaram, l. xiv, p. 54. Nescio cur Tillemont *Histoire des empereurs*, t. VI, art. v, p. 341, dicat : *Je me fierois peu à ce que Cédrène ajoute, p.* 337. *qu'Anastase abolit vers le même temps deux sortes de Chrysargyres* ; nam de uno eodemque Chrysargyro hic loquitur Cedrenus.

(42) Hic, ut alibi passim, τὰ οἰκήματα significant lupanaria. Evagr. *Histor. eccles.* l. III, c. 39, p. 368.

(43) Fecit hoc imperator persuasus a Timotheo poeta, ut narrat Cl. le Beau, t. VIII, p. 346, auctoribus Suida in v. Τιμόθεος, et scholiaste Aristophanis ad Plutum, p. 20, ibidem a Kustero laudato. Conf. et Henricum Valesium, p. 96 Notar. ad Evagrium, l. III, c. 39, ubi describit elegantem Libanii locum in *Oratione contra Florentium*, p. 427, quem hic ante oculos habuisse Procopius videtur. Ante Theodosium Juniorem et Anastasium, Alexander Sever., referente post Lamprid. in ipsius Vita Cl. Tillemontio, t. VI *Histoire des empereurs*, p. 559.

(44) κέρδους. Male in cod. κέρδος.

(45) Forte ταύτας, id est, συγγραφάς, I, pro ταῦτα.

(46) Male in cod. ἐκχαίειν. Cf. Cl. le Beau l. p. 546 seq.

(47) Ἐριννὺν κοινήν. Sic apud Virgil. *patriæ communis Erinnys*. Hunc autem locum sic expressit Choricius oration. in Summum ducem apud D Fabric. *Biblioth. Græc.* vol. VIII, p. 871 : Οἶσθα τὸν νέον, ὃν ἐναγχός μοι συνέστησας, ᾧ γνώρισμα μέγιστον ὁ πατήρ. Οὗτος ἐμοῦ διηγουμένου ὅπως διένειμας τοῖς αὐτοῦ πολίταις τοὺς φόρους, ἀνέμνησέ με τοῖς περὶ σοῦ λεγομένοις Ἀριστείδου τοῦ Λυσιμάχου. Ἐκεῖνος τοῖς νησιώταις τάξας τὸ σύμμετρον, ἣν ἐπεδείξατο τοῖς Ἕλλησιν ἀρετὴν, ταύτην ἔλαχεν ὄνομα· καὶ σὺ τῶν Ἀραβίων ἑκάστῳ τὴν ἐπιβάλλουσαν διώρισας οὕτω μοῖραν, κ. τ. λ., ubi legere mallem οὗτος ἐμοὶ διηγούμενος, quam ἐμοῦ διηγουμένου; nam hic juvenis ex Arabia redux Choricio narrabat quomodo Summus suis civibus Arabibus tributa solvenda descripsisset. In eadem oratione Pausaniam et Lysandrum memorat Choricius, quemadmodum et in hac Procopius. Uterque eodem modo veteres heroas collatos deprimit, ut suum extollat ; uterque eodem modo historias et fabulas nihil ad rem facientes attexere amat. Deni-

Digitized by Google

digne appellari poteris ? Parva enim præ hisce sunt, propter quæ Aristides hominum admirationem excitavit et Pisistratus. Qui postquam decimas pro vectigali Atheniensibus solvendas imposuisset, prope Hymettum per agrum transiens senem Atticum conspexit saxum fodientem et labore deficientem. Misertus igitur, ut par erat, hominis, misit qui ex eo quæreret quos fructus saxum istud ferret. Ille autem graviter suspirans, « Ærumnas, respondit, et malorum multitudinem ; quorum decumæ Pisistrato debentur. » Scilicet tyrannum adesse nesciebat, cum hæc loqueretur. Qui, sermone hominis ad eum delato, miratus patientiam, et magnum aliquid se donare ratus, saxi immunitatem concessit colono : et tanquam virtutis documentum ex illo tempore Immunis cognominatus est agellus ille. Sed quid Pisistratum et unum senem et sterilem illum agrum commemoro potius quam omnium subditorum libertatem, qua operarii adeo omnes præter spem beati evaserunt, et rustici in agris ad laborum solatium tuas canunt laudes ?

XV. Hisce convenienter et illa fecisti, quæ omnem famam superant. Antea enim civitates inhumanos quosdam ludos celebrabant, in quibus, præsente populo, feris tradebantur homines miseri, spectantibus iis quibus ejusdem naturæ affinitate conjuncti essent. Atque delectabatur, nescio quomodo, hominem dilacerari conspiciens, et ne terra quidem ejus cadaver occultari, sed pro sepulcro ferarum corpora illo impleri.

XVI. Porro alterum erat spectaculum, quod ad contrarium prorsus vergebat. Namque pueri, quasi suam naturam in femineam mutantes corporis habitu feminæ videri volebant, et incessu fracto, manumque pro lingua moventes, totum populum libidinoso aspectu ad furorem incendebant. Homines ita instigati, ad certamina et insaniam acti, odio dividebantur, et in se invicem irruebant. His igitur spectaculis quasi macula subditos purgasti. In utroque nunc homines caste agunt, et civitates salvæ sunt.

XVII. Sed ne longius aberrem, hisce missis ad reliqua dicenda me converto. Non enim satis esse putasti communem utilitatem munificentia tua

A ἂν εἰκότως τύχοις προσηγορίας ; μικρὸν γὰρ πρὸς ταῦτα καὶ Ἀριστείδης καὶ Πεισίστρατος, ἐν οἷς ἑκάτερος ἐθαυμάζετο· ὃς δεκάτην τῶν ἐκ τῆς χώρας γενομένων φόρους τάξας τοῖς Ἀθηναίοις, ἐπειδὴ παρὰ τὸν Ὑμηττὸν διερχόμενος Ἀττικὸν εἶδε πρεσβύτην πέτραν ἐργαζόμενον, καὶ τοῖς μόχθοις ἀπειρηκότα, πέπονθεν, ὡς εἰκὸς, ἐπ' αὐτῷ· καὶ πέμψας ἠρώτα, τίνας αὐτῷ καρποὺς ἡ πέτρα κομίζοι· ὁ δὲ καὶ λίαν στενάξας, « Ὀδύνας, ἔφη, καὶ κακῶν πλῆθος· καὶ τούτων τὴν δεκάτην δεῖ γενέσθαι τῷ Πεισιστράτῳ, » εἶπε, παρεῖναι τὸν τύραννον ἀγνοῶν, καὶ εἰς Πεισίστρατον ἦλθεν ὁ λόγος. Καὶ θαυμάσας ἐκεῖνος τῆς καρτερίας, μέγα τι νομίζων δωρεῖσθαι, ἀτελῆ τὴν πέτραν ἀφῆκε τῷ γεωργῷ· καὶ ὡς εἰς μνήμην ἀρετῆς Ἀτελὲς ἐξ ἐκείνου τὸ χωρίον ἐπωνο-
B μάζετο. Ἀλλά τί μοι λέγειν ἐπῆλθε Πεισίστρατον, καὶ πρεσβύτην ἕνα, καὶ δυστυχὲς ἐκεῖνο χωρίον, πρὸς πάντων ὑπηκόων ἐλευθερίαν, ὅθεν καὶ τῶν βαναύσων ἕκαστος παρ' ἐλπίδας εὐτυχῶν, καὶ γεωργὸς περὶ τὰς ἀρούρας παραμυθίαν τῶν πόνων ᾄδει τὰ σά ;

ΙΕ'. Ἀκόλουθα δὲ τούτοις κἀκεῖνα παρέσχου, καὶ πᾶσαν ἀκοὴν νικῶντα τῷ θαύματι. Πρότερον γὰρ θέας τινὰς ἦγον ἀπανθρώπους (48) αἱ πόλεις. Ἄνδρες γὰρ δυστυχεῖς ἐν μέσῳ δήμῳ παρεδίδοντο τοῖς θηρίοις, θεατὰς ἔχοντες τοὺς τὸ συγγενὲς τῆς φύσεως κεκτημένους· καὶ ἦδετό τις οὐκ οἶδ' ὅπως ἀνὴρ ἄνδρα διασπώμενον θεωρῶν καὶ μηδὲ γῇ τὸ σῶμα κρυπτόμενον, ἀλλ' ὥσπερ ἀντὶ τάφου τὰς τῶν θηρίων
C πληροῦντα γαστέρας.

ΙϚ'. Ἑτέρα δέ τις παντελῶς πρὸς τοὐναντίον ἀπένευσε θέα. Ἄῤῥενες γὰρ παῖδες, ὥσπερ τὴν ἰδίαν εἰς γυναῖκας ἀμειβόμενοι φύσιν, γυναῖκες ἤθελον εἶναι τῷ σχήματι, καὶ διεκλῶντο τοῖς μέλεσιν, ἀντὶ γλώττης κινοῦντες τὴν χεῖρα, καὶ δῆμον ὅλον πρὸς ἀσελγῆ θέαν ἐκμαίνοντες· ὅθεν ἐκκαιόμενοι πρὸς ἔριν ἄνθρωποι καὶ μανίαν, ἐμερίζοντο τῷ μίσει, καὶ κατ' ἀλλήλων ὠθοῦντο. Ταῦτα τοίνυν, οἷα δή τινα κηλῖδα τῶν ὑπηκόων ἀπεσόβεις· καὶ κατ' ἄμφω σωφρονεῖ τοῖς ἀνθρώποις ἡ φύσις· αἱ δὲ πόλεις ἐσώζοντο.

ΙΖ'. Ἀλλ' ἵνα μὴ πόῤῥω τοῦ καιροῦ γένωμαι, πέρας τούτοις ἐπιθεὶς, καὶ δὴ πρὸς τὰ λοιπὰ βαδιοῦμαι τῷ λόγῳ. Οὐ γὰρ ἀρκεῖν ἡγήσω μέχρι τῆς κοι-

ANSSII VILLOISONIS NOTÆ.

que facile agnoscitur Choricium sui præceptoris dicendi genus semper expressisse, illiusque orationes in suum succum et sanguinem convertisse.

(48) Ἀπανθρώπους. Sic restitui pro ὑπ' ἀνθρώπους, quod in cod. Cf. Cl. le Beau, l. XXXVIII, t. VIII, p. 348 seq. Tillemont, *Histoire des empereurs*, t. VI, art. IV, p. 538, ed. Venet. : *Il ôta des spectacles publics les combats des hommes contre les bêtes ; à quoi je pense qu'on peut rapporter ce qu'écrit le pape Gélase, qu'il employa son autorité à réprimer les folles passions du peuple pour des choses infâmes.* Quæ quidem potius referenda viderentur ad hæc turpia spectacula, quæ ab Anastasio prohibita nullus alius auctor refert præter nostrum Procopium, sic paulo infra dicentem : Ἄῤῥενες γὰρ παῖδες, ὥσπερ τὴν ἰδίαν εἰς γυναῖκας
D ἀμειβόμενοι φύσιν... δῆμον ὅλον πρὸς ἀσελγῆ θέαν ἐκμαίνοντες κ. τ. λ. Sed Papæ Gelasii, Anastasio imperatori scribentis, verba sic se habent, p. 311, t. V editionis Conciliorum curatæ a doctissimo Nicolao Coleti, dignissimi doctissimorum Coletorum patruo : « Taceo quod pro rebus ludicris populares tumultus nunc etiam vestræ pietatis auctoritas refrenavit. » Unde cum non in hac epistola de rebus turpibus, ut ait Tillemont, sed duntaxat de ludicris agatur, hic a Gelasio respici puto populares illos tumultus, factiones imo et cædes, ob aurigas eorumque ludicra certamina in circo obortas, de quibus Cl. le Beau, ibid. p. 337. Cætera vide apud eumdem, p. 343 seq., ubi narrat horribilem in circo stragem ex hac causa derivatam, in qua 5000 homines trucidati sunt. Conf. eumdem p. 327 et 319.

Digitized by Google

νῆς χρείας τὴν φιλανθρωπίαν ἐκτείνειν, ἀλλ' ὥσπερ εὐεργετεῖν ἀεὶ ποθῶν ἐπισκοπεῖς τοὺς εὖ παθεῖν δεομένους, καὶ ὅσα κατὰ μέρος ἐλύπει τὰς πόλεις. Γνοὺς δὲ ταῦτα προσετίθεις τὸ λεῖπον, καὶ πρὸς τὸ κρεῖττον μεταβάλλειν ἠξίους· καὶ μετεβάλλοντο. Ὧν τὰ πλεῖστα παρεὶς (μείζω γὰρ ταῦτα καὶ τοῦ καιροῦ νικῶντος τὴν χρείαν), ὥσπερ ἐξ ἱερῶν πρέπουσαν ἀρχὴν ποιοῦμαι τῷ λόγῳ.

ΙΗ'. Πόλις ἐστὶν ἱερὰ (49), τῶν πρὸς ἥλιον ἀνισχόντων, πολυάνθρωπος, ἐκ τῆς εὐσεβείας φέρουσα γνώρισμα, καὶ ταῖς θείαις τελεταῖς τῶν ἄλλων προβεβλημένη· ὅθεν εἰς ταύτην φοιτῶσιν Ἰνδοὶ καὶ Πέρσαι καὶ Φοίνικες καὶ Σκυθῶν γένη καὶ τὰ σεμνὰ τῆς Ἑλλάδος, Ἰωνία τε πᾶσα· καὶ ὥσπερ τοῦ τῶν ἀνθρώπων γένους κοινήν τις ἂν εἴποι πατρίδα. Αὕτη τῶν ὑδάτων ἐνδείᾳ μετὰ τῶν οἰκητόρων καὶ τοὺς πανταχόθεν ὄντας ἐλύπει. Τοσαῦτα γὰρ παρεῖχεν, ὅσα τῶν ὄμβρων ἡ τύχη· καὶ ἀντ' ἄλλου τινὸς ὑδάτων θησαυροὺς ἐπεποίηντο· καὶ τὴν ἔνδειαν σοφιζόμενοι πρὸς τὸ δεινὸν οὕτω μόλις ἀντεῖχον. Ἀλλὰ μέχρι σοῦ [13] καὶ τοῦτο πάλιν ἐλύπει· τήν τε γὰρ πόλιν ᾗπου δεῖν τιμᾶσθαι τὰ πρέποντα· καὶ δεινὸν ἡγούμενος διὰ μιᾶς ταύτης πάντας ἀνθρώπους πειρᾶσθαι τῶν δυσχερῶν, ὀχετοὺς ὑδάτων εἰς ὕψος ἐπάρας (50), καὶ εἰς ταυτὸν ἀγαγὼν τὰ μὴ [14] διανεστηκότα τοῖς μετεώροις, καὶ δι' ἀνωμάλου καὶ τραχείας γῆς εὐθεῖαν ὁδὸν διατυπώσας τῷ ῥεύματι, πηγὰς διὰ ταύτης πόῤῥωθεν συνῆπτες· καὶ ἐν αὐτοῖς διαφανῆ καὶ ἄφθονα ῥεύματα πέμπουσι, τῇ τῆς φορᾶς ὀξύτητι νικῶντα τὴν θέαν· ὡς καὶ τοὺς ἀφικνουμένους ἐπ' ἀδείας πανηγυρίζειν καὶ σὺν ἡδονῇ πάντας ἐνδιαιτᾶσθαι.

Ιϑ'. Πάλιν τὰ καθ' ἡμᾶς. Τοῦ Καίσαρος πόλιν ἐπώνυμον, ἀπειρηκότος αὐτῇ τοῦ λιμένος τῷ χρόνῳ, καὶ πρὸς πᾶσαν ἀπειλὴν θαλάττης ἠνεῳγμένου, καὶ μηκέτι σώζοντος τὴν κατηγορίαν τοῖς ἔργοις, ἀλλ' ἐκ τῆς παλαιᾶς τύχης ψιλὸν τοὔνομα κεκτημένου, οὐ περιεῖδες δεομένην καὶ θρηνοῦσαν ἀεὶ τὰς ὁλκάδας, αἳ πολλάκις διαφυγοῦσαι τὸ πέλαγος ἐν τῷ λιμένι τὴν ναυαγίαν ὑπέμειναν. Καὶ οἱ δεόμενοι τῶν φορτίων ἐλεεινότερον εἶχον τὸ πάθος· διαφθειρόμενα γὰρ ἑώρων ὧν ἐν χρείᾳ τυγχάνοντες ἀνόνητον εἶχον τὴν θέαν. Ἀλλὰ γὰρ σοῦ βουληθέντος νεάζει, καὶ θαρσοῦσα δέχεται τὰς ναῦς· καὶ πλήρης τῶν ἐπιτηδείων ἡ πόλις.

Κ'. Παραπλήσιον δέ τι πάθος μικροῦ δεῖν καὶ τὴν Ἀλεξάνδρου κατείληφε. Πύργος γὰρ ἄγαν ὑψηλὸς, παλαιᾶς ἔργον εὐδαιμονίας, ἐπ' ἄκρου τοῦ λιμένος ἀνέχων, ἐγείρει φλόγα τοῖς ἐκ πελάγους σωτήριον. Καὶ παραμυθεῖται τοὺς ἐκ θαλάττης, προμηνύων τὴν πόλιν. Πρὸς τοῦτον κυβερνήτης ὁρῶν ἰθύνει τὸ σκάφος, καὶ τὴν ναῦν ἀπείρατι [15] σώζει τῶν παρακειμένων κινδύνων· οἱ δὲ ναῦται πρὸς τὴν θέαν ἡδόμενοι κροτοῦσιν εὐθὺς, καὶ δείκνυσιν ἄλλος ἄλλῳ, καὶ

A complecti, sed quasi perpetuo benefaciendi desiderio motus, qui benefactis indigerent, quibusque premerentur singula oppida incommodis circumspiciens, quod deesset suppeditare, atque in meliorem statum eorum rem convertere statuisti. Atque eventus voluntatem consecutus est. Quarum rerum plurimis prætermissis, (ampliora enim hæc sunt, quibus enarrandis tempus non sufficiat,) quasi ex sacris initium orationi decorum petam.

XVIII. Urbs est sacra, in Orientis regionibus sita, frequens, pietate cognita, ac divinis mysteriis aliis præstans. Itaque hanc adeunt Indi, et Persæ, et Pœni, et Scytharum nationes, Græciæque gentes nobiles, et tota Ionia: eamque quasi communem humani generis patriam dixeris. Quam aquæ penuria B laborare, id præter cives etiam advenas undique affluentes vexabat. Tantum enim præbebat quantum imbres forte demitterent: cumque terræ vena deesset, pluviæ thesauros struxerant, qua ratione inopiam arte vincente ægre se sustentabant. Sed et hoc rursus usque ad te angebat. Cum enim censeres urbem illam debito honore afficiendam esse, graviterque ferres per hanc unam omnes homines incommodis laborare, aquæ ductibus in altum exstructis et collectis fontibus, qui in superioribus locis scaturirent, et per salebrosum asperumque terræ solum ducto fluminis alveo, longinquos rivos conjunxisti, qui per illos ductus pellucidam et largam aquæ copiam effundunt, fluminis celeritate C aspectum superante, ita ut nunc advenæ ad voluntatem dies festos celebrent, omnesque hilariter ibi versentur.

XIX. Ad nostras regiones revertor. Urbs, quæ Cæsareo nomine ornatur, re ipsa nomini non amplius respondebat, imo nihil præter nudum nomen ex veteri fortuna servaverat; cum portus vetustate defecisset, omnibusque fluctuum minis pateret. Eam tu non contempsisti orantem, et continuo deflentem navigia, quæ sæpe post superata maris pericula in portu elidebantur. Quin adhuc magis miserandi erant qui mercibus indigerent: perire enim videbant quæ opus essent, incassum oculis oblata. Sed te volente urbs juvenescit, et confidenter recipit D naves: et abundat rebus necessariis.

XX. Non multum abfuit, quin similis casus Alexandriam quoque corriperet. Turris enim prærralta, pristinæ opulentiæ opus, extremo in portu se attollens, excitat flammam e mari advenientibus salutarem, solatium navigantibus, urbem adesse prænuntians. Oculis in hanc conversis gubernator cursum dirigit, et navem servat expertem instantium periculorum. Nautæ vero læti aspectu statim plaudunt, et alius alii eam ostendit et ad urbem se venisse

VARIÆ LECTIONES.

[13] μέχρι σοῦ corrupta esse susp. N. [14] μὴ ante διανεστηκότα del. esse putat N. [15] ἀπείρατον N.

ANSSII VILLOISONIS NOTÆ.

(49) Hierapolis.

(50) De hoc altum apud omnes *Historiæ Byzantinæ* scriptores silentium.

Digitized by Google

sibi invicem narrant, atque ut uno verbo dicam, voluptatem simul et salutem præbet appropinquantibus. Hanc maris fluctus a tergo assultans, ac nudatum paulatim munimentis jam cominus invadens concutiebat et in eo erat, ut in solum dejiceret. Sed tu eam calamitatem medela prævenisti. Substructionibus enim indissolubilibus, quæ sævi maris vim sustinerent, communita, in perpetuum mansuram urbi restituisti.

XXI. Sed quid opus est singulatim enumerare mœnia et portus, ædificiorumque pulchritudinem ac pecuniarum copiam ad comparanda alimenta liberaliter insumptam? quid maximi illius et omnem cogitationem superantis muri exstructionem, qui altus et magnus per totam fere Thraciam ductus est? Nam a mari usque ad mare protenditur, barbaros aditu arcens, omnemque hostium impetum repellens. Itaque parvus præ hoc etiam Themistoclis murus est, licet ejus latitudo celebratur, quod duo plaustra sibi occurrentia ceperit. Equidem existimo Homerum, si viveret et hæc opera conspiceret, valere jussa Achillis ira et navi una incensa, Musas sæpe advocaturum, ne poetica verborum magnificentia nimis infra rerum dignitatem subsistat.

XXII. Etenim præter cætera clementer audis ad te ascendentem, qui sine timore de rebus quæ opus sunt tecum loquitur, dignitatis magnitudinem ab omni fastu immunem conspiciens : quæ tamen Pausaniam Spartanum stolide ad jactantiam extulit, qualis esset, Persarum luxuria convictum. Tu vero clementer et loqueris, et dicentes audis ; vultus terribilis et superbia adversus barbaros et hostes servantur. Nobis judicia exerces benevole, legibus jubes necessaria : cumque tu legitime timeris, justa sunt commercia, et pudica subditorum matrimonia, cognationes genuinæ, neque ambigui propter suspicionem patribus filii.

XXIII. Nobis sane aureum illud sæculum oratione celebratum, reipsa tandem ævum ostendit. Neque enim legibus tantum nobis sancis optima, sed vi-

A τὴν πόλιν ἔχειν κατεπαγγέλλονται· καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, ἡδονὴν ἅμα καὶ σωτηρίαν τοῖς ἀφικνουμένοις χαρίζεται. Τοῦτον ἡ θάλαττα κατὰ νώτου προσβαλοῦσα καὶ γυμνοῦσα κατ' ὀλίγον τῶν προβλημάτων, πλησίον ἤδη γενομένη, διέσειέ τε καὶ μικροῦ δεῖν καθεῖλεν εἰς ἔδαφος. Ἀλλ' ἔφθασας τῇ θεραπείᾳ τὸ πάθος. Ἀῤῥαγέσι γὰρ προβόλοις τοῦτον ἀποφραξάμενος καὶ δυσμάχῳ θαλάττῃ μάχεσθαι δυναμένοις, ἀθάνατον ἀπέδωκας (51) τῇ πόλει τὸ κτῆμα.

B ΚΑ'. Καὶ τί δεῖ καθ' ἕκαστον ἀπαριθμεῖσθαι τείχη καὶ λιμένας, οἰκοδομημάτων τε κάλλη καὶ χρημάτων ἀφθονίαν (52), εἰς παρασκευὴν τροφῆς φιλοτιμούμενα; τί δὲ τὸ μέγιστον καὶ κρεῖττον πάσης ἐννοίας τεῖχος ἐγειρόμενον (53), ὑψηλόν τε καὶ μέγα δι' ὅλης ἐν μέρει τῆς Θρᾴκης ἀγόμενον; ἐκ θαλάττης γὰρ εἰς θάλατταν ἕλκεται, τοῖς βαρβάροις ἀποκλεῖον τὴν ἔφοδον, καὶ πᾶσαν πολεμίων ἀπωθούμενον προσβολήν· ὡς μικρὸν πρὸς τοῦτο καὶ τὸ Θεμιστοκλέους εἶναι πλάτους ἕνεκα (54) καὶ τὰς ἀμάξας ἀμφοτέρας φέρειν, εἰ καὶ πρὸς τοὐναντίον ἀλλήλαις ἐπὶ τοῦ τείχους ἐχώρουν. Οἶμαι γὰρ ἄν, εἰ περιῆν Ὅμηρος, καὶ τοιούτων ἔργων καθίστατο θεατής, ἀφέμενον αὐτὸν τῆς μήνιδος τῆς Ἀχιλλέως καὶ μιᾶς ἐμπιπλαμένης [a] ὁλκάδος, πολλάκις ἐνταῦθα καλέσαι τὰς Μούσας, ὅπως ποιητικῇ μεγαλοφωνίᾳ μὴ τῆς ἀξίας ἄγαν ὑστερίζῃ τῶν ἔργων.

C ΚΒ'. Πρὸς γὰρ αὖ τοῖς ἄλλοις καὶ τῷ προσιόντι φιλάνθρωπον ὑπέχεις τὴν ἀκοήν. Καὶ διαλέγεταί τις ἀδεῶς (55) περὶ τῶν προσηκόντων, ὁρῶν ὡς τὸ τῆς ἀξίας ὑψηλὸν σοβαρὸν οὐδὲν ἐπιδείκνυται· ὅπερ Παυσανίαν τὸν Σπαρτιάτην ἀπειροκάλως εἰς ἀλαζονείαν ἐπῆρεν, ὑπὸ Περσικῆς τρυφῆς ἐλεγχόμενον. Σὺ δὲ λέγεις τε φιλανθρώπως, καὶ λεγόντων ἀκούεις· βλέμμα δὲ δεινὸν καὶ φρόνημα μέγα κατὰ τῶν βαρβάρων καὶ τῶν ἀδικούντων τετήρηται. Καὶ δικάζεις μὲν ἡμῖν εὐμενῶς· νομοθετεῖς δὲ τὰ προσήκοντα. Καὶ διὰ τὸν σὸν ἔννομον φόβον δίκαια μὲν τὰ συμβόλαια· σώφρονες δὲ τοῖς ὑπηκόοις οἱ γάμοι· γνήσια δὲ τὰ γένη· καὶ οὐκ ἀμφίβολοι τοῖς πατράσι διὰ τὴν ὑποψίαν οἱ παῖδες.

ΚΓ'. Ἀλλὰ γὰρ ἡμῖν τὸ χρυσοῦν ἐκεῖνο γένος, τὸ μέχρι λόγων ᾠδόμενον, μόλις ἀπέδειξε τοῖς ἔργοις ὁ χρόνος. Οὐ μόνον γὰρ ἡμῖν τὰ βέλτιστα διὰ τῶν νό-

VARIÆ LECTIONES.

[a] ἐμπιπραμένης conj. et vert. R., scilicet Odysseam μ. 415 respiciens.

ANSSII VILLOISONIS NOTÆ.

(51) Forte ἀπέδωκας, nisi ἀποφραξάμενος sit nominativus absolutus.

(52) Cf. Cl. le Beau, t. VIII, p. 415-417 ; Malalam, p. 46, ed. Venet., et Cangium in *CPoli Christiana*, l. II, pag. 114.

(53) Cf. Cl. le Beau, t. VIII, p. 453. — et vide Evagr. *Histor. ecclesiast.* l. III, c. 39, p. 367, et Petrum Gyllium in l. I *De topogr. urbis Constantinop.* c. 21. Hic autem murus, ut observat Henricus Valesius ad Evagrium, ex conditoris nomine dictus est Anastasianus. Vid. et Procopium Cæsariensem, *De ædificiis*, l. IV, c. 9, p. 86, et Zonaram, p. 58.

(54) Forte hic deest καὶ ante πλάτους ἕνεκα ; vel potius legendum φέρον pro φέρειν, ut referatur ad Θεμιστοκλέους τεῖχος.

(55) Contra Photium in *Bibliotheca*, art. 69, p. 104, nescire se dicit, cur Hesychius illustris, qui in sexto suæ καθολικῆς Ἱστορίας libro Anastasii gesta narraverat, eum multis aliis clementia et benignitate præstitisse scripserit : Ὃν οὗτος ὁ συγγραφεὺς πραότητί τε καὶ ἡμερότητι, οὐκ οἶδ' ὅπως, πολλῶν ἀποσεμνύνει διενεγκεῖν· quod quidem Chrysargyro sublato tribuendum suspicatur Andreas Schottus.

Digitized by Google

μων νομοθετεις (56), ἀλλὰ καὶ τὸν σὸν βίον νόμον ἔμψυχον καὶ παράδειγμα πρὸς σωφροσύνην τοῖς ἀρχομένοις ἀπέδειξας (57) · φιλεῖ γάρ πως ἀεὶ τὸ ὑπήκοον πρὸς τὴν τῶν ἀρχόντων ἀπεικάζεσθαι γνώμην. Μίαν γὰρ σύνοικον πεποίησαι, κοινωνὸν βίου καὶ βουλευμάτων, ἣν σοι μετὰ τῆς βασιλείας ἡ τύχη δεδώρηται (58). Εἰ δέ τις ἄλλη καλή τισι δοκεῖ, καὶ λόγος ἐπ' αὐτῇ κινεῖται πολὺς, αὐτή σοι πάντως μετὰ τῆς Ἑλένης ἠγνόηται. Δεινὸν γάρ σοι δοκεῖ τοσούτων (59) μὲν ὑπηκόων κρατεῖν, δουλεύειν δὲ ταῖς ἡδοναῖς τὴν πάντων ἀτοπωτέραν δουλείαν (60), καὶ τὴν ἐξουσίαν ὕλην ἀσελγείας ποιεῖσθαι.

ΚΔ'. Ἀλλὰ γὰρ πεπονθέναι τι ξένον ὁμολογῶ, καὶ ὑφ' ἡδονῆς τῶν σῶν ἀνδραγαθημάτων μὴ μετρεῖσθαι τῇ δυνάμει τοὺς λόγους, ἀλλὰ μακρηγορεῖν, ὡς οὐκ ἐν εἰδόσι τὰ σὰ διηγούμενος. Ὅμως δὲ καὶ ὑμῖν (61-62) ἥδιστον ἀεὶ περὶ τούτων ἀκούειν ὧν ποθοῦσιν ἡμῖν ἐγνώρισε πολλάκις ἡ φήμη. Ἐπεὶ καὶ τοὺς ἐρῶντάς φασι παντὸς μᾶλλον χρόνου [17] ἐπισταμένους τὰ παιδικὰ, ὅσῳ καὶ μᾶλλον εἰδέναι φιλονεικοῦσιν, ὅμως μηδὲν ἡδέως λέγειν τε καὶ ἀκούειν, ὃ μὴ τούτων ἔχει τὴν μνήμην. Τοὺς μὲν οὖν πάλαι λαμπροὺς ἔγωγε πολλάκις ἀκούων τεθαύμακα, καὶ πρὸς τὴν ἀκοὴν διανίσταμαι, καὶ τοὺς τοιούτους ἀεὶ τῶν πραγμάτων ἄρχειν ηὐξάμην, μηδ' ἀνδρῶν ἀγαθῶν φορᾶς ἔρημον ἡμῖν γενέσθαι τὸν βίον. Οὐ μὴν ἀλλὰ τοὺς τοιούτους ἄλλον ἐπ' ἄλλῳ σεμνυνομένους εὑρίσκω. Κἂν ἔν τις ἔχῃ μόνον, ὡς πάντα φέρων θαυμάζεται · σὺ δὲ τὰς ἁπάντων συλλαβὼν ἀρετὰς, καὶ τὸ ἑκάστῳ λεῖπον τῇ τοῦ ἑτέρου προσθήκῃ κοσμήσας, δι' ἑνὸς σαυτοῦ τὰς τῶν προλαβόντων εἰκόνας δεικνύει.

ΚΕ'. Κῦρον μὲν οὖν οἱ Πέρσαι θαυμάζουσιν, εὐεργέτην ἅμα καὶ πατέρα καλοῦντες · καὶ τὴν κρίσιν τέως οὐ μέμφομαι · ἐξ ὧν γὰρ ηὐτύχουν τὴν προσηγορίαν ἐδίδοσαν τῷ βασιλεῖ · ἀλλ' οὐκ ἐξ ὧν ἠδίκηντο Μῆδοι καὶ Ἀστυάγης ὠδύρετο, μητρὸς πατὴρ ὑπάρχων τῷ Κύρῳ, καὶ πολιὰν ἔχων δι' ἐκεῖνον αἰχμάλωτον, καὶ, τὸ μέγιστον εἰς συμφορὰν, ἐξ ὧν αὐτὸς ἐδυστύχει, τὸν ἐξ αὐτοῦ τρίτον παιδὸς ὁμοῦ παῖδα καὶ δεσπότην ἀποκαλῶν. Καὶ οὕτως ἀδίκῳ πόθῳ καὶ δράμασιν οἰκείοις (63) τὴν ἀρχὴν ἀνεδέξατο. Καὶ

tam tuam tanquam vivam legem et temperantiæ exemplar civibus proponis. Solent enim plerumque ad principis mores se accommodare subditi Unam conjugem tibi habes sociam vitæ et consiliorum, quam tibi simul cum regno fortuna dedit. Si qua alia pulchra videtur hominibus et sermonibus celebratur, ea tibi haud secus quam Helena ignoratur, quippe cui non ferendum videatur tot imperare subditis, servire autem voluptatibus servitutem omnium teterrimam, et potestate ad libidinem explendam abuti.

XXIV. Sed mirum quoddam mihi accidisse confiteor, meque voluptate de tuis egregie factis dicendi abreptum orationem viribus meis non metiri, sed longum sermonem texere, quasi ignaris hominibus res tuas enarrem. Quanquam vobis quoque semper jucundissimum esse censeo de iis audire, quæ facta esse nos fama relata sæpius libenter audivimus. Hoc modo amantes ferunt, quamvis delicias suas melius quam cætera omnia noscant, unice scilicet de iis solliciti, nihil tamen libentius loqui neque audire, quam quo illorum memoria continetur. — Et homines quidem veteris ævi claros sæpius, cum de iis audirem, admiratus sum, eorumque fama commotus tales semper rebus publicis præesse, utque virorum bonorum proventu humanum genus nunquam careret, precatus sum. Illos tamen alium de alia re se jactare invenio, et, si quis una sola excellat, tanquam omnia consecutum eum admirantur. Tu vero omnium conjunctis virtutibus, adjectoque ex aliorum ornamentis quod unicuique deest, in te uno omnium qui ante fuerunt imagines ostendis.

XXV. Cyrum quidem Persæ admirantur, patrem et salutis auctorem appellantes : quorum judicium hactenus non reprehendam : nam e felicitate sua, regi cognomen dederunt, non propter Medorum calamitates, et quas Astyages deflebat, Cyri avus, canitie conspersus captiva, cujus miseriarum culmen erat, quod nepotem suum, natæ filium simul et dominum appellabat. Quo quidem modo ille per injustam cupiditatem et domesticas tragœdias imperium adeptus est. His peractis libertatis amantes

VARIÆ LECTIONES.

[17] χρήματος pro χρόνου susp. N.

ANSSII VILLOISONIS NOTÆ.

(56) Cf. Cl. le Beau, t. VIII, p. 320. Aliam sapientissimam Anastasii legem vide, ibidem, p. 321. Vid. et Malalam in *Chronogr.* p. 42 ed. Venet.

(57) Hinc Eudocia in sua *Epist.* nuncupatoria p. 11 nostræ ed. : Φιλεῖ τὸ ὑπήκοον φύσει τῇ τοῦ ἡγεμόνος γνώμῃ διαιτᾶσθαι, ἀεὶ πρὸς αὐτὸν, ὡς ἐπὶ σκοποῦ, στοχαζόμενον.

(58) Scilicet Ariadnam, Zenonis imperatoris, cui successit Anastasius, viduam. Cf. Cl. le Beau, t. VIII, p. 317 seq. At idem ibidem Anastasii filium memorat, qui occisus est in seditione. Ex concubina, ἀπὸ παλλακῆς, inquit Theophan. p. 126, natus erat ante hujusce principis matrimonium qui cum Ariadnam duxit, dicitur a Cedreno, p. 357, et Theophane, p. 117, οὐ πρότερον γαμετῇ συνοικήσας, id est, *qui nondum habebat legitimam conjugem.*

(59) Male in cod. τοσοῦτον.

(60) Hoc, ut multa alia, sic e suo præceptore Procopio imitando expressit Choricius in Declamatione avari patris, filio post rem fortiter gestam virginem amatam præmii loco poscenti contradicentis : Ἄτοπον ἑτέρων κρατοῦντα, μόνου μὴ κρατεῖν ἑαυτοῦ.

(61-62) In cod. ἡμῖν, quod indicat variantem lectionem ὑμῖν.

(63) Forte οἰκτροῖς.

Digitized by Google

ferro et bellis invasit, eosque ad servitutem et leges insuetas adegit : itaque per victoriam de necessariis Asiam obtinuit. Tu vero, nulla cupiditate sed justis suffragiis ad imperium evectus, nobis omnibus idem factus es, quod Cyrus solis Persis : tum vero contra quam ille, consuetis tributis nos liberasti. Et nunc quidem ea unice libertas esse omnibus videtur, tibi sponte obedire et tuis jussis obtemperare.

XXVI. Agesilaum Spartani celebrant et de eo magnifice sentiunt. Et ego quoque cum illis ipsum diligo et admiror unum ex omnibus, qui unquam Spartæ regnarunt; propterea quod, cum parere didicerat, ad imperium accessit. Conspiciebatur in illo vir bonus, spiritus ducens Laconicos, qui barbaros docuerat modeste agere et cognoscere, quæ esset Græciæ indoles. Porro ille quod in patria morbosum et seditiosum esset compescuit, et Spartam consiliis ad concordiam adduxit. Jam vero superbire Spartanis non ultra concedemus, cum novum habeamus Agesilaum, per quem barbarus suspenso clypeo quiescit, et pacem quamvis ingratam amplectitur, quidquid vero imperio turbatum erat ad temperantiam et legitimum ordinem revocatum est. Verum enim amicis injuste adesse, ac præter fas honori servire, unde tunc primum hostium ignes Sparta vidit, floremque apud Leuctra amisit, hæc antiquus ille Agesilaus sibi habeto, nos ab istis longe remoti sumus.

XXVII. Cum vero audirem Alexandrum, Philippi filium, animum tanto imperio dignum exhibuisse, cum manum subditis porrigeret auro redundantem, et voluptatibus corporis imperaret, imo vero divina natura præditum fuisse, antea quidem incredulus fabulam hæc esse temere conflctam putabam. Nunc vero expertus video quæ verbis tradita mirabar. Sic de illo sentio : siquidem talis erat, qualem te usu compertum habemus, credo eum omnibus excelluisse, et Jovis fuisse filium, ac Philippum deceptum.

XXVIII. Atque sic nobis processisti, omnes miraculo occultans. Hinc urbes nostræ felices choreis et ludis vacant. Pax enim in rebus nostris floret, Mars et seditio procul a nobis pulsi sunt, mercatores securi per mare navigant : læta cum spe ager colitur; ac galea cum hasta et gladio in aratra et grata mutata sunt nomina :

Mulieres vero genitoribus similes pariunt natos.

A ταῦτα (64) σιδήρῳ καὶ μάχαις ἐπῆει τοὺς τῆς ἐλευθερίας ἐρῶντας, εἰς δουλείαν ἄγων καὶ νόμους ἀήθεις· κἀκ τῶν προσηκόντων ἀνεδήσατο τὴν Ἀσίαν· σὺ δὲ ἑρωτι μὲν οὐδενὶ, ψήφῳ δὲ δικαίᾳ τὴν βασιλείαν ἀπολαβών, γέγονας ἡμῖν ἅπασιν, ὅπερ μόνοις τοῖς Πέρσαις ὁ Κῦρος· καὶ πρὸς τοὐναντίον ἐκείνῳ τῶν συνήθων φόρων ἀπαλλάξας (65-66). Καὶ νῦν μία δοκεῖ πᾶσιν ἐλευθερία τὸ ὑπὸ σοὶ τελεῖν ἑκόντας, καὶ φιλανθρώπῳ πείθεσθαι νεύματι.

ΚΖ'. Τὸν Ἀγησίλαον ὑμνοῦσιν οἱ Σπαρτιᾶται, καὶ σεμνοί (67) τινές εἰσιν ἐπ' ἐκείνῳ φρονοῦντες· κἀγὼ δὲ μετ' ἐκείνων ἐραστής εἰμι, καὶ τεθαύμακα μόνον τῶν πώποτε Σπάρτης βασιλέων ἄρχεσθαι πρῶτον καλῶς ἐγνωκότα, καὶ οὕτω τὴν ἀρχὴν κομισάμενον. B Ἦν γὰρ ἰδεῖν ἀγαθὸν ἄνδρα, καὶ πνέοντά τι Λακωνικὸν, καὶ τοὺς βαρβάρους παιδεύοντα σωφρονεῖν, καὶ πεπεῖσθαι καλῶς, ὅσον ἦν ἄρα χρῆμα τῆς Ἑλλάδος ἡ φύσις. Ἤδη δὲ καὶ τῆς πατρίδος τὸ νοσοῦν τε καὶ στασιάζον κατέπαυσε, καὶ μίαν τὴν Σπάρτην ἐποίει ταῖς γνώμαις. Ἀλλὰ μέχρι τούτων φρονεῖν οὐδὲν πλέον ἐπιτρέψομεν τοῖς Σπαρτιάταις, τὸν νέον ἔχοντες Ἀγησίλαον, δι' ὃν βάρβαρος ἡρεμεῖ, τὴν ἀσπίδα κρεμάσας, καὶ τὴν εἰρήνην, καίτοι μὴ φίλην οὖσαν ἀσπάζεται· τῆς ἀρχῆς δὲ ὅσον ἄτακτον εἰς σωφρονοῦντας μεταβέβληται, καὶ φέρειν ἔννομον εἰδότας ἀρχήν. Τὸ δὲ τοῖς φίλοις ἀδίκως παρίστασθαι καὶ παρὰ τὸ δέον φιλονεικεῖν, δι' ὃ καὶ πῦρ ποτε πολέμιον τότε πρῶτον εἶδεν ἡ Σπάρτη, καὶ τὸ ἄνθος ἐν Λεύκτροις ἀπέβαλε, ταῦτα δὲ Ἀγησίλαος ὁ πρώην (68) ἐχέτω, πόρρω δὴ [18] τούτων ἡμεῖς.

C ΚΖ'. Ἀλέξανδρον δὲ τὸν Φιλίππου πυθόμενος ἀξίαν γνώμην τῆς τοιαύτης παρέχεσθαι βασιλείας, χρυσίου ῥέουσαν προτείνοντα χεῖρα τοῖς ὑπηκόοις, καὶ τῶν τοῦ σώματος ἡδονῶν κρατοῦντα, ἤδη δὲ καὶ κρεῖττονος (69) γενέσθαι φύσεως, πρώην μὲν ἠπίστουν, καὶ μῦθος ἄλλως (70) ἐδόκει μοι τοῦτο καὶ πλάσμα. Νῦν δὲ τοῖς ἔργοις ὁρῶ, ἃ τοῖς λόγοις ἀκούων ἐθαύμαζον. Τοσοῦτον (71) περὶ τούτου γινώσκω· εἰ τοιοῦτος ἦν ἐκεῖνος, οἷος ἡμῖν αὐτὸς προῆλθες τῇ πείρᾳ, πείθομαι τοῦτον τοῖς πᾶσι νενικηκέναι, καὶ Διὸς εἶναι παῖδα, καὶ Φίλιππον ἠπατῆσθαι.

D ΚΗ'. Καὶ οὕτως ἡμῖν προῆλθες, πάντας ἀποκρύπτων τῷ θαύματι. Ὅθεν ἡμῖν αἱ πόλεις εὐδαίμονες, χοροῖς μεμελημέναι καὶ πανηγύρεσιν· εἰρήνη γὰρ ἡμῖν τοῖς πράγμασιν ἐπανθεῖ· Ἄρης δὲ καὶ στάσις πόρρω τῶν ἡμετέρων πλανᾶται. Πλεῖται μὲν τοῖς ἐμπόροις ἀκινδύνως ἡ θάλαττα· ἐπὶ δὲ κούφαις ἐλπίσιν ἡ γῆ γεωργεῖται· κράνος δὲ καὶ δόρυ καὶ ξίφος εἰς ἄροτρα μετεσκεύασται καὶ φίλας προσηγορίας·

Τίκτουσι δὲ γυναῖκες ἐοικότα τέκνα γονεῦσι.

VARIÆ LECTIONES.

[18] δὴ conj. Schop.

ANSSII VILLOISONIS NOTÆ.

(64) Forte μετὰ ταῦτα.

(65-66) Hic mallem ἀπήλλαξας.

(67) Lege σεμνόν, quod refertur ad φρονοῦντες : ut supra : Λύσανδρος, εἰ καὶ Σπαρτιάτης ἦν, καὶ σεμνὸν ἐφρόνει.

(68) Male in cod. πρῶν.

(69) κρείττονος. Supra humanam naturam positæ divinæ. Passim τὸ κρεῖττον pro numine dicitur.

(70) In cod. ἄλλος.

(71) τοσοῦτον. Hoc tantum de hoc teneo.

Digitized by Google

ΚΘ'. Τὰ δὲ τῶν ὡρῶν (72) τεταγμένα, καὶ πάντα κατὰ φύσιν προέρχεται. Τὸ γὰρ Θεῖον εὐμενὲς, ἐπ' εὐσεβέσιν ἔργοις ὁσίως τιμώμενον· καὶ φαιδραὶ μὲν αἱ πόλεις, ἄλλη κατ' ἄλλα σεμνυνομένη· πᾶσαι δὲ κοινὸν προβέβληνται κόσμον, τὰς σὰς εἰκόνας ἐπ' εὐεργεσίαις [19] ἱστῶσαι· καὶ μετ' ἐκείνων ἡμεῖς· ἐφ' αἷς δήμου μὲν οὐ συνάγομεν θέατρα καὶ παρὰ σοὶ, κριτῇ σώφρονι, λίαν ἀπερρίμμενα· ἐν τούτοις γὰρ φορτική τις ἡ τέρψις· καὶ ὄχλον ἀγοραῖον ἰδεῖν ἔστιν εὐφραινόμενον. Ὅθεν ταῦτα μὲν χαίρειν ἐῶμεν· λόγοι δὲ τὰς σὰς εἰκόνας τιμῶσι, καὶ λόγων ἀγῶνες, καὶ διὰ τούτων αἱ Μοῦσαι.

XXIX. Quæ autem anni tempora ferunt, ex ordine et secundum naturam procedunt. Numen enim, cum factis piis caste cultum propitium est. Splendent urbes, alia aliis superbiens; omnes autem communem ornatum induunt, tuis imaginibus benefactorum gratia positis; et nos idem quod illæ facimus. Ad quas inaugurandas non plebis concionem indicimus, rem a te, judice prudenti, magnopere contemptam. Illic enim vilis voluptas, et delectatio turbæ forensis conspicitur. Quare hæc missa fecimus: orationes autem tuas imagines venerantur, et orationum certamina et in illis Musæ.

Λ'. Ἀλλὰ τί ποτε ταύταις ἐπιγράψομεν; τί τῆς ἀξίας ἐχόμενον; ἢ πάντως ἐκεῖνα· « Ἡ πόλις τὸν εὐεργέτην (73), δι' οὗ νῦν αὐχένα τε γαῦρον ἐπαίρω καὶ πόλις εἰμί; » ἀλλ' εἴη σὲ μὲν ἐσαεὶ διέπειν τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν, πλείστους δὲ τοιούτους ἀγαθοὺς ἔχειν ἄνδρας τῶν πραγμάτων προεστηκότας· τὰς δὲ πόλεις ἐπ' εὐτυχίαις στεφάνους πλέκειν, καὶ γραφὰς ἀνατιθέναι, καὶ ᾄδειν ὑμνούσας [20]· ποιητῶν δὲ παῖδας καὶ ῥήτορας, ἀμφὶ σοὶ κινοῦντας τὴν γλῶτταν, εὐπορεῖν ἀεὶ καὶ τοῖς σοῖς τροπαίοις ἀβρύνεσθαι (74).

XXX. Sed quid tandem his inscribemus? quid pro dignitate satis esse poterit? Num hæc utique: « Urbs auctori salutis, per quem nunc cervicem attollo superbam et urbs sum? » Utinam vero tu in æternum tempus Romanorum imperium regere possis, plurimosque tales habere viros bonos, quos rebus præficias: at civitates ob felix ævum nectant coronas et tabulas dedicent et hymnos canant: denique vatum filii et oratores, tuas laudes celebrantes, semper abundent ac tuis tropæis delectentur.

VARIÆ LECTIONES.

[19] εὐεργεσίαις N., εὐεργεσίας ed. [20] ὕμνους conj. N.

ANSSII VILLOISONIS NOTÆ.

(72) Male in cod. ὁρῶν.

(73) Sic et Choricius in fine Orationis funebris, qua Mariam, Marciani, episcopi Gazæ, matrem, celebravit, inscriptionem apposuit.

(74) Hactenus Oratio Procopii in laudem Anastasii, quem depingit Cl. le Beau, t. VIII, p. 311-314. Vide et *Collectanea* Constantini a Valesio edita, p. 853; et Suidam, qui hæc in vocem Ἀναστάσιος descripsit; ab his enim hoc de Anastasio judicium mutuatus est Cl. le Beau. Cf. idem, p. 316. Procopius in *Historia arcana*, c. 19, p. 57, cum ter centum et viginti millia librarum auri rudis necdum signati in imperiali ærario reliquisse affirmat. Cf. Cl. le Beau, tom. IX, pag. 12, 13.

COMBEFISII MONITUM.

AD PROCOPII RHETORIS LOCUM DE SANCTA SOPHIA.

Quod alii brevioribus delectentur, alii fusioribus; ubi præsertim breviora illa majoris fidei videantur; puta certo auctore ac æquali, qui rerum ipse ex visu testis sit; omnibus me facturum satis putavi, si felici partu ex regia Lupara saniori longe edito Procopio, eruditi viri Claudii Mastreti S. I. opera (novi etiam interpretis) id nactus quod diu ante optaveram, ut tandem ille sic illustratus ac instauratus, lucem aspiceret, priusquam hæc mea, incertique auctoris de Sanctæ Sophiæ ædificio ad umbilicum venirent; hunc illius locum ipse huc transferrem, meoque ipse genio ac stylo componerem; ac, si quando necesse videretur, incerto illi meo compararem, atque alterum altero illustrarem. Qui vellem notas historicas addere, ac vel laudare Justinianum tanto ejus molimine, vel vituperare; præsertim occasione incendii superioris Ecclesiæ ac illius seditionis Nica, in qua tot civium capita periere, parumque abfuit ne et ipse Justinianus, a cujus labe coitionis nec ille prorsus immunis habeatur, qui ante Venetæ factioni tantam licentiam in Prasinos dederit: quos utrosque successor Justinus, ac Justiniano solertia illa cautior ac sapientior, ita coercuit, ut deinceps tantæ illæ turbæ cessarent, ac cives quietem colerent. Partium videbatur docti interpretis, ut Nicolai Alemanii Notas in Ἀνέκδοτα, quas unas repræsentavit, cum Eichelii confutationibus, seu animadversionibus conferret, ejusque vel depelleret crimina, vel quo Justiniani læsam majestatem is recte tueatur, libratis omnibus ac æquo judicio, laudaret. Sic certe regia dignissimum Lupara, ac in ea fere palmarium *Historiæ Byzantinæ*, librum opusque haberemus. Mihi in eam rem ut tentem aliquid, extra metas sit: qui et brevi volumine exque semisse illius urbis decora quædam ac origines tentans, brevi cogor de tabella manum levare. Ἀνεκδότων auctor siquidem ipse Procopius est, ipse sibi majorem forte quam Justiniano labem ascivit, ac quidquid reliquæ ejus historiæ est, plurimum elevavit. Siquidem enim fecit, exemplo Michaeli Psello præivit, ac quorumdam in gente (gentis enim nolim dicere, in qua tot lumina omni retro sæculo claruere, ac quam in Christo,

Digitized by Google

Patrum maxime reverentia charissimam habeam optemque saniorem ac beatiorem) versatile ingenium cujusmodi sit, ac quam versatile, dum utile sequitur, honestum spernit, palam osterdit. Psellus quippe quam luculenta Oratione ad synodum Michaelem Cerularium patriarcham Constantinop. civili potestate sede exstrusum pro synodo exagitavit, ac impietatis, tyrannidis, aliorumque serio accusavit, tam propense eumdem inter hæc vita functum laudavit, cunctaque illius magna et eximia, ut et magnis illis veteris ævi antistibus atque magistris conferendus videri possit, obtrusit; eo maxime nomine efferens, quod sopitam de processione Spiritus sancti a solo Patre Græcorum in Latinos querelam acrius defendit; vixque non emortuum Photianum schisma, in æternum postea conviviscens nullisque cedens remediis exsuscitavit; quo se sorex prodidit, multamque sibi detraxit fidem; atque iis, quos propensius colit, etiam labem ascivit ne et illos par furor exagitaverit, eoque sanctiores habiti sint, quo magis captiosi, atque ab Ecclesiastica pace ac unitate alieni. Latuit res illa eruditissimum Leonem Allatium in suo Syntagmate de Psellis, quod idcirco, aliisque ex causis, secundis suis curis vulgatum auctumque voluerat, ex eorum præsertim Catalogo, quem ei ex Emin. card. Mazarini cod. pridem descripsi; ipso locupletissimo, etsi pluribus carioso ac oblitterato; quam fere sortem Pselli ejusdem codicum queritur idem Allatius. Mihi illius reposita omnia, quæ eorum temporum historiam sacram pariter ac profanam illustrare possint, atque ad *Historiam Byzantinam* momenti sint.

ΠΡΟΚΟΠΙΟΥ ΡΗΤΟΡΟΣ

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΑΓΙΑΣ ΣΟΦΙΑΣ.

—

PROCOPII RHETORIS

DE SANCTA SOPHIA

F. FRANCISCO COMBEFIS INTERPRETE.

—

Byzantii quondam vilissima capita ac vulgi colluvies excita in Justinianum Augustum rebellione, vocatam Nica (id est, *Vince*, ex coitionis scilicet symbolo) seditionem monere; quam in libris de Bellis, nuda ac accurata narratione exposui. At, ne cuiquam obscurum esset, non minus in Deum, quam contra imperatorem, quippe hominum monstra nefandosque, arma cepisse, eo provecti audaciæ sunt, ut et Christianorum Ecclesiæ (Sophiam Byzantii vocant, id est, Sapientiam a potissima velut dote supremo Numini indito nomine) ignem subjicerent. Id vero tanti Deus piaculi permisit, cujus nempe præscientiam non lateret, quantum instaurati templi decus futurum esset. Ac quidem in cineres penitus redacta jacebat Ecclesia; hanc vero non multo post Justinianus Augustus sic elaboravit, ut quisquis antea Christianus, eorum quæ jam cernimus oblata effigie quadam ac specie designationis, rogatus esset, num Ædem everti, atque in eum modum restitui vellet; illico, mea quidem sententia dirutam videre cupiisset, ut felici vice præsentem hæc formam ornatumque acciperet. Ergo imperator, nulla sumptuum habita ratione, in ædificii sedulo opus incumbere, exque

A Ἄνδρες, ἀγελαῖοί ποτε καὶ ὁ συρφετὸς ὄχλος Ἰουστινιανῷ βασιλεῖ ἐν Βυζαντίῳ ἐπαναστάντες, τὴν Νίκα καλουμένην στάσιν εἰργάσαντο· ἥπερ μοι ἀπαρακαλύπτως ἀκριβολογουμένῳ ἐν τοῖς ὑπὲρ τῶν πολέμων δεδιήγηται λόγοις. Ἐνδεικνύμενοι δὲ ὡς οὐκ ἐπὶ τὸν βασιλέα μόνον, ἀλλ' οὐδέν τι ἧσσον ἐπὶ τὸν Θεὸν, ἅτε ἀποφράδες, τὰ ὅπλα ἀντῆραν· ἐμπρῆσαι τῶν Χριστιανῶν τὴν ἐκκλησίαν ἐτόλμησαν (Σοφίαν καλοῦσιν οἱ Βυζάντιοι τὸν νεὼν, ἐπὶ τὰ καιριώτατα τῷ Θεῷ τὴν ἐπωνυμίαν ἀπεργασάμενοι). Ἐπεχώρει δὲ αὐτοῖς ὁ Θεὸς διαπράξασθαι τὸ ἀσέβημα, προειδὼς εἰς ὅσον τὸ κάλλος τοῦτο τὸ ἱερὸν μεταστήσεσθαι ἐμελλεν. Ἡ μὲν οὖν ἐκκλησία ἐξηνθρακωμένη τότε ξύμπασα ἔκειτο, βασιλεὺς δὲ Ἰουστινιανὸς τοιαύτην ἀποτετόρνευται οὐ πολλῷ ὕστερον, B ὥστε εἴ τῶν Χριστιανῶν τις ἐπύθετο, εἰ βουλομένοις αὐτοῖς διολωλέναι τὴν ἐκκλησίαν εἴη, καὶ τοιάνδε γενέσθαι, δείξας τι τῶν νῦν φαινομένων ἐκτύπωμα, δοκοῦσιν ἄν μοι ὡς συντομώτατα εὔξασθαι πεπονθυῖαν τὴν ἐκκλησίαν θεάσασθαι, ὅπως δὴ αὐτοῖς εἰς τὸ παρὸν μεταβάλοιτο σχῆμα. Ὁ μὲν οὖν βασιλεὺς ἀφροντιστήσας χρημάτων ἁπάντων, ἐς τὴν οἰκοδομὴν σπουδῇ ἶετο· καὶ τοὺς τεχνίτας ἐκ πάσης γῆς ἤγειρεν ἅπαντας. Ἀνθέμιος δὲ Τραλλιανὸς, ἐπὶ σο-

NOTÆ.

* Edid. Combefisius in Opere cui titulus: *Originum rerumque Constantinopolitanarum manipulus*, Paris, 1664, p. 283.

Digitized by Google

φίᾳ τῇ καλουμένῃ μηχανικῇ λογιώτατος, οὐ τῶν κατ' αὐτὸν μόνον ἁπάντων, ἀλλὰ καὶ τῶν αὐτοῦ προγεγενημένων πολλῷ, τῇ βασιλέως ὑπούργει σπουδῇ, τοῖς τεκταινομένοις τὰ ἔργα ῥυθμίζων, τῶν τε γεννησομένων προδιασκευάζων ἰνδάλματα (1). Καὶ μηχανοποιὸς σὺν αὐτῷ ἕτερος, Ἰσίδωρος ὄνομα, Μιλήσιος γένος, ἔμφρων τε ἄλλως καὶ πρέπων Ἰουστινιανῷ ὑπουργεῖν βασιλεῖ. Ἦν δὲ ἄρα καὶ τοῦτο τῆς τοῦ Θεοῦ περὶ τὸν βασιλέα τιμῆς, προκαταστησαμένου τοὺς ἐς τὰ πραχθησόμενα χρησιμωτάτους αὐτῷ ἐσομένους· καὶ αὐτοῦ δὲ βασιλέως τὸν νοῦν εἰκότως ἄν τις ἀγασθείη, τούτου δὴ ἕνεκα, ὅτι δὴ ἐκ πάντων ἀνθρώπων ἐς τῶν πραγμάτων τὰ σπουδαιότατα, τοὺς καιριωτάτους ἀπολέξασθαι ἔσχε.

A toto undique orbe artifices quosque cogere. Anthemius Trallianus, mechanicorum omnium, non sui solum, verum etiam multo superioris ævi, facile princeps, illius propense studio deserviebat, in hoc intentus, ut fabris opus digereret, agendorumque proplasmata ac formas præstrueret. Una aderat alter machinarius, Isidorus nomine, ortu Milesius, singulari vir intelligentia, ac dignus, quem Justinianus imperator operis sibi administrum adjungeret. Qua sane in re Numinis erga ipsum magnifice utentis eluxit dignatio, quod pro rerum agendarum mole, viros longe accommodatissimos ei paraverit. Quin hujus quoque gratia principis animum merito quis admirationi habuerit, quod cœptis maximi momenti, idoneos maxime ex universo hominum genere deligere sciverit.

B

Θέαμα οὖν ἡ ἐκκλησία κεκαλλιστευμένον γεγένηται· τοῖς μὲν ὁρῶσιν ὑπερφυές· τοῖς δὲ ἀκούουσι, παντελῶς ἄπιστον. Ἐπῆρται μὲν γὰρ εἰς ὕψος οὐράνιον, ὅσον καὶ ὥσπερ τῶν ἄλλων οἰκοδομημάτων ἀποσαλεύουσα ἐπινένευκεν, ἐπικειμένη τῇ ἄλλῃ πόλει· κοσμοῦσα μὲν αὐτὴν, ὅτι αὐτῆς ἐστιν· ὡραϊζομένη δὲ, ὅτι αὐτῆς οὖσα καὶ ἐπεμβαίνουσα τοσοῦτον ἀνέχει, ὥστε δὴ ἐνθένδε ἡ πόλις ἐκ περιωπῆς ἀποσκοπεῖται. Εὖρος δὲ αὐτῆς καὶ μῆκος οὕτως ἐν ἐπιτηδείῳ ἀποτετόρνευται, ὥστε καὶ περιμήκης καὶ ὅλως εὐρεῖα οὐκ ἀπὸ τρόπου εὑρήσεται. Κάλλει δὲ ἀμυθήτῳ ἀποσεμνύνεται· τῷ τε γὰρ ὄγκῳ κεκόμψευται (2), καὶ τῇ ἁρμονίᾳ τοῦ μέτρου, οὔτε τι ὑπεράγαν, οὔτε τι ἐνδεῶς ἔχουσα· ἐπεὶ καὶ τῶν ξυνειθισμένων κομπωδεστέρα, καὶ τοῦ ἀμέτρου κοσμιωτέρα ἐπιεικῶς ἐστι. Φωτὶ δὲ καὶ ἡλίου μαρμαρυγαῖς ὑπερφυῶς πλήθει. Φαίης ἂν οὐκ ἔξωθεν καταλάμπεσθαι ἡλίῳ τὸν χῶρον, ἀλλὰ τὴν αἴγλην ἐν αὐτῷ φύεσθαι. Τοσαύτη τις φωτὸς περιουσία εἰς τοῦτο δὴ τὸ ἱερὸν περικέχυται [Aug. διακέχ.].

Ecclesia itaque spectaculum pulcherrimum evasit; aspectu eximium ac singulare; omne ad fidem audientibus sibi adimens momentum. In cœli enim axes propemodum fastigium tollens, ac velut navis in anchoris, reliquis altior ædificiis, quanta sese explicat civitas, imminet: quam cum ornet quasi pars, ipsa vicissim eo splendescit, quod ejus ædium una ipsiusque complexu sic surrigatur, ut velut ex specula inde clare civitas conspiciatur. Ejus tanta elegantia, sic apte fusa latitudo ac longitudo producta, ut maxima utraque nihil modum excedat. Commendat eam species inenarrabilis: tum enim molis amplitudine, tum proportione elegantior C prænitet; nihil ut supra modum habeat, nihil quod deficiat: quippe quæ usitato more magnificentior, nimiisque molibus prorsus concinnior exsistat. Luce vero solisque fulgoribus mirabiliter affluit. Dicas, non extrinsecus a sole collustrari locum, sed inibi nasci splendorem; tanta huic templo lucis copia affusa crebrescit.

Καὶ τὸ μὲν τοῦ νεὼ πρόσωπον (εἴη δ' ἂν αὐτοῦ τὰ πρὸς ἀνίσχοντα ἥλιον, ἵνα δὴ τῷ Θεῷ ἱερουργοῦσι τὰ ἄῤῥητα), τρόπῳ τοιῷδε δεδημιούργηται. Οἰκοδομία τις ἐκ γῆς ἀνέχει, οὐκ ἐπ' εὐθείας πεποιημένη, ἀλλ' ἐκ τῶν πλαγίων ὑπεσταλμένη καταβραχὺ, καὶ κατὰ τὰ μέσα ὑποχωροῦσα, ἐπὶ σχῆμά τε κατὰ ἡμισυ τὸ στρογγύλον ἰοῦσα, ὅπερ οἱ περὶ τὰ τοιαῦτα σοφοὶ ἡμικύλινδρον ὀνομάζουσιν, ἐς ὕψος ἀπότομον ἐπανέστηκεν. Ἡ δὲ τοῦ ἔργου τούτου ὑπερβολὴ ἐς σφαῖρας τεταρτημόριον ἀποκέκριται· ὑπερθέν τε μηνοειδές τε αὐτῇ ἕτερον τοῖς προσεχέσι τῆς οἰκοδομίας D

Ac quidem templi frons, nimirum pars obversa orienti, ubi arcana Deo sacra peragi solent, hoc modo constructa est. Ab humo ædificium exstat, non recta productum linea, sed laxa sensim obliquitate flexum, receditque in medio, ac figura semitereti, quam artis periti semicylindrum vocant, in præruptam altitudinem surgit. In quartam sphæræ partem tanti hujus celsa moles operis desinit: cui proxime cohærentia celsius quiddam aliud sustinent, bicornis lunæ instar sinuatum: quod simul concitat admirationem; simul dubiæ

NOTÆ.

(1) *Προδιασκευάζων ἰνδάλματα.* Sunt hæc prototypa ac exemplaria; atque ut Plinium secutus lib. XXXV, cap. 13 (ubi is tradit, *Archesilai proplasmata pluris venire solita ab artificibus ipsis, quam aliorum opera*), Græca voce notiori reddidi, *proplasmata*. Modellum vocant; et est futuri operis structa forma atque idea, cujus designatio summi Architecti est: aliorum artificum ut exsequantur, et in materiam inducant. *Imagines*, qui hæc vocet, non satis ex architecturæ rationibus loqui videatur; cujus hæc primis elementis Vitr. ascribit lib. I, cap. 2. Ubi Gulielmus Philander Castilionus potest videri. Auctor anonym. monstratum ab angelo imperatori in somnis τοῦ οἴκου τὸ σχῆμα, ait: quod non vetat, quin summi architecti fuerit singula designare, quibus ad illud Ædes σχῆμα in materia (formam scilicet) proveheretur.

(2) *Τῷ τε γὰρ ὄγκῳ κεκόμψευται.* Non putem docti esse interpretis, quod repræsentat Regia Lupara, *Nam et nitore et proportione excellit.* Scripserit et ipse *mole;* uti etiam reddit Arnoldus Vesaliensis, *mole politum.* Illud quoque *excellit*, minus est ad vim vocis, κομψεύεται: magisque elegantiam compositionis, et in ea præstantiam, ostendit.

Digitized by Google

compagis specie, timorem parit. Neque enim videtur pendere tuto, sed ibi versantibus infide pendula mole discrimen ostentare, cum tamen qua libratæ molis periculo terret, firmissime nitatur. Utrinque pavimentum columnis premitur, nec ipsis recto ordine, sed intus semicirculari forma dispositis; ita ut sibi invicem tanquam in choro assurgentes, lunato ædificio subsint. Orientem contra excitatus est paries, in quo sunt templi januæ : hinc inde columnæ, et his superiora, structura jam dictis plane simili, semicirculum exhibent. Medio in templo aggeres manufacti, quos vocant pilas, quatuor sunt; duo ad septentrionem, ad meridiem duo; adversi inter se, et æquales, utrumque par, columnas quatuor comprehendit intercapedine sua. Ejusmodi pilarum fabrica lapidibus constat ingentibus; quos diligenter collectos, scite artifices commiserunt. Tam alte evadunt, ut abruptos montium scopulos videre tibi videaris. Insuper eminent arcus quatuor, totidem efficientes latera. Eorum capita bina coeunt, pilarumque illarum fastigiis incumbunt : curvaturæ in immensum sublatæ pendent. Ac duo quidem arcus, quorum alter ad orientem solem, alter ad occidentem spectat, vacuo in aere erecti sunt : reliquæ vero suppositum habent parietem cum columellis. Ædificium aliud sustinent rotundum ac teres : unde semper ortu jucunda dies primum illucescit. Universa enim terra, credo, sublimius est; ac sensim deficit, eatenus de industria tenuatum, ut per ipsius aperturas, lux affatim intret.

ἐπῆρται· τῇ μὲν εὐπρεπείᾳ, θαυμάσιον· τῷ δὲ σφαλερῷ τῆς συνθήσεως, δοκοῦν τι εἶναι φοβερὸν ὅλως. Δοκεῖ γάρ πη οὐκ ἐν βεβαίῳ ἐπῃωρῆσθαι, ἀλλ' ἐπικινδύνως τοῖς ἐνθάδε οὖσι μετεωρίζεσθαι· καίτοι διαφερόντως ἐν τῷ βεβαίῳ τῆς ἀσφαλείας ἐστήρικται. Τούτων δὴ ἑφ' ἑκάτερα κίονες ἐπ' ἐδάφους εἰσὶν, οὐδὲ αὐτοὶ κατ' εὐθὺ ἑστῶτες, ἀλλ' εἴσω κατὰ σχῆμα τὸ ἡμίκυκλον ὥσπερ ἐν χορῷ ἀλλήλοις ὑπεξανιστάμενοι· καὶ αὐτῶν ὑπεράνωθεν οἰκοδόμημα μηνοειδὲς ἀποχρεμᾶται. Τοῦ δὲ δὴ ἐφου καταντικρὺ τὰς εἰσόδους ἔχων ἐγήγερται τοῖχος, καὶ αὐτοῦ ἑκατέρωθεν οἵ τε κίονες καὶ τὰ αὐτῶν ὕπερθεν ὁμοιότατα τοῖς δεδηλωμένοις, ἐν ἡμικύκλῳ ἑστήκασι. Κατὰ δὲ τὰ τοῦ νεὼ μέσα λόφοι χειροποίητοι ἐπανεστήκασι τέσσαρες, οὓς καλοῦσι πεσούς· δύο μὲν πρὸς βορρᾶν, δύο δὲ πρὸς ἄνεμον νότον, ἀντίοι τε καὶ ἴσοι ἀλλήλοις, κίονας ἐν μέσῳ ἑκάτεροι κατὰ τέσσαρας μάλιστα ἔχοντες. Πεποίηνται δὲ οἱ λόφοι λίθοις εὐμεγέθεσι σύνθετοι, λογάδην μὲν συνειλεγμένοις, ἐς ἀλλήλους δὲ πρὸς τῶν λιθολόγων ἐπισταμένως ἐναρμοσθεῖσιν, ἐς ὕψος μέγα ἰκνοῦνται· εἰκάσαις ἂν αὐτοὺς εἶναι σκοπέλους ὀρῶν ἀποτόμους. Ἐπὶ τούτοις δὲ ἀψίδες τέσσαρες ἐν τετραπλεύρῳ ἀνέχουσιν· καὶ αὐτῶν τὰ μὲν ἄκρα ξυνδύο ξυνιόντα εἰς ἄλληλα, ἐν τῇ ὑπερβολῇ ἐρήρεισται τῶν λόφων τούτων· τὰ δὲ δὴ ἄλλα ἐπηρμένα, εἰς ἀπέραντον ὕψος ἠώρηται. Τῶν δὲ ἀψίδων, αἱ μὲν δύο κατὰ κενοῦ τοῦ ἀέρος ἐπανεστήκασι πρὸς ἀνίσχοντά τε καὶ δύοντά που τὸν ἥλιον· αἱ δὲ λειπόμεναι, οἰκοδομίαν τινὰ καὶ κίονας μικροὺς κομιδῇ ἔνερθεν ἔχουσιν· ὕπερθεν δὲ αὐτῶν κυκλοτερὴς οἰκοδομία ἐν στρογγύλῳ ἐπῆρται· ὅθεν ἀεὶ διαγελᾷ πρῶτον ἡ ἡμέρα (3). Ὑπεραίρει γὰρ, οἶμαι, τὴν γῆν ξύμπασαν, καὶ διαλείπει τὸ οἰκοδόμημα καταβραχὺ ἐξεπίτηδες παρειμένον τοσοῦτον, ὅσον τοὺς χώρους οὗ δὴ τὸ διῃρημένον τῆς οἰκοδομίας ξυμβαίνει εἶναι, φέγγους διαρκῶς ἀγωγοὺς εἶναι.

Hæc vero balbutiente ac gracili lingua expedire, impossibile puto. Arcubus in quadrum connexis, interjectum est opus, triangulis quatuor absolutum. Ima trianguli cujusque pars, arcuum coitu presse intercepta, acutum facit angulum infimum : deinde cum intermedio spatio sursum versus se explicans, ædificio, quod inde circinnato se offert ambitu, terminatur, ac cæteros angulos ibi efficit. Rotundum illud septum mirifice ornat testudo amplissime

Ταῦτα δὲ, οἶμαι, γλώσσῃ (4), τραυλιζούσῃ τε καὶ ἰσχνοφώνῳ οὔσῃ, ἀμήχανά ἐστι. Τῶν ἀψίδων τῆς συμπλοκῆς ἐν τετραγώνῳ ἐξειργασμένης, ἐς τρίγωνα τέσσαρα μεταξὺ τὸ ἔργον ἀποτετέλεσται. Καὶ ἡ μὲν τριγώνου ἑκάστου κρηπὶς πεπιεσμένη τῇ ἐς ἀλλήλας τῶν ἀψίδων ἐνέρσει, ὀξεῖαν ποιεῖται τὴν κάτω γωνίαν· συναναβαίνουσα δὲ τὸ λοιπὸν εὐρυνομένη τῇ μεταξὺ χώρᾳ, ἐς τὸ κυκλοτερὲς τελευτᾷ, ὅ ταύτῃ ἀνέχει· γωνίας δὲ τὰς λειπομένας ἐνταῦθα ποιεῖ-

NOTÆ.

(3) *Ὅθεν ἀεὶ διαγελᾷ πρῶτον ἡ ἡμέρα.* Hic quoque mendo Luparæ, *Unde dies videre semper incipit*, pro, *ridere*, quod et emendatum inter varias lectiones. Non plene omnino Vesaliens. et ut metaphoræ vim satis reddat, *Unde dies primum illucescit*. Ipsa nota, in vere, in aere, atque hic in die, ex Theophr. De *histor. plant.* libr. VIII, 2, etc. Διαγελώσης τῆς ὥρας· *vere jam adulto* et tempore mitescente. *Bud.* Διαγελῶντος ἀεὶ τοῦ ἀέρος· *Aere jam indulgente.* GAZA. Hicque adeo : διαγελᾷ πρῶτον ἡ ἡμέρα.. *Dies primum læta splendescit*, aut quid simile parisque elegantiæ.

(4) *Ταῦτα δὲ, οἶμαι, γλώσσῃ.* Ita mihi ex Vesalien. ipsoque paulo infra Procopio (λόγῳ φράσαι ἀμήχανον, hæc ipsa profitenti, *impossibile ut sermone enarret*) emendandum succurrit : ubi Hœsch. οἶμαι οὐδὲ γλώσσῃ· quod junctum τῷ, ἀμήχανά ἐστι, sensum facit ineptissimum; ipsum quem Mastretus reddidit, ac quo Procopius profiteatur, non esse impossibile aut valde arduum balbutiente lingua et impedita assequi, seu enarrare, ea, quorum tantis miraculum efferi; et quæ omnes facile spectatores in stuporem verterent. Quid si hiulca oratio, scripsitque Procopius, οὐδὲ νῷ ληπτὰ, καὶ γλώσσῃ. *Ne mente quidem comprendi; ut vero lingua balbutiente et impedita, gracilique explicentur, impossibile esse.* Sic sæpe cruces figunt qui auctorum verba ac sententias truncant, unde vix se Lector expediat, fiantque illi vere ἀμήχανα, quæ ipsa ut ab auctoris calamo exierunt, erant εὐμήχανα : *facilia et expedita*; quorum exemplum nefastum edidere nuper Lugdunenses typographi, in *Cursu theologico* Joannis a sancto Thoma, theologi nostræ ætatis clarissimi, ac inter sancti Thomæ discipulos inclyti· non uno aut altero loco, sed fere sexcentis.

Digitized by Google

ται. Τούτου δὲ τοῦ κυκλοτεροῦς παμμεγέθης ἐπανεστηκυῖά τις σφαιροειδὴς θόλος (5), ποιεῖται αὐτὸ διαφερόντως εὐπρόσωπον. Δοκεῖ δὲ οὐκ ἐπὶ στερρᾶς τῆς οἰκοδομίας διὰ τὸ παρειμένον τῆς οἰκοδομίας ἑστάναι· ἀλλὰ τῇ σειρᾷ τῇ χρυσῇ ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ ἐξημμένον, καλύπτειν τὸν χῶρον. Ταῦτα δὲ πάντα ἐς ἄλληλα παρὰ δόξαν ἐν μεταρσίῳ ἐναρμοσθέντα, ἔκ τε ἀλλήλων ἠωρημένα, καὶ μόνοις ἐναπερειδόμενα τοῖς ἄγχιστα οὖσι, μίαν μὲν ἁρμονίαν ἐκπρεπεστάτην τοῦ ἔργου ποιοῦνται· οὐ παρέχονται δὲ τοῖς θεωμένοις αὐτῶν τινι ἐμφιλοχωρεῖν ἐπιπολὺ τὴν ὄψιν. Ἀλλὰ μεθέλκει τὸν ὀφθαλμὸν ἕκαστον, καὶ μεταβιβάζει ῥᾷστα ἐφ' ἑαυτό· ἀγχίστροφός τε ἡ τῆς θέας μεταβολὴ ἐς ἀεὶ γίνεται, ἀπολέξασθαι τοῦ ἐσορῶντος οὐδαμῇ ἔχοντος ὅ τι ἂν ποτε ἀγασθείη μᾶλλον τῶν ἄλλων ἁπάντων. Ἀλλὰ καὶ ὡς ἀποσκοποῦντες πανταχόσε (6), τὸν νοῦν τάς τε ὄφρῦς ἐπὶ πᾶσι συννενευκότες, οὐχ οἷοί τέ εἰσι ξυνεῖναι τῆς τέχνης· ἀλλ' ἀπαλλάσσονται ἀεὶ, ἐνθένδε καταπεπληγμένοι ἔχει.

A orbiculata, atque ita ipsi imposita, ut non firmæ inniti fabricæ propter ejus tenuitatem; sed aurea catena ex cœlo apta pendere, et locum tegere videatur. Quæ omnia in sublimi, incredibili opera inter se conserta, aliaque ex aliis suspensa, ac proximis tantum suffulta partibus, unam operis compagem præclarissimam faciunt; neque uspiam hærere diu sinunt contuentium oculos: quippe cum certatim alliciant singula, facillimeque ad se traducant. Perpetuo motu nunc huc fertur visus, nunc illuc; nescientibus spectatoribus quid ex omnibus, quo se eorum potissimum ferat admiratio, eligant: sed et velut undique lustrandi avidi, quocunque fixerint oculum, animum contrahentes et supercilium, artificiatum intelligere non possunt: B sed semper digrediuntur, inde stupentes, quod spectaculo impares sunt. Atque hæc in hunc se modum habent.

τῇ ἐς τὴν ὄψιν ἀμηχανίᾳ. Ταῦτα μὲν τῇδέ πῃ

Μηχαναῖς δὲ πολλαῖς βασιλεύς τε Ἰουστινιανὸς καὶ Ἀνθέμιος ὁ μηχανοποιὸς σὺν τῷ Ἰσιδώρῳ οὕτω δὴ μετεωριζομένην τὴν ἐκκλησίαν ἐν τῷ ἀσφαλεῖ διεπράξαντο εἶναι· ὧνπερ τὰς μὲν ἄλλας ἁπάσας ἐμοὶ εἰδέναι τε ἄπορον, καὶ λόγῳ φράσαι ἀμήχανον. Μία δέ μοι μόνον ἔν γε τῷ παρόντι γεγράψεται, ᾗ δύναται ἄν τις σύμπασαν τοῦ ἔργου τεκμηριῶσαι τὴν δύναμιν. Ἔχει γὰρ ὧδε· Οἱ λόφοι ὧνπερ ἐπεμνήσθην ἀρτίως, οὐ κατὰ ταυτὰ ταῖς ἄλλαις οἰκοδομίαις πεποίηνται, ἀλλὰ τρόπῳ τοιῷδε· Λίθων ἐπιβολὴ ἐν τετραγώνῳ διαπεποίηται, σκληρῶν μὲν φύσιν, ἐργασίαν δὲ λείων· ἐκτομὴν δὲ, εἰ μὲν τὰ προὔχοντα ποιεῖσθαι τῶν τοῦ λόφου πλευρῶν μέλλοιεν, ἐγγωνίων· εἰ δὲ τὴν μεταξὺ κεκλήρωνται χώραν, ἐν τετραπλεύρῳ γεγενημένων. Συνήρμοσε δὲ αὐτοὺς οὐ τίτανος, ἥνπερ ἄσβεστον ὀνομάζουσιν· οὐκ ἄσφαλτος, ἡ Σεμιράμιδος ἐν Βαβυλῶνι φιλοτιμία· οὐκ ἄλλο τοιοῦτον οὐδέν· ἀλλὰ μόλιβδος ἐς τέλμα χυθεὶς, καὶ μεταξὺ πανταχόσε χωρήσας τῶν τε λίθων τῇ ἁρμονίᾳ ἐντετακὼς, καὶ συνδέων ἀλλήλοις αὐτούς. Τοῦτο μὲν οὖν ταύτῃ ἐξείργασται. Ἐπὶ τὰ λειπόμενα δὲ τοῦ νεὼ ἴωμεν.

Ecclesiam tanto vertice fastigiatam Justinianus Augustus et Anthemius machinarius cum Isidoro multis ex arte adhibitis rebus firmarunt: quas omnes nec mente concipere, nec verbis exsequi valeo. Unam duntaxat in præsenti describam: unde quanta sit firmitas operis plane intelligetur: sic enim habet. Pilarum, de quibus mentionem proxime feci, non eadem est ac reliqui ædificii compositio, sed hujusmodi. Quadrata est structura lapidum, quibus natura duritiem, ars lævorem dedit; ita cæsis, ut ii quidem, qui eminentiis laterum cujusque pilæ destinati erant, angulati sint; C quadrati vero, qui in medio sedent. Illos coagmentat, non calx, quam vivam vocant; non bitumen, quo Semiramis magnifice construenda Babylone usa est; non ejusmodi aliud quidpiam; sed plumbum; quod lacunis infusum, omnia permeat interstitia, liquatumque juncturis lapidum, ipsos nectit. Hæc ibi observata fabricæ ratio: nunc ad reliquas templi partes pergamus.

Χρυσῷ μὲν ἀκιβδήλῳ κατήλειπται ἡ ὀροφὴ πᾶσα κεραννῦσα τὸν κόμπον τῷ κάλλει (7)· νικᾷ μέντοι

Tota auro puro illita concameratio, commistam cum decore habens structuræ superbiam: aurum

NOTÆ.

(5) *Ἡμμεγέθης ἐπανεστηκυῖά τις σφαιροειδὴς θόλος.* Vocat anonymus νεωτερικὸν τροῦλον. Trulam vel trulum seu copulam, quæ temerarii ausus aliquid haberet: quod ejus brevi secuta ruina arguit, qua præcipua quæque angustæ illius domus comminuta; ipse scilicet altaris locus, et in eo sacra mensa, quæ ex omnium rerum fusilium speciebus miro artificio conflata, omni auro omnique genere lapidum pretiosior erat: ipsa una, mira concretione exsistens omnia. Soleas quoque et altari vicina loca et ornamenta, cancelli aliaque confracta, nulla deinceps Justini aliorumve principum munificentia, pro priore illa majestate, uni Magno Justiniano debita, reparanda.

(6) *Ὡς ἀποσκοποῦντες πανταχόσε.* Mastr. sequentem vocem, τὸν νοῦν, jungit particip. ἀποσκοποῦντες, cum Palam, sicut et sequens, τάς τε D ὀφρῦς cum sequenti jungenda sit, συννενευκότες: quas etiam conjunctio nectit. Significat vero auctor, quidquid videatur ex tantis illis spectaculis, aspectu stuporem injicere, sensumque ac supercilium videntis detrahere, ut ex alio in aliud spectandi avidus semper digrediatur, nec artificium, quantum est, unquam assequatur. Hæc an velit novus interpr. lector viderit. Antiquus non satis feliciter exprimit.

(7) *Κεραννῦσα τὸν κόμπον τῷ κάλλει.* Tribuit Lupara August. velut habeat κόσμον, ubi tamen æque κόμπον reperi: velit, parem cum elegantia magnificentiam: alterum artis subtilitas maxime præstabat, alterum materiæ pretiositas, aurum scilicet, variique generis pretiosissima marmora, nostro anonymo plenius exposita.

Digitized by Google

marmora æmulo fulgore vincunt. Utrumque latus A quæ circum Ædem porticus ambiunt, adeo non dissepientes structuram templi, ut potius latitudinem ejus amplient; pari quidem cum ipso longitudine ad extrema porrectæ, sed altitudine inferiores. Cameratæ, atque auro decoratæ sunt: altera precantibus viris assignata; altera, feminarum itidem vota precesque Deo offerentium obsequio addicta; nihil habent disparile, nihil diversum. Nec parum confert ad templi decus hæc ipsarum æqualitas, ac venustat exquisita similitudo.

Quis gynæcei superiores ædes describat? Quis tot numero circum ædem porticus, xystosque sermone obeat? quis columnarum atque marmorum quibus egregio templum nitore collucescit, elegantiam cultumque percenseat? In prato floribus convestito versari se quispiam putet, ac merito horum purpuram, illorum viriditatem miretur; alia puniceo, alia candido fulgore prædita; et quæ natura, haud secus ac pictor, coloribus dissimilibus variavit. Ubi quis precaturus illuc ingressus sit, statim intelligit non potentiæ artisve humanæ, sed divini numinis id esse opus, et levata ad Deum mente, cœlum perambulat, sic statuens, non procul eum abesse, verum sede illa potissimum gaudere, quam sibi ipse delegerit. Nec novo solum spectatori hæc incidit cogitatio, sed semper cujusque animo redit, pariter ac si tum primum illa oculis obversarentur. Videndi satietas neminem unquam cœpit: sed qui sunt in templo, aspectu suavissimo oblectantur: egressi, in sermonibus, quos de illo miscent, triumphant. Jam vero quidquid pretiosæ supellectilis huic ædi Justinianus Augustus donavit, aurum, argentum, gemmas, ut singulatim commemorem; fieri nequit: permitto lectoribus ex uno conjecturam facere. Templi locus maxime sacer, et cuivis, præterquam sacerdotibus inaccessus (altare vocant) argenti pondo habet quadraginta millia.

Ut semel finiam, summo, quod aiunt, digito percursis, et oratione brevissima comprehensis, quæ sunt memoratu dignissima; sic Justinianus Augustus, Constantinopolitanam ecclesiam, quæ vulgo D Magna dicitur, ædificavit; non suis modo sumptibus, sed labore etiam ingenii et reliqua virtutis contentione; prout mox declarabo. Arcuum, de quibus paulo supra memini (eos *toros* appellant mechanici) is qui ad solem orientem oppositus est, hinc inde jam surgebat, medioque imperfecto, manum extremam exspectabat:

ἡ ἐκ τῶν λίθων αὐγὴ ἀνταστράπουσα τῷ χρυσῷ. Στοαί τέ εἰσιν ἑκατέρωθι δύο, οἰκοδομίαν μὲν τοῦ νεὼ οὐδεμίαν διειργόμεναι, ἀλλὰ καὶ μεῖζον αὐτοῦ ποιοῦσαι τοῦ εὔρους τὸ μέτρον, καὶ τῷ μήκει μέχρι ἐς τὸ πέρας ξυνεξικνούμεναι, τὸ δέ γε ὕψος καταδεέστεραι. Καὶ αὐταῖς, ἡ τε ὀροφὴ, θόλος· καὶ ὁ χρυσὸς, ἐγκαλλώπισμα. Ταύταιν δὲ ταῖν στοαῖν, ἀτέρα μὲν τοὺς ἄνδρας εὐχομένους διακεκλήρωται· γυναιξὶ δὲ τ' αὐτὸ ποιουμέναις ἡ ἄλλη αἰνεῖται. Παραλλὰξ δὲ οὐδὲν ἔχουσιν, οὐδὲ διαφέρουσι δήπου ἀλλήλαιν· ἀλλὰ καὶ τὸ ἴσον αὐταῖν τῷ ἱερῷ ἐς κάλλος διήκει, καὶ ὡραΐζει τὸ ἐμφερές.

Τίς ἂν τῶν ὑπερῴων τῆς γυναικωνίτιδος ἑρμηνεὺς γένοιτο; ἢ τάς τε παμπληθεῖς διηγοῖτο στοὰς καὶ τὰς περιστύλους αὐλὰς (8), αἷς ὁ νεὼς περιβέβληται; B Τίς δὲ τῶν τε κιόνων καὶ λίθων διαριθμήσαιτο τὴν εὐπρέπειαν, οἷς τὸ ἱερὸν κεκαλλώπισται; Λειμῶνί τις ἂν ἐντετυχ[ηκ]έναι δόξειεν ὡραίῳ τὸ ἄνθος. Θαυμάσειε γὰρ εἰκότως, τῶν μὲν τὸ ἁλουργὸν, τῶν δὲ τὸ χλοάζον· καὶ οἷς τὸ φοινικὸν ἐπανθεῖ, καὶ ὧν τὸ λευκὸν ἀπαστράπτει· ἔτι μέντοι καὶ οὓς ταῖς ἐναντιωτάταις ποικίλλει χρόαις, ὥσπερ τις ζωγράφος, ἡ φύσις. Ὀπηνίκα δέ τις εὐθὺς, ὡς οὐκ ἀνθρωπείᾳ δυνάμει ἡ τέχνη, ἀλλὰ Θεοῦ ῥοπῇ τὸ ἔργον τοῦτο ἀποτετόρνευται· ὁ νοῦς δέ οἱ πρὸς τὸν Θεὸν ἐπαιρόμενος ἀεροβατεῖ, οὐ μακράν που ἡγούμενος αὐτὸν εἶναι, ἀλλ' ἐμφιλοχωρεῖν μάλιστα οἷς αὐτὸς εἵλετο. Καὶ τοῦτο οὐ τὴν πρώτην μόνον ἰδόντι ξυμβαίνει, ἀλλὰ διηνεκὲς ἑκάστῳ τ' αὐτὸ τοῦτο δοκεῖ, ὥσπερ ἐνταῦθα τῆς C ὄψεως ἀρχομένης. Τούτου κόρον οὐδεὶς τοῦ θεάματος ἔλαβε πώποτε· ἀλλὰ παρόντες μὲν τῷ ἱερῷ ἄνθρωποι τοῖς ὁρωμένοις γεγήθασιν· ἀπιόντες δὲ, τοῖς ὑπὲρ αὐτοῦ διαλόγοις ἀποσεμνύνονται. Ἔτι μέντοι τῶν κειμηλίων τοῦ νεὼ τοῦδε τά τε χρυσώματα, καὶ τὰ ἐν ἀργύρῳ καὶ λίθοις ἐντίμοις ἅπαντα μὲν φράσαι ἀκριβολογουμένῳ ἀμήχανον, ἅπερ Ἰουστινιανὸς βασιλεὺς τῇδε ἀνέθηκε. Ἑνὶ δὲ μόνῳ τεκμηριοῦσθαι τοῖς τάδε ἀναλεγομένοις ἐφίημι. Ὁ γὰρ τοῦ ἱεροῦ τὰ μάλιστα χῶρος ἀβέβηλος, καὶ μόνοις ἱερεῦσι βατὸς, ὅνπερ καλοῦσι θυσιαστήριον, λιτρῶν ἀργύρου μυριάδας ἐπιφέρεται τέτταρας.

Τὰ μὲν οὖν Κωνσταντινουπόλεως ἥνπερ Μεγάλην καλεῖν νενομίκασι, συνελόντι τε καὶ ἄκρῳ δακτύλῳ διαριθμησαμένῳ εἰπεῖν, λόγῳ τε βραχυτάτῳ τὰ τῶν πραγμάτων ἀξιολογώτατα φράσαι, τῇδε Ἰουστινιανῷ δεδημιούργηται βασιλεῖ. Οὐ χρήμασι δὲ αὐτὴν ὁ βασιλεὺς ἐδείματο μόνον, ἀλλὰ καὶ πονουμένῃ τῇ διανοίᾳ καὶ τῇ ἄλλῃ τῆς ψυχῆς ἀρετῇ, ὥσπερ ἐγὼ αὐτίκα δηλώσω. Τῶν ἀψίδων, ὥνπερ ἐπεμνήσθην ἀρτίως (*λώρους* δὲ αὐτὰς οἱ μηχανοποιοὶ ἐπικαλοῦσι) μία τις, ἡ πρὸς τὸν ἀνίσχοντα ἥλιόν ἐστιν, ἐπανειστήκει μὲν ἑκατέρωθεν ἤδη· οὔπω δὲ ὅλη τὸ μέσον συν-

NOTÆ.

(8) *Καὶ τὰς περιστύλους αὐλὰς. Columnatas aulas*, quod reddit Mastretus, mihi satis durum. Alteram altera voce explicare voluit Procopius, suntque illi, quas ita vocat, ipse στοαὶ, seu *porticus*. Peristylia vocat Vitruvius, libr. VI, cap. 4, suntque vestibula, xysti, impluvia: Evangeliorum Latini interpretes reddunt, *atria*. Athenæus tradit, αὐλὴν appellari perflabilem locum; et διαυλωνίζειν dici locum, utrinque ventum excipientem. Ab his locis subdialibus in quibus pro regiarum vestibulis prætorianorum excubiæ, regias ipsas dictas αὐλὰς Menandro et Diphilo, auctor idem Athenæus: nobisque etiamnum sic vocantur. Priore duntaxat sensu Homerus usurpavit.

Digitized by Google

ετέλεστο, ἀλλ' ἔμενεν ἔτι. Οἱ δὲ πεσσοὶ, ὧν δὴ ὕπερθεν ἡ οἰκοδομία ἐγένετο, τῶν ἐγκειμένων σφίσιν οὐκ ἐνεγκόντες τὸ μέγεθος, ἀμηγέπη ἐξαπιναίως ἀποῤῥηγνύμενοι, οὐκ ἐς μακρὰν διαλυθησομένοις ἐῴκεισαν. Οἱ μὲν οὖν ἀμφί τε τὸν Ἀνθήμιον καὶ Ἰσίδωρον τοῖς συμπεπτωκόσι περίφοβοι ὄντες, ἐπὶ τὸν βασιλέα τὸ πρᾶγμα ἦγον, δυσέλπιδες ἐπὶ τῇ τέχνῃ γεγενημένοι. Αὐτίκα δὲ ὁ βασιλεὺς, ὅτῳ μέν ποτε ἠγμένος, οὐκ οἶδα, Θεῷ δὲ, οἶμαι (οὐ γὰρ ἐστι μηχανικὸς), εἰς τὸ πέρας αὐτοῖς περιελίξαι τὴν ἀψῖδα ταύτην ἐπήγγελλεν. *Αὐτὴ γὰρ*, ἔφη, *ἐφ' ἑαυτῆς ἀνεχομένη, τῶν ἔνερθεν πεσσῶν οὐκέτι δεήσει.* Καὶ εἰ μὲν ὁ λόγος ἀμάρτυρος ἦν, εὖ οἶδα ὅτι κόλαξ τε ἂν ἔδοξεν εἶναι καὶ ἄπιστος ὅλως· ἐπεὶ δὲ μάρτυρες πάρεισι τῶν τηνικάδε πεπραγμένων πολλοὶ, οὐκ ὀκνητέα ἡμῖν ἐπὶ τὰ τοῦ λόγου λειπόμενά ἐστιν. Οἱ μὲν οὖν τεχνῖται τὰ ἐπιτεταγμένα ἐποίουν· ἡ δὲ ἀψὶς ἐπ' ἀσφαλοῦς ἠώρητο πᾶσα, ἐπισφραγίζουσα τῇ πείρᾳ τὴν τῆς ἐννοίας ἀλήθειαν. Τοῦτο μὲν οὖν ταύτῃ ἐξείργασται· κατὰ δὲ τὰς ἄλλας ἀψῖδας, αἵ τε πρὸς μεσημβρίαν τετραμμέναι εἰσὶ καὶ βορρᾶν ἄνεμον, τοιόνδε ξυνενηνέχθη γενέσθαι· Οἱ μὲν λῶροι καλούμενοι ἠώρηντο. Βαρυνόμενα δὲ αὐτοῖς ἐπεπονήκει τὰ ἔνερθεν πάντα· κίονές τε οἱ τῇδε ὄντες, χάλικας μικροὺς, ὥσπερ ἀποξυσθέντες, ἀφίεσαν (9). Καὶ αὖθις μὲν ἄθυμοι τοῖς συμπεπτωκόσιν οἱ μηχανικοὶ γεγενημένοι, τῷ βασιλεῖ τὰ σφίσι παρόντα εἰσήγγελλον. Αὖθις δὲ ὁ βασιλεὺς ἀντετεχνήσατο τάδε. Τούτων δὴ τῶν πεπονηκότων τὰ ἄκρα ὅσα τῶν ἀψίδων ἐπέψαυε, διελεῖν μὲν ἐν τῷ παραυτίκα ἐκέλευσεν· ἐντιθέναι δὲ πολλῷ ὕστερον, ἐπειδὰν τὸ τῆς οἰκοδομίας ὑγρὸν ἀπολώφησεν αὐτοῖς μάλιστα. Καὶ οἱ μὲν κατὰ ταῦτα ἐποίουν· ἡ δὲ κτίσις διαγέγονε τὸ λοιπὸν ἐν ἀσφαλεῖ οὖσα. Φέρεται δέ τι μαρτύριον ὁ βασιλεὺς τοῦ ἔργου τοιόνδε.

A cum pilæ, quibus incumbebat, sub graviori mole fatiscentes, repente facto vitio, imminentis ruinæ speciem præbuerunt. His Anthemius et Isidorus in maximum adducti metum, rem omnem ad imperatorem referunt, nullam ponentes spem in arte. Illico imperator, nescio quo instinctu, cœlesti opinor (neque enim mechanicus est) curvaturam arcus absolvi jubet. *Is namque*, ait, *seipso fultus, pilis suppositis amplius non egebit.* Ac nisi testes proderem, narratio proculdubio adulatoria planeque incredibilis haberetur: cum autem rei tunc gestæ permulti testes adsint, me nihil tenere debet, quominus quod sum exorsus pertexam. Ergo mandata confecerunt artifices: tum arcus in cœlum eductus integer constitit, experimento B probans veritatem consilii. Quo ibi acto, arcubus ad meridiem et aquilonem spectantibus istud accidit. Loris, ut vocant, subtractione templi superbe elatis, quidquid erat inferius, sub pondere laborabat. Columnæ subditæ assulas perinde dimiserant, ac si quis ipsas distrinxisset. Ejusmodi casu perculsi mechanici, iterum imperatori significant quo res loco sit. Ille iterum usus solertia, ita malo occurrit. Succumbentis fabricæ partes summas arcubusque contiguas extemplo dejici, et multo post, ubi structuræ humor penitus excessisset, reponi jussit. Quo ab illis præstito, ædificium ex eo firmitatem obtinuit: nec deest imperatori hoc operis testimonium.

NOTÆ

(9) *Χάλικας μικροὺς ὥσπερ ἀποξυσθέντες, ἀφίεσαν.* De quibus hæc narrat Procopius, πεσσοὶ præcipue erant, seu pilæ illæ atque aggeres, quibus potissimum arcus illi majores nitebantur, uti paulo ante dixit de pilis fatiscentibus sub arcus onere ad Orientem oppositi: in pilis autem nihil calcis adhibitum aut cæmenti auctor Procopius, et ipse auctor anonymus; sed horum loco in petrarum lacunis liquatum plumbum: non ergo illis verbis C columnas cæmentum dimisisse tradit, quod Mastretus reddit: *Columnæ subditæ cæmentum perinde dimiserant, ac si quis eas distrinxisset*, sed assulas, ut vocat Vitruvius, ac lapidum segmenta ex iis dissiliisse; incrustationes μαρμαρώσεις, quibus parietes aliaque obducta erant, labefactatas esse. Id enim imminentis ruinæ indicium, ac vere laborantis fabricæ, nimio injecto molis pondere.

ΠΡΟΚΟΠΙΟΥ ΣΟΦΙΣΤΟΥ ΓΑΖΗΣ

ΜΟΝΩΔΙΑ ΕΙΣ ΤΗΝ ΑΓΙΑΝ ΣΟΦΙΑΝ ΠΕΣΟΥΣΑΝ ΥΠΟ ΣΕΙΣΜΟΥ.

—

PROCOPII SOPHISTÆ GAZÆI

MONODIA IN SANCTAM SOPHIAM TERRÆMOTU COLLAPSAM.

(Iriarte *Reg. Biblioth. Matrit. Cod. Græc. Mss.* p. 264.)

—

Cod. LXXII, fol. 131 : *Τοῦ Προκοπίου σοφιστοῦ Γάζης μονῳδία εἰς τὴν Ἁγίαν Σοφίαν πεσοῦσαν ὑπὸ σεισμοῦ. Procopii Sophistæ Gazæi Monodia in Sanctam Sophiam terræmotu collapsam.*

Hæc Procopii Monodia, sive Lamentatio censenda est inedita perinde ac cæteræ ejusdem orationes a *Photio* laudatæ, quas ne exstare quidem putat Fabricius *Biblioth. Græcæ vol. VI, pag.* 259. Quamobrem raro prorsus et singulari munere Græcanicæ Παιθοῦς cultores affecturus videor, si Sophistæ disertissimi

Digitized by Google

Orationem, e tumulo, quo *Fabricius* universas condidit, excitatam, protulerim. Ipsam vero jam superstitem, jam incolumem aspice.

Fuit igitur calamitas calamitate, dolor dolore, luctus luctu, gemitus gemitu, et lamentatio lamentatione major et acrior. Ceteræ quidem afflictiones, quales libri et memoriæ ferunt, urbium eversiones, templorum vastationes, domorum destructiones, statuarum excidia, transmigrationes, abductiones, captivitates novimus et scimus. Vidimus quæ non speravimus, non exspectavimus, non mente unquam concepimus ; cujus calamitas major fuit visu quam auditu, quod ante omnes mori cupivissent. Quid est hoc ? mundum nostrum, nostrum cœlum, solem, tectum, effugium, spem, solum delectamentum, solum juvamen, auxilium, propitiatorium, hoc magnificum templum, hanc incomparabilem domum quam ædificavit *sophia*, id est sapientia sub nomine suo, super quam statuit has septem columnas, in qua suas immolavit victimas, et scyphum miscuit ; o dolorem ! o calamitatem ! o malorum magnitudinem ! o Iliadem ! quis linguam non læderet dicendo ? quis libens non suffocaretur antequam loqueretur de hac domo quam sibi Deus selegerat ? quam frequentabat, quam ut magis dicam, ut patriam habitabat, in qua propitius efficiebatur, qua delectabatur, in qua conservabantur pretiosissima, oleum, chrisma, regium dico et sacramentale, miraculosum Christi corpus et sanguis, in qua immolabatur ipse ? quis dicere audebit quod factum est ? quis ferret animus vocem proferre ? templum hoc famosum, celebratum, inviolatum cecidit, puto ; cecidit terræmotu excussum, terræ tremore dejectum. Et qui despicit in terram et facit eam tremere non te reveritus, non collabentem te miseratus est ? ad te enim, o templum, Dei sermo ; et ruinarum acervum factum et disjectum et pulverem ad terram delabentem atque sublatum non attendit ! nulla de te compunxit miseratio ! sine sacrificiis et pulchris ritibus erit, sine cantibus manebit ; nec propterea aliquid passus est in tua eversione, sed faciem suam ut duram petram composuit ! istud si adhuc, ut videtur, oblitus est ; humano modo, dicam, et commotus ut homo factus est, et corporalia induit ; vos autem, ut filii Sion decori et auro comparati, ministri, sacerdotes et sacrificatores magni et novi sacrificii, et si quid aliud est in diaconis et subdiaconis, et his vestes tolluntur et disperduntur, et cantorum et musicorum et psaltarum cohors numerosa, qui, ut Jeremias dicit, molles et malorum expertes, et Dei magnitudines voce celebrantes, quomodo nunc transmigrati estis ? quo convenietis ? quomodo conversa est nostra facies in squalorem ? quomodo festa in lamentationes ? nonne pulchrum fuisset nobis et justum, ut mihi videtur et omnibus, mori antequam commoreremur in hac eversione ? Cum autem Deus vivere nobis dedit et vos rudera tantum nobis reliquit, quæro ubi sedeat vestrum templum, ubi stet venerandum concionatorium ; ubi

Ἦν ἄρα καὶ συμφορὰ συμφορᾶς, καὶ πάθος πάθους, καὶ λύπη λύπης, καὶ οἰμωγὴ οἰμωγῆς, καὶ θρῆνος θρήνου μείζων τε καὶ ἀργαλεώτερος· καὶ τὰ μὲν ἄλλα τῶν παθημάτων ὅσα καὶ βίβλοι καὶ μνῆμαι φέρουσι· πόλεων κατασκαφὰς, ναῶν ἐρημώσεις, οἰκιῶν ἐρειπώσεις, ἀγαλμάτων συμπτώσεις, μεταναστάσεις, ἀπαγωγὰς, αἰχμαλωσίας ἔγνωμέν τε καὶ οἴδαμεν· εἴδομέν τε ἃ οὐκ ἂν ἠλπίσαμεν· οὐκ ἂν προσεδοκήσαμεν· οὐκ ἂν εἰς νοῦν ποτε ἀνετυπώσαμεν· καὶ οὗ μεῖζον οὐκ ἦν κακὸν ἢ ἰδεῖν ἢ ἀκοῦσαι· καὶ οὗ προαποθανεῖν πᾶς ἂν ηὔξατο· τί τοῦτο; τὸν κόσμον ἡμῶν, τὸν οὐρανὸν ἡμῶν, τὸν ἥλιον, τὴν σκέπην, τὴν καταφυγὴν, τὴν ἐλπίδα, τὴν μόνην ψυχαγωγίαν, τὴν μόνην ἀντίληψιν, τὸ ἔρεισμα, τὸ ἱλαστήριον, τὸν περικαλλῆ ναὸν, τὸν ἀσύγκριτον οἶκον ὃν ᾠκοδόμησεν ἡ *Σοφία* ἐπὶ τῷ ἑαυτῆς ὀνόματι· καὶ ᾧ ὑπήρεισε τοὺς ἑπτὰ στύλους ἐκείνους· ὑπὲρ οὗ καὶ τὰ ἑαυτῆς ἔσφαξε θύματα· καὶ τὸν κρατῆρα ἐκέρασεν. Ὦ τοῦ πάθους! ὦ τῆς συμφορᾶς! ὦ τοῦ μεγέθους τῶν κακῶν! ὦ τῆς Ἰλιάδος! Τίς οὐκ ἂν καὶ τὴν ἀγλῶσσαν ἐνδάκοι ὥστε μὴ εἰπεῖν; τίς οὐκ ἂν ἐκὼν ἀποπνιγείη πρὶν ἐκλαλῆσαι τοῦτον ἐκεῖνον ὃν ὁ Θεὸς ἐξελέξατο, ᾧ ἐπεφοίτα, ᾧ μᾶλλον εἰπεῖν ἐνεδήμει, ᾧ ἠρέσκετο, ᾧ ἐπετέρπετο, εἰς ὃν ἀπέκειτο τὰ τιμιώτατα, τὸ μύρον, τὸ χρῖσμα, τὸ βασιλικὸν λέγω, καὶ τὸ ἱερατικὸν, εἶπω τὸ παράδοξον τὸ τοῦ Χριστοῦ σῶμα καὶ αἷμα, ἐν ᾧ ἐθύετο οὗτος; Τίς εἰπεῖν τολμήσει τὸ γεγονός; τίς ἐνέγκοι ψυχὴ προενεγκεῖν τὴν φωνήν; οὗτος διώνυμος· ὁ περιβόητος, ὁ ἄσυλος ἔπεσεν, οἶμαι· ἔπεσε σεισμῷ κλονηθεὶς καὶ βρασμῷ γῆς τιναχθείς· καὶ ὁ ἐπιβλέπων ἐπὶ τὴν γῆν καὶ ποιῶν αὐτὴν τρέμειν, οὐκ ἠδέσθη σε ἄρα; οὐκ ἐλέησε πίπτοντα; πρὸς σὲ γὰρ ὁ λόγος, ναὲ τοῦ Θεοῦ· καὶ χῶμα γινόμενον καὶ διαλυόμενον· καὶ κονιορτὸν πρὸς αὐτὴν πάλιν αἰρόμενον καὶ ἀναφερόμενον οὐκ ἐπεστράφη. Οὐδὲ κατενύγη ἐπὶ σὲ ὁ εὔσπλαγχος. Ἄθυτος δὲ ἔσται καὶ ἀκαλλιέργητος· καὶ διαμενεῖ ἀμελῳδήτος· ἀνθ' ὧν οὐκ ἔπαθέ τι ἐπὶ τῇ συντριβῇ σου· ἀλλ' ἔθηκε τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ὡς στερεὰν πέτραν· ἵν' ἰδῇ καὶ αὐτὸ εἰ καὶ νῦν ὡς ἔοικεν ἐπιλέλησται· ἵν' ἀνθρωπίνως εἶπω, καὶ περιπαθῶς ὡς ἄνθρωπός τε ἐγένετο· καὶ τὰ σωματικὰ ἀνεδέξατο· ὑμεῖς δὲ ὡς υἱοὶ Σιὼν οἱ τίμιοι καὶ ἀντιθέμενοι χρυσίῳ· οἱ λειτουργοὶ, καὶ ἱερεῖς, καὶ θύται τοῦ μεγάλου καὶ καινοῦ θύματος· καὶ εἴ τι ἕτερον ἐν διακόνοις καὶ ὑποδιακόνοις· καὶ τοῖς αἴρουσι τὰ σκεύη καὶ καθαιροῦσι· καὶ μελουργοῖς, καὶ ὑμνῳδοῖς, καὶ ψάλταις σύστημά τε καὶ πλήρωμα! οἵ, ὡς Ἱερεμίας φησὶ, τρυφεροί τε καὶ κακῶν ἀπαθεῖς· καὶ τὰς ὑψώσεις τοῦ Θεοῦ ἐν τῷ λάρυγγι περιφέροντες, πῶς νῦν μετετέθεισθε; ποῦ ἀθροίζεσθε; πῶς ἐστράφη ἡ χαρὰ ἡμῶν εἰς πένθος; πῶς αἱ ἑορταὶ εἰς θρήνους; Οὐ καλὸν ἦν ἡμῖν καὶ ὅσιον, ὡς καὶ ἐμοὶ ἔδοξε καὶ πᾶσι, προαποθανεῖν, ἢ συναποθανεῖν τῷ πτώματι; Ἐπεὶ δὲ ὁ Θεὸς ζῆν ἡμῖν ἔδωκε καὶ ἐγκατάλειμμα ἡμῖν ὑμᾶς ὑπελείπετο, ζητῶ ποῦ τὸ ἱερὸν ὑμῶν κάθηται νῦν ἢ ἵσταται σεμνολόγημα· ποῦ ἡ σύνοδος· ποῦ ἡ συνέλευσις·

Digitized by Google

που ἡ συζήτησις τῶν Γραφικῶν ῥητῶν τι περὶ τῆς A congregatio? ubi affluentia? ubi expositio scripturæ
συμφορᾶς ἐκείνης φιλοσοφεῖ τε, περὶ εὐδοκήσεως· verborum? utrum aliquid de hac calamitate dis-
περὶ παραχωρήσεως, περὶ οἰκονομίας, περὶ τῶν serat; de benevolentia, de remissione, de dis-
ἀνεφίκτων χρημάτων· εἴ τις ἐδόθη ὑμῖν ἢ ἀπεκα- pensatione, de inaccessis divitiis, utrum aliquis
λύφθη λόγος· εἴπατε καὶ ἡμῖν· καὶ μὴ ἐάσητε μόνῳ datus sit vobis aut absconditus sermo? dicite
τῷ ἀποσπάσματι τοῦ ἱεροῦ ὕμνου προσανέχειν· οὐκ nobis, neque sinite uni e templi fragmentis hymnos
ἔστιν ἐν τῷ καιρῷ τούτῳ λέγων ἄρχων ἢ προφήτης ἢ adhærere. Non est in hoc tempore loquens prin-
ἡγούμενος· οὐδὲ ὁλοκαύτωσις· οὐδὲ θυσία, οὐδὲ προσ- ceps, propheta aut dux; non holocaustum; non
φορὰ, οὐδὲ θυμίαμα. Οὐ τόπος τοῦ καρπῶσαι ἐνω- sacrificium neque oblatio; non incensum, nec locus
πιόν σου καὶ εὑρεῖν ἔλεος· ἀλλ' ὑμεῖς μὲν καὶ σώ- colligendi coram te et inveniendi misericordiam.
ζοισθε καὶ ἴδοιτε τὴν νέαν Ἱερουσαλὴμ ἀναγομένην Vos autem mementote et videte novam Jerusalem
τε εἰς ὕψος καὶ ἀνακαινιζομένην, καὶ ταῖς εὐχαῖς ascendentem in altum et renovatam; precibus ad-
συγκάμοιτε, καὶ δοξασθήσοισθε ἐν αὐτῇ καὶ λαμ- juvate, et glorificabimini in illa et magnificabimini.
πρυνθήσοισθε· σὺ δὲ, ἥλιε, καὶ σελήνη, καὶ ἀστέρες Tu autem, sol et luna, vos stellæ, ubi nunc lucetis?
ὑμεῖς, ποῦ ποτε ἄρτι φαίνετε; ποῦ αὐγάζετε; ποῦ ubi fulgetis? ubi radios mittitis orientes? quæ
τὰς ἀκτῖνας ἀνίσχοντες πέμπετε; ποῖος ὑμᾶς ἕτερος B vos altera domus excipit et hospitatur? qua nunc
οἶκος ἐκδέχεται καὶ ὑποδέχεται; τίνι ἐναβρύνεσθε νῦν; gloriamini? quid illuminatis? quo ornatu gaudetis?
τίνι ἀντιλάμπετε; ποίῳ ἔργῳ ἐνσεμνύνεσθε; τίς ἰδεῖν quis cernere vos superne aspiciens velit? quis non
ὑμᾶς ἄνω βλέπων ἐθέλοι; τίς οὐχὶ μᾶλλον κατακύ- potius caput inclinans in tenebris graditur? Lucem
πτων ἐν σκότει διαπορεύεται, καὶ φῶς ἀποστρέφε- enim abhorrens non timuit circumdari tenebris lugu-
ται; Οὐκ ἔδει σε περιβαλέσθαι σκότος τὸ πένθιμον; bribus. Hoc idem jam secundo illuminas, optime et
ἐκεῖνο τοῦτο ἤδη δεύτερον, φωστήρων ἄριστε καὶ μέ- maxime sol: non plena luna, conica sub umbra submit-
γιστε ἥλιε; οὐχὶ καὶ σὲ, πανσέληνε, κωνοειδεῖ τινι teris, occultaris et deficis; sed ita apparuit quod fa-
σκιάσματι ὑποδραμεῖν καὶ ὑποχρυβῆναι ἢ ἐκλεῖψαι; ctum est ut non factum, et ubi colemini? Ego igitur
Ἀλλ' οὕτω παρείδετε τὸ γεγονὸς ὡς ἀγένητον· καὶ sæpe vos vidi in hoc fulgenti sphærico templo; et
ποῦ ἐνδοξασθήσεσθε; Ἐγωγ' οὖν πολλάκις ὑμᾶς εἶδον videns obstupui, et causam quæsivi, cur ibi habi-
ἐν τῷ σελασφόρῳ περιγνάμπτῳ ναῷ ἐκείνῳ· καὶ taretis; et templi pulchritudinem causam didici
ἰδὼν ἐθαύμασα καὶ τὴν αἰτίαν ἠρεύνησα, δι' ἣν τοῦτο hujus morationis. Et vos quidem reputabam in
ὑπέστητε. Καὶ τὸ τοῦ ναοῦ κάλλος αἴτιον ἔμαθον τῆς amore infelices aut amoris expertes esse, hic mihi
διατριβῆς ἐκείνης. Καίτοι δυσέρωτας ὑμᾶς ᾠμην toto die visus es, sol, ex amica sede exsul, et volvens
εἶναι ἢ ἀνέρωτας· ποτὲ δὲ μοι καὶ δι' ὅλης ἐφάνης C et lucem et fulgens, et libens non abcedebas nec
τῆς ἡμέρας, ἥλιε, ἐμφιλοχωρῶν ἐκεῖσε· καὶ στρεφό- locum mutabas, usquedum nox venerit alternantem
μενος καὶ φαίνων καὶ λάμπων· καὶ ἐκὼν οὐκ ἀφ- tibi lunam ducens. Et illud cernens cogitabam te
ίστασο ἢ μεθίστασο· ἕως ἡ νὺξ ἐπῆλθε τὴν διάδοχόν ut gigantem, ut sponsum e thalamo egredientem
σοι σελήνην φέρουσα. Καὶ τοῦτο ἐγὼ βλέπων ἐλογι- vatem David cecinisse: hic enim prævidit te hujus
ζόμην ὅτι καὶ γίγαντα καὶ νυμφίον ἐκ τοῦ παστοῦ fulgentis templi amore captum, et hæc de te locu-
ἐξερχόμενον ὁ μελῳδὸς Δαυὶδ σε προανεφώνησε. tus est. Et nunc illi collapso non adhæres! Per quæ
Προεῖδε γάρ σε ἐκεῖνος τοῦ παμφαοῦς ἐκείνου ναοῦ major esses? per quæ illustrior? per quæ splen-
ἐρῶντα. Καὶ εἶπε δέ σοι ταῦτα. Καὶ νῦν τοῦτον οὐκ didior eris? Et tu omnium maxime inglorius demit-
ἐνετράπης πίπτοντα δι' ὧν ἦς μείζων· δι' ὧν ἐνδοξό- teris brevi et obscuraberis hac destructione, ut
τερος, δι' ὧν φαιδρότερος ἔσῃ· καὶ σὺ πάντων ἀδό- discas et tu inconstans et volubilis factus, eadem
ξαστος ταπεινωθήσῃ μικρὸν καὶ στυγνάσεις ἐπὶ τῷ ruina prostratus. Hoc autem templum restaurabitur,
πτώματι· ἵνα μάθῃς ἀλλοιωτὸς καὶ αὐτὸς καὶ τρε- ædificabitur, firmabitur aut perficietur? meum
πτὸς γεγονὼς, καὶ φθορᾷ ὑποκείμενος· οὗτος δὲ εἰ scire non est; meum autem, si superstes sum, si
μὲν ἀναστήσεται, καὶ ὑψωθήσεται, καὶ ἐδραιωθήσε- D ingredior, si video, si adoro, si divina eloquia audio,
ται, ἢ συντελεσθήσεται, οὐκ ἐμὸν εἰδέναι· τὸ δ' ἐμὸν Deo igitur hoc et illud sciente. . . . .
εἰ ἐπιβιώσω, εἰ εἰσέλθω, εἰ εἴδω, εἰ προσκυνήσω, εἰ
θεοκλυτήσω, Θεοῦ ἄρα τοῦτο κἀκεῖνο εἰδότος·

Digitized by Google

JOANNES MOSCHUS.

NOTITIA.

(Fabric. *Biblioth. Græc.* edit. Harles. t. X, p. 124.)

—

Joannes Moschus (*a*) cognomento Εὐκρατᾶς (*b*), (unde corruptum *Everatæ* vel *Evirati* nomen concinnavere alii), monasticam vitam in cœnobio S. Theodosii (*c*), Hierosolymis et in deserto ad Jordanem et in nova S. Sabæ laura coluit, Κανονάρχου sive præcentoris etiam officio functus, ut ipse testatur, cap. 50. Hic post visitata temporibus Tiberii et Mauritii imperatorum (*d*) per longinquam peregrinationem quam plurima Syriæ et Ægypti atque Occidentis etiam monasteria, animum ad scribendum appulit notissimumque illum librum de Vitis monachorum illius ætatis usque ad Heraclii (*e*) tempora fabulosis non destitutum narrationibus, composuit ad Sophronium sophistam, discipulum (*f*) et itinerum comitem, (deinde patriarcham Hierosolymitanum), quem ἱερὸν καὶ πιστὸν τέκνον appellat in præfat. et fratrem c. 92 et 135. atque abbatem fratrem, c. 102, meminitque iterum cap. 21, 69, 110, 111, 113, 157, 162 et 77, ubi Stephanum sophistam cum illo frequentasse se testatur. Passim invehitur in hæresin Severi Acephali, neque abnuit, se profecisse ex aliorum scriptis, quæ ante illud tempus de monachorum vita et gestis exstabant. Sic cap. 55, laudat βιβλίον γεροντικὸν, et cap. 112 : Καὶ ἀναγινωσκόντων ἡμῶν εἰς τὸ παραδείσιον τὰ ἀποφθέγματα τῶν ἁγίων Πατέρων. Diem obiisse supremum a. C. 620, a Joanne Bollando adnotatum reperi.

Titulus libri : *Pratum, viridarium, novus paradisus*, Λειμὼν seu Λειμωνάριον et Νέος Παράδεισος sive Νέον Παραδείσιον (*g*). In editis codicibus absolvitur capitibus CCXIX, cum Photius

NOTÆ.

(*a*) Ἰωάννης μὲν ὄνομα αὐτῷ, ἐξ ἐπικλήσεως δὲ ἐλέγετο, ὁ τοῦ Μόσχου. Photius cod. 199. Sic. *Jo. Moschi* dicendus esset ; sed *Jo. Moschus* dicitur, ut Apollonius Molo, Athenodorus Sandon, Apion Plistonices, Herodes Atticus, pro Attici, Plistonicæ, Sandonis, Molonis. Vide Valesium ad Ammian. XIV, 8. Non igitur credibile est, quod Rosweidus prolegom. 12, in Vitas Patrum, Moschum a natione ita dictum suspicatur. Joannis nomen solum scriptor ipse exprimit, c. 77 : *Dixit mihi Sophronius : vere, abba Joannes, hodie nihil ultra studeamus. Hæc ergo scripsimus, ut et vos pariter ædificemini.* Fabr. Conf. de illo G. I. Voss. De *Histor. gr.* II, c. 23, p. 220. Cave, in *SS. Eccles. Hist. litterar.* I. p. 581 seq. L. Ell. du Pin, *Nouv. biblioth.* tom. VI, pag. 17. R. Ceillier, *Hist. gen. des aut. eccles.* tom. XXVII, pag. 610. Hamberg. *Zuverlæss. Nachricht.* III, p. 469 seqq. Saxius in *Onom. lit.* II, p. 67 seq. qui eum, duce Photio, nominat *Joannem Moschi, scil. filium.* Harl.

(*b*) Apud Cotelerium tom. II, *Monument.* p. 341. Ἰωάννου τοῦ Εὐκρατᾶ βίβλος ἡ ἐπιγεγραμμένη Λειμών. [et ita ab ipso Caveo, l. c.] Confer Cotelerii Notas p. 655, et tom. I, p. 795.

(*c*) Photius, cod. 199.

(*d*) Vide Moschum in *Prato*, cap. 112, 127, 155 ; Photium, *ibid.*

(*e*) Photius, cod. 198.

(*f*) Photius : Τὸ παρὸν σύνταγμα γράφει καὶ προσφωνεῖ Σωφρονίῳ ἢ Σωφρονᾷ τῷ οἰκείῳ μαθητῇ καὶ ἐγχειρίζει αὐτῷ τοῦτο τὴν τοῦ βίου μέλλουσαν ἐφίστασθαι πρὸς τὰ ἀμείνονα προτεθεαμένος μεταβολήν. Joannes Antiochenus a Cotelerio editus tom. I *Monument.* p. 167 : Ἡ τοῦ ὁσίου Ἰωάννου πρὸς τὸν μαθητὴν Σωφρόνιον, ἤτοι ὁ Νέος παράδεισος. Neuter Sophronium illum monet fuisse eumdem cum patriarcha Hierosol. Nihilominus eumdem esse non dubitarunt Patres secundæ Nicænæ synodi, Jo. Damascenus et Nicephorus, sed qui Sophronio ipsi Λειμωνάριον perperam velut auctori tribuunt, ut mox infra dicetur.

(*g*) Cotelerius tom. I *Monument.* p. 748. Lambecius, VIII, p. 399. Fabr. De cod. Cæsar. 43, 2, p. 844 seqq. ed. Kollar. Ille autem cod. duplicem habet præfationem : prior continet vitam Jo. Moschi, ab anonymo conscriptam ; posterior autem est ipsius Jo. Moschi ad Sophronium. In eod. vol. p. 815. seqq. Lambec. recensuit cod. 38, in quo est n. 24, ex Jo. Moschi Limonario cap. 78, continens narrationem stupendi miraculi [seu miræ fabulæ Milesiæ,] puellæ mortuæ, quæ exspoliatorem suum detinuit, nec eum relaxare voluit, donec is promitteret, se monachum futurum. Inscriptio et principium est : Περὶ τοῦ τυμβωρύχου λόγος ὠφέλιμος ἐκ τοῦ Γεροντικοῦ etc. Add. in eod. vol. p. 576, notam Lambec. qui attulit testimonium Leontii de Moscho et Sophronio, auctoribus *Prati spiritualis.* — In cod. 165, n. 21 et 22, duæ narrationes ex Jo. Moschi *Prato spirituali* ; excusæ in Herib. Rosweidi *Vitis Patrum*, ed. Antwerp. 1628 fol. p. 866 et 914. — Fragmenta quædam, in cod. Cæsar. 166 1. — Excerpta ex eo, in Joannis patriarchæ Antioch. eclogis asceticis, in cod. 241, 1. V. Lambec. IV, p. 385 et 387, vol. V, p. 222 seqq. — Florentiæ in bibl. Laur. cod. 3 n. 4, Joannis τοῦ Εὐκράτου pratum spirituale : in quo cod. enarratio dividitur in capita, quæ sub uno tantum numero in editione comprehenduntur in plura subdivisit, observante Bandin. in Cat. codd. Gr. Laurent. I, p. 471. — In eod. cod. n. 6. (et in cod. Coislin. 232 teste Montf. in bibl. Coisl. p. 295.) est *Novus Paradisus* D. Daniel. Scetiotæ, V. Bandin. l. c. — Venetiis in cod. Nanianо 42, 5. Jo. Moschi Limonarium, quod in hoc cod. constat capp. 165. V. Cat. codd. Græc. Nanian. p. 52 sq. in eod. cod. n. 4. Palladii opus dicitur *Novus Paradisus.* Vid. supra in

Digitized by Google

304 διηγήμασι constantem legerit. Sed idem testatur, sua jam ætate fuisse codices alios aliis auctiores (*h*), et in nonnullis διηγήματα sive narrationum capita 342. In margine codicis ms. Margunii vocatur πατερικόν. Vide *Rosweidum*, p. 20, Prolegomenon ad Vitas Patrum.

Prodiit primum typis exscriptus Italice, nescio quo interprete, cujus editionis Lipomanus facit mentionem. Fabr. Fossius in Cat. bibl. Magliabech. tom. II, col. 817 seq. recensuit opus : *Vitæ SS. Patrum*; Italice Vicentiæ 1479 fol. min. Pars prima ascribitur Hieronymo ; secunda Eradio ; tertia Jo. Monacho ; quarta Leontio, episcopo Neapoleos in Cypro ; quinta Theophilo, Sergio et Elchino : quibus additur *Pratum spirituale* Joannis Evirati ad Sophronium, ex Latino Ambrosii Camaldulensis Italice redditum a Feo Belcario, etc. tum aliam edit. Venetiis 1488 fol. min. (et Venet. 1634, 4. V. Paiton. l. c. pag. 139 seq.) col. 818 seq. partim uberius recensuit. — Paitoni in Bibliotheca degli autori antich. Gr. e Lat. volgarizz. tom. II, sub voc. *S. Girolamo*, p. 135 seqq. multas Hieron. Vitarum SS. Patrum versiones enumerat Italicas, quarum multis addita est versio *Prati spiritualis* Italica, (col *Prato spirituale*, riscontrate col Latino et in lingua Toscana ridotte, etc.) Venet. 1542 fol. (In exemplaris fine notatam fuisse edit. primam 1475, monet Paiton.) — Ibid. 1557, fol. — 1565, 4. — 1568, 4. — 1569 fol. — 1579, 4. — Col *Prato fiorito*, Venet. 1580, 4. — Correct. a Jo. Mar. Verdizotti, ibid. 1585, 4. — Emendat. ibid. 1589, 4.—1605, 4.—Bresciæ, 1619, 4. Venet. 1620, 4.—Col *Prato spirituale*, di nuovo in questa ultima impressione corrette et emendate. — *Il Paradiso*, etc. Venet. 1623, 4 ;—1668, 1672, 1678, 4 ; Florent. 1731, 4 ; in tom. II, curante Domenico Maria Manni, qui apud Paiton. p. 141, adnotavit, ab Ambrosio Camaldulensi e Græco in Latinum sermonem translatum fuisse *Pratum spirituale*, a. 1422. Harl.

Deinde Latine ex Ambrosii Camaldulensis interpretatione, in tomo septimo Aloysii Lipomanni, Venet. 1558, 4. Et inde recusus seorsim Coloniæ 1583, et plus simplici vice in *Bibliothecis Patrum*. Idem libri decimi locum occupat in *Vitis Patrum* Heriberti Rosweidi, qui etiam notas breves addidit. Antwerp. 1615; Lugd. 1617 ; Antwerp. 1628, fol.

Græce et Latine denique lucem vidit in *Auctario Bibl. patrum* Ducæano, Paris, 1624, tom. II, p. 1057 ; et in *Bibliotheca Patrum* Paris. a. 1644, 1654, tom. XIII. Sed Græca plurimis capitibus (*i*) trunca, ex mss. codicibus, uno bibl. Regiæ, 2464, et tribus Colbertinis supplevit Jo. Baptista Cotelerius, Supplementaque illa Græce et Latine vulgavit. Paris. 1681, 4, tom. II *Monumentor. Ecclesiæ Græcæ*, p. 341-456.

Paschasius Auriacus (d'Orange) ordinis Minorum lector in conventu Insulensi non Latine vertit Moschi *Pratum* (ut Possevinus tom. II *Apparatus S.* p. 426, tradit), sed Gallice, quæ ejus versio prodiit Lovanii a. 1599. Vide Sweertii *Athenas Belgicas*, p. 592.

Jo. Moschi *Historiolam de Synesio episcopo, et Evagrio philosopho*, ex cod. Barocciano Bibl. Bodleianæ, Gr. et Lat. edidit Car. Christi. Woog. Lips. 1758, 4. *V.* Saxii *Onom.* lit. I, p. 468 ; et II, p. 68. Harl.

Postquam Palladii Lausiacam celebravit Nicephorus VIII, 41, *Hist.*, subjungit : Πολλὴν δὲ καὶ Σωφρόνιος ὁ Ἱεροσολύμων καὶ ἀγαθὴν ἱστορίαν περὶ τούτων (μοναχῶν) ἡμῖν καταλέλοιπεν, Λειμῶνα καὶ Νέον Παράδεισον τὴν συγγραφὴν ὀνομάσας. *Locupletem quoque et utilem de eis* (monachis) *historiam* Sophronius Hierosolymitanus *nobis reliquit*, Prati et novi Paradisi *titulo*, *scripto ei indito*. Intelligit itaque Sophronium, qui in patriarchatu Hierosolymitano successit, a. C. 629, Modesto, et a. 638, diem obiit, de cujus vita consulendus Papebrochius in *Actis Sanctor.* ad 11 Martii tom. II, p. 65 seq., ut dixi volumine superiore octavo p. 199 seq. [s. vol. IX, p. 167 seq. n. 17. nostræ edit.] cum illius scripta persequerer. Joannes Damascenus, lib. I, *Pro imaginibus*, p. 328, affert locum ἐκ τοῦ Λειμωναρίου τοῦ ἁγίου Πατρὸς ἡμῶν

NOTÆ.

notit. codd. Palladii *Lausiac. Hist.* — Taurini in cod. quondam Regio 100, sine nomine quidem auctoris, Jo. Moschi Limonarium : inc. Ἀρχὴ τῶν διηγήσεων. *V.* Cat. codd. Gr. Taurin. p. 187. — Paris. in bibl. publ. cod. 916 n. 2, Jo. Moschi, *Pratum spirituale* : primum tamen folium desideratur : idem in cod. 1605 2, et in cod. Coislin. 257. *V.* Montfauc. *Bibl. Coisl.* p. 304, in Paris. cod. 1599, 2, Jo. Eucratæ *Spirit. pratum :* deest autem finis. — In cod. 2731, 8, Jo. Moschi *Oratio funebris* inedita, *in laudem Lucæ Notaræ, magni ducis.* — In cod. Coisl. 370, sine auctoris nomine, centum et quinque capp. spiritualia, quorum maxima pars deest initio. *V.* Montf. *Bibl. Coislin.* p. 573 seq. Harl.

(*h*) Phot. Καὶ τὰ διηγήματα δὲ οὐχὶ τὸν ἴσον ἀριθμὸν ἐν πᾶσιν εὑρήσεις τοῖς βιβλίοις διασεσωσμένα. Ἀλλ' ἔν τισι καὶ εἰς δύο καὶ τεσσαράκοντα καὶ τριακοσίοις διπλωμένα · τοῦτο μὲν ἐνίων κεφαλαίων ἐπὶ διαιρέσει τοῦ ἀριθμοῦ συναυξομένου, τοῦτο δὲ καὶ διηγημάτων ἔστιν ὧν παρενθήκη. Mentio hujus operis etiam in quæstionibus Anastasii q. 60, p. 398, ubi locus affertur ἐκ τοῦ Λειμωναρίου. Præterea in Vita Gregorii M. scripta a Joanne Diacono circa a. 872, et apud Surium 12 Martii obvia, libr. II, c. 45 : « Nihilominus ex libro qui a Græcis Λειμὼν dicitur, a Latinis vero intelligitur *Campus* vel *Pratum*, præceptor meus inter alia toto orbe diffamata jam miracula interpretatus est mihi scribens : Enarravit nobis presbyter nomine Petrus, de S. Gregorio, » *etc.* ex Moschi cap. 192. Et libr. IV, cap. 63. « Sed ne solis verbis tanti præsulis humilitas inculcari credatur, superest, ut Græcorum relationibus ad me nuper interpretatis eadem patris humilitas vivis operibus demonstretur. In quibus videlicet ita refertur : Enarravit nobis abbas Joannes Persa, » etc. ex Moschi cap. 151.

(*i*) Desunt capita 5, 7, 9, 16, 17. 20, 21, 22, 23, 24, 26, 28, usque ad 42, 44, 51, 59, 61, 62, 74, 75, 76, 82, 83, 84, 86, 87, 90, 91, 92, 93, 94, 96, 100, 102, 103, 104, 106, 109, 110, 111, 115, 117, 120, 121, 122, 124, 126, 128, 130, 131, 132, 137, 138, 139, 140, 144, 146, 147, 148, 151, 152, 153, 154, 157, 168, 169, 170. 171, 172, 178, 179, 180, 191, 202, usque ad 206, 208, 209, 211, usque ad 219; et pars capitum 8, 18, 57, 69, 105, 127, 156, 163, 197.

Digitized by Google

Σωφρονίου Ἀρχιεπισκόπου Ἱεροσολύμων, eumdemque repetit lib. II, p. 344; et lib. III, p. 352. In synodo secunda Nicæna, a. C. 787 celebrata, actione 4, tom. III *Concil.* edit. Binianæ affertur idem locus τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Σωφρονίου ἐκ τοῦ Λειμωναρίου. Et alii tres, actione 5, p. 614 seq. ἐκ τοῦ Λειμωναρίου. Cum eadem iisdem verbis in *Prato* Joannis Moschi legantur, satis apparet Sophronium patriarcham Hierosolym. eumdem esse cum Sophronio Joannis Moschi discipulo, cui pratum ille suum inscripsit: deinde illam de monachis historiam, quam Jo. Moschus scripserat, tributam fuisse ab aliquibus Sophronio (*j*) tanquam auctori, non modo, quoniam Jo. Moschi magistri sui itinerum operisque socius exstitit, sed insuper, quia Sophronius hoc opus publicum fecit, ut ex Prologo græco, qui operi præfixus est, notavit Michael le Quien ad Damascen. tom. I, pag. 323. [Add. supra, vol. VIII, p. 90, med.]

NOTÆ.

(*j*) Confer Rob. Coci censuram scriptorum pag. 423 seq. et Aloysii Lipomanni præfat. ad Moschum.

ΤΟΥ ΜΑΚΑΡΙΟΥ ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΕΥΚΡΑΤΑ (a)

ΒΙΒΛΟΣ, Η ΛΕΓΟΜΕΝΗ

ΛΕΙΜΩΝ

ΔΙΑ ΤΟ ΠΟΛΥΑΝΘΗ ΒΙΩΝ ΔΙΗΓΗΣΙΝ ΤΗΣ ΟΥΡΑΝΟΠΟΡΟΥ ΡΟΔΩΝΙΑΣ ΦΕΡΕΙΝ.

—

BEATI JOANNIS EUCRATÆ

LIBER QUI INSCRIBITUR

PRATUM

QUOD FLORIDAM PROFERAT VITARUM NARRATIONEM CŒLESTIS ROSETI.

(Ducæus, *Supplem.* t. II, p. 1055, et Cotelerius, *Monument. Eccles. Græc.* t. II, p. 341.)

—

ALOYSIUS LIPOMANUS EPISCOPUS VERONENSIS, SINCERO LECTORI.

Liber hic, quem in tertia hujus septimi tomi parte legendum exponimus, *Pratum spirituale* nominatur, ex Græco Latinus per doctum virum Ambrosium Camaldulensem monachum redditus, quem adhuc typis excusum, non nisi vernacula, atque ea Italica lingua habuimus. Tanta autem spiritualium flosculorum amœnitate refertus est, ut in Paradisi deliciis ortus esse videatur. In eo siquidem antiquorum monachorum, et aliorum patrum Deo ex intimis præcordiis servientium redolet vitæ splendor, regularis disciplinæ observantia, pudicitiæ et continentiæ norma, victus et vestitus parcimonia, contra hæreticos invicta constantia, in jejuniis, vigiliis, et orationibus assidua perseverantia, et erga Dominum Jesum Christum eximius et inæstimabilis amor: quinetiam admirabilia quædam ac Spiritu sancto plena responsa, quæ legentium mentes spirituali quadam dulcedine perfundunt: sanctarum denique mulierum invicta fides, castitas incomparabilis, et felix earum in Deo consummatio. O si tales modo inveniremus milites Christo servientes, quam illustris, quam splendida, quam decora esset Ecclesiæ nostræ facies, quam adeo dejectam, et obsoletam, ac supra pelles Salomonis, atque Moysi Æthiopissam (pro dolor) denigratam conspicimus. Quod autem libro huic integra fides præstari possit, nec inter apocrypha censeatur, facit duorum amplissimorum Patrum Græcorum testimonium: quorum alter est Photius patriarcha Constantinopolitanus: alter, Joannes Damascenus, qui in fine primi libri, quem *Pro imaginibus* scripsit, quoddam mirabile factum, quod in hoc libro describitur, narrat, hac nota præmissa, ἐκ τοῦ Λειμωναρίου τοῦ ἁγίου Πατρὸς ἡμῶν Σωφρονίου ἀρχιεπισκόπου Ἱερο-

NOTÆ.

(*a*) *Ἰωάννου τοῦ Εὐκρατᾶ.* Docemur per istum titulum, et per illum quem ex alio ms. retulimus in notis t. I, Joannem Moschum, celebrem inter ecclesiasticos scriptores virum, dictum etiam fuisse Eucratam: sicut in *Actis S. Maximi* p. xxxv, Sergius ὁ Εὐκρατᾶς, et ab ipso Maximo epistola ad Joannem cubicularium, p. 260, monachi οἱ ἐπίκλην Εὐκρατάδες memorantur, μονὴ τῶν Εὐκρατάδων, act. 1 et 5 synodi CP. Sub Mena. Opus ejus editum fuit, cum Latine, tum etiam Græce in *Bibliotheca Patrum*. Sed Græca plurimis capitibus trunca sunt, quare hoc Supplemento indigebant.

Digitized by Google

σολύμων, hoc est, ex parvo *Prato* sancti Patris nostri Sophronii archiepiscopi Hierosolymorum. Joannes præterea diaconus, postea Romanus Pontifex, in quarto libro, quem de beati Gregorii Vita scripsit, cap. 63, hujus voluminis mentionem fecit, dum mirabile illius sancti Pontificis factum recenset, sic inquiens : « Sed ne solis verbis tanti præsulis humilitas inculcari credatur, superest, ut ex Græcorum relationibus a me nuper interpretatis, eadem patris humilitas vivis operibus demonstretur, in quibus videlicet ita refertur. Enarravit nobis abbas Joannes Persa, sanctus et venerandus vir exsistens (*a*); » et cætera, quæ sequuntur, prout in *Prato* hoc *spirituali*, cap. 151, habentur. Sed quod his omnibus majus est, in secunda Nicæna synodo, quæ pro cultu venerabilium imaginum contra Iconoclastas celebrata est, actione quarta ita legitur : « Eustachius venerabilis monachus, presbyter et præses mansionis Maximi, dixit : Et ego, Patres, sancti Sophronii Patris librum affero continentem multorum sanctorum vitas; et si placet, adducatur. Sancta synodus dixit : Legatur; Stephanus itaque monachus acceptum librum legit : « Ejusdem Patris nostri Sophronii e Limonario; dixit Theodorus abbas, Æliotes, quod erat quidam inclusus (*b*); » et cætera. Ubi totum caput 45, quod in hoc libro habetur, ad verbum redditur. Nihil est ergo quod de fide libri ambigere possis. Verum, scio statim moveberis, et dices : Quæ adduxisti pro libri commendatione, magnum scrupulum menti injiciunt. Namque tam Damascenus quam synodus librum Sophronio patriarchæ Hierosolymitano inscribunt, tu vero sub nomine Joannis cujusdam Evirati ad Sophronium sophistam illum scribentis evulgas. Quomodo ergo hæc convenire possunt inter se? Dubium sane haud contemnendum, et quod me ipsum quoque prima facie valde commovit. Sed profundius postea cogitanti omnis dubitationis caligo perfacile dimota est. Scriptor libri prorsus Joannes anachoreta fuit. Id tibi ex capite 77 voluminis ipsius liquido constare poterit. Photius quoque hunc ipsum auctorem libri Joannem Moschum (natione fortasse) fuisse asserit, cujus cognomen interpres Latinus forsan Eviratum reddidit. Verum Sophronio his de causis attribuitur : vel quia ad ipsum per charissimum socium inscribitur, ut, quemadmodum et Rhetoricorum Ciceronis ad Herennium, et ejusdem ad Atticum epistolæ ad Herennium; et ad Atticum libri nuncupantur : sic Sophronii liber hic dicatur, quia ad Sophronium dirigitur, atque ex eo maxime quod ad usum illius imprimis conscriptus est. Namque auctor ipse in epistola, quam libro præmittit, fatetur se ex hoc *Prato* coronam Sophronio contexuisse, ac per eum aliis deinceps obtulisse : seu quia in hoc libro dicta et gesta ipsius Sophronii pro majori parte continentur. Nam is totius itineris libri hujus auctoris fuit individuus comes, et quæcunque ambobus ambulantibus occurrerunt, vel quærentibus responderi contigit, diligentissime descripta sunt. Quare etiam hæc verba sæpissime iterata videbis : Venimus ego, et Dominus meus Sophronius sophista ad abbatem talem, et cætera. Et ideo semper etiam plurali locutione utitur dicens : « Perreximus, accessimus, vidimus. Narravit nobis senex monasterii dux. » Per quæ omnia conspici datur, scriptorem nunquam solum fuisse in his quæ narrat perquirendis. Sicut ergo Platonis Phædrus, Timæus, Gorgias, et Parmenides; et Tullii liber *De senectute*, Cato major, inscribuntur, a personis, quæ ibi colloquentes et disputantes inducuntur, quid obstabit huic libro, quin Sophronii dicatur, cum in eo is ambulans, visitans, operans, interrogans, et respondens, ubique fere asseratur? Aut demum ex illa causa Sophronio ascribitur, quoniam una cum Joanne prædicto conscriptor (ut ita dicam) forte ejusdem libri fuit. Lege hujus voluminis caput 77, et in ejus principio ita scriptum reperies : « Ego et Dominus meus Sophronius perreximus ad philosophi Stephani domum doctrinæ gratia, » etc. Deinde in fine ejusdem capitis hoc modo scriptum legitur : « Ista cum audivimus, innuit mihi Dominus meus Sophronius, et recessimus, et dixit mihi : Vere, abba Joannes, hodie nihil ultra studeamus : satis enim ædificati sumus. Hæc ergo scripsimus, ut et vos pariter ædificemini. » Una ergo ex his rationibus, seu potius omnibus simul accedentibus, jure meritoque liber iste Sophronii nomine inscriptus videtur. Nec te moveat, quod in hoc libro Sophronius hic non appellatur Hierosolymorum patriarcha, sed sophista. Nam vocabulum hoc non in malam olim partem, sicut fit modo passim, sed in bonam accipiebatur : nec aliud designabat, quam sapientem, et prudentem hominem : qualis fuit et Libanius ille, ad quem multæ Magni Basilii epistolæ directæ fuerunt, ipsum maximis præconiis efferentes. Potuit ergo vir iste prius et monachus esse, et sophista nuncupari, inde vero ad sanctam Hierosolymorum sedem assumi, ex qua, tanquam digniori loco, postea denominationem acceperit. Quo autem tempore viri hi, qui librum conscripserunt, claruerint, pro certo non habetur. Verum cum magni Gregorii Romani pontificis hujus nominis primi factum narrent, et synchronorum Cæsarum, videlicet Anastasii, Tiberii, Mauritii et Zenonis mentionem faciant, et in sexta synodo hic liber adducatur, conjectura assequi possumus, circa annum Domini sexcentesimum, illum fuisse conscriptum. Lege ergo libenti animo, et fide certa opus istud, candide lector, cujus exemplum ex apostolica bibliotheca accepimus : et ita mores, et vitam tuam ad ejus lectionem compone, ut talium tantorumque virorum, quos hic descriptos invenies, dignus æmulator exsistas : postmodum vero eorum consortio in æterna beatitudine feliciter adjungare. Quod tibi et mihi Dominus præstare dignetur, et omnibus qui Dominum Jesum diligunt in sinceritate. Vale.

NOTÆ.

(*a*) Idem miraculum, in aliis libris, hæreticorum dolo vitiatum legitur.

(*b*) Ejusd. syn. act. 5, in qua etiam citantur consequenter hujus lib. cap. 81 et 180.

Digitized by Google

JOANNIS EVIRATUS

DILECTO SUO IN CHRISTO, SOPHRONIO SOPHISTÆ.

Pratorum faciem verno maxime tempore esse jucundissimam, charissime, perspicuum omnibus est, quam scilicet omnigenam florum grata varietas efficit, intuentium in se provocans aspectum, ac prætereuntes detinens, ipsosque varie pascens. Namque arridet oculis, ac mulcet olfactum. Hujus vere prati pars rosarum rubore vernat: pars item albescens liliis, ab aspectu roseo tuentes, ad se facile advocat. Alia item ex parte violæ rutilant, colorque suo purpuram regis imitantur. Prorsusque varius, ac differens florum innumerabilium aspectus, atque fragantia, undique gratiam pullulat. Hujusmodi præsens quoque opus arbitrare, sancte ac fidelissime fili, Sophroni. Quippe reperies in eo virtutes sanctorum virorum, qui temporibus nostris claruere, ac juxta Psalmistæ sententiam, Secus decursus aquarum plantati sunt. (Psal. I, 3.) Qui cum omnes Deo accepti maxime, gratique fuerint, alius tamen alio virtutis genere magis decoratur: atque ex hac suavi varietate virtutum, grata venustas, amœnaque facies surgit. Ex his ego flores pucherrimos decerpens, coronam tibi ex immarcescibili ac perenni prato contexui, fidelissime fili, eamque tibi, ac per te omnibus offero. Quamobrem præsens quoque opus, pratum appellare placuit, propter oblectationem, suaveolentiam, et utilitatem, quam ex eo legentes capient. Virtus enim vitæ, morumque honestas est, ad quam non sola divinarum rerum meditatio, fidesque recta ducit, verum et aliorum conversatio, vitaque virtutibus plena in scriptis tradita. Quocirca hoc mihi negotium assumpsi confidens in Domino, fili charissime, idque vestræ charitati persuasum esse cupiens, quia apis in morem, utilia quæque, ac vere prosecutus, sanctorum Patrum recte facta pro animarum lucro descripsi.

Τῶν ἐαρινῶν λειμώνων τὴν θέαν, ἀγαπητὲ, πολλῆς εὑρίσκω τέρψεως γέμουσαν, ἣν ἡ παντοδαπὴς τῶν ἀνθέων βλάστη τοῖς θεωμένοις παρέχεται· κατέχουσα τοὺς παριόντας, καὶ ἑστιῶσα ποικίλως αὐτούς· κατά τι μὲν τοὺς ὀφθαλμοὺς φαιδρύνουσα, κατά τι δὲ νῦν τὴν ὄσφρησιν ἡδύνουσα. Τούτου μὲν γὰρ τοῦ λειμῶνος τὸ τυχὸν τῇ τῶν ῥόδων ἐρυθρότητι καταλάμπεται· τοῖς δὲ κρίνοις ἕτερον ἂν εἴη χωρίον· ἱκανῶς ἀπὸ τῶν ῥόδων ἐφ' ἑαυτὰ βιάσασθαι προτρεπόμενα· ἄλλοθεν ἀπαστράπτει τὸ χρῶμα τῶν ἴων, βασιλικῆς ὑπάρχον μίμημα πορφυρίδος· καὶ ὅλως ἡ ποικίλη καὶ διάφορος τῶν ἀμυθήτων ἀνθέων, εὐωδίας τε καὶ τέρψεως χάρισμα πάντοθεν ἀναδοταί. Τοιοῦτον δὲ καὶ τὸ παρὸν πόνημα ὑπολάμβανε, ἱερὸν καὶ πιστὸν τέκνον Σωφρόνιε. Εὑρήσεις γὰρ ἐν αὐτῷ ἀρετὰς ἁγίων ἀνδρῶν ἐν τοῖς χρόνοις ἡμῶν διαλαμψάντων· καὶ κατὰ τὸ ψαλμικὸν ἐκεῖνο λόγιον, παρὰ τὰς διεξόδους τῶν ὑδάτων πεφυτευμένους· καὶ πάντων μὲν χάριτι Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν θεοφιλῶν ὁμοίως· ἄλλοτε ἄλλου ἐν ἄλλαις ἀρεταῖς ὡραϊζομένου κάλλει τε καὶ εὐπρεπείᾳ, ἐξ ὧν τὰ καλὰ δρεψάμενος ἄνθη πλεκτὸν στέφανον ἀκηράτου λειμῶνος λαβὼν, προσφέρω σοι, τέκνον πιστότατον, καὶ διὰ σοῦ τοῖς πᾶσι. Διὸ καὶ τὸ παρὸν τοῦτο τὸ πόνημα Λειμῶνα ἀπεκαλέσαμεν, διὰ τὴν ἐν αὐτῷ τέρψιν τε καὶ εὐωδίαν, καὶ ὠφέλειαν τοῖς ἐντυγχάνουσιν. Ἀρετὴ γὰρ βίου, καὶ τρόπος σεμνότητος, οὐ μόνον ἡ περὶ τὰ θεῖα μελέτη, καὶ τὸ εὖ πεφρονηκέναι, καὶ περὶ τὰ τῇδε μᾶλλον ἐμφιλοχωρεῖν· ἀλλὰ καὶ τὰς ἄλλων ἀναγράφεσθαι πολιτείας. Διὸ πρὸς τὸ παρὸν ἐλήλακα σύνταγμα, πληροφορῶν τὴν ὑμετέραν, τέκνον, ἀγάπην, ὡς πολλὴν καὶ ἀληθῆ συλλογὴν ἐποιησάμην· ὡς ἐπὶ τῆς σοφωτάτης μελίττης τὰ ψυχωφελῆ τῶν Πατέρων ἀρυσάμενος κατορθώματα. Ἐντεῦθεν οὖν ἄρξομαι λέγειν οὕτως ταῦτα.

CAPUT I.

Vita sancti senis Joannis, et de spelunca Sapsas.

Erat senex quidam habitans in monasterio abbatis Eustorgii, Joannes nomine, quem sanctus Elias archiepiscopus Jerosolymorum voluit præpositum monasterii constituere. Ille vero non acquiescebat, dicens: In montem Sina orationis causa pergere volo. Archiepiscopus autem cogebat eum, ut prius abbas fieret, et postea pergeret quo vellet. Cum vero senex non acquiesceret, dimisit eum spondentem, se, postquam reversus esset, suscepturum regiminis curam. Et ita salutato archiepiscopo iter arripuit, ut ad Sina montem proficisceretur, assumpto secum et discipulo suo. Transvadatoque Jordane fluvio, cum vix uno la-

Ἦν τις γέρων οἰκῶν ἐν τῇ μονῇ τοῦ ἁββᾶ Εὐστοργίου, ὄντινα ὁ ἐν ἁγίοις ἡμῶν ὁ ἀρχιεπίσκοπος Ἱεροσολύμων ἠθέλησεν ποιῆσαι ἡγούμενον τοῦ μοναστηρίου. Ὁ δὲ οὐ κατεδέξατο, λέγων· Ἐν τῷ Σινᾷ ὄρει θέλω γενέσθαι εὐχῆς χάριν. Ὁ δὲ ἀρχιεπίσκοπος ἠνάγκαζεν αὐτὸν γενέσθαι, καὶ οὕτως ἀπελθεῖν. Οὐκ ἀνασχεθέντα δὲ αὐτοῦ τὸν γέροντα, ἀπέλυσεν συνταξάμενον, μετὰ τὴν ἐπάνοδον τὴν ἡγεμονίαν καταδέχεσθαι. Καὶ δὴ οὕτως ἀσπασάμενος τὸν ἀρχιεπίσκοπον, ἐξῆλθεν τὴν ὁδοιπορίαν ποιούμενος ἐπὶ τὸ Σίναιον ὄρος, λαβὼν τὸν ἑαυτοῦ μαθητήν. Καὶ διαβάντος τὸν Ἰορδάνην ποταμὸν, ὡς ἀπὸ σημείου

Digitized by Google

ἐνὸς, ἤρξατο φρικιᾷν ὁ γέρων καὶ πυρέσσειν. Ὡς δὲ οὐκ ἐδύνατο περιπατῆσαι, εὗρον σπήλαιον μικρὸν, καὶ εἰσῆλθον ἐν αὐτῷ πρὸς τὸ ἀνεθῆναι τὸν γέροντα. Ὡς δὲ ἐπέμενε πυρέσσων καὶ μήτε κινηθῆναι σχεδὸν δυνάμενος (ἐποίησε γὰρ τρεῖς ἡμέρας ἐν τῷ αὐτῷ σπηλαίῳ), θεωρεῖ ὁ αὐτὸς γέρων καθ' ὕπνους τινὰ λέγοντα αὐτῷ· Εἰπὲ, γέρων, ποῦ θέλεις ὑπάγειν; Λέγει δὲ τῷ φανέντι αὐτῷ· Εἰς τὸ Σινᾶ ὄρος. Λέγει αὐτῷ· Μὴ, παρακαλῶ, μὴ ἀπέλθῃς. Ὡς δὲ οὐκ ἔπεισε τὸν γέροντα, ἀνεχώρησε ἀπ' αὐτοῦ. Ὁ δὲ πυρετὸς πλέον ἐπετίθετο τῷ γέροντι. Πάλιν δὲ τῇ ἐπιούσῃ νυκτὶ, ὁ αὐτὸς παρίσταται αὐτῷ, τῷ αὐτῷ σχήματι, λέγων· Τί θέλεις, καλόγηρε, κοπωθῆναι; ἄκουσόν μου, καὶ μηδαμοῦ ἀπέλθῃς. Ἔφη αὐτῷ ὁ γέρων· Αὐτὸς γὰρ τίς εἶ; Ἀπεκρίθη αὐτῷ ὁ φανείς· Ἐγώ εἰμι Ἰωάννης ὁ Βαπτιστής· καὶ διὰ τοῦτό σοι λέγω, μηδαμοῦ ἀπέλθῃς· τὸ γὰρ σπήλαιον τὸ μικρὸν τοῦτο μεῖζον τοῦ Σινᾶ ὄρους ἐστίν. Πολλάκις γὰρ ἐν τούτῳ ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς εἰσῆλθεν ἐπισκεπτόμενός με. Δός μοι οὖν λόγον ὅτι ὧδε κατοικεῖς, κἀγώ σοι τὴν ὑγείαν παρέχω. Ὁ δὲ γέρων ἡδέως καταδεξάμενος συνέθετο μετὰ λόγου παραμένειν τῷ σπηλαίῳ. Παραχρῆμά τε ὑγιάνας διέμεινεν ἐν αὐτῷ μέχρι τῆς αὐτοῦ ζωῆς· ποιήσας τὸ σπήλαιον ἐκεῖνο ἐκκλησίαν· συναγαγὼν δὲ καὶ ἀδελφότητα. Ἔστιν δὲ ὁ τόπος ὁ ἐπιλεγόμενος Σάψας. Τούτου ἐξ εὐωνύμων προπαράκειται ὁ χείμαρρος Χωρὰθ, εἰς ὃν ἀπεστάλη Ἠλίας ὁ Θεσβίτης ἐν καιρῷ τῆς ἀβροχίας, ὁ ἐπὶ πρόσωπον τοῦ Ἰορδάνου.

A pide processissent, cœpit senior rigore detineri, ac post paululum invasit eum febris. Cum vero in tantum excresceret ardor febris, ut ambulare non posset, invenerunt speluncam parvulam, in quam ingressi sunt ut requiescerent. Cum vero febris ita invalesceret, ut se vix movere posset, in ipsa spelunca tres dies commorati sunt. Tunc senex in somnis aspexit quemdam astantem sibi, et dicentem : Dic, senex, quo ire vis? Respondit : In montem Sina. Dicit ei : Ne, quæso, ne recedas hinc. Cum vero seni id persuadere non posset, abscessit. Febris vero seni acrius infesta erat. Rursus nocte sequenti idem seni astitit eodem habitu, et ait : Quid, senior, affligi vis? audi me, et nusquam hinc proficiscaris. Ait illi senex : Tu quisnam es? Respondet is qui apparuerat : Ego sum Joannes Baptista ; et ideo tibi jubeo ut nusquam recedas, nam spelunca ista brevis major est monte Sina. Quippe in hanc sæpius Dominus noster Jesus, cum me visitaret, ingressus est. Pollicere ergo mihi, quod hic habitabis, et ego mox tibi sanitatem restituo. Quod senex audiens, libenter spopondit se in eadem spelunca permansurum. Et continuo sanus effectus, perseveravit ibidem toto vitæ suæ tempore. Speluncam vero illam fecit ecclesiam, congregavitque fratres. Appellatur autem locus ille Sapsas. Juxta illam ad lævam situs est torrens Chorath, ad quem missus est Elias tempore siccitatis, ex adverso Jordanis.

B

CAPUT II.

De sene, qui in propria spelunca pascebat leones.

Ἄλλος γέρων ἦν ἐν αὐτῷ τῷ τόπῳ τοῦ Σάψας, καὶ εἰς τοσαύτην ἦλασεν ἀρετὴν, ὥστε τοὺς λέοντας ἐρχομένους ἐν τῷ σπηλαίῳ αὐτοῦ, ὑποδέχεσθαι αὐτὸν, καὶ ἐν τῷ κόλπῳ αὐτοῦ παραβάλλειν αὐτοῖς· καὶ οὕτως πλήρης ἦν τῆς θείας χάριτος τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπος.

C Fuit in eodem loco Sapsa, commorans in spelæo senex alius tantæ virtutis, ut leones secum in eadem spelunca susciperet, atque cibum eis in suo sinu præberet, adeo divina gratia plenus erat vir Dei.

CAPUT III.

Vita Cononis presbyteri monasterii Penthucula.

Παρεβάλομεν ἐν τῇ λαύρᾳ τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Σάβα, τῷ Ἀθανασίῳ. Διηγήσατο ἡμῖν ὁ γέρων, λέγων, ὅτι Ὡς ἡμῖν εἰς τὸ κοινόβιον τοῦ Πενθουκλᾶ, ἦν τις Κόνων, ὀνόματι Κίλιξ, πρεσβύτερος εἰς τὸ βάπτισμα· καὶ ὡς μέγαν ὄντα τὸν γέροντα, ἔταξεν αὐτὸν ποιεῖν τὰ βαπτίσματα, αὐτὸς δὲ ἔχριεν, καὶ ἐβάπτιζεν τοὺς ἐπὶ τοῦτο παραγενομένους. Καθ' ὅτι οὖν ἔχριεν γυναῖκα, ἐσκανδαλίζετο, καὶ διὰ τοῦτο ἤθελεν ἀναχωρῆσαι τοῦ κοινοβίου· καθ' ὅτι οὖν ἔσχεν λογισμὸν τοῦ ἀναχωρῆσαι, ἐφίσταται αὐτῷ ὁ ἅγιος Ἰωάννης, λέγων· Καρτέρησον, καὶ κουφίσω σε τοῦ πολέμου. Ἐν μιᾷ οὖν ἦλθεν κόρη Περσία, ἐπὶ τὸ βαπτισθῆναι· ἦν δὲ εὐειδὴς πάνυ ὡραία, ὥστε μὴ δυνηθῆναι τὸν πρεσβύτερον αὐτὴν χρῖσαι τῷ ἁγίῳ ἐλαίῳ· καὶ ποιησάσης αὐτῆς δύο ἡμέρας, ἤκουσεν ἀρχιεπίσκοπος Πέτρος, ἐξεπλάγη ἐπὶ τῷ γεγονότι, καὶ ἠθέλησεν ἀφορίσαι διάκονον γυναῖκα ἐπὶ τῷ αὐτῷ. Ἀλλὰ τοῦτο οὐκ ἐποίησεν, διὰ τὸ μὴ ἐπιδέχεσθαι τὸν τρόπον. Ὁ δὲ πρεσβύτερος Κόνων, λαβὼν

D Cum in monasterium sancti Patris nostri Sabæ profecti fuissemus ad abbatem Athanasium, narravit nobis senex, dicens : Cum essem in monasterio Penthucula, presbyter quidam erat ad baptismi ministerium, Conon nomine, Alexandrinus genere, quem pro vitæ merito Patres jusserant ut baptizaret accedentes. Ipse igitur sancto chrismate ungebat et baptizabat eos qui ad hoc veniebant. Quoties ergo mulierem inungeret, scandalizabatur, atque ideo ex monasterio abscedere volebat. Cum autem ea cogitatione pulsabatur, assistebat ei sanctus Joannes Baptista, dicens : Tolera, et persevera, et ego te ab hoc bello liberabo. Quadam vero die venit puella ex Perside, ut baptizaretur, quæ ita speciosa erat ac tantæ pulchritudinis, ut non posset presbyter nudam eam sancto oleo inungere (1). Cum sic vero puella illic mansisset duos dies, audiens hoc archiepiscopus Petrus obstupuit de sene vehementer, voluitque ad hoc opus delegare diaconissam mulierem;

Digitized by Google

sed id non fecit, ne contra canones fecisse videretur. Conon vero presbyter, sumpta melote sua, recessit, dicens : Jam non amplius in hoc loco manebo. Cum ergo exiisset ad colles, ecce sanctus Joannes Baptista obvius illi factus est, et tranquilla voce affatus est illum, dicens : Revertere ad monasterium tuum, et hoc te bello levabo. Abbas vero Conon ait illi cum indignatione : Vere non revertar. Ecce enim jam toties pollicitus es mihi istud, nec fecisti. Tunc sanctus Joannes eum sedere fecit, amotisque vestimentis ejus, signavit eum ter signo crucis sub umbilico, dixitque ei : Crede mihi, presbyter Conon, volebam te pro hac pugna mercede donari; sed quia non vis, ecce abstuli a te hoc bellum, mercede autem hujus operis carebis. Reversus presbyter in cœnobium, ubi baptizare consueverat, in crastinum unctam puellam baptizavit, neque penitus animadvertit eam esse naturam mulierem. Implevit autem et alios annos duodecim in baptizandi ministerio tanta tranquillitate animi et corporis, ut nullum ultra sentiret carnis motum, neque mulierem natura videret. Atque ita in pace consummatus est.

A τὸ μηλωτάριον αὐτοῦ, ἀνεχώρησεν, εἰπών ὅτι Οὐ μενῶ εἰς τὸν τόπον τοῦτον. Ὡς οὖν ἐξῆλθεν ἐπὶ τοὺς βουνούς, ἰδοὺ ἀπαντᾷ αὐτῷ ὁ ἅγιος Ἰωάννης ὁ Βαπτιστὴς, καὶ πραείᾳ τῇ φωνῇ λέγει αὐτῷ· Ὑπόστρεψον εἰς τὸ μοναστήριόν σου, καὶ κουφίσω σε τοῦ πολέμου· Ὁ ἀββᾶς Κόνων λέγει αὐτῷ μετ' ὀργῆς· Πίστευε, οὐκ ἐπιστρέψω, πολλάκις γὰρ συνέθου μοι, καὶ οὐδὲν ἐποίησας. Κρατήσας οὖν αὐτὸν ὁ ἅγιος Ἰωάννης ἐκάθισεν αὐτὸν ἐφ' ἕνα τῶν βουνῶν, καὶ ἀνασκέψας τὰ ἱμάτια αὐτοῦ τῷ σημείῳ τοῦ σταυροῦ τρίτον κατεσφράγισεν αὐτὸν ὑποκάτω τοῦ ὀμφαλοῦ, καὶ εἶπεν αὐτῷ· Πίστευέ μοι, πρεσβύτερε Κόνων· ἤθελόν σοι ἔχειν μισθὸν ἐκ τοῦ πολέμου, ἐπειδὰν δὲ οὐ θέλεις, ἐκούφισα τὸν πόλεμον, καὶ μισθὸν οὐκ ἔχεις τοῦ πράγματος τούτου. Καὶ ὑποστρέψας εἰς τὸ κοινόβιον τοῦ βαπτίσματος ὁ πρεσβύτερος Κόνων, τῇ ἐπαύριον χρίσας ἐβάπτισεν τὴν Πέρσισαν, μὴ θεωρήσας ὅλως ὅτι γυνὴ τὴν φύσιν ὑπῆρχεν· ἐποίησεν δὲ καὶ ἄλλα δώδεκα ἔτη χρίων, καὶ βαπτίζων, μήτε κινηθεὶς τὸ σῶμα, μήτε γυναῖκα θεωρήσας ἔτι κατὰ τὴν φύσιν. Καὶ οὕτως ἐτελειώθη.

B

CAPUT IV.

Visio abbatis Leontii.

Narravit nobis abbas Leontius, cœnobii sancti Patris nostri Theodosii antistes, dicens : Postquam fugati sunt ab infidelibus persecutionem passi monachi propter novum monasterium, quod dicitur Laura, illuc ego profectus sum, mansique in eadem Laura. Quodam vero die Dominico descendi in ecclesiam, ut C acciperem sacra mysteria. Ingressusque vidi Angelum stantem ad dextrum altaris cornu, et magno pavore correptus, reversus sum in cellulam meam. Et venit mihi vox de cœlo, dicens : Ex quo sanctificatum est altare istud, ego jugiter illi astare jussus sum.

Διηγήσατο ἡμῖν ὁ ἀββᾶς Λεόντιος τοῦ κοινοβίου τοῦ ἁγίου Πατρὸς ἡμῶν Θεοδοσίου, λέγων, ὅτι Μετὰ τὸ διωχθῆναι τοὺς νέους λαυρήτας, ἐκ τῆς νέας λαύρας, ἀπελθὼν ἐκάθισεν εἰς τὴν αὐτὴν λαύραν. Κατελθὼν οὖν ἐν μιᾷ Κυριακῇ, ἀπῆλθον ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ μεταλαβεῖν· καὶ εἰσελθὼν ἰδον ἄγγελον παρεστῶτα ἐν τῷ δεξιῷ μέρει τοῦ θυσιαστηρίου, καὶ ληφθεὶς ἀνεχώρησα ἐν τῷ κελλίῳ μου· καὶ ἦλθέν μοι φωνὴ λέγουσα, ὅτι Ἐξότου ἡγιάσθη τὸ θυσιαστήριον τοῦτο, ἐγὼ ἐπιστεύθην παραμένειν ἐν αὐτῷ.

CAPUT V.

Relatio abbatis Polychronii de tribus monachis.

Abbas Polychronius ejusdem novæ Lauræ presbyter, narravit mihi, dicens : Cum sederem aliquando in monasterio Turrium Jordanis, unum illic ex fratribus animadverti sui ipsius negligentem, et nunquam sanctæ diei dominicæ canonem implentem; post modicum vero temporis eumdem aspexi cum omni studio et alacritate se exercentem. Tunc ego dixi ei : Nunc optime facis, curam tui gerens, frater. Qui ait mihi : Domine Pater, modo moriturus sum, et D post dies tres mortuus est.

Rursus idem abbas Polychronius narravit mihi, dicens : Cum in eodem monasterio Turrium defunctus esset quispiam fratrum, dixit mihi dispensator : Fac charitatem, et veni, ut fratris vasa in locum dispensationis deferamus. Cum ergo ferre cœpissemus, as-

Ὁ ἀββᾶς Πολυχρόνιος διηγήσατο ἡμῖν, λέγων, ὅτι Εἰς τὴν λαύραν τῶν Πυργίων τοῦ Ἰορδάνου, ἕνα τῶν ἐκεῖσε ἀδελφῶν[1] ἔβλεπον ἀμελοῦντα ἑαυτοῦ, καὶ μηδέποτε πληροῦντα τὸν τῆς ἁγίας Κυριακῆς κανόνα. Εἶτα ὡς μετὰ χρόνον τινὰ, θεωρῶ τὸν οὕτως ἀμελοῦντα, μετὰ πάσης σπουδῆς σχολάζοντα, σὺν προθυμίᾳ πολλῇ. Λέγω οὖν αὐτῷ, ὅτι Καλῶς νῦν ποιεῖς, φροντίζων τῆς ἑαυτοῦ ψυχῆς, ἀδελφέ. Ὁ δὲ λέγει μοι· Κῦρι ἀββᾶ, ἄρτι ἔχω ἀποθανεῖν. Καὶ μετὰ τρεῖς ἡμέρας ἀνεπάη[2].

Ὁ αὐτὸς ἀββᾶς Πολυχρόνιος ὁ τῆς νέας λαύρας πρεσβύτερος διηγήσατό μοι λέγων, ὅτι Καθημένου μού ποτε ἐν τῇ λαύρᾳ τῶν πυργίων (*b*), ἀδελφοῦ τελευτήσαντος, λέγει μοι ὁ οἰκονόμος· Ποίησον ἀγάπην, ἀδελφὲ, ἐλθὲ ἵνα τὰ σκεύη τοῦ ἀδελφοῦ ἀπενέγ-

VARIÆ LECTIONES.

[1] Al. inser. καθημένων. [2] Al. ἀπέθανεν et ἑκοιμήθη.

NOTÆ.

(*b*) *Λαύρα τῶν Πυργίων. Λαύραν τῶν πυργίων τοῦ Ἰορδάνου.* Act. 1 et 5 concilii CP. sub Mena : Πρεσβύτερος καὶ ἡγούμενος τῶν Πυργίων τοῦ Ἰορδάνου. Πρεσβύτερος τῶν Πυργίων τοῦ Ἰορδάνου.

Digitized by Google

κωμεν[a] εἰς τὸ οἰκονομεῖον. Ὡς οὖν ἠρξάμεθα μεταφέρειν τὰ σκεύη, θεωρῶ τὸν οἰκονόμον κλαίοντα· καὶ λέγω αὐτῷ· Ὄντως σὺ[b], κῦρι ἀββᾶ, τί οὕτως κλαίεις; ὁ δὲ λέγει μοι· Ὅτι σήμερον τὰ τοῦ ἀδελφοῦ[c] σκεύη βαστάζω, καὶ μετὰ δύο ἡμέρας ἄλλοι τὰ ἐμά. Καὶ οὕτως ἐγένετο. Τῇ γὰρ δευτέρᾳ[d] ἀνεπάη ὁ αὐτὸς οἰκονόμος, καθὼς εἶπεν.

picio dispensatorem flentem, cui dixi : Quid, quæso, ita ploras, abba? Quia, inquit ille, hodie fratris vasa fero, et post duos dies alii portabunt mea. Tertiaque die requievit frater ille, sicut prædixerat, cum Dominus eum singulariter in spe constituisset.

CAPUT VI.

Ejusdem relatio.

Ὁ ἀββᾶς Πολυχρόνιος ὁ πρεσβύτερος διηγήσατο ἡμῖν ὅτι ἀκηκόει παρὰ τοῦ ἀββᾶ Κωνσταντίνου τοῦ ἡγουμένου τῆς ἁγίας Μαρίας τῆς Θεοτόκου τῆς νέας, ὅτι ἀνέπαυέ τις τῶν ἀδελφῶν ἐν τῷ νοσοκομείῳ τῆς Ἱεριχὼ, καὶ τοῦτον ἐλάβομεν, καὶ ἐπηνέγκαμεν εἰς τὰ Πυργία, ἵνα θάψωμεν αὐτὸν ἐκεῖ· καὶ ἐξότου κατήλθομεν ἐκ τοῦ νοσοκομείου, ἕως οὗ ἐφθάσαμεν εἰς τὰ Πυργία, οὐ διέλιπεν ἀστὴρ ἐπάνω τοῦ τελευτήσαντος συνοδοιπορῶν, καὶ φαινόμενος, μέχρι κατεστήσαμεν αὐτὸν ἐν τῇ γῇ.

Idem enim abbas Polychronius presbyter hoc narravit, quod cum esset in monasterio abbatis Constantini antistitis monasterii sanctæ Mariæ Dei genitricis, quæ Nova dicitur, audivit quemdam fratrum in xenodochio Jerichuntino requievisse, quem cum accepissent fratres, ut ferrent ad monasterium Turrium, et sepelirent, ex quo iter agere cum corpore cœperunt, stella supra defuncti caput quasi comes itineris apparere non destitit, donec ipsum sepulturæ traderent.

CAPUT VII.

Vita et mors cujusdam senis qui recusavit abbas fieri in monasterio Turrium.

Γέρων τις ἐκάθητο ἐν τῇ λαύρᾳ τῶν Πυργίων. Οἱ οὖν πρεσβύτεροι τῆς αὐτῆς λαύρας καὶ οἱ λοιποὶ ἀδελφοὶ, ἐπειδὴ ἦν τελειωθεὶς αὐτῶν ὁ ἡγούμενος, ὡς μέγαν καὶ εὐάρεστον ὄντα, ἠθέλησαν αὐτὸν ποιῆσαι ἡγούμενον. Ὁ δὲ γέρων παρεκάλει αὐτοὺς, λέγων· Συγχωρήσατέ μοι, Πατέρες, κλαῦσαι τὰς ἁμαρτίας μου. Ἐγὼ γὰρ οὐκ εἰμὶ τοιοῦτος ὥστε[f] φροντίσαι ψυχῶν· ἀλλὰ τοῦτο τὸ ἔργον τῶν μεγάλων ἐστὶ Πατέρων[g], τῶν περὶ τὸν ἀββᾶν Ἀντώνιον[h] καὶ τοὺς λοιπούς. Καθ' ἑκάστην οὖν ἡμέραν, οὐ συνεχώρουν αὐτῷ, παρακαλοῦντες αὐτὸν οἱ ἀδελφοί· καὶ οὐκ ἐπείθετο. Ὡς δὲ ἐπὶ πολὺ εἶδεν αὐτὸν ἀναγκαζόμενον ὑπ' αὐτῶν, λέγει τοῖς πᾶσιν· Ἐάσατέ με τρεῖς ἡμέρας εὔξασθαι· καὶ εἴ τι θέλει ὁ Θεὸς, ποιῆσαι ἔχω. Ἦν δὲ Παρασκευὴ ἡμέρα. Καὶ τῇ Κυριακῇ ὄρθρου ἀνεπάη.

Alius quidam senex sedebat in eodem monasterio Turrium. Patres igitur ejusdem monasterii ipsum, ut magnum et virtutibus clarum, voluerunt sibi constituere abbatem. Senex vero orabat, dicens : Ignoscite mihi, Patres, et permittite me flere peccata mea. Ego enim talis meriti non sum, ut possim animarum curam gerere : negotium istud magnorum et excellentium Patrum est, Antonii, Pachomii, sanctique Theodori. Cum vero fratres illi non acquiescerent, ipsumque diebus singulis orarent, videns se ab eis nimium urgeri, dixit eis : Permittite me tribus diebus orare, et quidquid me Deus facere jusserit, faciam. Erat autem Parasceves dies : Dominica vero die mane requievit.

CAPUT VIII.

Vita abbatis Myrogenis hydropici

Γέρων τις ἦν ἐν τῇ λαύρᾳ τῶν Πυργίων ὀνόματι Μυρογένης, καὶ εἰς τοσαύτην σκληραγωγίαν, ὥστε αὐτὸν ὑδρωπικὸν γενέσθαι· ἔλεγεν δὲ συνεχῶς τοῖς παραβάλλουσιν αὐτῷ γέρουσιν πρὸς θεραπείαν· Εὔξασθε ὑπὲρ ἐμοῦ, Πατέρες, ἵνα μὴ ὑδρωπικὸς γένηται ὁ ἔσω μου ἄνθρωπος· ἐγὼ γὰρ ἐπὶ πολὺ τῇ τοιαύτῃ ἐπιμένειν νόσῳ εὔχομαι τῷ Θεῷ.

Περὶ τοῦ ἀββᾶ Μυρογένους ἀκούσας ὁ ἀρχιεπίσκοπος Ἱεροσολύμων Εὐτύχιος, ἠθέλησεν αὐτῷ πέμψαι τὰς χρείας, καὶ οὐδέποτε ἐδέξατο παρ' αὐτοῦ τιποτοῦν· ὅτι Εὖξαι ὑπὲρ ἐμοῦ, Πάτερ, ἵνα τῆς αἰωνίου ῥυσθῶ κολάσεως.

Senex quidam erat in eodem monasterio Turrium, Myrogenes nomine, qui ob nimiam austeritatem vitæ hydropicus effectus fuerat. Dicebat autem jugiter his senibus, qui ad eum conveniebant visitandi gratia : Orate pro me, Patres, ne interior homo hydropicus fiat. Ego enim, ut in hac infirmitate diutius durem, Deum oro.

De hoc abbate Myrogene cum audivisset Jerosolymitanus archiepiscopus Eustochius, voluit ad eum mittere quæcunque erant necessaria, sed ille nunquam ab eo quidquam consensit accipere. Hoc autem solum illi significabat : Ora pro me, Pater, ut liberer ab æterno cruciatu.

VARIÆ LECTIONES

[a] al. μετετέγκωμεν. [b] al. σοι. [c] al ins. μου. [d] al. inser. ἡμέρᾳ. [f] al. ins. δύνασθαι. [g] al. add. καὶ θεοφόρων. [h] al. Παχώμιον καὶ Θεόδωρον τὸν ἡγιασμένον.

NOTÆ.

Πρεσβύτερος καὶ ἀρχιμανδρίτης λαύρας τῶν Πυργίων. Πρεσβύτερος τῶν Πυργίων τῶν ἐν τῷ Ἰορδάνῃ. Πρεσβύτερος καὶ μοναχὸς τῶν Πυργίων τοῦ Ἰορδάνου. *Pyrgiorum, Turrium.*

Digitized by Google

CAPUT IX.

De mira cujusdam sancti Patris charitate.

In ipso monasterio Turrium, senex quidam erat A sanctæ nuditatis et eleemosynæ valde studiosus amator. Quadam ergo die venit pauper ad ejus cellulam eleemosynam petens; senex vero, cum non nisi unum panem haberet, proferens ipsum, dedit pauperi. Tunc dicit ei pauper: Nolo panem, sed indumentum. Volens autem senior curare illum, apprehensa manu ejus, introduxit in cellulam suam. Pauper autem cum illic nihil omnino invenisset, nisi solum quod ille induebat, tanta senis virtute compunctus, solvit sacculum suum, et in medio cellulæ quæcunque habebat evacuans, dixit: Sume ista, senior optime, et ego alibi quæram quæ mihi sunt necessaria.

Ἐν αὐτῇ τῇ λαύρᾳ τῶν Πυργίων, ἐκάθητό τις γέρων. Ἦν δὲ ἀκτήμων πάνυ· εἶχεν δὲ καὶ τὸ χάρισμα τῆς ἐλεημοσύνης. Ἐν μιᾷ οὖν τῶν ἡμερῶν, ἦλθεν πτωχὸς εἰς τὸ πυργίον αὐτοῦ αἰτῶν ἐλεημοσύνην. Ὁ δὲ γέρων οὐκ εἶχεν εἰ μὴ ἕνα ἄρτον, καὶ ἐξενέγκας δέδωκεν αὐτὸν τῷ πτωχῷ. Λέγει αὐτῷ ὁ πτωχός· Οὐ θέλω ἄρτον, ἀλλ' ἱμάτιον. Θέλων δὲ ὁ γέρων ἀποθεραπεῦσαι αὐτὸν πιάσας[10] αὐτὸν τῆς χειρὸς, εἰσήνεγκεν αὐτὸν εἰς τὸ πυργίον[11] αὐτοῦ. Ὁ δὲ πτωχὸς μηδὲν ὅλως εὑρηκὼς, εἰ μὴ ὃ ἐφόρει μόνον, κατανυγεὶς ἐπὶ τῇ ἀρετῇ τοῦ γέροντος, ἔλυσεν τὸ[12] ἴδιον σακκὴν (*c*), καὶ εἰς τὸ μέσον τοῦ κελλίου αὐτοῦ ἐκένωσεν ὅσα εἶχε, λέγων· Λάβε ταῦτα, καλόγηρε, κἀγὼ ἀλλαχοῦ οἰκονομοῦμαι.

CAPUT X.

Vita Barnabæ anachoretæ.

Anachoreta quidam erat in speluncis sancti Jordanis, Barnabas nomine. Hic die quadam cum descenderet bibere aquam de Jordane, infixa est pedi ejus ex arundine festuca, permansitque stimulum pedi infixum tenens jugiter, neque passus est ut eum medicus videret; itaque computruit pes ejus. Coactus vero est ascendere ad monasterium Turrium, sibique unam cellulam accipere. Porro pes ejus in dies putrescebat magis. Dicebat autem his qui ad eum veniebant, quod quanto magis homo exterior patitur, tanto amplius interior viret.

B Ἦν τις ἀναχωρητὴς εἰς τὰ σπήλαια τοῦ ἁγίου Ἰορδάνου, ὀνόματι Βαρνάβης. Οὗτος ἐν μιᾷ κατερχόμενος πιεῖν ἐκ τοῦ Ἰορδάνου, ἐμπαγὲν εἰς τὸν πόδα αὐτοῦ τι ἔσχεν, καὶ ἔμεινεν ἔχων τὸν σκόλοπα, μὴ ἀνεχόμενος ἵνα ἰατρὸς ἴδῃ αὐτόν. Καὶ ἐσάπη ὁ ποὺς αὐτοῦ, καὶ ἠναγκάσθη λαβεῖν ἑαυτῷ πυργίον εἰς τὰ Πυργία. Ὁ δὲ ποὺς αὐτοῦ πρόσκαιρα ἐσήπετο. Ἔλεγε δὲ πᾶσι τοῖς πρὸς αὐτὸν παραβάλλουσιν, ὅτι ὅσον ἔξω πάσχει ἄνθρωπος, τοσοῦτον ὁ ἔξω θάλλει.

Postquam vero ascendit abbas Barnabas ex spelunca sua ad Turres, cum fuisset ibi aliquantulum temporis, anachoreta quidam alius abiit ad speluncam ipsius, ingressusque vidit angelum Dei stantem super altare quod fecerat senior atque sacraverat. Aitque ad angelum anachoreta: Quid hic agis? Cui angelus ille: Ex quo sanctificata sunt ista, a Deo ipso mihi credita sunt [9].

Μετὰ τὸ ἀνελθεῖν τὸν ἀββᾶν Βαρνάβαν τὸν ἀναχωρητὴν ἐκ τοῦ σπηλαίου αὐτοῦ εἰς τὰ Πυργία, καὶ ποιῆσαι χρόνον τινὰ, ἕτερός τις ἀναχωρητὴς ἀπέρχεται εἰς τὸ σπήλαιον αὐτοῦ· καὶ εἰσελθὼν θεωρεῖ C ἄγγελον Θεοῦ ἑστῶτα ἐπὶ τοῦ θυσιαστηρίου, ὅπερ ἦν ποιήσας ὁ γέρων ἐπ' αὐτοῦ τοῦ σπηλαίου, καὶ ἁγιάσας. Καὶ λέγει ὁ ἀναχωρητὴς τῷ ἀγγέλῳ· Τί ποιεῖς ὧδε; Λέγει αὐτῷ, Ἄγγελός εἰμι τοῦ Κυρίου, καὶ ἀφ' οὗ ἡγιάσθη, ἐμοὶ ἐπιστεύθη ὑπὸ τοῦ Θεοῦ.

CAPUT XI.

Vita abbatis Agioduli.

Abbas Petrus presbyter monasterii sancti patris nostri Sabæ, narravit nobis de abbate Agiodulo [Itagiodulo] dicens: Cum is esset antistes dux monasterii beati Gerasimi, contigit fratrem quemdam de illic residentibus mori. Quod cum senex ignoraret, pulsaretque præfectus canonis lignum, quod fratres convenientes mortuum efferrent, ut vidit senex cadaver in ecclesiæ medio jacere, contristatus est valde, quod non illum salutasset priusquam migraret e sæculo. Profectusque secus lectulum ubi jacebat, ait defuncto: Surge, frater, et da mihi osculum. Qui protinus surgens, osculatus est senem. Tum dixit se-

Ὁ ἀββᾶς Πέτρος ὁ πρεσβύτερος τῆς λαύρας τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Σάβα, διηγήσατο ἡμῖν περὶ Ἀγιοδούλου, λέγων, ὅτι Ὄντος αὐτοῦ ἡγουμένου τῆς λαύρας τοῦ μακαρίου Γερασίμου, συνέβη ἀδελφόν τινα τῶν ἐκεῖ τελευτῆσαι, καὶ οὐκ ἔμαθεν ὁ γέρων. Καὶ κρούσαντος τοῦ κανονάρχου τὸ ξύλον, ἐφ' ᾧ πάντας τοὺς ἀδελφοὺς συναχθῆναι, καὶ προπέμψαι τὸν τελευτήσαντα, ἐλθὼν ὁ γέρων, καὶ ἰδὼν τὸ λείψανον τοῦ ἀδελφοῦ κείμενον ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, ἐλυπήθη, ὅτι οὐκ ἠσπάσατο αὐτὸν πρὸ τοῦ ἐξελθεῖν ἐκ τοῦ βίου. Ἀπελθὼν δὲ πρὸς τὴν κλίνην λέγει τῷ τεθνεῶτι, Ἔγειρου, ἀδελφὲ, δός μοι ἀσπασμόν. Ὁ

VARIÆ LECTIONES.

[10] al. κρατήσας. [11] al. ἐν τῷ κελλίῳ. [12] al. τόν.

NOTÆ.

(*c*) *Τὸ ἴδιον σακκὴν.* F. σακκὶν pro σακκίον. Al. Τὸν ἴδιον σάκκον, σάρκινον σάκκον dixit Germanus patriarcha, *Auctar.* Combefis. t. I, c. 1516 A. et σάκκινον vel σάκκινον καταπέτασμα *saccinum velum*, c. 1501 B. Nisi quis mecum maluerit σάρκινον *carneum*.

Digitized by Google

δὲ ἀναστὰς ἠσπάσατό τὸν γέροντα. Καὶ λέγει αὐτῷ ὁ γέρων· Κοίμα τὸ λοιπὸν ἕως ἐλθὼν ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ ἐγείρῃ σε.

A nex. Dormi jam, quousque veniat Christus Filius Dei, et resuscitet te.

Ὁ αὐτὸς ἀββᾶς Ἀγιόδουλος ἀνερχόμενος παρὰ τὰς ὄχθας τοῦ ἁγίου Ἰορδάνου, ἐν τῷ λογισμῷ διενοεῖτο, τί ἄρα γεγόνασιν οἱ λίθοι οἱ ἐκλεκτοὶ οἱ ἐμβληθέντες ὑπὸ Ἰησοῦ τοῦ Ναυῆ, ἀντὶ τῶν ἀρχόντων ὑπ' αὐτοῦ, καὶ ὡς ταῦτα διελογίζετο παραχρῆμα, διέστη ἔνθα καὶ ἔνθα τὰ ὕδατα, καὶ ἐθεάσατο τοὺς δώδεκα λίθους, καὶ βαλὼν μετάνοιαν τῷ Θεῷ, ἀνεχώρησεν.

Idem abbas Agiodulus cum transiret juxta Jordanis ripas, secum animo et cogitatione volvebat quid actum fuisset de lapidibus injectis a Jesu Nave pro his quos inde sustulerat. Cumque ista cogitaret, confestim hinc et hinc divisæ sunt aquæ. Tunc vidit illos duodecim lapides, prostratusque humi Deo gratias egit, et recessit.

CAPUT XII.

Dictum abbatis Olympii.

Ἀδελφὸς ἠρώτησε τὸν ἀββᾶν Ὀλύμπιον τὸν πρεσβύτερον τῆς λαύρας τοῦ ἀββᾶ Γερασίμου, λέγων· Εἰπόν μοι ῥῆμα. Ὁ δὲ λέγει αὐτῷ· Μὴ καθίσῃς μετὰ αἱρετικῶν, καὶ κράτει γλώσσης καὶ κοιλίας, καὶ ὅπου κάθῃ, συνεχῶς λέγε, ὅτι Ξένος εἰμί.

Frater interrogavit abbatem Olympium, presbyterum monasterii sancti Gerasimi, dicens : Dic mihi verbum. Qui dixit ei : Ne sedeas cum hæreticis, et B contine linguam et ventrem ; ac ubicunque sederis, dic assidue : Peregrinus sum.

CAPUT XIII.

Vita abbatis Marci anachoretæ.

Ἔλεγον περὶ τοῦ ἀββᾶ Μάρκου τοῦ ἀναχωρητοῦ (οὗτος δὲ ἐκάθητο πλησίον τῆς μονῆς τοῦ Πενθουκλᾶ) ὅτι ἐπὶ ἑξήκοντα ἐννέα ἔτη ταύτην ἔσχεν τὴν ἐργασίαν, τὰς ἑβδομάδας νηστεύων, ὥστε νομίζειν τινὰς, ὅτι ἄσαρκός ἐστιν. Ἠργάζετο δὲ νύκτα καὶ ἡμέραν περὶ τῶν ἐπαγγελιῶν τοῦ Χριστοῦ, καὶ ἐδίδου αὐτὰς πτωχοῖς, οὐδὲ παρά τινος ἔλαβεν τιποτοῦν· περὶ τούτου ἀκούσαντες φιλόχριστοι ἦλθον δοῦναι αὐτῷ τὴν ἀγάπην· ὁ δὲ ἔλεγεν· Οὐ λαμβάνω· τὸ γὰρ ἐμὸν χείρεργον τρέφει με, καὶ τοὺς ἐρχομένους πρός με διὰ τὸν Θεόν.

Dicebant de abbate Marco anachoreta, qui morabatur prope monasterium Penthucula per annos sexaginta tres, quod hanc habuerit virtutem hebdomadas integras jejunandi, ita ut putarent quidam eum sine carne esse. Operabatur autem die ac nocte, et distribuebat pauperibus omnia, neque ab aliquo quidpiam accipiebat. De hoc audientes fideles viri, venerunt, ut darent ei agapem, et ait ad eos : Non accipio, quia manus meæ nutriunt me et eos qui propter Deum ad me veniunt.

C

CAPUT XIV.

De fratre qui a spiritu fornicationis impugnabatur, et leprosus effectus est.

Ὁ ἀββᾶς Πολυχρόνιος πάλιν ἡμῖν διηγήσατο, ἡμῖν λέγων, ὅτι Ἐν τῷ κοινοβίῳ τοῦ Πενθουκλᾶ, ἀδελφὸς ἦν πάνυ προσέχων αὐτὸν, καὶ ἀσκητής. Ἐπολεμήθη δὲ εἰς πορνείαν, καὶ μὴ εἰσενεγκὼν τὸν πόλεμον, ἐξῆλθεν τοῦ μοναστηρίου, καὶ ἀπῆλθεν εἰς Ἰεριχὼ πληρῶσαι τὴν ἐπιθυμίαν αὐτοῦ. Καὶ ὡς εἰσῆλθεν εἰς τὸ καταγώγιον τῆς πορνείας, εὐθέως ἐλεπρώθη ὅλως· καὶ θεασάμενος ἑαυτὸν ἐν τοιούτῳ σχήματι, εὐθέως ἐπέστρεψεν εἰς τὸ μοναστήριον αὐτοῦ, εὐχαριστῶν τῷ Θεῷ, καὶ λέγων, ὅτι Ὁ Θεὸς ἐπήγαγέν μοι τὴν τοιαύτην νόσον, ἵνα ἡ ψυχή μου σωθῇ. Καὶ μεγάλως ἐδόξαζεν τὸν Θεόν.

Abbas Polychronius rursum nobis narravit quod in cœnobio Penthucula frater quidam erat sibi ipsi valde intentus et continens. Cum autem aliquando impugnaretur a spiritu fornicationis, non valens hanc pugnam sustinere, egressus de monasterio, profectus est Jericho, ut concupiscentiæ suæ satisfaceret. Moxque ut meretricis cellam ingressus est, leprosus factus est totus. Videns autem lepram, continuo rediit ad monasterium, Deo gratias referens et dicens : Idcirco Deus hac me castigatione percussit, ut anima mea salva sit, et magnifice glorificabat Deum.

CAPUT XV.

Factum mirabile abbatis Cononis.

Ἔλεγον περὶ τοῦ ἀββᾶ Κόνωνος τοῦ ἡγουμένου τοῦ Πενθουκλᾶ, ὅτι Ἐν μιᾷ ἀπερχομένου αὐτοῦ ἐπὶ Βίτων ἅγιον τὸ χωρίον ὑπήντησαν αὐτῷ Ἑβραῖοι, καὶ ἠθέλησαν αὐτὸν φονεῦσαι· καὶ γυμνωσάντων αὐτῶν τὰ ξίφη, ἔδραμον πρὸς τὸν γέροντα, καὶ πλησιάσαντες, ἀνέτειναν τὰς χεῖρας αὐτῶν ἐπὶ τῷ δοῦναι αὐτῷ· καὶ ἔμειναν αἱ χεῖρες αὐτῶν ἐν τῷ μετεώρῳ ἀκίνητοι. Καὶ ἐποίησεν αὐτοῖς ὁ γέρων εὐχὴν, καὶ ἀπῆλθον χαίροντες καὶ δοξάζοντες τὸν Θεόν.

D Dicebant de abbate Conone antistite monasterii Penthucula, quod die quadam cum iret Betamarim, obvios habuit Hebræos. Qui cum eum occidere vellent, districtis gladiis occurrerunt contra senem. Cumque appropinquassent, vibrarentque in eum gladios, manus eorum in sublime suspensæ perstiterunt immobiles. Facta vero oratione, solvit eos senex, et dimisit. Et abierunt gratias agentes Deo.

Digitized by Google

CAPUT XVI.

Relatio abbatis Nicolai de seipso et sociis.

Senex quidam sedebat in monasterio abbatis Petri juxta sanctum Jordanem, Nicolaus nomine, qui nobis narravit, dicens : Cum essem aliquando in Raythu, missi sumus tres fratres in ministerium in Thebaidem. Cum ergo per desertum iter faceremus, erravimus de via, ferebamurque per eremi latam vastitatem. Deficiente vero nobis aqua per aliquot dies, siti arescere cœpimus. Cumque jam et siti et æstu deficientes, progredi ulterius non valeremus, inventis per desertum myricis, jactavimus nos singuli sub umbra arborum, exspectantes mori præ siti. Prostratus vero in umbram ego factus sum in ecstasi, vidique piscinam aqua plenam, et circumfluentem, duos autem supra piscinæ labium assistere, vasque unum ligneum. Tunc cœpi unum ex illis rogare, dicens : Fac mecum charitatem, domine, et da mihi pusillum aquæ, quoniam deficio. Ille vero nolebat. Tunc dicit ad eum alter : Da illi modicum. Qui respondit ei, dicens : Non demus ei, valde enim desidiosus est, et negligens sui. At alter : Utique sane negligens est ac desidiosus, propter hospitalitatem tamen demus ei. Atque ita præbuerunt mihi et his qui mecum erant. Mox autem ut bibimus, confortati sumus, et iter agentes tribus diebus aliis sine potu, pervenimus ad loca habitabilia.

A Γέρων τις ἐκάθητο εἰς τὴν λαύραν τοῦ ἁββᾶ Πέτρου πλησίον τοῦ ἁγίου Ἰορδάνου, ὀνόματι Νικόλαος. Οὗτος διηγήσατο ἡμῖν λέγων, ὅτι Καθεζομένου μού ποτε εἰς τὴν Ῥαϊθοῦν [13], ἐπέμφθημεν τρεῖς ἀδελφοὶ εἰς διακονίαν, εἰς Θηβαΐδα. Καὶ δὴ ἀπερχόμενοι κατὰ τὴν ἔρημον, ἐπλανήθημεν τὴν ὁδὸν, καὶ περιεφερόμεθα ἐν τῇ ἐρήμῳ. Τοῦ οὖν ὕδατος ἡμῶν δαπανηθέντος, καὶ μὴ εὑρισκόντων ἡμῶν ὕδωρ ἐπὶ ἡμέρας, ἠρξάμεθα ἀπὸ δίψης καὶ ἐκ τοῦ καύματος ἐκλείπειν. Καὶ λοιπὸν μὴ δυνάμενοι βαδίζειν, εὑρόντες εἰς τὴν αὐτὴν ἔρημον δένδρα μυρίκηνα, ἐθήκαμεν ἑαυτοὺς, εἷς ἕκαστος ἡμῶν, ὅπου ηὗρεν τόπον κατάσκιον (*d*), προσδοκῶντες τὸν ἐκ τῆς δίψης θάνατον. Καὶ δὴ ἀνακείμενος ἐγὼ γίνομαι ἐν ἐκστάσει, καὶ θεωρῶ κολυμβήθραν πεπληρωμένην ὕδατος καὶ B περιεχούσαν, καὶ δύο τινὰς ἑστῶτας ἐπάνω εἰς τὸ χεῖλος τῆς κολυμβήθρας, καὶ ἐν ξυλίνῳ καυκίῳ (*e*) ἀντλοῦντας· καὶ ἠρξάμην παρακαλεῖν τὸν ἕνα, λέγων· Ποίησον ἀγάπην, κύριε, δός μοι ὀλίγον ὕδωρ, ὅτι ἐκλείπω. Ὁ δὲ οὐκ ἤθελέν μοι παρασχεῖν. Λέγει αὐτῷ ὁ ἄλλος· Δὸς αὐτῷ ὀλίγον. Ἀποκρίνεται αὐτῷ, λέγων· Μὴ δῶμεν αὐτῷ, ὅτι πολὺ ῥάθυμός ἐστιν καὶ ἀμελεῖ ἑαυτοῦ. Λέγει αὐτῷ· Ναὶ, ναὶ, ὅτι μὲν ῥάθυμός ἐστιν, ῥάθυμός ἐστιν· διὰ δὲ τὴν ξενιτείαν αὐτοῦ δώσωμεν αὐτῷ. Καὶ οὕτως παρέσχεν μοι· δοὺς, φησὶν, καὶ τοῖς μετ' ἐμοῦ. Καὶ ἐπίομεν, καὶ ὠδεύσαμεν [14] ἄλλας τρεῖς ἡμέρας μὴ πιόντες· καὶ τότε ἐφθάσαμεν τὴν οἰκουμένην.

CAPUT XVII.

Vita magni senis.

Dicebant de quodam Macno sene, qui in eodem C monasterio abbatis Petri morabatur, quod quinqua-

Ἔτι δὲ καὶ τοῦτο εἶπεν ὁ αὐτὸς γέρων, περί [15] τινος μεγάλου γέροντος, ἐν τῇ αὐτῇ λαύρᾳ [16] καθ-

VARIÆ LECTIONES.

[13] al. Ῥαϊθοῦ. [14] al. διωδεύσαμεν. [15] al. ἔλεγον περί. [16] al. inser. τοῦ Ἁββᾶ Πέτρου.

NOTÆ.

(*d*) *Τόπον κατάσκιον*. Tritissimæ voces κατάσκιος et κατασκιάζειν. Quarum ultimam reduci velim in locum suum, apud Palladium, *Dialogo de vita S. Chrysostomi*, cap. 18, p. 178 : Εἰς ὕπνον κατέπεσεν, οὔτε τοίχου ἢ πέτρας σκιὰν εὑρίσκων, ἀλλ' ὑπὸ φυτὸν ἀρκεύθινον, ὃ καὶ αὐτὸ ἀμυδρῶς κατασκιάζει. Minime vero κατασκευάζει. Elias *in somnum decidit, neque parietis aut saxi inveniens umbram, sed sub juniperi virgulto, quod et ipsum exiliter obumbrat.* Nec minus in voce haud absimili erratum t. II *Auct.* Combef. c. 237 D. In Andreæ Cretensis Iambis, φωτὸς καταστράπτοντος αὐτοὺς ἀσμίου. *Quos fulguris, lux, in modum blande subit.* Cum edendum fuisset ἀσκίου. Φῶς ἄσκιον lumen significat divinum quod umbra caret. *Lumine umbræ experte collustrante ipsos.*

(*e*) *Καυκίῳ*. Καυκίον et καυκάλιον infra, cap. 15, ut καῦκος et καῦκα, idem sonant ac Latine caucus, caucum, cauculus, caucellus ; id est calix, scyphus, poculum, patera et vas cavum. Circa quæ omissis aliorum animadversionibus, unum expendam locum, ex Indice ad Nicetæ *Annales* petitum. Καύκαλον, μίμημα, p. 95 C, ubi narratur de Aarone mago et dicitur : Καὶ προῦκειτο χελώνης ἔκφορον μίμημα, ἔνδον στέγον τῆς χέλυος ἀνθρωπόμορφον εἴκασμα, πεπεδημένον ἄμφω τὼ πόδε, καὶ τὸ στέρνον ἐλήλαμένον ἧλῳ διαμπερές. Interpr. *Et simulacrum testudinis prolatum, in quo erat imago hominis, qui ambos pedes habebat in compedibus et pectus clavo transfixum.* Verum καύκαλον, vel ut forte scribendum est καυκάλινον, et μίμημα nullatenus quadrant, sed μίμημα respondet voci sequenti εἴκασμα nisi si pro καύκαλον vitiose legerit εἴκελον. Nicetas itaque, mea quidem sententia, explicari debet de cauco et vase concavo ; illiusque verba hoc pacto in Latinum sermonem sunt transferenda : *Et depromptum prostabat testitudineum vasculum, intra testitudinem tegens humanæ formæ imaginem, utroque pede compeditam, et per totum pectus clavo confixam.* Nec me præterit, Salmasium hominem longe doctissimum aliter sentire in Notis ad Spartianum, atque χελώνης καύκαλον exponere testudinis superficiem, quod mihi ideo non placet, tum quia non solum proferebatur superficies testudinis, sed testudo ipsa seu vas e testudine, tum quia coactius videtur interpretamentum. Cogitet etiam prudens lector, utrum in eodem Nicetæ Indice καύκα, quæ καῦκα est ac ἑταιρὶς, erratum sit descriptoris : non enim ausim affirmare, ut et dubito de his in *Vita Eudociæ martyris* n. 2, Martii 1 : Γέγονε καυκίον ἀμόλυντος, quia vestigia ms. lectionis magis premeret καὶ ὀχεῖον.

Digitized by Google

ημένου, ὅτι πεντήκοντα ἔτη ἐποίησεν, καθήμενος εἰς τὸ σπήλαιον αὐτοῦ, μήτε οἶνον πίνων, μήτε ἄρτον ἐσθίων, εἰ μὴ πίτυρα · μετελάμβανεν δὲ τρίτον τῆς ἑβδομάδος.

A ginta annos egisset in spelunca sua, neque vinum bibens, neque panem comedens, nisi tantum furfureum. Tertio autem singulis hebdomadibus communicabat.

CAPUT XVIII.

Vita alterius senis monasterii Lauræ, qui cum leonibus dormiebat.

Διηγήσατο ἡμῖν πάλιν ὁ ἀββᾶς Πολυχρόνιος [17], ὅτι Ἄλλος γέρων ἐκαθέζετο ἐν τῇ αὐτῇ λαύρᾳ τοῦ ἀββᾶ Πέτρου, καὶ πολλάκις ἀναχωρῶν, καὶ μένων εἰς τὰς τοῦ ἁγίου Ἰορδάνου ὄχθας, ὅπου ηὕρισκεν κοίτην λέοντος, ἐκεῖ ἐκάθευδεν. Ἐν μιᾷ οὖν εὑρίσκει δύο σκύμνια λέοντος εἰς σπήλαιον, καὶ φέρει αὐτὰ εἰς τὴν ἐκκλησίαν, εἰς τὸ παλίον [18] ὃ ἦν περιβεβλημένος · καὶ ἔλεγεν, ὅτι Εἰ ἐφυλάττομεν τὰς ἐντολὰς τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ταῦτα εἶχον ἡμᾶς φοβεῖσθαι · ἀλλὰ διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν, δοῦλοι γεγόναμεν, καὶ μᾶλλον ἡμεῖς φοβούμεθα ταῦτα. Καὶ μεγάλως ὠφεληθέντες οἱ ἀδελφοί, ἀνεχώρησαν εἰς τὰ σπήλαια αὐτῶν.

Narravit nobis abbas Polychronius presbyter de alio sene, qui sedebat in eadem Laura abbatis Petri, quod plerumque abiens, in ripa Jordanis commanebat, et ubi cubile leonis invenisset, illic dormiebat. Die vero quadam tulit duos leonis catulos intra pallium suum in ecclesiam, et dicebat fratribus : Si mandata Domini nostri Jesu Christi custodiremus, ista animalia profecto nos timerent; sed propter peccatum servi effecti, nos illos timere comprobamur. Qua re magnifice ædificati fratres, ad mansiones suas recesserunt.

CAPUT XIX.

Relatio abbatis Eliæ de seipso.

Διηγήσατο ἡμῖν ὁ ἀββᾶς Ἠλίας ὁ βοσκὸς, ὅτι Καθημένου μού ποτε εἰς τὰ μέρη τοῦ Ἰορδάνου ἐν σπηλαίῳ, διὰ τὸ μὴ κοινωνεῖν με τῷ ἀββᾷ Μακαρίῳ τῷ ἐπισκόπῳ Ἱεροσολύμων · ἐν μιᾷ τῶν ἡμερῶν ὡς περὶ ὥραν ἕκτην τοῦ καύσωνος σφοδροτέρου ὄντος, ἔκρουσέν τις τῷ σπηλαίῳ μου, καὶ ἐξελθὼν ἐθεασάμην γυναῖκα · καὶ λέγω αὐτῇ · Τί ὧδε ποιεῖς ; Καὶ ἀποκριθεῖσα, λέγει μοι · Κῦρι ἀββᾶ, κἀγὼ τὴν πολιτείαν ταύτην μετέρχομαι, καὶ ὡς ἀπὸ σημείου ἑνὸς τοῦ κελλίου σου καθέζομαι ἔχουσα σπήλαιον μικρόν· ἔδειξέν μοι καὶ τὸν τόπον ὡς ἐπὶ Νότου. Καὶ λέγει μοι, ὅτι Διερχομένη τὴν ἔρημον ταύτην, ἐδίψησα ἐκ τοῦ πολλοῦ καύσωνος, ἀλλὰ ποίησον ἀγάπην, δός μοι ὀλίγον ὕδωρ. Κἀγὼ ἐξενέγκας τὸ βαυκάλιόν μου δέδωκα αὐτῇ. Ἡ δὲ λαβοῦσα ἔπιεν, καὶ ἀπέλυσα αὐτήν. Καὶ μετὰ τὸ ἀπελθεῖν αὐτὴν, ἤρξατο ὁ διάβολος πολεμεῖν με εἰς αὐτὴν, καὶ ἐμβάλλειν λογισμούς. Καὶ κατακυριευθεὶς, καὶ μὴ βαστάξας τὴν πύρωσιν, λαβὼν τὴν ῥάβδον μου, ἐξῆλθον τοῦ σπηλαίου, τοῦ καύσωνος καὶ τοὺς λίθους ἐκκαίοντος, καὶ ἀπῆειν πρὸς αὐτὴν, εἰς τὸ τὴν ἐπιθυμίαν πληρῶσαι. Γενόμενος δὲ ὡς ἀπὸ σταδίου ἑνὸς, τῆς ἐπιθυμίας καταφλεγούσης με, γίνομαι ἐν ἐκστάσει, καὶ εἶδον τὴν γῆν ἀνοιγεῖσαν, κἀμὲ κατασπώμενον, καὶ θεωρῶ σώματα νεκρὰ κείμενα σεσηπότα, καὶ διερῥαγότα, καὶ δυσωδίας ἀνεικάστου ποτὲ πεπληρωμένα, καί τινα ἱερο-πρεπῆ ὑποδεικνύντα τὰ πράγματα, καὶ λέγοντά μοι· Ἰδοὺ τοῦτο γυναικός ἐστιν, τοῦτο ἀνδρός ἐστιν· ἀπόλαυσον ποῖον ὅσον θέλεις τῆς ἐπιθυμίας σου. Διὰ τοιαύτην οὖν ἡδονὴν βλέπε πόσους κόπους θέλεις ἀπολέσαι, ἴδε διὰ ποίαν ἁμαρτίαν θέλετε ἑαυτοὺς ἀποστερῆσαι τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν. Ἀβάλε τῇ ἀνθρωπότητι ! Διὰ μίαν ὥραν ὅλον ἐκεῖνον τὸν κάματον θέλεις ζημιωθῆναι ; Ἐγὼ δὲ ἀπὸ τῆς πολλῆς δυσωδίας ἔπεσα εἰς τὴν γῆν. Καὶ ἐλθὼν ὁ φανείς μοι

τὸν θέλων πεῖσαι αὐτόν. Ὡς δὲ γέγονεν πρὸς αὐτὸν, ἤρξατο ὁ θεῖος Ἐφραίμιος[73] νουθετεῖν καὶ παρακαλεῖν τὸν στυλίτην, εἰς τὸ προσδραμεῖν τῷ ἀποστολικῷ θρόνῳ, καὶ κοινωνῆσαι τῇ ἁγίᾳ καθολικῇ καὶ ἀποστολικῇ Ἐκκλησίᾳ. Ἀποκριθεὶς δὲ πρὸς αὐτὸν ὁ στυλίτης εἶπεν, ὅτι Ἐγὼ τῇ συνόδῳ οὐ κοινωνήσω ὡς ἔτυχεν. Λέγει αὐτῷ ὁ θεῖος Ἐφραίμιος· Καὶ πῶς θέλεις ἵνα ἀποθεραπεύσω σε, ὅτι χάριτι Χριστοῦ Ἰησοῦ καὶ Κυρίου Θεοῦ ἡμῶν ἠλευθέρωται ἡ ἁγία Ἐκκλησία ἀπὸ παντὸς ῥύπου αἱρετικῆς διδασκαλίας; Λέγει αὐτῷ ὁ στυλίτης· Ἄψωμεν πῦρ, κῦρι ὁ πατριάρχης, καὶ εἰσέλθωμεν ἐγώ τε καὶ ὑμεῖς[74] καὶ εἴ τις ἐξέλθῃ ἀβλαβής, οὗτος ὀρθόδοξός ἐστιν, καὶ αὐτῷ ὀφείλομεν ἐξακολουθῆσαι. Τοῦτο δὲ εἶπεν πρὸς τὸ ἐκφοβῆσαι τὸν πατριάρχην. Ἀποκρίνεται αὐτῷ ὁ θεῖος Ἐφραίμιος τῷ στυλίτῃ· Ἔδει σε, τέκνον, ὡς Πατρί σου ἀκοῦσαί μου, καὶ μηδὲν πλέον ἀπαιτῆσαι ἡμᾶς. Ἐπειδὴ δὲ ἤτησας πρᾶγμα ὑπερβαῖνον τὴν ἐμὴν ἀθλιότητα[75], τεθαῤῥηκώς εἰμι εἰς τοὺς οἰκτιρμοὺς τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, ὅτι διὰ τὴν σωτηρίαν τῆς ψυχῆς σου, καὶ τοῦτο ποιῶ. Τότε λέγει ὁ θεῖος Ἐφραίμιος τοῖς παρεστῶσιν· Εὐλογητὸς Κύριος, φέρετε ὧδε ξύλα. Ἐλθόντα δὲ τὰ ξύλα· ἅψας αὐτὰ ὁ πατριάρχης ἔμπροσθεν τοῦ κίονος, λέγει τῷ στυλίτῃ· Κάτελθε, καὶ κατὰ τὴν κρίσιν σου εἰσερχώμεθα ἀμφότεροι. Τοῦ δὲ στυλίτου ἐκπλαγέντος ἐπὶ τῇ πρὸς Θεὸν πεποιθήσει τοῦ πατριάρχου, καὶ κατελθεῖν μὴ βουληθέντος, λέγει αὐτῷ ὁ πατριάρχης· Οὐχὶ σὺ τοῦτο προεβάλου γενέσθαι; Καὶ πῶς ἄρτι τοῦτο ποιῆσαι οὐ βούλῃ; τότε ἀποδυσάμενος ὁ ἐφόρει ὁ ἀρχιεπίσκοπος[76] ὠμοφόριον καὶ ἐλθὼν πλησίον τοῦ πυρὸς, ἤῦξατο λέγων· Κύριε, Ἰησοῦ Χριστὲ ὁ Θεὸς ἡμῶν, ὁ δι' ἡμᾶς καταξιώσας ἐκ τῆς Δεσποίνης ἡμῶν τῆς ἁγίας Θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας κατὰ ἀλήθειαν σαρκωθῆναι, δεῖξον ἡμῖν τὴν ἀλήθειαν. Καὶ πληρώσας τὴν εὐχὴν, ἠκόντησεν τὸ ὠμοφόριον αὐτοῦ εἰς μέσον τοῦ πυρός. Τοῦ δὲ πυρὸς[77] περὶ ὥρας τρεῖς διαμείναντος, καὶ τῶν ξύλων[78] δαπανηθέντων, ἔλαβον τὸ ὠμοφόριον ἐκ τοῦ πυρὸς σῶον, ἀβλαβὲς καὶ ἀκέραιον, μηδεμιᾶς εὑρεθείσης αὐτῷ ἐκ τοῦ πυρὸς αἰτίας. Τότε ὁ στυλίτης ἰδὼν τὸ γεγονὸς, ἐπληροφορήθη, καὶ ἀνεθεμάτισεν Σεουῆρον καὶ τὴν αἵρεσιν αὐτοῦ, καὶ προῆλθεν τῇ ἁγίᾳ[79] Ἐκκλησίᾳ, καὶ ἐκ τῶν χειρῶν τοῦ μακαρίου Ἐφραιμίου ἐκοινώνησεν, καὶ ἐδόξασεν τὸν Θεόν.

ripere Stylitem, et orare, ut accederet ad sanctum apostolicum thronum, et communicaret sanctæ et apostolicæ Ecclesiæ. Respondens vero Stylites ait: Ego synodo prorsus non communico. Dicit ad eum sanctus Ephræm: Et quomodo vis ut curem te, et satisfaciam pro gratia Domini nostri Jesu Christi? sancta Ecclesia libera est ab omni sorde pravitatis hæreticæ. Dicit ad eum Stylites: Accendamus ignem (7), domine patriarcha, et ingrediamur simul, et quem flamma non læserit, ille orthodoxus erit, illumque sequi debemus. Hoc autem dixit, ut terreret patriarcham. Respondit sanctus Ephræm Stylitæ: Oportebat quidem te, fili mi, tanquam patri obtemperare, nihilque a nobis amplius quærere. Quoniam vero rem postulasti excedentem quidem vires infelicitatis meæ, confido tamen in miserationibus Filii Dei, quia tuæ salutis causa et hoc faciam. Tunc ait divus Ephræm astantibus omnibus: Benedictus Dominus; afferte huc ligna. Cum vero allata essent ligna, succendit illa patriarcha ante columnam, dixitque Stylitæ: Descende nunc, ut juxta decretum tuum ingrediamur ambo. Stupefactus ille ad patriarchæ constantiam, descendere noluit. Tunc dixit ad eum patriarcha: Nonne tu hoc fieri petiisti? et quomodo id nunc facere non vis? Tunc exuens se qua indutus erat stola patriarcha, cum accessisset prope ignem, oravit, dicens: Domine Jesu Christe, Deus noster, qui propter nos dignatus es de sancta domina nostra Dei genitrice semperque virgine Maria incarnari et nasci, ostende nobis veritatem. Et completa oratione, jactavit stolam suam in medios ignibus. Cum autem ignis quasi per tres horas durasset, lignaque jam igne consumpta essent, tulerunt inde stolam integram, ita ut nulla ignis indicia in ea deprehendi possent. Tunc Stylites, videns quod factum fuerat, certior de veritate factus, anathematizavit Severum, et ejus hæresim, accedensque ad sanctam catholicam Ecclesiam, de manibus sancti Ephræm communicavit, et glorificavit Deum.

CAPUT XXXVII.

Vita Episcopi, qui cathedra relicta venit in sanctam civitatem, et mutato habitu ministrabat architectis.

Διηγήσατό τις τῶν Πατέρων περί τινος ἐπισκόπου ὅτι ἐάσας τὴν ἰδίαν ἐπισκοπὴν, ἀπῆλθεν ἐν Θεουπόλει, καὶ ἐργατείας ἔκαμνεν ὑπουργῶν. Ἐκείνου[80] τὸν καιρὸν Κώμης τῆς Ἀνατολῆς ὑπῆρχεν Ἐφραίμιος, ἀνὴρ ἐλεήμων καὶ φιλοσυμπαθής. Διὰ τοῦτο[81] οὖν τὰ κτί-

Quidam patrum enarravit nobis de quodam episcopo, quod relicto episcopatu suo profectus sit ad sanctam civitatem, ibique sumpto operarii habitu, ministraverit architectis. Eo vero tempore vir clemens et misericordiæ operibus deditus Ephremius comes

VARIÆ LECTIONES.

[73] al. Ἐφραίμ. [74] al. σύ. [75] al. ἀθλιοσύνην. [76] al. πατριάρχης. [77] al. inser. ὡς. [78] al. infer. λοιπὸν. [79] al. inser. καθολικῇ. [80] al. inser. οὖν. [81] al. δι' αὐτοῦ et διὰ τούτου.

NOTÆ.

Ἐκκλησίας, καὶ Φωτίου ἁγιωτάτου πατριάρχου, ἀκοινωνησίας ἐπιτιμίῳ τοῦ σώματος καὶ αἵματος τοῦ Χριστοῦ, καὶ τῆς τῶν πιστῶν συνάξεώς τε καὶ συναυλίας καθυποβάλλει, ἕως ἂν ἐπιμένωσι τῇ ἀποστασίᾳ. Id est: *Sancta synodus eos qui a sancta Dei Ecclesia, sanctissimoque patriarcha Photio abscesserunt, censuræ excommunicationis a perceptione corporis et sanguinis Christi, et a conventu contubernioque cum fidelibus, subjicit, quandiu in apostasia et defectione permanserint.* Inepte editum fuit ἀπατήσαντας, et versum *eos qui decipiunt.*

Digitized by Google

Orientis erat, ac per ipsum ædificia publica reparabantur; civitas enim terræ motu ceciderat. Die autem quadam vidit per visum Ephremius dormientem episcopum, columnamque ignis super eum ad cœlum usque pertingentem. Hoc autem cum non semel, nec bis, sed sæpius cerneret, obstupuit Euphremius (erat quippe visio ipsa terribilis et plena stuporis) cogitabatque apud semetipsum quidnam hoc esset, neque agnoscebat quis esset ille mercenarius, videns illum coma neglecta, veste sordida, vili et abjecto habitu, et nimia exercitatione et continentia, jugisque laboris fatigatione afflictum, et squalidum toto corpus cultu. Accersitum autem operarium ejusmodi Ephremius, percontabatur quisnam esset; cœpitque secorsum agere cum illo, quo vocaretur nomine, et cujus civitatis esset oriundus. Qui ait ad illum : Ego unus pauperum istius civitatis sum; cumque non habeam unde meipsum sustentare valeam, operor ut possum, et Deus de laboribus meis pascit me. Motus ergo divinitus Ephremius, respondit illi, et ait : Crede mihi, non te dimittam, donec mihi omnia de te veraciter prosecutus fueris. Cum vero ita constringeretur, neque se ulterius posset abscondere, dixit illi : Pollicere mihi, quia quandiu fuero in vita hac, nemini dices quæ circa me sunt, et ego, suppresso tantum nomine, vera tibi de me annuntiabo. Juravitque illi comes, nulli se ea dicturum quandiu esset in vita. Tunc ait illi : Ego episcopus sum, et propter Deum dimisi episcopatum meum, et veni huc quasi ad ignotum locum. Affligens autem carnem meam, et operans, ex labore meo modicum panis mihi acquiro; tu vero quantum potes, adjice ad eleemosynam. His enim diebus Deus promovebit te ad apostolicum thronum hujus civitatis, ut pascas populum suum, quem acquisivit per proprium sanguinem Christus verus Deus noster. Ut igitur dixi, eleemosynis insiste, et pro recta fide jugiter sta et decerta. Talibus enim sacrificiis maxime delectatur Deus. Ita ut prædixerat, contigit. Divusque Ephremius, his auditis glorificavit Deum, dicens : Quantos habet occultos famulos, et soli sibi cognitos Deus.

σματα τὰ δημόσια ἀνῳκοδομοῦντο· ἦν γὰρ ἐκ τοῦ σεισμοῦ ἡ πόλις συμπεσοῦσα. Ἐν μιᾷ οὖν κατὰ τοὺς ὕπνους θεωρεῖ ὁ Ἐφραίμιος τὸν ἐπίσκοπον καθεύδοντα, καὶ ἀπ' αὐτοῦ οὐρανοῦ στύλον πυρὸς ἐφεστηκότα ἐπάνω αὐτοῦ. Τοῦτο θεασάμενος οὐχ ἅπαξ [83], ἀλλὰ καὶ πολλάκις, εἰς ἔκπληξιν ἦλθεν ὁ Ἐφραίμιος. Ἦν γὰρ τὸ θαῦμα φοβερὸν καὶ ἐκπλήξεως γέμον. Καὶ ἐλογίζετο ἐν ἑαυτῷ τὸ τί ἂν εἴη τοῦτο. Οὐδὲ γὰρ ἐγίνωσκεν ὁ Ἐφραίμιος, ὅτι ὁ ἐργάτης ἐπίσκοπος ὑπῆρχεν· πῶς γὰρ καὶ εἶχεν γνῶναι, ὅτι ἐπίσκοπος ἦν, θεωρῶν κόμην αὐχμηρὰν καὶ ἐσθῆτα ῥερυπωμένην, καὶ εὐτελῆ ἄνδρα, καὶ τεταλαιπωρημένον ἐκ τῆς πολλῆς ὑπομονῆς, ἀσκήσεώς τε καὶ ἐργατείας [83], καὶ τῆς συντριβῆς τοῦ κόπου τοῦ πολλοῦ [84]. Ἐν μιᾷ οὖν μεταστέλλεται ὁ Ἐφραίμιος τὸν ἐργάτην, τόν ποτε ἐπίσκοπον, θέλων παρ' αὐτοῦ μαθεῖν τὸ τίς ἐστιν· καὶ ἤρξατο κατ' ἰδίαν ἐρωτᾷν αὐτὸν, πόθεν τέ ἐστιν, καὶ τὸ ὄνομα αὐτοῦ [85]. Ὁ δὲ λέγει αὐτῷ· Ἐγὼ εἷς εἰμι τῶν πτωχῶν τῆς πόλεως ταύτης, καὶ μὴ ἔχων πόθεν θρέψαι ἐμαυτὸν ἐργατείας ποιῶ, καὶ τρέφει με ὁ Θεὸς ἐκ τῶν κόπων μου. Θεόθεν οὖν κινηθεὶς ὁ Ἐφραίμιος ἀποκρίνεται αὐτῷ, λέγων· Πίστευσόν μοι, οὐ μή σε ἐάσω, ἕως ἂν πάντα κατὰ ἀλήθειαν εἴπῃς τὰ περὶ σοῦ. Μὴ δυνάμενος οὖν λοιπὸν ἑαυτὸν ἀποκρύψαι, λέγει αὐτῷ· Δός μοι λόγον, ὅτι ὅσον εἰμὶ ἐν τῇ ζωῇ ταύτῃ, οὐδενὶ ἀναγγελεῖς τὰ περὶ ἐμοῦ, κἀγὼ τὰ κατ' ἐμαυτὸν χωρὶς τοῦ ὀνόματός μου καὶ τῆς [86] πόλεως ἀναγγελῶ. Τότε ὤμοσεν αὐτῷ ὁ θεῖος Ἐφραίμιος, ὅτι Οὐ μὴ εἴπω τινὶ τὰ περὶ σοῦ, ἕως ἂν θελήσει σε Θεὸς εἶναι ἐν τῇ ζωῇ ταύτῃ. Ὁ δὲ λέγει αὐτῷ· Ἐγὼ ἐπίσκοπος ὑπάρχω, καὶ τὴν ἐπισκοπήν μου ἐάσας διὰ τὸν Θεὸν, ἦλθον ἐνταῦθα ὡς εἰς ἄγνωστον τόπον, κακοπαθῶν καὶ ἐργαζόμενος ἐργατείας· καὶ ἐκ τοῦ κόπου μου πορίζομαι τὸ μικρὸν τοῦ ἄρτου. Ἀλλ' ὅσον δύνασαι πρόσθες εἰς τὴν ἐλεημοσύνην. Ἐν ταύταις γὰρ ταῖς ἡμέραις ὁ Θεὸς ἀναβιβάζει σε ἐπὶ τὸν ἀποστολικὸν θρόνον ταύτης τῆς Θεουπολιτῶν Ἐκκλησίας, ἵνα ποιμαίνῃς τὸν λαὸν αὐτοῦ, ὃν περιεποιήσατο διὰ τοῦ ἰδίου αἵματος Χριστὸς ὁ ἀληθινὸς Θεὸς ἡμῶν. Ὡς οὖν εἶπον ὑμῖν, ὑπὲρ τῆς ἐλεημοσύνης καὶ τῆς ὀρθοδοξίας ἀγωνίσασθε. Τοιαύταις γὰρ θυσίαις εὐαρεστεῖται ὁ Θεός. Ἐν ὀλίγαις δὲ ἡμέραις οὕτως γέγονεν. Ταῦτα οὖν ἀκούσας ὁ θεῖος Ἐφραίμιος, ἐδόξασε τὸν Θεὸν, λέγων, Πόσους κρυπτοὺς δούλους ἔχει ὁ Θεὸς, καὶ μόνῳ αὐτῷ γνώριμοι εἰσιν!

CAPUT XXXVIII.

Mors Anastasii (8) *imperatoris impii.*

Narravit nobis vir quidam fidelis de Anastasio imperatore, quod cum ejecisset Euphemium et Macedonium patriarchas Constantinopolitanæ Ecclesiæ,

Διηγήσατο ἡμῖν τις φιλόχριστος περὶ Ἀναστασίου τοῦ βασιλέως, ὅτι μετὰ τὸ καθελεῖν Εὐφήμιον καὶ Μακεδόνιον (*a*) τοὺς πατριάρχας Κωνσταντινουπό-

VARIÆ LECTIONES.

[83] al. inser. οὐδὲ δίς. [83] al. ἐγκρατείας. [84] al. ξύλου. [85] al. add. καὶ ποῦ ὑπάρχει πόλεως. [86] absunt ab al.

NOTÆ.

(*a*) *Μακεδόνιον.* Exsilium Macedonii verbis memoralibus et valde observandis refertur a Liberato, *Breviarii*, cap. 19 : *Hoc tempore*, inquit, *Macedonius Constantinopolitanus episcopus, ab Imperatore Anastasio dicitur expulsus, tamquam Evangelia falsasset, et maxime illud Apostoli dictum : « Quia apparuit in carne, justificatum est in spiritu.»* *Hunc enim immutasse, ubi habet*, ὅς, *id est qui, monosyllabum Græcum, littera mutata* o *in* ω *vertisse, et fecisse* ὡς, *id est, ut esset Deus, apparuit per carnem. Tanquam Nestorianus ergo culpatus expellitur per Severum monachum.* Et primo quidem ad ea : *Quia apparuit in carne*, observo, Liberatum, I Tim. III, 16, aut legisse in Græco ὡς, aut Latinum

Digitized by Google

λεως, ἐξώρισεν [87] αὐτοὺς εἰς Εὐχάϊταν ἐπὶ Πόντον, διὰ τὴν ἁγίαν σύνοδον ἐν Χαλχηδόνι [88] Πατέρων, θεωρεῖ κατὰ τοὺς ὕπνους ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Ἀναστάσιος ἄνδρα τινὰ τέλειον λευχείμονα ἐξ ἐναντίας αὐτοῦ ἑστῶτα, βαστάζοντα κώδικα γεγραμμένον, καὶ ἀναγινώσκοντα. Καὶ ἀναπτύξας πέντε φύλλα τοῦ κώδικος (*γ*), καὶ ἀναγνοὺς τοῦ βασιλέως τὸ ὄνομα, εἶπεν αὐτῷ· Ἴδε διὰ τὴν ἀπιστίαν σου ἀπαλείφω δεκατέσσαρα· καὶ τῷ ἰδίῳ δακτύλῳ ἀπήλειψεν, φησίν. Καὶ μετὰ δύο ἡμέρας, ἀστραπῆς (*z*) γενομένης μεγάλης καὶ βροντῆς (*a*), πάνυ θροηθεὶς ἀπέδωκεν τὸ πνεῦμα ἐν θλίψει πολλῇ· ἀνθ' ὧν ἠσέβησεν εἰς τὴν ἁγιωτάτην Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν Ἐκκλησίαν, καὶ τοὺς ποιμένας αὐτῆς ἐξώρισεν.

A ac propter sanctam Chalcedonensem synodum illos Gaitan in Pontum exsilio relegasset, vidit in somnis idem imperator virum quemdam insignem, vestitum amictu candido, contra se stare, Codicem scriptum ferentem, ac legentem. Evolvens autem quinque folia Codicis, legensque imperatoris nomen, ait illi : Ecce propter perfidiam tuam deleo quatuordecim, et digito suo illos delevit. Ac post duos dies facto fulgore magno atque tonitruo, pavore turbatus reddidit spiritum in summa angustia, pro eo quod impius fuit in sanctam Christi Dei nostri Ecclesiam, ejusque pastores auxilio damnavit.

CAPUT XXXIX.

Vita monachi monasterii abbatis Severiani, et quomodo a puella rustica prudenter retractus fuerit, ne cum ea peccaret.

Ἐν Ἀντιοχείᾳ τῇ μεγάλῃ παραγενόμενος, ἤκουσά τινος τῶν πρεσβυτέρων τῆς Ἐκκλησίας διηγουμένου, ὅτι Ἔλεγεν, φησὶν, Ἀναστάσιος ὁ πατριάρχης τι τοιοῦτον· ὅτι μοναχός τις τῆς μονῆς τοῦ ἁββᾶ Σευηριανοῦ ἐπέμφθη εἰς διακονίαν εἰς τὰ μέρη Ἐλευθεροπόλεως. Ὡς οὖν κατέλυσεν εἰς ἕνα γεωργὸν φιλόχριστον, ἔχοντα θυγατέρα μονογενῆ, μητρὸς αὐτῆς ἤδη τελευτησάσης, ποιήσας ὁ μοναχὸς εἰς τὸν οἶκον

B Cum venissem Antiochiam, audivi quemdam de presbyteris ecclesiæ ista narrantem : Dicebat, inquit, patriarcha Anastasius, cum monachus quidam monasterii abbatis Severiani missus fuisset in ministerium in partes Eleutheropoleos, et divertisset ad rusticum quempiam fidelem, habentem filiam unicam, defuncta jam matre illius, maneretque in domo ejus dies aliquot, is qui semper impugnat

VARIÆ LECTIONES.

[87] al. καὶ ἐξορίσαι. [88] al. Χαλκηδόνι.

NOTÆ.

quod, ὅ in quibusdam mss. sumpsisse pro conjunctione, ideoque posuisse *quia* : quemadmodum interpres Græcus epistolæ 5 Martini Papæ I, ad Joannem Philadelphiæ episcopum, *quod manifestatum est in carne*, vertit ὡς ἐφανερώθη ἐν σαρκί. Nisi quis velit, quod non puto, scriptum fuisse a Liberato : *Qui apparuit in carne, justificatus est in spiritu*. Juxta illud Eucherii, epistola de contemptu mundi, n. 54 : *Itaque manifestatus est in carne, justificatus est spiritu, apparuit angelis, prædicatus est gentibus, creditus est in mundo, assumptus est in gloria*. Secundo ex sequentibus colligo quædam exemplaria tempore Anastasii et Macedonii habuisse ὃς Θεὸς, ut mutatione facta ὃς in ὡς intelligeretur ὡς θεὸς, *ut esset Deus*. Subit denique admirari, cum manifesta sit calumnia in Macedonium, tamen Fulbertum rem pro veritate accepisse, epist. 1 : *Et illum Apostoli locum ubi dicit : « Quod apparuit in carne vivificatum* (pro *justificatum*) *est in spiritu. » Quem* (f. *Ad quem*) *locum Macedonius per immutationem Scripturæ apostolicum dictum sic voluit definire, idest, ut esset Deus, apparuit in carne ;* necnon illo vetustiorem Hincmarum, opusculo 33, cap. 18 et 22. Hincmari varians lectio mirifica est. *Quidam* inquit priori loco *ipsas Scripturas verbis illicitis imposturaverunt ; sicut Macedonius Constantinopolitanus episcopus, qui ab Anastasio imperatore ideo a civitate expulsus legitur, quoniam falsavit Evangelia, et illum Apostolis locum ubi dicit : « Quod apparuit in carne, justificatum est in spiritu, » per cognationem Græcarum litterarum* O *et* Θ *hoc modo mutando falsavit. Ubi enim enim habuit* qui, *hoc est* ΟΣ, *monosyllabum Græcum, littera mutatur* ΟmΘ *vertit et fecit* ΘΣ *id est, ut esset Deus apparuit per carnem. Quapropter tunquam Nestorianus fuit expulsus.* Qua de varietate sic sentio, vel Hincmarum vel ipsius exscriptorem mala fide hic egisse, atque in Θ et ΘΣ mutasse Ω et ΩΣ. Suumtamen et unicuique esto judicium.

C

(*γ*) *Κώδικα*. In usu præcipue sunt κώδιξ, κωδίκιον, κωδίκελλος, κοδικίλλιον. Rarius invenies κωδίκους et κωδικέλους, quorum primum occurrit in *Triade martyrum* Combefisiana, p. 18 ; posterius homil. Macarii 29 ; Anonymus in *Demonstrationibus Chronicis* seu *Antiquitatibus CP.* οἱ Κουδικέλιοι. f. Κωδικλιοέι, *qui a codicillis*. Martyrium Theodori militum præfecti, scriptum a Varo, apud Allatium, *De Symeonum scriptis*, p. 113 : Οὖαρος Νοτάριος καὶ Ἀποκοδικέλλων.

D

(*z*) Ἀστραπῆς. Isidorus, lib. III. *Originum*, cap. ult. *Scorpium quoque et sagittarium propter fulgura mensis ipsius appellaverunt. Sagittarius vir equinis cruribus deformatur, cui sagittam et arcum adjunguntur, ut ex eo mensis ipsius fulmina demonstrentur. Unde et sagittarius est vocatus.* Quæ ideo protuli, ut per ea tollerem mendum forte typographicum e Rabano libro *De computo*, cap. 59. t. I *Miscellaneorum* Baluzianorum : *Scorpium et Sagittarium equinis cruribus deformatum, propter flumina* (*fulmina*) *mensium ipsorum, October et November accipiunt.* Huc etiam pertinere potest locus turpissimo mendo deformatus, epist. 58 Theophylacti, ἐκ ταύτῃ καὶ τῷ διεγγίζοις, καὶ τοῦ κεραυνοῦ τηροῦο ἀπείρατος ex interprete : *Ut hoc pacto ad illud saltem propius accedas, et ab ingenti fulmine, te illius penitus inexpertem tueris.* Atque ita emaculandus τῷ Διὶ ἐγγίζοις. Ex vulgari adagio, πόρρω Διός τε καὶ κεραυνοῦ. De quo Paræmiographi, et Synesius, *De regno*, p. 11, ex cujus textu Suidas et Michael Apostolus corrigi debent.

(*a*) Βροντῆς. Præstat consulere antiquos, quam recentioribus licet doctissimis credere. Itaque ex Apollodoro lib. I *Bibliothecæ*, et Tzetze, chiliade 7, vers. 91, erunt Salmonei tonitrua ἐκ βύρσης, non ἐκ κύρσης, in *Vita Nicephori CP.* ab Ignatio diacono scripta, n. 81, ad Martii 13 ; Hesychius, βυρσατόνος, τύμπανον ; vel ex alt. edit. βύρσας, τόνος, τύμπανον. Phavorinus, βυρσάτονος, τοῦ τυμπάνου. Castigandum opinor, βύρσα, τόνος τυμπάνου.

Digitized by Google

homines diabolus immisit fratri sordidas cogitationes, impugnabaturque de puella, et quærebat opportunitatem opprimendi eam. Igitur qui illum oppugnabat dæmon, opportunitatem quoque illi procuravit. Patre enim puellæ proficiscente Ascalonem necessariæ utilitatis gratia, frater ille sciens neminem in domo esse, nisi se solum et puellam, accessit ut illam vi opprimeret. Illa vero ut vidit ipsum totum perturbatum ad nefarium actum properare, dixit ei : Noli turbari, neque fœdum quid contra me moliaris ; pater meus neque hodie neque cras veniet. Audi primum quid dicam. Ego enim (novit Deus) prompte quidquid volueris faciam. Cœpit autem illum ita alloqui : Quantum temporis habes, frater, in monasterio ? Dicit ei frater : Decem et septem annos. Dicit ei iterum : Habes experimentum mulieris ? Ait illi : Non. Ergo tu, inquit puella, vis propter unam horam amittere tot annorum labores ? Quoties fudisti lacrymas, ut carnem tuam Christo Domino puram immaculatamque servares ? et nunc totum laborem illum brevissimæ voluptatis gratia tibi perire vis ? Verumtamen si ut vis audiero te, peccesque mecum, habesne quo assumas et enutrias me ? Dicit ei frater : Non. Tunc illa : In veritate non mentior, si humiliaveris me, multorum malorum causa eris. Dicit ei monachus : Quomodo ? Puella respondens : Primum quidem, inquit, quia perdis animam tuam ; secundo quoniam et anima mea abs te requiretur ; hoc enim tibi juramento protestor per eum qui dixit : Noli me mendacem facere (*Joan.* I) ; quia si humiliaveris me, continuo mihi ipsi laqueo vitam extorquebo, invenierisque homicidii reus, atque in judicio ut homicida judicaberis. Igitur antequam tot malorum causa fias, revertere in pace ad monasterium tuum, et ora pro me. Rediens igitur in semetipsum frater, aa resipiscens, statim reversus est ad monasterium suum, prostratusque abbati, et veniam postulans, oravit, ut ultra jam de monasterio non egrederetur. Et cum in contritione cordis egisset tres menses, migravit ad Dominum.

A τοῦ γεωργοῦ ἡμέρας τινάς, ὁ ἀεὶ πολεμῶν τοὺς ἀνθρώπους διάβολος ἐνέβαλε ῥυπαροὺς λογισμοὺς εἰς τὸν ἀδελφὸν, καὶ ἐπολεμεῖτο εἰς τὴν κόρην, καὶ ἐζήτει εὐκαιρίαν ἵνα ἐπιθῇ [89] αὐτῇ. Ἀλλ' ὁ τὸν πόλεμον ἐμβαλὼν αὐτῷ διάβολος, αὐτὸς καὶ τὴν εὐκαιρίαν ἐποίησεν. Τοῦ γὰρ πατρὸς τῆς κόρης ἀπελθόντος εἰς Ἀσκάλωνα διά τινας ἀναγκαίας χρείας, καὶ εἰδὼς ὁ ἀδελφὸς ὅτι οὐδεὶς ἄλλος ἐστὶν εἰς τὸν οἶκον εἰ μὴ αὐτὸς καὶ ἡ κόρη, ἀπῆλθεν πρὸς αὐτὴν θέλων βιάσασθαι αὐτήν. Ἡ δὲ, ὡς εἶδεν αὐτὸν θορυβούμενον, καὶ ὅλον πρὸς τὴν πρᾶξιν φλεγόμενον, εἶπεν πρὸς αὐτόν· Μηδὲν ταραχθῇς, μηδὲ ἀγενές τι πράξῃς εἰς ἐμέ. Ὁ πατήρ μου οὔτε σήμερον, οὔτε αὔριον ἔρχεται. Ἀλλὰ πρῶτον ἄκουσόν μου εἴ τι λέγω σοι· καὶ ὡς οἶδεν ὁ Κύριος, κἀγὼ μετὰ προθυμίας B εἴ τι θέλεις ποιῶ. Καὶ κατεσοφίστατο αὐτοῦ, λέγουσα τάδε· Σὺ [90], κῦρι ἀδελφὲ, πόσον χρόνον ἔχεις εἰς τὸ μοναστήριόν σου ; Ὁ δὲ ἔφη· Δεκαεπτὰ ἔτη. Πάλιν λέγει αὐτῷ· Ἔχεις πεῖραν γυναικός ; Λέγει αὐτῇ· Οὔ. Ἀπεκρίθη ἡ κόρη τῷ ἀδελφῷ· Καὶ θέλεις διὰ μίαν ὥραν ἀπολέσαι σου τὸν [91] κάματον ; Ποσάκις ἐξέχεας δάκρυα, ἵνα ἄσπιλον τὴν σάρκα ἀπὸ ῥύπου παραστήσῃς τῷ Χριστῷ ; καὶ ἄρτι ὅλον κόπον ἐκεῖνον διὰ βραχεῖαν [92] ἡδονὴν ζημιωθῆναι θέλεις ; πλὴν ἰδοὺ [93] ἀκούω σου ; ἐὰν πέσῃς μετ' ἐμοῦ, ἔχεις ποῦ λαβεῖν με, καὶ θρέψαι ; Λέγει ὁ ἀδελφός· Οὔ. Τότε ἀπεκρίθη ἡ κόρη, καὶ εἶπεν αὐτῷ· Ἐπ' ἀληθείας οὐ ψεύδομαι· ἐὰν ταπεινώσῃς με, πολλῶν κακῶν αἰτιος γίνῃ. Λέγει αὐτῇ ὁ μοναχός· Πῶς ; Ἀπεκρίθη ἡ κόρη· Ἓν μὲν, ὅτι ἀπολεῖς τὴν ψυχήν σου· C δεύτερον δὲ, καὶ τὴν ἐμὴν ἀπαιτηθήσῃ ψυχήν. Τοῦτο γὰρ ἵνα οἶδας, ὅρκῳ σε πείθω· μὰ τὸν εἰπόντα· « Μὴ ψεύδου [94]· » ἐὰν ταπεινώσῃς με, [95] ἀγχόνῃ ἐμαυτὴν ὑποβάλλω [96] καὶ εὑρίσκῃ καὶ φόνον ποιῶν, καὶ ἐν τῇ κρίσει ὡς φονεὺς κρινόμενος [97]. Πρὶν οὖν γενήσῃ τοσούτων κακῶν αἴτιος, ἄπελθε [98] εἰς τὸ μοναστήριόν σου· καὶ πολλά [99] μοι ἔχεις εὔξασθαι. Ἐλθὼν οὖν εἰς ἑαυτὸν ὁ μοναχὸς [1], καὶ ἀνανήψας, [2] ἐξῆλθεν ἐκ τοῦ [3] γεωργοῦ, καὶ ἀπῆλθεν ἐν τῷ μοναστηρίῳ αὐτοῦ, καὶ ἔβαλεν μετάνοιαν τῷ ἡγουμένῳ [4-5] ἵνα τοῦ λοιποῦ μὴ ἐξέλθῃ ἐκ τοῦ μοναστηρίου. Καὶ ποιήσας τρεῖς μῆνας, πρὸς Κύριον ἐξεδήμησεν.

CAPUT XL.

Vita abbatis Cosmæ eunuchi.

Narravit nobis abbas Basilius presbyter Bicantiorum, dicens : Cum essem Theopoli apud patriarcham Gregorium, venit ab Jerosolymis abbas Cosmas eunuchus Lauræ Pharan, vir singularis religionis, et fidei rectorumque dogmatum valde tenax et zelator, ac divinarum Scripturarum scientia non mediocriter instructus. Cum ergo fuisset ibi senex dies paucos, defunctus est ; et jussit patriarcha pretiosas illius reliquias in monasterio suo sepeliri, ubi et positus erat quidam episcopus. Die igitur quadam

Διηγήσατο ἡμῖν ὁ ἁββᾶς Βασίλειος ὁ πρεσβύτερος τῆς μονῆς τῶν Βυζαντίων, λέγων, ὅτι Ὄντος μου ἐν Θεουπόλει πρὸς τὸν ἁββᾶν Γρηγόριον τὸν πατριάρχην, ἦλθεν ἀπὸ Ἱεροσολύμων ὁ ἁββᾶς Κοσμᾶς ὁ εὐνοῦχος, ὁ τῆς λαύρας Φαρὼν [6], ἀνὴρ αὐτῇ τῇ [7] ἀληθείᾳ μοναχὸς, καὶ ὀρθόδοξος, καὶ ζηλωτὴς πάνυ· εἶχεν δὲ καὶ γνῶσιν θείων Γραφῶν οὐ μετρίαν. Ποιήσας οὖν ὀλίγας ἡμέρας, ἐτελεύτησεν ὁ γέρων. Καὶ ἐκέλευσεν ὁ πατριάρχης, ὡς τιμῶν [8] τὸ λείψανον [9], εἰς τὸ κοιμητήριον [10] αὐτὸν ταφῆναι, ἔνθα ἐπίσκοπος

VARIÆ LECTIONES.

[89] al. ἐπιβάλλῃ. [90] al. Σοί. [91] al. τοσούτων ἐτῶν. [92] al. inser. καὶ δυσώδη. [93] al inser. καὶ ὡς θέλεις. [94] al. μή με ψεύσῃ. [95] al. inser. εὐθέως. [96] al. ἀπολῶ. [97] al. κριθήσῃ. [98] al. inser. ἐν εἰρήνῃ. [99] al. μεγάλα. [1] al. ἀδελφός. [2] al. inser. εὐθέως. [3] absunt al. al. ἐκ τοῦ οἴκου τοῦ. [4-5] al. inser. ἐξειπὼν πάντα, καὶ παρεκάλει. [6] al. Φαρᾶ et Φαρῶν. [7] αὐτῇ τῇ desunt in al. [8] al. τίμιον. [9] al. inser. αὐτοῦ.

Digitized by Google

ἔκειτο. Μετὰ οὖν δύο ἡμέρας [11] ἀπῆλθον, φησὶν, ἵνα ἀσπάσωμαι τὸν τάφον τοῦ γέροντος. Ἦν δὲ ἐπάνω τοῦ τάφου παραλυτικὸς ἀνακείμενος πτωχὸς, ζητῶν ἐλεημοσύνην παρὰ τῶν εἰσερχομένων ἐν τῷ ναῷ. Ὡς οὖν εἶδέν με ὁ πτωχὸς βάλλοντα τρεῖς μετανοίας, καὶ ποιήσαντα εὐχὴν πρεσβυτέρου, λέγει μοι· Κῦρι ἀββᾶ, ὄντως μέγας ἦν ὁ γέρων ὃν ἐθάψατε ὧδε πρὸ τῶν δύο ἡμερῶν [12] τούτων. Καὶ ἀπεκρίθην λέγων· Πόθεν γινώσκεις; Ὁ δὲ λέγει μοι· Ἐγὼ παραλυτικὸς ἦμην ἔτη δώδεκα, καὶ δι' αὐτοῦ με ἐθεράπευσεν ὁ Κύριος· καὶ ὅτε ἐν θλίψει γίνομαι, ἔρχεται παραμυθούμενός με, καὶ παρέχει μοι ἀνάπαυσιν.

Ἀλλὰ καὶ ἄλλο, φησὶν, ἔχεις ἀκοῦσαι περὶ αὐτοῦ παράδοξον· Ἀφ' οὗ ἐθάψατε αὐτὸν [13], ἀκούω αὐτοῦ κατὰ νύκτα κράζοντος καὶ λέγοντος πρὸς τὸν ἐπίσκοπον· Μή μου ἅψῃ· παρ' ἐκεῖ [14]· μὴ ἐγγίσῃς μοι, αἱρετικὲ καὶ ἐχθρὲ τῆς ἀληθείας, καὶ τῆς ἁγίας τοῦ Θεοῦ καθολικῆς Ἐκκλησίας. Ταῦτα ἀκούσας ἐγὼ παρὰ τοῦ ἰαθέντος παραλυτικοῦ, ἀπῆλθον, καὶ εἶπον ἅπαντα τῷ πατριάρχῃ· καὶ παρεκάλουν τὸν αὐτὸν ἁγιώτατον ἄνδρα, ἵνα λάβωμεν τὸ σῶμα τοῦ γέροντος, καὶ εἰς ἄλλο μνημεῖον ἀποθώμεθα. Τότε λέγει ἡμῖν ὁ [15] πατριάρχης· Πιστεύσατέ μοι, τέκνα, ὅτι οὐδὲν βλάπτεται ὁ ἀββᾶς Κοσμᾶς, ἐκ τοῦ αἱρετικοῦ· ἀλλ' ὅλον τοῦτο γέγονεν, ἵνα ἡ ἀρετὴ τοῦ γέροντος, καὶ ὁ ζῆλος αὐτοῦ γνωστὸς ἡμῖν γένηται, ὁποῖον ἔχει, μετὰ τὴν ἐντεῦθεν ἀπαλλαγήν· ὁμοίως δὲ καὶ ἡ δόξα τοῦ ἐπισκόπου φανερωθῇ ἡμῖν, ἵνα μὴ ἔχωμεν αὐτὸν ὡς ὀρθόδοξον.

Ἔλεγεν δὲ καὶ τοῦτο ἡμῖν ὁ αὐτὸς ἀββᾶς Βασίλειος περὶ τοῦ γέροντος τούτου ἀββᾶ Κοσμᾶ, ὅτι Παρέβαλον αὐτῷ καθημένῳ εἰς τὴν λαύραν Φαρών [16]. Καὶ λέγει μοι ὁ γέρων· Ἦλθέν μοί ποτε λογισμὸς λέγων· Τί ἐστιν ὃ λέγει ὁ Κύριος τοῖς μαθηταῖς; αὐτοῦ· « Ὁ ἔχων ἱμάτιον, πωλησάτω αὐτὸ, καὶ ἀγορασάτω [17] μάχαιραν; Καὶ αὐτοὶ εἶπον [18]· Ἰδοὺ δύο μάχαιραι. » Καὶ ὡς ἐπὶ πολὺ, φησὶν, εἰς τὸ ῥητὸν ἠδολέσχουν, καὶ οὐχ εὕρισκον, ἐξέρχομαι ἐκ τῆς κέλλης μου ἐν αὐτῇ τῇ σταθερᾷ μεσημβρίᾳ, ὡς ὀφείλων ἀπελθεῖν εἰς τὴν λαύραν τῶν Πυργίων πρὸς τὸν ἀββᾶν Θεόφιλον, καὶ ἐπερωτῆσαι αὐτῷ [19]. Καὶ δὴ κατὰ τὴν ἔρημον γενόμενος πλησίον τοῦ Καλαμῶνος, θεωρῶ δράκοντα πάνυ παμμεγέθη ἐκ τοῦ ὄρους κατερχόμενον ἐπὶ τὸν Καλαμῶνα· καὶ τοιοῦτος ἦν μέγας, ὥστε αὐτὸν καμάραν [20] ποιεῖν ἐν τῷ κινεῖσθαι. Καὶ εὑρέθην ἄφνω διὰ τῆς καμάρας αὐτοῦ ἀβλαβὴς διερχόμενος. Καὶ ἔγνων, φησὶν, ὅτι ὁ μὲν διάβολος, τὴν σπουδὴν διασκεδάσαι ἠθέλησεν, αἱ δὲ εὐχαὶ τοῦ γέροντος συνέπραξαν. Ἀπελθὼν οὖν, φησὶν, εἶπον τὸ Γραφικὸν τῷ ἀββᾷ Θεοφίλῳ. Καὶ εἶπέν μοι, ὅτι ἡ ἑρμηνεία τῶν δύο μαχαιρῶν αὕτη ἐστὶν, τὸ πρακτικὸν καὶ τὸ θεωρητικόν. Ἐὰν οὖν ἔχῃ τις τὰς δύο ἀρετὰς, τέλειός ἐστιν.

Τούτῳ τῷ ἀββᾷ Κοσμᾷ παρέβαλον εἰς τὴν λαύραν Φαρῶν. Ἔμεινα γὰρ ἐν αὐτῇ ἔτη δέκα. Καὶ ὡς ἐλάλει

profectus sum, ut salutarem sepulcrum senis. Erat autem supra sepulcrum ejus jacens homo quidam pauper, eleemosynam petens ab ingredientibus in templum. Cum ergo conspexisset me pauper tertio prostratum, et seni orationem facientem, dixit mihi: Abba, magnus profecto erat senex ille, quem sepelistis hic ante hos duos menses. Tunc ego ad illum: Unde hoc tu nosti? Qui respondit: Vere, domine abba, ego paralyticus fui annis duodecim, et per ipsum curavit me Deus. Et quoties in tribulatione sum, venit ad me consolationem afferens, mihique refrigerium præstat.

Sed et aliud audi de illo miraculum. Ex qua die ipsum sepelistis usque ad diem hanc, audio illum singulis noctibus clamantem, ac dicentem ad episcopum: Noli me tangere, hæretice; ne appropinques mihi, inimice sanctæ Dei catholicæ Ecclesiæ. Hæc ego audiens ab eo qui sanatus fuerat, perrexi, et omnia ex ordine patriarchæ retuli, orabamque ipsum sanctissimum patriarcham, ut sumptum ex eo loco senis corpus, in sepulcro alio reconderemus. Tunc ait abbas Gregorius patriarcha: Mihi, filii, credite, nihil ab hæretico læditur abbas Cosmas; sed hoc totum factum est, ut senis virtus, zelusque fidei nobis innotesceret, qualis scilicet fuerit, qualisque sit etiam post carnis occubitum, utque episcopi nobis proderetur opinio, ne illum arbitraremur orthodoxum fuisse atque Catholicum.

Dicebat item de eodem sene abbas Basilius, qui cum perrexisset ad eum commorantem in Laura Pharan, ait illi senex: Venit mihi cogitatio aliquando, quid sit, quod ait Dominus discipulis suis: Qui habet vestimentum, vendat illud, et emat gladium (*Lucæ* XXII); illisque dicentibus: Ecce gladii duo hic; respondent: Satis est. Hærebamque in verbo isto, neque quid sibi vellet, intelligebam. Itaque sic cogitabundus exivi de cellula mea, in ipso meridiani solis æstu, ut irem ad Lauram Turrium, ad abbatem Theophilum, et interrogarem eum. Cumque per deserta pergerem, essemque prope Calamonem, aspicio draconem miræ magnitudinis de monte descendere in Calamonem. Erat autem adeo ingens, ut cum se moveret, curvaretur in modum cameræ, vestigiaque terræ altius impressa relinqueret. Ego vero per vestigia illius illæsus ingressus sum, agnovique quia diabolus studium meum impedire voluerit; orationes autem senis juverunt me. Perveniens igitur ad abbatem Theophilum, exposui illi hæsitationem meam. Qui dixit mihi: Duo gladii duas vitas significant, activam et contemplativam. Si quis ergo has duas virtutes habeat, hic perfectus erit.

Ad hunc ipsum abbatem Cosmam perrexi ego, dum esset in Laura Pharan; mansi enim in illa annos de-

VARIÆ LECTIONES.

[10] al. εἰς μοναστήριον. [11] al. Ἐν μιᾷ οὖν. [12] al. μηνῶν. [13] al. add. ἕως τῆς σήμερον. [14] al. ἔτι ἐκεῖ et πιρεκεῖ. [15] al. inser. ἀββᾶς Γρηγόριος ὁ. [16] al. Φαρῶν. [17] al. ἀράτω. [18] al. τῶν δὲ εἰπόντων. [19] al. αὐτόν. [20] al. καμάρας.

Digitized by Google

cem. Cumque mihi loqueretur de salute animæ, et quoddam ex dictis sancti Athanasii Alexandriæ archiepiscopi allegaret, ait ad me senex : Cum inveneris aliquid ex opusculis sancti Athanasii, nec habueris chartas ad scribendum, in vestimentis tuis scribe illud. Tanto talique studio flagrabat erga sanctos Patres nostros, et doctores sanctus senior.

Dicebat autem et hoc abbas Cosmas de seipso, quod nocte sanctæ Dominicæ a vespere usque mane staret psallens et legens, et in cella sua, et in ecclesia, neque omnino sedens; orto autem sole, cum implesset canonem, sedebat legens in sanctis Evangeliis usque ad collectam.

A μοι περὶ σωτηρίας ψυχῆς, ἦλθεν χρῆσις τοῦ ἁγίου Ἀθανασίου, τοῦ ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας. Καὶ λέγει μοι ὁ γέρων, ὅτι Ὅταν εὕρῃς λόγον τοῦ ἁγίου Ἀθανασίου, καὶ μὴ ἔχεις χαρτία, εἰς τὰ ἱμάτιά σου γράψον αὐτόν. Τοιοῦτον πόθον εἶχεν ὁ γέρων, εἰς τοὺς ἁγίους Πατέρας ἡμῶν καὶ διδασκάλους.

Ἔλεγον δὲ καὶ τοῦτο περὶ αὐτοῦ, ὅτι ἐν τῇ νυκτὶ τῆς ἁγίας Κυριακῆς, ἵστατο ἀπὸ ἑσπέρας ἕως πρωῒ ψάλλων καὶ ἀναγινώσκων, ἔν τε τῷ κελλίῳ αὐτοῦ καὶ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, μηδὲ ὅλως καθεζόμενος· καὶ ὅτε ἀνέτειλεν ὁ ἥλιος, καὶ ἐπλήρωσεν τὸν κανόνα, ἐκαθέζετο ἀναγινώσκων εἰς τὸ ἅγιον Εὐαγγέλιον ἕως τῆς συνάξεως.

CAPUT XLI.

Vita abbatis Pauli Nazarbensis.

Vidimus et alium senem in eadem Laura, abbatem B scilicet Paulum, virum sanctum ac Deo deditum, mitissimum atque abstinentissimum. Neminem vero memini me unquam vidisse tanta consolationis ac lacrymarum gratia ornatum; stillabant enim ex oculis ejus jugiter lacrymæ. Implevit ergo sanctus iste senior in vita solitaria annos fere quinquaginta, contentus sola panis eleemosyna, quam ecclesia dabat, nullique omnino colloquens. Erat autem ex Nazarbo.

Ἐν αὐτῇ τῇ λαύρᾳ Φαρὼν [21], ἐωράκαμεν καὶ τὸν ἁββᾶν Παῦλον, ἄνδρα ἅγιον, καὶ ἀνακείμενον τῷ Θεῷ, πραότατον πάνυ καὶ ἀσκητικώτατον, δάκρυα πάμπολλα καθ' ἑκάστης [22] ἐκχέοντα [23] τῆς ἡμέρας. Οὐκ οἶδα εἰ τοιούτῳ συνέτυχον ἐν τῇ ζωῇ μου. Ἐποίησεν οὖν οὗτος ὁ ἅγιος γέρων περὶ τὰ πεντήκοντα ἔτη ἡσυχάζων, ἀρκούμενος τῇ εὐλογίᾳ τῆς Ἐκκλησίας καὶ μόνον, καὶ μὴ συντυγχάνων τινὶ τὸ παράπαν. Ἦν δὲ ἀπὸ Ἀναζαρβοῦ.

CAPUT XLII.

Vita abbatis Anaxanontis servi Dei.

Vidimus in eodem loco abbatem Anaxanontem, virum misericordem et continentissimum, vitamque solitariam in cellula sua agentem tanta districtione, ut per quatuor dies unam tantum oblationem manducaret minutorum viginti (9). Sæpe vero et tota hebdomada eam solam comedebat. Circa extremum vero vitæ suæ venerandus hic vir dolorem incurrit ventris et viscerum. Tulimus itaque illum in sanctam civitatem in domum infirmorum, quæ sub patriarchæ erat cura. Die vero quadam cum prope illum essemus, misit ad illum abbas Conon præpositus Lauræ sancti Patris nostri Sabæ sudarium, unam habens benedictionem, et numismata sex, ita illi significans : Ignosce mihi, quia non permittit me ægritudo ascendere, et te salutare. Senex autem benedictionem quidem retinuit, nummos vero remisit, dicens : Si quidem voluerit Deus ut in hac vita durem, Pater, habeo, nummos decem. Cum vero eos expendero, significabo vobis, et mittetis istos. Ut autem noveris, Pater, post duos dies sæculum istud derelinquo. Quod et factum est. Detulimus autem eum in eamdem Lauram Pharan, et ibi eum sepelivimus. Fuit autem beatus iste, et beati Eustochii contubernalis; ambobusque relictis, in eremo consummatus est. Erat autem ex Ancyra Galatiæ civitate.

Ἐωράκαμεν ἐν αὐτῷ τῷ τόπῳ καὶ τὸν ἁββᾶν Αὐξάνοντα, ἐν τῷ κελλίῳ αὐτοῦ, ἄνδρα ἐλεήμονα καὶ ἐγκρατῆ καὶ ἡσυχάζοντα, καὶ τοιαύτην σκληραγωγίαν ἔχοντα, ὅτι εἰς τέσσαρας ἡμέρας μίαν προσφορὰν ἤσθιεν λεπτῶν εἴκοσι· ἔστιν δὲ ὅτι [24] καὶ πᾶσαν C τὴν ἑβδομάδα αὐτῇ μόνον ἠρκεῖτο. Περὶ δὲ τὰ τελευταῖα αὐτοῦ ὁ ἀοίδιμος οὗτος Πατὴρ, εἰς κοιλιακὴν νόσον περιέπεσεν. Ἀνηνέγκαμεν οὖν αὐτὸν ἐν τῷ νοσοκομείῳ τοῦ πατριάρχου ἐν τῇ ἁγίᾳ πόλει. Ἐν μιᾷ οὖν ὡς ἡμεθα πλησίον αὐτοῦ, πέμπει αὐτῷ ὁ ἁββᾶς Κόνων ὁ ἡγούμενος τῆς λαύρας τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Σάβα, μαλάκιον ἔχον εὐλογίαν καὶ νομίσματα ἕξ, δηλώσας αὐτῷ, ὅτι Συγχώρησόν μοι ὅτι οὐκ ἐᾷ με ἡ ἀσθένειά μου ἀνελθεῖν καὶ ἀσπάσασθαι ὑμᾶς. Ὁ δὲ γέρων τὴν μὲν εὐλογίαν κατέσχεν, τὰ δὲ νομίσματα ἀνταπέστειλεν αὐτῷ, δηλώσας οὕτως, ὅτι Ἐὰν θέλῃ με ὁ Θεὸς εἶναι ἐν ταύτῃ τῇ ζωῇ, Πάτερ, ἔχω νομίσματα δέκα. Ἐὰν οὖν ταῦτα δαπανήσω, δηλῶ ὑμῖν, καὶ πέμπετέ μοι αὐτά. Ἵνα δὲ γνώσκῃς, D Πάτερ, ὅτι μετὰ δύο ἡμέρας, ἐξέρχομαι ἐκ τοῦ κόσμου τούτου. Ὅπερ καὶ γέγονεν. Κατηνέγκαμεν οὖν αὐτὸν εἰς τὴν λαύραν Φαρὼν [25], κἀκεῖ αὐτὸν κατεθήκαμεν. Γέγονεν δὲ οὗτος ὁ μακάριος Εὐστοχίου καὶ Γρηγορίου τῶν [26] ἐν ἁγίοις σύγκελλος· καὶ ἐάσας ἀμφοτέρους, εἰς τὴν ἔρημον ἐτελειώθη. Ἦν δὲ καὶ τῷ γένει ἀπὸ Ἀγκύρων τῆς Γαλατίας [26*].

CAPUT XLIII.

Detestabilis mors impii Thalelæi archiepiscopi Thessalonicensis.

Fuit quidam Thessalonicæ archiepiscopus, Thale- Ἐν Θεσσαλονίκῃ ἦν τις ἀρχιεπίσκοπος τῷ ὀνόματι

VARIÆ LECTIONES.

[21] al. Φαρῶν et Φαρῶ. [22] al. καθεκάστην. [23] al. inser. δι' ὅλης. [24] al. ὅτε. [25] al. Φαρῶν. [26] al. τοῦ. [26*] al. πόλεως.

Digitized by Google

Θαλέλαιος. Οὗτος μηδὲ τὸν Θεὸν φοβούμενος, μηδὲ τὴν ἑτοιμασμένην ἀνταπόδοσιν δεδοικὼς, καταπατήσας δὲ καὶ τὸ δόγμα τῶν Χριστιανῶν, καὶ εἰς οὐδὲν θέμενος καὶ τὴν ἱερατικὴν ἀξίαν ὁ δείλαιος, εὑρέθη ἀντὶ ποιμένος λύκος ἄγριος. Οὗτος γὰρ ἀρνησάμενος τοῦ προσκυνεῖν τὴν ἁγίαν καὶ ὁμοούσιον Τριάδα (ἵλεώς μοι, ὦ Κύριε), εἰδώλοις προσεκύνει. Ἀλλ' οἱ κατὰ καιρὸν τῶν ἁγίων κρατοῦντες Ἐκκλησιῶν τοῦτον κανονικῇ ψήφῳ καθεῖλον. Ὀλίγου δέ τινος χρόνου παρελθόντος, πάλιν ὁ πάσης ἀνομίας πεπληρωμένος, ἠθέλησε πρὸς τὴν ἱερωσύνην ἐπανελθεῖν. Ἐπειδὴ δὲ, κατὰ τὸν σοφώτατον Σολομῶντα, πάντα ὑπακούει τῷ χρυσίῳ, ἀνεκλήθη ὡς ὀφείλων ἀπελθεῖν εἰς τὴν ἰδίαν ἐπισκοπὴν (ἦν γὰρ ἐν Κωνσταντινουπόλει, ἔνθα οἱ κατὰ τὸν προφήτην Ἡσαΐαν κατοικοῦσιν ἄρχοντες, οἱ δικαιοῦντες τὸν ἀσεβῆ ἕνεκεν δώρων, καὶ τὸ δίκαιον τοῦ δικαίου αἴροντες). Ἀλλ' ὁ Θεὸς οὐ παρεῖδεν τὴν αὐτοῦ Ἐκκλησίαν· ἀλλὰ τὴν κατὰ τοὺς ἀποστολικοὺς κανόνας ἐπενεχθεῖσαν αὐτῷ ψῆφον πάλιν κατέκρινεν, ὡς μὴ ἀρέσκουσαν αὐτῷ. Ἐν μιᾷ γὰρ ἡμέρᾳ ἐνδυσάμενος κοσμίως, ὡς ὀφείλων ἀπελθεῖν πρὸς τοὺς κρατοῦντας, ἵνα πάλιν ψήφῳ ἀπολάβῃ τὴν ἱερατικὴν ἀξίαν· εἶτα μέλλοντα αὐτὸν προϊέναι ἐκ τοῦ οἴκου αὐτοῦ ἔνυξεν αὐτὸν ἡ γαστὴρ αὐτοῦ εἰς ἀφεδρῶνας· καὶ μείναντος αὐτοῦ ὡς περὶ ὥρας δύο, καὶ μὴ ἐξερχομένου, εἰσῆλθόν τινες τῶν ἔξω ἑστηκότων, ὡς ὀφείλοντες εἰπεῖν αὐτῷ, ἵνα ἐξέλθῃ· καὶ εὗρον αὐτὸν τὴν μὲν κεφαλὴν αὐτοῦ κάτω εἰς τὸν σωλῆνα τῶν χρειῶν, καὶ τοὺς πόδας ἄνω ἔχοντα, τὸν τοῦ δυσσεβοῦς Ἀρείου τοῦ θεομάχου ἰσόρροπον θάνατον αἰώνιον ἀπενεγκάμενον· κἀκεῖνον γὰρ διὰ τῆς τῶν κρατούντων συνεργίας ἐλπίσαντα τυραννικῶς ἐπεμβαίνειν τῇ Ἐκκλησίᾳ, ὁ τῆς ἁγίας τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίας θαυμαστὸς καὶ τῆς μεγάλης βουλῆς Ἄγγελος ἐν ἀφεδρῶσι τὰ τὴν δυσφημίαν ὠδινήσαντα σπλάγχνα διεσκόρπισεν· καὶ τοῦτον διὰ τῆς τῶν κρατούντων ἀδίκου συνδρομῆς ἐλπίσαντα τῶν προτέρων χείρονα διαπράξασθαι ὁ τῆς Θεσσαλονικέων Ἐκκλησίας κυβερνῶν ἄγγελος προφθάσας σὺν τῷ μεγάλῳ μάρτυρι Δημητρίῳ, ἐν ᾧ τόπῳ καθήμενος, καὶ συνδυάζων μετὰ τοῦ ἐξερεθίζοντος ἀκαθάρτου δαίμονος τὰς κατὰ τῆς ἁγίας τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίας ἐπιβουλὰς κατεσκεύασεν, ἐν αὐτῷ τὴν ἀνίερον αὐτοῦ τοῦ ἀχρείου προσηλώσας τοῦ δούλου, τοὺς εὐτάκτως μὴ ἀνεχομένους βαδίζειν πόδας, μετεώρους ἀπέλιπεν, τῆς μελλούσης αὐτὸν ὑποδέχεσθαι κρίσεως τὰ σήμαντρα φέροντας, καὶ ὡς φοβερὸν τὸ ἐμπεσεῖν εἰς χεῖρας Θεοῦ τοῦ ζῶντος.

A

B

C

læus nomine. Hic neque Deum timens, neque paratam retributionem expavescens, conculcansque Christianum dogma, ac sacerdotalem honorem et dignitatem spernens, inventus est pro pastore lupus. Abnegans quippe sanctam et consubstantialem Trinitatem, Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum, idola infelix adorabat. Quem ii qui tunc Ecclesiis præerant, communi decreto damnarunt, ac de sede sua deturbarunt. Pauco post tempore nequam ille omni scelere et impietate plenus voluit ad sacerdotalem dignitatem remeare. Quia ergo, juxta sapientissimum Salomonem, omnia obediunt auro (*Eccle.* x), revocatus est in regionem suam (erat autem Constantinopoli in qua habitant principes, qui juxta prophetam justificant impium propter munera, et justum justi tollunt [*Isaiæ* v]). Sed omnipotens Deus sanctam Ecclesiam suam non despexit; sed adversus apostolorum canones latam pro ipso sententiam rursus ut sibi minime acceptam damnavit. Cum enim quadam die ille processurus esset cum superbo ornatu, ut ad imperatores pergeret, sacerdotiumque decretis illorum iterum resumeret, pupugit illum venter, ut pergeret ad necessaria naturæ. Cum vero secretum locum ingressus esset exonerandi ventris causa, mansissetque intus duas jam vel tres horas, neque reverteretur ad suos, ingressi sunt quidam ex his qui illi assistebant, ut illum jam debere progredi monerent, inveneruntque infelicem illum capite deorsum, ubi egerebantur stercora demersum, pedibusque sursum erectis. Erigentes autem illum, invenerunt æquali impii Arii, Dei hostis, morte exstinctum horribili et æterna. [Nam et illum, cum auxilio fretus principum se in Ecclesiam Dei speraret tyrannice ingressurum sanctæ Dei Ecclesiæ mirabilis et magni consilii angelus, ejus viscera quæ nefarium scelus parturiebant, in secessu dissipavit; et hunc auxilio item iniquum principum, cum prioribus se pejora patraturum speraret, Thessalonicensis Ecclesiæ rector angelus cum Magno martyre Demetrio, præveniens, in eo loco in quo sedens, et commercium habens cum impuro dæmone, adversus sanctam Dei Ecclesiam struebat insidias, in eodem inutilis servi pedes, qui recte incedere nolebat, clavis suffixos pendentes reliquit; in quibus indicia eminebant illius judicii, quo plectendus erat, et quam terribile sit in manus incidere Dei viventis (*Heb.* x).]

CAPUT XLIV.

Vita senis monachi prope civitatem Antinoum commorantis, et de oratione pro mortuis.

Τίς τῶν γερόντων διηγήσατο ἡμῖν ἀνελθοῦσιν ἐν Θηβαΐδι, ὅτι γέρων ἐκαθέζετο ἔξω τῆς πόλεως Ἀντινῶ, μέγας, ποιήσας εἰς κελλίον αὐτοῦ ἔτη περὶ τὰ ἑβδομήκοντα. Εἶχεν δὲ μαθητὰς δέκα· ἕνα δὲ ἔσχεν πάνυ ἀμελοῦντα ἑαυτοῦ. Ὁ οὖν γέρων πολλάκις ἐνουθέτει καὶ παρεκάλει αὐτὸν, λέγων· Ἀδελφὲ, φρόντιζε τῆς ἑαυτοῦ ψυχῆς, ἔχεις ἀποθανεῖν, καὶ εἰς κόλασιν ἀπελθεῖν. Ὁ δὲ ἀδελφὸς πάντοτε παρήκουεν τοῦ γέροντος, μὴ δεχόμενος τὰ λεγόμενα ὑπ' αὐτοῦ. Συνέβη οὖν μετά τινα χρόνον τελευτῆσαι τὸν ἀδελφόν.

D

Senex quidam enarravit nobis cum Thebaidam venissemus, quod senex unus morabatur extra civitatem Antinoum, magnæ virtutis vir, qui in cella sua egerat annos septuaginta. Erant autem illi discipuli decem, ex quibus unus erat valde negligens sui. Senex ergo sæpius illum corripiebat, et hortabatur, dicens: Frater, sollicitudinem gere pro anima tua; habes enim mori; et nisi te emendaveris, in supplicium tendes. Frater autem ille semper seni inobediens erat, nec ea quæ ab ipso dicebantur admittebat.

Digitized by Google

Contigit autem post aliquantulum temporis, ut iste moreretur. Contristatus vero senior super illo valde (sciebat enim quod in magna desidia et negligentia de sæculo exiisset), cœpit orare, ac dicere : Domine Jesu Christe, verax Deus noster, revela mihi quid sit circa fratris animam. Aspexit autem in excessu mentis effectus, fluvium ignis, ingentemque in ipso igne multitudinem, ac medium fratrem illum ad collum usque demersum. Tunc ait illi senior : Nonne te propter hanc pœnam orabam, ut curam animæ tuæ ageres, fili? Respondit frater, et ait seni : Gratias ago Deo, Pater, quod vel caput meum requiem habet; per orationes enim tuas supra caput episcopi sto.

A Πολὺ δὲ ἐλυπήθη ἐπ' αὐτῷ ὁ γέρων. Ἤδει γὰρ ὅτι ἐν πολλῇ ἀθυμίᾳ καὶ ἀμελείᾳ ἐξῆλθεν τοῦ κόσμου τούτου. Καὶ ἤρξατο ὁ γέρων εὔχεσθαι καὶ λέγειν· Κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ, ὁ ἀληθινὸς ἡμῶν Θεὸς, ἀποκάλυψόν μοι τὰ περὶ τῆς ψυχῆς αὐτοῦ τοῦ ἀδελφοῦ. Καὶ δὴ θεωρεῖ ἐν ἐκστάσει γενόμενος ποταμὸν πυρὸς, καὶ πλῆθος ἐν αὐτῷ τῷ πυρὶ, καὶ μέσον τὸν ἀδελφὸν βεβαπτισμένον ἕως τραχήλου. Τότε λέγει αὐτῷ ὁ γέρων· Οὐ διὰ ταύτην τὴν τιμωρίαν παρεκάλουν σε, ἵνα φροντίσῃς τῆς ἰδίας ψυχῆς, τέκνον; Ἀπεκρίθη ὁ ἀδελφὸς, καὶ εἶπεν τῷ γέροντι· Εὐχαριστῶ τῷ Θεῷ, Πάτερ, ὅτι κἂν ἡ κεφαλή μου ἄνεσιν ἔχει. Κατὰ γὰρ εὐχάς σου ἐπάνω κορυφῆς ἵσταμαι ἐπισκόπου.

CAPUT XLV.

Vita Monachi inclusi in monte Olivarum, et de adoratione (10) imaginis sanctissimæ Dei genitricis Mariæ.

Dicebat abbas Theodorus Æliotes quod fuerit quidam inclusus in monte Olivarum certator maximus : impugnabat autem illum fornicationis spiritus. Die vero quadam cum instaret illi vehementer, cœpit ejulare senex, et dicere dæmoni : Quandiu non dimittis me? recede jam a me, qui mecum consensisti. Apparuit autem ei dæmon visibiliter, dicens : Jura mihi, quia nemini dices quod tibi dicturus sum, et te non amplius oppugnabo. Juravitque ille senex, dicens : Per inhabitantem in altissimis nulli dicam quæ mihi dixeris. Tunc ait illi dæmon : Noli adorare hanc imaginem, et ultra te non impugnabo. Habebat autem hæc imago expressam figuram dominæ nostræ sanctæ Dei genitricis Mariæ, ferentem Dominum nostrum Jesum Christum. Ait inclusus dæmoni : Dimitte me ut deliberem. In crastinum autem hoc significavit ipsi abbati Theodoro Æliotæ tunc habitanti in Laura Pharan, narravitque illi omnia. Senex autem ait recluso : Vere, domine abba, illusus es, quia jurasti dæmoni; verumtamen bene fecisti hoc revelans. Expedit autem tibi nullum in illa urbe lupanar omittere, quod non ingrediaris, quam ut neges te adorare Deum, et Dominum nostrum Jesum Christum cum matre sua. Confirmatum igitur et corroboratum pluribus verbis reliquit illum in loco suo. Apparuit ergo dæmon incluso rursus, dicens : Quid hoc est, pessime senex? Nonne tu jurasti mihi quia id nemini diceres? Et quare dixisti ei qui venit ad te : Dico tibi quia ut perjurus in die judicii judicaberis? Respondit inclusus, dicens : Scio quidem, quia juravi, et pejeravi; verumtamen Dominum et Creatorem meum pejeravi, tibi autem non obediam. A te enim ut auctore et pravi consilii et perjurii pœnæ inevitabiles exigentur.

B Διηγήσατο ἡμῖν τις τῶν γερόντων, ὅτι ἔλεγεν ὁ ἁββᾶς Θεόδωρος ὁ Ἡλιώτης, ὅτι ἦν τις ἔγκλειστος εἰς τὸ ὄρος τῶν Ἐλαιῶν, ἀγωνιστὴς πάνυ. Ἐπολέμει δὲ αὐτὸν ὁ δαίμων τῆς πορνείας. Ἐν μιᾷ οὖν ὡς ἐπέκειτο αὐτῷ σφοδρῶς, ἤρξατο ὁ γέρων ἀποδυσπετεῖν, καὶ λέγειν τῷ δαίμονι· Ἕως πότε οὐκ ἐνδίδως μοι; Ἀπόστα λοιπὸν συνεγγήρασαί μοι. Φαίνεται οὖν αὐτῷ ὀφθαλμοφανῶς ὁ δαίμων, λέγων, Ὄμοσόν μοι, ὅτι οὐδενὶ λέγεις ἃ μέλλω σοι λέγειν, καὶ οὐκ ἔτι σε πολεμῶ· καὶ ὤμοσεν ὁ γέρων, ὅτι Μὰ τὸν κατοικοῦντα ἐν τοῖς οὐρανοῖς, οὐκ εἶπω τινὶ, ἅπερ εἶπῃς μοι. Λέγει αὐτῷ ὁ δαίμων, Μὴ προσκυνήσῃς ταύτῃ τῇ εἰκόνι, καὶ οὐκ ἔτι σε πολεμῶ. Εἶχεν δὲ ἡ εἰκὼν τὸ ἐκτύπωμα τῆς Δεσποίνης ἡμῶν τῆς ἁγίας Θεοτόκου Μαρίας, βασταζούσης τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν. Λέγει ὁ ἔγκλειστος τῷ δαίμονι· Ἄφες σκέψωμαι. Τῇ οὖν ἐπαύριον δηλοῖ τῷ ἁββᾷ Θεοδώρῳ τῷ Ἡλιώτῃ, τῷ καὶ διηγησαμένῳ ἡμῖν, οἰκοῦντι τότε ἐν τῇ λαύρᾳ Φαράν· καὶ ἐλθόντι αὐτῷ διηγεῖται πάντα. Ὁ δὲ γέρων λέγει αὐτῷ, Ὄντως ἁββᾶ, ἐνεπαίχθης, ὅτι ὤμοσας· πλὴν καλῶς ἐποίησας ἐξειπών. Συμφέρει δέ τοι εἰς τὴν χώραν ταύτην μὴ ἐᾶσαι πορνεῖον εἰς ὃ μὴ εἰσέρχῃ, ἢ ἵνα ἀρνήσῃ τοῦ προσκυνεῖν τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν μετὰ τῆς αὐτοῦ Μητρός. Στηρίξας οὖν καὶ ἐνδυναμώσας αὐτὸν πλείοσιν λόγοις, ἀπῆλθεν εἰς τὸν ἴδιον τόπον. Φαίνεται δὲ πάλιν ὁ δαίμων τῷ ἐγκλείστῳ, καὶ λέγει αὐτῷ· Τί ἐστιν κακόγηρε; οὐκ ὤμοσάς μοι, ὅτι οὐδενὶ λέγεις; Καὶ πῶς πάντα ἐξεῖπας τῷ ἐλθόντι πρὸς σέ; Λέγω σοι κακόγηρε, ὡς ἐπίορκος ἔχεις κριθῆναι ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως. C D Καὶ ἀπεκρίθη ὁ ἔγκλειστος, Ὅτι μὲν ὤμοσα, καὶ ὅτι ἐπιόρκησα, οἶδα, πλὴν τὸν ἐμὸν Δεσπότην καὶ ποιητὴν ἐπιόρκησα, σοῦ δὲ οὐ μὴ ἀκούσω. Σὺ γὰρ καὶ τῆς κακοσυμβουλίας, καὶ τῆς ἐπιορκίας τὴν ἄφευκτον δίκην ὡς αἴτιος ἀπαιτηθήσῃ.

CAPUT XLVI.

Mirabilis visio abbatis Cyriaci Lauræ Calamonis, et de duobus impii Nestorii libris.

Accessimus ad abbatem Cyriacum presbyterum Lauræ Calamonis juxta sanctum Jordanem, narravitque nobis dicens : Die quadam vidi per somnum mulierem honesta facie, purpura indutam, et cum ea viros duos, et ipsos venerando habitu, et aspectu præclaro. Arbitratus autem sum mulierem illam esse

Παρεβάλομέν ποτε τῷ ἁββᾷ Κυριακῷ πρεσβυτέρῳ τῆς λαύρας τοῦ Καλαμῶνος τῆς ἐν τῷ ἁγίῳ Ἰορδάνῃ. Καὶ διηγήσατο ἡμῖν λέγων, ὅτι Ἐν μιᾷ θεωρῆσαί με κατὰ τοὺς ὕπνους γυναῖκά τινα σεμνοπρεπῆ, καὶ πορφυροφόρον, καὶ μετὰ ταύτης ἄνδρας δύο ἱεροπρεπεῖς καὶ τιμίους ἑστῶτας ἔξω τῆς κέλλης;

Digitized by Google

μου. Ἐγὼ δὲ ὑπέλαβον τὴν μὲν γυναῖκα τὴν Δέσποιναν ἡμῶν Θεοτόκον εἶναι, τοὺς δὲ σὺν αὐτῇ δύο ἄνδρας τὸν ἅγιον Ἰωάννην τὸν Θεολόγον, καὶ τὸν ἅγιον Ἰωάννην τὸν Βαπτιστήν. Ἐξελθὼν οὖν τῆς κέλλης μου παρεκάλουν αὐτοὺς εἰσελθεῖν, καὶ ποιῆσαι εὐχὴν εἰς τὸ κελλίον μου· αὐτη δὲ οὐκ ἐπένευσεν. Ἔμεινα οὖν ἐπὶ πολὺ δεόμενος αὐτῆς, καὶ λέγων, Μὴ ἀποστραφείην τεταπεινωμένος καὶ κατῃσχυμένος, καὶ ἄλλα πολλά. Ὡς δὲ εἶδέν με τὴν αἴτησιν ἐπιτείνοντα, αὐστηρῶς ἀπεκρίθη μοι λέγουσα, Ἔχεις εἰς τὴν κέλλαν σου τὸν ἐχθρόν μου, καὶ πῶς θέλεις ἵνα εἰσέλθω; Καὶ τοῦτο εἰποῦσα, ἀπῆλθεν. Ἐγὼ δὲ διυπνισθείς, ἠρξάμην θλίβεσθαι, καὶ ἐνενόουν μήτι ἄρα κατὰ διάνοιαν ἥμαρτον εἰς αὐτήν· οὐδὲ γὰρ ὁ ἕτερός τις ἦν ἐν τῷ κελλίῳ, εἰ μὴ ἐγὼ μόνος. Ἐπὶ πολὺ οὖν ἐμαυτὸν ἐκσείσας, οὐχ εὗρον ἐμαυτὸν πλημμελήσαντα εἰς αὐτήν. Ὡς δὲ εἶδον ἐμαυτὸν τῇ λύπῃ καταποντούμενον, ἀνέστην, καὶ ἔλαβον βιβλίον ἐπὶ τῷ ἀναγνῶναι, ὅπως διὰ τοῦ ἀναγνώσματος, τὴν λύπην ἀπορρίψωμαι, βιβλίον δὲ ἦμην χρησάμενος τοῦ μακαρίου Ἡσυχίου τοῦ πρεσβυτέρου Ἱεροσολύμων· καὶ ἀναπτύξας τὴν βίβλον, εὑρίσκω δύο λόγους Νεστορίου τοῦ δυσσεβοῦς πρὸς τῷ τέλει αὐτῆς γεγραμμένους· καὶ εὐθέως ἔγνων τοῦτον εἶναι τὸν τῆς Δεσποίνης ἡμῶν τῆς ἁγίας Θεοτόκου τὸν ἐχθρόν. Τότε ἀναστὰς ἀπῆλθον, καὶ τὴν βίβλον ἀπέδωκα τῷ δεδωκότι μοι αὐτήν. Καὶ εἶπον αὐτῷ· Λάβε σου τὴν βίβλον, ἀδελφέ· οὐ γὰρ τοσαύτην ἔσχον ὠφέλειαν ἐξ αὐτῆς, ὅσην μοι τὴν ζημίαν προεξένησεν. Κἀκείνου δὲ τὴν ζημίαν ἀνακρίνοντος, τὰ συμβάντα διηγησάμην· καὶ τοῦ ζήλου πλησθεὶς εὐθέως τῆς βίβλου τοὺς δύο λόγους Νεστορίου ἀπέκοψεν, καὶ πυρὶ παρέδωκεν, εἰπὼν ὅτι, Οὐ μὴ μείνῃ εἰς τὸ κελλίον μου ὁ τῆς Δεσποίνης ἡμῶν τῆς ἁγίας Θεοτόκου καὶ Ἀειπαρθένου Μαρίας ἐχθρός.

A Dominam nostram sanctam Dei genitricem, eosque qui cum illa erant duos viros, sanctum Joannem Theologum et sanctum Joannem Baptistam. Egressusque de cellula orabam illos ut ingrederentur et in cella mea orarent, quæ non consensit. Permansi ergo diutius orans et obsecrans, ac dicens : Ne, quæso, avertatur humilis factus confusus (*Psal.* LXXIII), et alia plurima hujusmodi. Illa igitur ut me vidit instare precibus, eamdemque postulationem iterare, severius mihi respondit, dicens : Habes intra cellam tuam inimicum meum, et vis ut ingrediar? Et his dictis abscessit. Evigilans autem ego affligi cœpi, et cogitabam, num aliquid in mente peccatum contra illam admisissem, neque enim erat alius aliquis in cella mea, nisi ego solus. Diutius igitur meipsum discutiens, nihil inveni, quod in illam peccassem. Cum vero vidissem me nimio mœrore absorberi, surgens accepi librum ut legerem, quo per hujusmodi lectionem dolorem una cogitationesque repellerem. Librum autem ipsum acceperam mutuo a beato Isychio presbytero Jerosolymitanæ Ecclesiæ. Evolvensque librum inveni duos impii Nestoris libros in fine voluminis scriptos, moxque agnovi hunc esse sanctæ Dominæ nostræ Dei genitricis semperque virginis Mariæ inimicum. Tunc surgens abii, librumque illi qui mihi eum accommodaverat, reddidi, dicens illi : Accipe librum tuum, frater, neque enim ex eo tantum utilitatis cepi, quantum detrimenti. Cum vero ille detrimenti ipsius causam sciscitaretur, omnem illi rei ordinem retuli. Qui zelo Dei succensus protinus duos illos Nestorii libros ex volumine præscidit, eosque igni tradidit, dicens : Non manebit in cella mea Dominæ nostræ sanctæ Dei genitricis semperque virginis Mariæ inimicus.

B

C

CAPUT XLVII.

Miraculum sanctæ Dei genitricis contra Gaianum mimum qui eam in theatro blasphemabat.

Φοινίκης τῆς Λιβανησίας πόλις ἐστίν· ἐν ταύτῃ μῖμος ὑπῆρχεν ὀνόματι Γαϊανός, καὶ κατὰ θέατρον τὴν ἁγίαν Θεοτόκον βλασφημῶν ἐθεάτριζεν. Καὶ παραφαίνεται αὐτῷ ἡ Θεοτόκος λέγουσα, Τί σοι κακὸν ἐποίησα, ὅτι ἐπὶ τοσούτου δήμου διασύρεις με καὶ βλασφημεῖς; Ὁ δὲ ἐγερθείς, οὐ μόνον οὐ διωρθώσατο, ἀλλὰ καὶ πλέον αὐτὴν ἐβλασφήμει. Ἐκ τρίτου φαίνεται αὐτῷ, τὰ αὐτὰ λέγουσα, καὶ νουθετοῦσα αὐτόν. Ὡς οὖν οὐ διωρθώσατο, ἀλλ' ἐπὶ πλεῖον ἐβλασφήμει, ἐν μιᾷ μεσημβρίᾳ ὡς ἐκάθευδεν, φαίνεται αὐτῷ μηδὲν λέγουσα· μόνον δὲ ἐνὶ τῶν δακτύλων αὐτῆς διεχάραξεν αὐτοῦ τὰς δύο χεῖρας, καὶ τοὺς δύο πόδας. Καὶ διυπνισθεὶς εὑρέθη κεκομμένας ἔχων τὰς δύο χεῖρας, καὶ τοὺς δύο πόδας, κορμὸς κείμενος. Ἐπὶ τούτοις οὖν ὁ δείλαιος ἐξομολογήσατο πᾶσιν ἑαυτὸν κατάδηλον ποιῶν, οἷαν ἀντιμισθίαν τῆς βλασφημίας ἀπέλαβεν· καὶ ταῦτα διὰ φιλανθρωπίαν.

Heliopolis Phœnices Libanensis civitas est. In hac mimus quidam erat, Gaianus nomine, qui in theatro sanctam Dei genitricem blasphemans, populo spectaculum blasphemiæ præbebat. Apparuit autem illi sancta Dei genitrix, dicens : Quid tibi mali feci, quia coram tanta multitudine mihi detrahis, et blasphemas me? Ille vero surgens, non solum non se correxit, verum etiam plus blasphemabat. Rursus ergo apparuit illi sancta Dei genitrix, corripiens eum, ac dicens : Noli, quæso, noli ita lædere animam tuam. Ille vero rursum deterius illam blasphemabat. Unde ipsa tertio eidem apparens, eadem repetebat. Cum autem se ille non corrigeret, sed plus quoque blasphemiis adjiceret, meridie dormienti sibi apparuit, nihilque dicens, digito solo signavit ejus manus et pedes. Evigilans autem, invenit se truncatum manibus et pedibus. Atque ita infelix ut truncus inutilis jacens, confitebatur omnibus cujus rei gratia, et quomodo hoc passus esset, utque propter blasphemias suas clementer cruciatus fuisset.

D

Digitized by Google

CAPUT XLVIII.

Miraculum item sanctæ Dei genitricis quo Cosmiana uxor Germani patricii coacta est ex hæresi Severiana ad veram Christi fidem redire.

(*m*) Τοῦ μὴ ἔχοντος ποῦ τὴν κεφαλὴν κλῖναι. Elegantissimus erit locus Palladii, si commode legatur. In *Vita Chrysostomi*, cap. 19: Εἷς ἀνωφελὴς, καὶ ἀγύρτης, ὄχλος ἐστὶν· οἷος ἦν ὁ εἰπὼν τῷ Ἰησοῦ· « Διδάσκαλε, ἀκολουθήσω σοι, ὅπου ἐὰν ἀπέρχῃ. » Οὗ φυγὼν τὸν ὄχλον ὁ Σωτὴρ εἶπεν τό· « Αἱ ἀλώπεκες, » καὶ τὰ ἑξῆς. Hoc est: *Unus inutilis, et agyrta, turba est: qualis erat is qui dixit Jesu: « Magister, sequar te, quocunque ieris. » Cujus fugiens turbam Servator, dixit illud: « Vulpes foveas habent; » et reliqua.* (*Matth.* VIII, 20.)

Digitized by Google

filioli, causa exstitit arripiendi monasticum habitum, et hanc conversationem eligendi.

ποίαν ἄρα ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι, ὅτε καταλάμψει τὸ πρόσωπον αὐτῶν ὡς ὁ ἥλιος; Αὕτη μοι γέγονεν αἰτία, τέκνα, τοῦ ἐλθεῖν εἰς τὸ μοναχικὸν τοῦτο σχῆμα.

CAPUT LXX.

Vita monachi Addas Mesopotameni inclusi.

Dicebat et hoc nobis senex, quod post hunc abbatem David venit et alius monachus, nomine Addas, et ipse de Mesopotamia, et seipsum inclusit ad aliam partem civitatis, in quadam magna platano, fecitque sibi fenestram, ex qua etiam cum advenientibus colloquebatur. Cum ergo venissent barbari, et omnem provinciam prædati essent, contigit eos per locum illum transire. Cumque unus ex eis conspecto sene, gladium eduxisset, ut illum occideret, sublatam in sublime manum ut feriret, demittere nequivit, sed ea suspensa immobilis perstitit. Quod cum cernerent barbari cæteri, admirati rogabant senem, ut socium eorum curaret. Senex igitur, facta oratione, curavit eum, et ita dimisit in pace.

Ἔλεγεν δὲ ἡμῖν καὶ τοῦτο ὁ γέρων, ὅτι μετὰ τοῦ ἁββᾶ Δαυὶδ ἦλθεν καὶ ἄλλος μοναχὸς ὀνόματι Ἀδδᾶς, καὶ αὐτὸς Μεσοποταμινὸς, καὶ ἐνέκλεισεν αὐτὸν εἰς τὸ ἀπὸ μέρος τῆς πόλεως εἰς πυθμένα πλατάνου. Ἐποίησεν δὲ ἐν αὐτῇ μικρὰν θυρίδα· ὅθεν καὶ συνετύγχανεν τοῖς πρὸς αὐτὸν ἐρχομένοις. Ὅταν οὖν οἱ βάρβαροι ἦλθον, καὶ πᾶσαν τὴν χώραν ἐληλάτησαν, συνέβη αὐτοῖς διὰ τοῦ τόπου ἐκείνου διέρχεσθαι καὶ ἰδὼν εἷς τῶν βαρβάρων τὸν γέροντα παρακύπτοντα, ἐξῆρεν τὸ ξίφος, καὶ ἀνατείνας τὴν χεῖρα ἐπὶ τὸ δοῦναι αὐτὸν, ἔμεινεν ἐκτεταμένην ἔχων τὴν χεῖρα καὶ ἀκίνητον. Τοῦτο θεασάμενοι καὶ οἱ λοιποὶ βάρβαροι, καὶ θαυμάσαντες, ἐδέοντο τοῦ γέροντος προσπίπτοντες αὐτῷ. Καὶ ποιήσας εὐχὴν γέρων ἴασατο αὐτὸν, καὶ οὕτω ἀπέλυσεν αὐτοὺς ἐν εἰρήνῃ.

CAPUT LXXI.

Pulchrum dictum homicidæ ad monachum qui eum sequebatur dum duceretur ad decollandum.

Narravit nobis iterum idem abbas Palladius, dicens, quod in Arsenoite, quæ civitas Thebaidis est, tentus fuerit quidam homicidii reus; qui cum diu cruciatus esset, tandem sententiam decollationis accepit. Cum ergo duceretur extra civitatem sex millibus passuum (illic enim etiam perpetrarat homicidium) monachus quidam retro sequebatur ut illum decollari conspiceret: qui autem ad decollandum ducebatur, cum vidisset monachum sequentem, ait illi: Nunquid, abba, non habes cellulam, et opus manuum? Respondit monachus: Parce mihi, frater; et cellam enim et opus habeo. Qui respondens ait illi: Quare ergo non resides in cella et defles peccata tua? Dicit ei monachus: Vere, frater mi, valde meipsum negligo, compunctionemque anima mea non habet, et idcirco venio ut aspiciam te, dum morieris, ut vel sic in compunctionem veniam. Tunc ait illi reus: Vade, frater, per Dominum; sede in cella tua, et gratias age Salvatori Jesu Christo. Ex quo enim ille homo factus est, et pro nobis peccatoribus mortuus est, homo jam non moritur æterna morte.

Ὁ αὐτὸς πάλιν ἁββᾶς Παλλάδιος διηγήσατο ἡμῖν λέγων, ὅτι Εἰς τὴν Ἀρσενοΐτην (πόλις δέ ἐστιν αὕτη τῆς Θηβαΐδος) ἐκρατήθη τις φόνον ποιήσας, καὶ βασανισθεὶς πολλὰ, ἔλαβεν ἀπόφασιν, ἵνα ἀποκεφαλισθῇ. Ὡς οὖν ἀπήγετο ἔξω τῆς πόλεως ἀπὸ μιλίων ἓξ (ἐκεῖ γὰρ ἦν καὶ τὸν φόνον ποιήσας), μοναχός τις ἠκολούθει ὀπίσω αὐτοῦ ὡς ὀφείλων ἰδεῖν, πῶς ἀποκεφαλίζεται. Ἐν δὲ τῇ ὁδῷ ὑπάγων ἀποκεφαλισθῆναι, θεωρήσας τὸν μοναχὸν ἀκολουθοῦντα, λέγει αὐτῷ· Οὕτως σοι, κῦρι ἁββᾶ, οὐκ ἔχεις κελλίον ἢ ἐργόχειρον; Ἀπεκρίθη ὁ μοναχὸς, λέγων· Φύσει, ἀδελφὲ, καὶ κελλίον, καὶ ἐργόχειρον ἔχω. Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς λέγει αὐτῷ· Καὶ διὰ τί οὐ κάθῃ εἰς τὸ κελλίον σου, καὶ κλαίεις τὰς ἁμαρτίας σου; Λέγει αὐτῷ ὁ μοναχός· Οὕτως, ἀδελφὲ, πάνυ ἀμελῶ ἐμαυτοῦ. Καὶ διὰ τοῦτο ἔρχομαι θεωρῆσαι πῶς ἀποθνήσκεις, ἵνα κἂν οὕτως εἰς κατάνυξιν ἔλθω. Τότε λέγει αὐτῷ ἐκεῖνος· Ὕπαγε, κῦρι ἁββᾶ, κάθου εἰς τὸ κελλίον σου, καὶ εὐχαρίστησον τῷ Θεῷ τῷ σώσαντι ἡμᾶς. Ἀφ' οὗ γὰρ αὐτὸς ἐνηνθρώπησεν, καὶ ἀπέθανεν ὑπὲρ ἡμῶν, ἄνθρωπος οὐκ ἔτι ἀποθνήσκει τὸν αἰώνιον θάνατον.

CAPUT LXXII.

Relatio abbatis Palladii de sene homicida, qui adolescentem falso de eodem crimine accusabat.

Et hoc item narravit nobis ipse abbas Palladius, dicens: Senex quidam sæcularis qui homicidium fecerat, detentus est a magistratu in Alexandria. Qui cum cruciaretur, dicebat et alium fuisse secum cædis illius socium. Is autem de quo senex dicebat, adolescens erat viginti ferme annorum. Multis ergo suppliciis ambo affecti sunt. Et senex quidem dicebat: Mecum fuisti, quando perpetravi homicidium. Adolescens vero denegabat, nihil se conscium esse homicidii, neque cum illo se fuisse asserens. Cum ergo cruciati fuissent, sententiam ambo acceperunt

Διηγήσατο ἡμῖν ὁ ἁββᾶς Παλλάδιος, λέγων, ὅτι Γέρων τις κοσμικὸς ἐκρατήθη φόνον ποιήσας· ὑπὸ τοῦ νόμου δὲ Ἀλεξανδρείας κολαζόμενος, ἔλεγεν, καὶ ἄλλον εἶναι σὺν αὐτῷ κοινωνὸν τοῦ φόνου. Ὃν δὲ ἔλεγεν ὁ γέρων, νεώτερος ἦν παῖς ὡς ἐτῶν εἴκοσι· πολλὰ οὖν καὶ ἀμφότεροι ἐτιμωρήθησαν. Καὶ ὁ μὲν γέρων ἔλεγεν· Μετ' ἐμοῦ ἦς ὅτε ἐποίησα τὸν φόνον. Ὁ δὲ νεώτερος ἔλεγεν μὴ ἔχειν πρᾶγμα εἰς τὸν φόνον, μηδὲ εἶναι μετ' αὐτοῦ. Ὡς οὖν πολλὰ ἐκολάσθησαν, λαμβάνουσιν ἀπόφασιν, ἵνα ἀμφότεροι φουρκισθῶσιν. Ἀπῆλθον οὖν ἐπὶ τὸ Πέμπτον· ἐκεῖ γὰρ

Digitized by Google

τοὺς τοιούτους εἰώθασι κολάζειν. Ἔστι δὲ καὶ ἀπὸ ἑνὸς σταδίου ἱερὸν καταλελυμένον τοῦ Κρόνου. Ὡς οὖν ἦλθον εἰς τὸν τόπον, ἐθέλησαν ὅ τε δῆμος καὶ οἱ στρατιῶται τὸν νεώτερον πρῶτον κρεμάσαι ἐν τῷ ξύλῳ. Βαλὼν οὖν μετάνοιαν τοῖς στρατιώταις, ἔλεγεν· Διὰ τὸν Κύριον ποιήσατε ἀγάπην, καὶ κατὰ ἀνατολὰς κρεμάσατέ με, ἵνα προσέχω μόνος ὡς κρεμῶμαι. Λέγουσιν αὐτῷ οἱ στρατιῶται· Διὰ τί; Λέγει αὐτοῖς· Οὕτως, κύριοί μου, οὐκ ἔχω, ταπεινός, εἰ μὴ ἑπτὰ μῆνας, ὅτε ἔλαβον τὸ ἅγιον βάπτισμα, καὶ γέγονα Χριστιανός. Ὡς οὖν ἤκουσαν οἱ στρατιῶται, ἐδάκρυσαν ἐπὶ τῷ νεωτέρῳ. Ὁ δὲ γέρων χολώσας μέγα λέγει· Τὸν Σέραπιν, ἐμὲ ἐπὶ τὸν Κρόνον προσέχειν ποιήσατε. Τότε ὡς ἤκουσαν οἱ στρατιῶται τὴν βλασφημίαν τοῦ γέροντος, ἐάσαντες τὸν νεώτερον, πρῶτον τὸν γέροντα ἐκρέμασαν. Ὡς οὖν ἐφούρκιζον τὸν γέροντα, ἰδοὺ καβαλλάριος πεμφθεὶς ἀπὸ τοῦ Αὐγουσταλίου, εἶπε τοῖς στρατιώταις· Τὸν νεώτερον μὴ φονεύσητε, ἀλλὰ φέρετε αὐτόν. Ὥστε χαρὰν γενέσθαι τοῖς στρατιώταις ἅπασι τοῖς παρισταμένοις. Καὶ ἀπαγαγόντες αὐτὸν, εἰς τὸ πραιτώριον εἰσήγαγον· καὶ ἀπέλυσεν αὐτὸν ὁ Αὐγουστάλιος. Ὁ δὲ νεώτερος παρ' ἐλπίδα σωθεὶς, ἀπελθὼν γέγονεν μοναχός. Τοῦτο δὲ γεγραφήκαμεν πρὸς ὠφέλειαν πολλῶν.

A ut furcis suspenderentur. Abierunt ergo quinto extra urbem milliario, illic enim hujusmodi reos punire consueverant. Distabat autem ab eo loco fere uno stadio Saturni templum eversum. Cum igitur ad locum venissent et populus et milites, adolescentem primo suspendere in ligno voluerunt; adolescens autem prostratus in solo militas orabat, dicens: Per Dominum facite charitatem, et ad Orientem me suspendite, ut illum videam quando suspensus ero. Dicunt ei milites: Quam ob causam? Quibus adolescens: Vere, domini mei, non habeo infelix ego plus quam septem menses ex quo sanctum baptisma suscepi, et Christianus factus sum. Cum hoc audissent milites lacrymati sunt super adolescente. Senex autem cum hoc audisset, fremens graviter dixit militibus: Per Serapim facite (16), ut ego aspiciam contra Saturnum. Cum vero audissent milites blasphemiam senis, omisso adolescente, senem primo suspenderunt. Cum vero illum in ligno suspenderent, ecce eques ab Augustali celeriter missus, ait militibus: Adolescentem nolite interficere, sed reducite illum. Factum est autem ingens gaudium militibus et cunctis assistentibus. Et reducentes eum introduxerunt in prætorium, absolvitque illum Augustalis. Adolescens vero præter spem salvus factus, abiens monachus effectus est. Hoc autem ad nostram et legentium utilitatem scripsimus, ut sciamus quia novit Dominus pios a tentatione liberare.

B

CAPUT LXXIII.

Vita Joannis militis Alexandrini.

Καὶ τοῦτο ἡμῖν διηγήσατο ὁ ἀββᾶς Παλλάδιος, λέγων, ὅτι Ἦν τις Ἀλεξανδρείας στρατιώτης, ὀνόματι Ἰωάννης, βίον ἔχων τοιοῦτον· Πᾶσαν τὴν ἡμέραν ἀπὸ ὄρθρου ἕως ὥρας ἐννάτης ἐκαθέζετο εἰς τὸ μοναστήριον αὐτοῦ, πλησίον τῆς διαβάθρας τοῦ ἁγίου Πέτρου, μόνος φορῶν σακκομάχην καὶ πλέκων μαλάκια, σιωπῶν καὶ μηδὲν ὅλως λαλῶν πρός τινα. Ἐκαθέζετο δὲ ἐν εὐκτηρίῳ ποιῶν τὸ ἐργόχειρον αὐτοῦ, μόνον τοῦτο λέγων μετὰ μέλους· « Κύριε, ἐκ τῶν κρυφίων μου καθάρισόν με, » ἵνα μὴ αἰσχύνωμαι προσευχόμενος. Τοῦτον τὸν στίχον εἰπὼν, ἐσιώπα ὡς ἐπὶ ὥραν μεγάλην· καὶ πάλιν μετὰ τὴν ὥραν τὸν αὐτὸν ἀνελάμβανεν στίχον. Ἔλεγεν δὲ αὐτὸν ἑβδομον δι' ὅλης τῆς ἡμέρας, μηδὲν ἄλλο τὸ σύνολον λέγων. Καὶ τῇ ἐννάτῃ ὥρᾳ ἀπεδύετο τὸ σακκομάχιον [21] ὃ ἐφόρει τὸ στρατιωτικὸν σχῆμα, τουτέστιν τὰ ἱμάτια αὐτοῦ, καὶ οὕτως ὑπῆγεν εἰς τὰ ἴδια σίγνα. Μετὰ τούτου κἀγὼ ἔμεινα χρόνους ὀκτὼ, καὶ μεγάλως ὠφελήθην ἐν τῇ σιωπῇ καὶ ἐν τῇ καταστάσει αὐτοῦ.

C Hoc etiam nobis idem abbas Palladius narravit, dicens: Erat in Alexandria miles quidam, Joannes nomine, hunc habens ordinem vitæ. Diebus singulis a mane usque in horam nonam sedebat in monasterio solus juxta gradus sancti Petri, cilicio indutus, et sportellas texens, tacens omnino, et nulli quidquam loquens; sedebat autem in oratorio laborans manibus suis, atque hoc solum canebat dulciter: Domine, ab occultis meis munda me (*Psal.* xviii), ut non confundar orans. Hunc versum cum dixisset, una ferme hora tacebat, et rursum eumdem resumebat versum, ipsumque septies per totam diem repetebat, nihil omnino aliud dicens. Hora autem nona exuebat cilicium, induebatque militarem habitum, id est, indumenta sua, atque ita ad propria signa properabat. Cum hoc et ego annos octo mansi, multumque ædificatus sum in silentio et instituto suo.

D

CAPUT LXXIV.

Ejusdem Palladii verax dictum de hæresibus.

Νουθετῶν δὲ ἡμᾶς ὁ γέρων, καὶ τοῦτο ἔλεγεν ἡμῖν, ὅτι Πιστεύσατέ μοι, τέκνα· ἄλλο οὐδὲν ἐποίησεν τὰ σχίσματα καὶ τὰς αἱρέσεις εἰς τὴν ἁγίαν Ἐκκλησίαν, εἰ μὴ τὸ σφόδρα μὴ ἀγαπᾷν ἡμᾶς τὸν Θεὸν καὶ ἀλλήλους.

Corripiens nos aliquando senex, ipse ita nobis dicebat: Credite mihi, filioli, nihil aliud schismata et hæreses introduxit in sanctam Ecclesiam, nisi quod non Deum et nos invicem valde diligimus.

VARIÆ LECTIONES.

[21] Al. σακκομάχην, καί.

Digitized by Google

CAPUT LXXV.

Miraculum Domini erga uxorem et filiam viri fidelis, qui hospitio suscipere monachos consueverat.

Idem abbas Palladius cum alias ad ipsum venisse- A mus, tale quiddam enarravit nobis : Erat, inquit, in Alexandria vir quidam fidelis, religiosus valde et misericors, et hospitio suscipiens monachos. Habebat autem uxorem, et ipsam humilem valde, et jejunantem quotidie. Erat autem illis et filiola quasi annorum sex. Quadam vero die vir ille pius profectus est Constantinopolim ; erat enim negotiator. Relictis ergo domi uxore, et puella, et uno servo, abiit ut navigaret. Cum vero iret ad navem, ait ad illum uxor : Cui nos commendatos relinquis, domine? Respondit vir ejus : Dominæ nostræ sanctæ Dei genitrici. Die vero quadam cum sederet uxor et operaretur, habens et puellam secum, servus ille ex suggestione diabolica voluit necare dominam et ejus filiam, et diripere quidquid haberent, et fugere. B Sumpto igitur ex coquina cultro, perrexit in triclinium ubi erant ambæ. Cum vero venisset ante januam, comprehensus est cæcitate, ita ut neque triclinium ingredi, neque ad coquinam reverti posset. Cum autem una ferme hora perstitisset, frustraque conaretur ingredi, cœpit vocare dominam suam, dicens : Veni hucusque. Illa admirans, quod in medio januæ persistens, ad illam non ingrederetur, sed clamaret, ait illi : Tu magis huc veni, ignorans, quod cæcitate teneretur. Puer autem cœpit illam adjurare, ut iret prope illum ; illa vero juravit, non se ituram. Tunc ait illi : Mitte vel puellam. Quæ noluit, sed ait : Si quid vis, ipse potius veni. Videns autem servus, quod nihil potuisset agere, seipsum gladio percussit, et corruit. Domina vero illius cum C vidisset quid egerat, clamavit, continuoque vicini accurrerunt. Ingressi sunt autem et ex officio prætorii nonnulli, puerumque reperientes adhuc vivum, didicerunt ab ipso omnia, et glorificaverunt Dominum qui ostenderat miracula, et matrem salvaverat cum filia

Ὁ αὐτὸς ἁββᾶς Παλλάδιος διηγήσατο ἡμῖν ἄλλοτε προσβαλοῦσιν αὐτῷ τι τοιοῦτον, ὅτι Ἦν τις φιλόχριστος ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, καὶ λίαν εὐλαβὴς, καὶ ἐλεήμων καὶ ξενοδοχῶν τοὺς μοναχούς· ἔσχεν δὲ καὶ γυναῖκα, καὶ αὐτὴν πάνυ ταπεινὴν, καὶ νηστεύουσαν πᾶσαν ἡμέραν· εἶχεν δὲ καὶ θυγάτριον ὡς ἐτῶν ἓξ ὄν. Μιᾷ οὖν ἀπεδήμησεν ὁ φιλόχριστος οὗτος ἐν τῇ Κωνσταντινουπόλει· ἦν γὰρ πραγματευτής. Ἐάσας οὖν τήν τε γυναῖκα καὶ τὸ παιδίον, καὶ ἕνα δοῦλον εἰς τὸν οἶκον, ἀπῆλθεν πλεῦσαι. Ὡς δὲ ἀπήρχετο ἐν τῷ πλοίῳ, λέγει αὐτῷ ἡ γυνή· Τίνι ἡμᾶς ἐᾷς, κύριε; Λέγει αὐτῇ ὁ ἀνήρ· Τῇ Δεσποίνῃ ἡμῶν τῇ Θεοτόκῳ. Ἐν μιᾷ οὖν ὡς ἐκάθητο ἡ γυνὴ, καὶ ἐργάζετο, ἔχουσα καὶ τὸ παιδίον, ὁ δοῦλος ἐνεργηθεὶς ὑπὸ τοῦ διαβόλου, ἠθέλησεν φονεῦσαι τὴν γυναῖκα, καὶ τὸ παιδίον, καὶ λαβεῖν εἴ τι ἔχουσιν, καὶ φυγεῖν. Καὶ λαβὼν ἐκ τοῦ μαγειρίου μάχαιραν, ἦρχετο εἰς τὸν τρίκλινον, ἔνθα ἦν ἡ κυρία αὐτοῦ. Ὡς οὖν ἔφθασεν τὸ πρόθυρον τοῦ τρικλίνου ὁ παῖς, ἐκρατήθη ἀορασίᾳ, καὶ οὐκ ἠδύνατο οὐδὲ ἐπὶ τὸν τρίκλινον, οὐδὲ ἐπὶ τὸ μαγειρίον [33] ἀπελθεῖν. Ὡς δὲ ἐπὶ ὥραν μίαν ἐποίησεν, πυκτεύων καὶ βιαζόμενος ἑαυτὸν, ἵνα εἰσέλθῃ, ἤρξατο κράζειν τὴν κυρίαν αὐτοῦ, λέγων· Ἐλθὲ ἕως τῶν ὧδε. Ἡ δὲ ἐθαύμαζεν, ὅτι εἰς τὸ μέσον τῆς θύρας ἐστὶ, καὶ οὐκ ἔρχεται πρὸς αὐτὴν, ἀλλὰ κράζει, καὶ λέγει αὐτῷ· Σὺ ἐλθὲ ὧδε μᾶλλον, μὴ γινώσκουσα ὅτι ἀορασίᾳ κρατῆται. Ὁ δὲ παῖς ἤρξατο ὁρκίζειν αὐτὴν, ἵνα ἀπέλθῃ πλησίον αὐτοῦ. Ἡ δὲ ὤμοσεν μὴ ἀπελθεῖν πρὸς αὐτόν. Ὁ δὲ λέγει αὐτῇ· Πέμψον μοι κἂν τὸ παιδίον. Ἡ δὲ οὐδὲ τοῦτο ἐποίησεν, εἰποῦσα· Ἐὰν θέλῃς ἐλθὲ σύ. Τότε ὁ παῖς, ὡς οὐδὲν ἠδυνήθη ποιῆσαι, ἔδωκεν ἑαυτῷ τῷ μαχαιρίῳ, καὶ ἀνεγκάτησεν ἑαυτόν. Ἡ δὲ κυρία αὐτοῦ θεασαμένη ὃ ἐποίησεν, ἔκραξεν· καὶ εἰσῆλθον οἱ γείτονες· εὐθὺς ἦλθον καὶ οἱ τοῦ πραιτωρίου, καὶ ηὗρον τὸν παῖδα ζῶντα, καὶ ἔμαθον παρ' αὐτοῦ ἅπαντα· καὶ ἐδόξασαν τὸν Θεὸν, ὃς ἔδειξεν θαυμάσια, καὶ ἔσωσεν τὴν μητέρα καὶ τὸ τέκνον αὐτῆς.

CAPUT LXXVI.

Submersio Mariæ mulieris peccatricis.

Et hoc item Palladius ipse narravit nobis : Audivi, inquit, nauclero quodam enarrante, tale aliquid, quod die quadam cum navigaret, vectores habens viros et mulieres, venissetque in altum, cæteris omnibus bene navigantibus, aliis quidem Constantinopolim, aliis vero Alexandriam, et aliis alio, vento illis flante prospero, ipse solus navigare non poterat. D Et mansimus, inquit, quasi dies quindecim, nihil ex eo loco ubi eramus, moti. Versabamur igitur in magna mœstitia et desperatione, nescientes quidnam istud sibi vellet. Ego vero, ut nauclerus cui cura navis incumbebat et omnium quæ in ipsa erant, cœpi rogare Deum pro hac re. Quadam vero die venit ad me vox, dicens : Mitte foras Mariam, et bene

Καὶ τοῦτο δὲ ἡμῖν ὁ αὐτὸς ἁββᾶς Παλλάδιος διηγήσατο, λέγων, ὅτι Ἀκήκοα διηγουμένου τινὸς ναυκλήρου τι τοιοῦτον, ὅτι Ἐν μιᾷ ὡς ἔπλεον, ἔχων ἐπιβάτας ἄνδρας καὶ γυναῖκας, ἐλθόντες οὖν εἰς τὸ πέλαγος, καὶ πάντων εὐπλοούντων, τῶν μὲν ἐν Κωνσταντινουπόλει, τῶν δὲ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, τῶν ἄλλων ἀλλαχοῦ, τοῦ ἀνέμου ἐπιτηδείου ὄντος αὐτοῖς, ἡμεῖς μόνοι οὐκ ἠδυνάμεθα πλεῦσαι, καὶ ἐμείναμεν ὡς ἐπὶ ἡμέρας ιε', μὴ κινηθέντες τοῦ τόπου οὗ ἦμεν. Ἤμεθα οὖν ἐν πολλῇ ἀθυμίᾳ καὶ ἀμηχανίᾳ, τὸ τί ἄρα ἐστὶν τοῦτο. Ἐγὼ δὲ ὡς ναύκληρος καὶ ἔχων τὴν φροντίδα τοῦ τε λοιποῦ πλοίου καὶ τῶν ἐν αὐτῷ πάντων, ἠρξάμην δέεσθαι τοῦ Θεοῦ περὶ τούτου. Καὶ ἐν μιᾷ ἔρχεταί μοι φωνὴ ἀοράτως λέ-

VARIÆ LECTIONES.

[33] Pro μαγειρεῖον.

Digitized by Google

γουσα· Βάλε κάτω Μαρίαν,' καὶ εὐπλοῆς. Ἐγὼ δὲ ἐλογιζόμην τί ἂν εἴη τοῦτο, τίς ἐστιν Μαρία. Ὡς οὖν ἠπόρουν περὶ τούτου, πάλιν ἔρχεταί μοι φωνή· Εἰπόν σοι· Βάλε κάτω Μαρίαν, καὶ σώζεσθε. Τότε ἐγὼ ἐσκεψάμην τι τοιοῦτον. Καὶ κράζω ἀθρόως· Μαρία. Οὐ γὰρ ᾔδειν τίς ἦν ἡ Μαρία. Ἡ δὲ ἀνακειμένη εἰς τὸ στρῶμα αὐτῆς, ὑπήκουσεν λέγουσα· Τί κελεύεις, κύριε; Τότε λέγω αὐτῇ· Ποίησον ἀγάπην, ἐλθὲ ἕως ὧδε. Ἡ δὲ ἀναστᾶσα ἦλθεν. Ὡς οὖν ἦλθεν, ἔλαβον αὐτὴν κατιδίαν, καὶ λέγω αὐτῇ· Βλέπεις, ἀδελφὴ Μαρία, ποίας ἁμαρτίας ἔχω, καὶ δι' ἐμὲ ὑμεῖς ὅλοι ἔξετε ἀπολέσθαι.] Ἡ δὲ στενάξασα μεγάλως, εἶπεν· Οὕτως, κύριέ μου ναύκληρε, ἐγώ εἰμι ἡ ἁμαρτωλός. Ἐγὼ δὲ λέγω αὐτῇ· Γυνή, ποίας ἁμαρτίας ἔχεις; Καὶ αὐτή· Οἴμοι, ὅτι οὐκ ἔστιν ἁμαρτία ἣν οὐκ ἔπραξα, καὶ διὰ τὰς ἐμὰς ἁμαρτίας ὅλοι μέλλετε ἀπολέσθαι. Τότε διηγήσατό μοι, φησίν, ἡ γυνή τι τοιοῦτον· Οὕτως, κύριε ὦ ναύκληρε, ἐγὼ ἡ ἀθλία ἄνδρα ἔσχον, καὶ δύο παιδία ἐξ αὐτοῦ, τὸ ἓν ὡς ἐννέα χρόνων, καὶ τὸ ἄλλο ὡς πέντε ἐτῶν, καὶ ἐπὶ τούτοις ἐτελεύτησεν ὁ ἀνήρ μου, καὶ ἔμεινον χήρα. Στρατιώτης δὲ πλησίον μου ἔμενεν, καὶ ἠθέλησα ἵνα λάβῃ με εἰς γυναῖκα· καὶ ἔπεμψα πρὸς αὐτόν τινας. Ὁ δὲ στρατιώτης λέγει· Οὐ λαμβάνω γυναῖκα ἐχουσαν τέκνα ἀπὸ ἄλλου ἀνδρός. Τότε ἐγὼ ὡς ἤκουσα ὅτι οὐ θέλει με λαβεῖν διὰ τὰ παιδία, ἅμα δὲ καὶ φιλοῦσα αὐτὸν, ἔσφαξα τὰ δύο μου παιδία ἡ ἀθλία, καὶ ἐδήλωσα αὐτῷ, ὅτι Ἰδοὺ νῦν οὐδένα ἔχω. Ὡς οὖν ἤκουσεν ὁ στρατιώτης περὶ τῶν παιδίων τὸ τί ἐποίησα, λέγει· Ζῇ Κύριος κατοικῶν ἐν οὐρανῷ, οὐ μὴ λάβω αὐτήν. Ὅθεν φοβηθεῖσα μὴ φανερὸν τοῦτο γένηται, καὶ ἀποθάνω, ἔφυγον. Ταῦτα ἀκούσας ἐγὼ παρὰ τῆς γυναικὸς, οὐδὲ οὕτως ἠθέλησα βαλεῖν αὐτὴν εἰς τὸ πέλαγος· ἀλλ' ἐσοφισάμην, φησίν, καὶ λέγω αὐτῇ· Ἰδοὺ ἐμβαίνω εἰς τὸν κάραβον· καὶ ἐὰν περιπατήσῃ τὸ πλοῖον, γίνωσκε, γῦναι, ὅτι αἱ ἐμαὶ ἁμαρτίαι ἐνεργοῦσιν ἐν τῷ πλοίῳ. Τότε, φησίν, φωνῶ τὸν καραδιάν, λέγων· Ἔσω τὸν κάραβον. Ὡς οὖν κατῆλθον εἰς τὸν κάραβον, οὐδὲν πλέον, οὔτε τὸ πλοῖον οὔτε ὁ κάραβος ἐκινήθη. Τότε ἀνελθὼν εἰς τὸ πλοῖον, λέγω τῇ γυναικί· Κάτελθε καὶ σὺ εἰς τὸν κάραβον. Ἡ δὲ κατῆλθεν· καὶ ἅμα τοῦ κατελθεῖν, εὐθὺς ὁ κάραβος βαλὼν ὡς πέντε γύρους, ὀρθόδυθος ἀπῆλθεν. Τὸ δὲ πλοῖον οὕτως ἔπλευσεν, ὅτι διὰ τριῶν ἡμίσεως ἡμερῶν ἠνύσαμεν πλοῦν, ὃν εἴχομεν ποιῆσαι διὰ δεκαπέντε ἡμερῶν.

navigabis. Cœpi ergo cogitare quidnam hoc esset, et quæ esset Maria. Cum autem hæsitarem de hoc, venit vox de novo, dicens: Dixi tibi: Mitte foras Mariam, et salvi eritis. Tunc ego cogitans quid istud esset, exclamavi continuo, O Maria. Nesciebam enim quæ esset Maria. Illa vero jacens in loco suo, ut audivit, respondit, dicens: Quid jubes, domine? Tunc aio ad illam: Fac charitatem, veni hucusque. Exsurgens autem continuo venit. Cum ergo venisset ad me, accepi eam seorsum, et dixi ei: Vides, Maria soror, quod peccata mea sunt, ut propter me vos omnes pereatis? Illa vero altius ingemiscens, ait: Vere, domine mi nauclere, ego peccatrix sum. Et dixi illi: Quæ peccata habes, mulier? Et illa: Væ mihi, inquit, quia non est peccatum quod ego non egerim, et propter peccata mea vos omnes in periculo constituti estis. Tunc enarravit mihi mulier quæ circa se erant, dicens; Profecto, domine nauclere, infelix ego virum habui, ex quo duos filios genui; cumque ad ætatem pervenissent, unus annorum novem, alius quinque, mortuus est vir meus, et remansi vidua. Miles autem quidam habitabat juxta me, quem ego maritum accipere volui, misique ad ipsum quosdam. Ille autem non acquievit, dicens: Non accipio uxorem quæ habeat ex altero viro filios. Ego autem videns quod propter filios nollet me accipere uxorem, inducta amore ejus, occidi duos filios meos, indicavique illi dicens: Ecce modo nullum habeo filium. Miles vero cum audisset quid egissem de filiis, ait: Vivit Dominus qui in cœlis habitat, quia te non accipiam. Unde ego metuens, ne hoc manifestum fieret, et morerer, fugi. Hæc ego audiens ex ore mulieris, ne sic quidem illam in mare projicere volui, sed differens dixi ad illam rursus: Ecce ego ascendo in carabum (17), et si ambulaverit navis, scito quia peccata mea in navi operantur. Vocavique continuo scapharium, et dixi: Produc scapham. Cumque ascendissem in illam, nihilo magis vel navis vel scapha mota est. Tunc ascendens navim, dixi mulieri: Descende et tu in scapham. Quæ mox ut descendit, scapha se continuo quinquies gyrans, in profundum cum muliere submersa est. Navis autem post hæc tanta velocitate cucurrit, ut tribus diebus ac dimidio navigationem peregerimus, quam diebus quindecim peracturi eramus.

CAPUT LXXVII.

Relatio trium pauperum cæcorum, quomodo excæcati fuerint.

Ἀπήλθομεν ἐν μιᾷ εἰς τὸν οἶκον Στεφάνου τοῦ σοφιστοῦ, ἐγὼ καὶ ὁ κύριος Σωφρόνιος, ἵνα πράξωμεν ἣν δὲ μεσημβρινόν. Ἔμενεν δὲ εἰς τὴν ἁγίαν Θεοτόκον, ἣν ᾠκοδόμησεν ὁ μακάριος πάπας Εὐλόγιος, τὴν ἐπονομαζομένην τῆς Δωροθέας. Ὡς οὖν ἐκρούσαμεν εἰς τὸν οἶκον τοῦ φιλοσόφου, παρέκυψεν κόρη λέγουσα· Καθεύδει, ἀλλ' ὀλίγον ἐξικακήσατε. Τότε δὴ λέγω τῷ κυρίῳ Σωφρονίῳ· Ἄγωμεν ἐν τῷ Τετραπύλῳ, κἀκεῖ μένωμεν. Ἔστιν δὲ ὁ τόπος τοῦ Τετραπύλου πάνυ σεβάσμιος παρὰ τοῖς Ἀλεξανδρεῦσι·

Ego et dominus meus Sophronius perreximus ad philosophi Stephani domum, doctrinæ gratia; erat autem meridianum tempus. Morabatur hic apud ædem sanctæ Dei genitricis, quæ cognominatur Dorotheæ, quam ædificavit beatus papa Eulogius ad Orientem, juxta magnum Tetrapylum (18). Cum ergo pulsaremus philosophi ostium, puella respiciens ait nobis: Dormit ille, oportet exspectare pusillum. Tunc aio domino meo Sophronio: Eamus ad Tetrapylum, et illic maneamus. Est autem locus ille Ale

Digitized by Google

xandrinis venerabilis; dicunt enim Jeremiæ prophetæ ossa ex Ægypto sumpta ab Alexandro conditore urbis illic fuisse reposita. Cum ergo illuc venissemus, neminem invenimus nisi cæcos tres; erat enim meridies. Perreximus ergo juxta illos cæcos quiete ac silenter, sedimusque habentes libros nostros. Loquebantur autem cæci ad invicem multa. Dixitque unus ad alium : Tu quomodo effectus es cæcus ? Respondit ille : Nauta eram cum essem adolescens, et cum ab Africa navigaremus, in mari oculis repente captus sum, nec valens ambulare, albuginem in oculis habui. Dixit autem hic alii cæco : Tu vero quomodo effectus es cæcus ? Respondit et ille dicens : Vitri ad usus varios fundendi artifex fui, et ex igne amisi duos oculos meos, et cæcus effectus sum. Aiunt autem ambo hi qui interrogati fuerant ad tertium : Dic et tu quomodo factus es cæcus ? Respondit : Vere ego vobis dicam : Cum essem adolescens, laborem valde oderam, et recusabam, luxuriosusque factus sum. Cumque non haberem necessaria victui, furari jam cœperam. Die vero quadam cum mala multa perpetrassem, stabam in quodam loco, vidensque mortuum efferri optime indutum, secutus sum funus, ut viderem ubi poneretur. Venerunt autem retro sanctum Joannem, et ibi posuerunt illum in monumento, peractisque officiis recesserunt. Ego mox ut illos recessisse vidi, ingressus monumentum, exui ipsum, nihil ei relinquens præter unum linteamen. Cum ergo progredi inciperem de monumento, multis onustus pannis, dicit mihi improba mea cogitatio : Accipe et linteum, quia bonum est. Redii autem infelix ego, ut sumpto etiam linteo, nudum illum relinquerem. Tunc resedit coram me mortuus, extendensque super me manus suas, digitis suis eruit oculos meos. Ego igitur miserabilis, dimissis omnibus, cum magna tribulatione et periculo exivi de monumento. Ecce et ego dixi vobis quomodo cæcus factus sum. Ista cum audissemus, innuit mihi dominus meus Sophronius, et recessimus. Et dixit mihi : Vere, abba Joannes, hodie nihil ultra studeamus; satis enim ædificati sumus. Hæc ergo scripsimus, ut et vos pariter ædificemini ; vere enim nullus male faciens Deum latere potest. Et nos quidem hanc narrationem ab eo qui passus fuerat audivimus.

A λέγουσι γάρ, ὅτι τὰ λείψανα Ἱερεμίου τοῦ προφήτου ἀπὸ Αἰγύπτου λαβὼν Ἀλέξανδρος ὁ κτίστης τῆς πόλεως, ἐκεῖ αὐτὰ κατέθετο. Ὡς οὖν ἀπήλθομεν εἰς τὸν τόπον, οὐδένα εὕρομεν, εἰ μὴ τρεῖς τυφλούς· μεσημβρινὸν γὰρ ἦν. Ἀπήλθομεν οὖν πλησίον τῶν τυφλῶν μεθ' ἡσυχίας καὶ σιωπῆς, καὶ ἐκαθίσαμεν ἔχοντες τὰ βιβλία ἡμῶν. Ἐλάλουν δὲ οἱ τυφλοὶ πρὸς ἀλλήλους, καὶ λέγει ὁ εἷς τῷ ἄλλῳ· Ὄντως σοι πῶς γέγονας τυφλός; Καὶ ἀπεκρίθη λέγων· Ναύτης ἤμην νεώτερος· καὶ ἀπὸ Ἀφρικῆς ἐπλέομεν, καὶ ἐν τῷ πελάγει ὀφθαλμιάσας, καὶ μὴ ἔχων πῶς περιοδευθῶ, τὰ λευκώματα ἔσχον ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς μου, καὶ ἐτυφλώθην. Λέγει καὶ τῷ ἄλλῳ· Σὺ πῶς γέγονας τυφλός; Ἀπεκρίθη κἀκεῖνος λέγων· Ὑαλοψὸς ἤμην τὴν τέχνην, καὶ ἐκ τοῦ πυρὸς ἐπίχυσιν ἔσχον οἱ δύο B ὀφθαλμοί, καὶ ἐτυφλώθην. Λέγουσιν ἄλλῳ κἀκεῖνοι· Σὺ πῶς γέγονας τυφλός; Ὁ δὲ ἀπεκρίθη· Ὄντως ἐγὼ λέγω ὑμῖν· ὅταν ἤμην νεώτερος, ἐμίσησα τὸν κάματον πάνυ· γέγονα δὲ καὶ ἄσωτος. Οὐκ ἔχων οὖν πόθεν φάγω λοιπὸν, ἔκλεπτον. Ἐν μιᾷ οὖν τῶν ἡμερῶν μετὰ τὸ ποιῆσαί με πολλὰ κακὰ, ἱστάμην οὖν ἐπὶ τὴν ἀγοράν, καὶ θεωρῶ νεκρὸν ἐξοδιζόμενον καλῶς φοροῦντα. Ἀκολουθῶ οὖν ὀπίσω τοῦ ἐξοδίου, ἵνα θεωρήσω ποῦ μέλλουσιν αὐτὸν θάπτειν. Οἱ δὲ ἦλθον ὀπίσω τοῦ ἁγίου Ἰωάννου, καὶ ἔθηκαν αὐτὸν εἰς μνημεῖον, καὶ ἀπῆλθον. Ἐγὼ δὲ ὡς εἶδον ἀπελθόντας αὐτοὺς, εἰσῆλθον εἰς τὸ μνημεῖον, καὶ ἀπέδυσα αὐτὸν εἴ τι ἐφόρει, ἐάσας αὐτῷ ἓν μόνον ὀθώνιον. Ὡς οὖν ἔμελλον ἐξέρχεσθαι ἐκ τοῦ μνημείου, λαβὼν πολλὰ πάνυ, ἡ κακή μου πρᾶξις λέγει μοι· Λάβε καὶ τὸ C ὀθώνιον αὐτοῦ, ὅτι πιθανόν ἐστιν. Ὑπέστρεψα οὖν ὁ δείλαιος ἐγώ. Καὶ ὡς ἀπέδυον αὐτὸν τὸ ὀθώνιον, ἵνα γυμνὸν αὐτὸν ἐάσω, ἀνακάθηται ὁ νεκρὸς ἔμπροσθέν μου, καὶ ἐκτείνας τὰς δύο χεῖρας αὐτοῦ ἐπ' ἐμὲ, τοῖς δακτύλοις αὐτοῦ ἔξεσέν μου τὴν ὄψιν, καὶ ἐξέβαλεν τοὺς δύο μου ὀφθαλμούς. Τότε ἐγὼ ὁ ἄθλιος ἐάσας πάντα, μετὰ θλίψεως πολλῆς καὶ κινδύνου, ἐξῆλθον ἐκ τοῦ μνήματος. Ἰδοὺ εἶπον ὑμῖν κἀγὼ πῶς γέγονα τυφλός. Ταῦτα ἀκουσάντων ἡμῶν, νεύει μοι ὁ κύριος Σωφρόνιος. Καὶ ἀνεχωρήσαμεν ἐξ αὐτῶν. Καὶ λέγει μοι· Ὄντως σοι, κῦρι ἀββᾶ, μὴ πράξωμεν σήμερον. Μεγάλως γὰρ ὠφελήθημεν. Ὠφεληθέντες οὖν γεγραφήκαμεν, ἵνα καὶ ὑμεῖς ἀκούοντες ταῦτα ὠφεληθῆτε. Ἀληθῶς γὰρ, ὅτι οὐδεὶς ποιῶν κακὸν, λανθάνει Θεόν· καὶ τοῦ μὲν διηγήματος τούτου ἡμεῖς αὐτήκοοι παρὰ τοῦ πεπονθότος γεγόναμεν.

CAPUT LXXVIII.

Stupendum miraculum puellæ mortuæ, quæ exspoliatorem detinuit, nec eum relaxare voluit, donec is promitteret se monachum futurum.

Aliud autem huic simile abbas Joannes, monasterii Gigantum Pater, cum Theopolim venisset, narravit nobis, dicens : Ante modicum temporis venit ad me adolescens quidam, et ait mihi : Amore Dei suscipe me, volo enim pœnitere. Dicebat autem hoc cum multis lacrymis et singultibus. Ego autem cum illum cernerem valde contritum, et cum magna mœstitia, dixi illi : Dic mihi causam tantæ compunctionis, neque me celes quidquam ; potens est enim

D Ὁ δὲ ἀββᾶς Ἰωάννης, ὁ τῆς μονῆς τῶν Γιγάντων ἡγούμενος, παραγενομένοις ἡμῖν ἐν Θεοῦ τῇ πόλει πρὸς αὐτὸν, διηγήσατο ἕτερόν τι τοιοῦτον, ὅτι Πρὸ ὀλίγου χρόνου ἦλθε πρός με νεώτερός τις λέγων μοι· Διὰ τὸν Θεὸν δέξαι με· θέλω γὰρ μετανοῆσαι. Ἔλεγε δὲ τοῦτο μετὰ τῶν πολλῶν δακρύων. Ἐγὼ δὲ, ὡς εἶδον αὐτὸν πάνυ συντετριμμένον, καὶ ἐν πολλῇ ἀθυμίᾳ ὑπάρχοντα, λέγω αὐτῷ· Εἰπέ μοι, πόθεν εἰς τοσαύτην ἦλθες κατάνυξιν. Ὁ δὲ λέγει

Digitized by Google

μοι· Ὄντως σοι, κῦρι ἀββᾶ, πολὺ ἁμαρτωλός A
εἰμι. Ἐγὼ δὲ λέγω αὐτῷ πάλιν· Πίστευέ μοι, τέκνον, ὅτι ὥσπερ πολλά ἐστι καὶ διάφορα τὰ ἁμαρτήματα, οὕτως πολλά ἐστι καὶ τὰ ἰάματα. Ἀλλ' εἰ θέλεις ἰατρείας τυχεῖν, εἰπέ μοι εἰς ἀλήθειαν τὰς πράξεις σου, ὅπως κἀγὼ ταύταις ἁρμόζοντα προσάγω τὰ ἐπιτίμια. Ἄλλως γὰρ θεραπεύεται ὁ πόρνος, καὶ ἑτέρως ὁ φονεύς, καὶ ἄλλως ὁ φαρμακός· καὶ ἕτερον τὸ τοῦ πλεονέκτου βοήθημα. Ὁ δὲ μέγα στενάξας καὶ τύψας τὸ ἑαυτοῦ στῆθος, συνεσχέθη τοῖς δάκρυσι καὶ τοῖς στεναγμοῖς· καὶ ἐκ τῆς πολλῆς ταραχῆς τῆς ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ, οὐδὲ φωνὴν ἐλευθέραν ἀφιέναι ἠδύνατο. Ἐγὼ δὲ ὡς εἶδον αὐτὸν οὕτως εἰς ἀμηχανίαν καὶ ἀπόῤῥητον λύπην ἐκπεπτωκότα, καὶ μηδ' ὅλως δυνάμενον τὴν ἰδίαν συμφορὰν ἐξαγγεῖλαι, λέγω αὐτῷ· Τέκνον, ἄκουσόν μου B
καὶ βίασον μικρὸν τὸν ἑαυτοῦ λογισμόν, καὶ εἰπὲ τὸ πρᾶγμα. Καὶ ἔχει Χριστὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν παρασχεῖν σοι τὴν ἑαυτοῦ βοήθειαν. Ὁ γὰρ διὰ τὴν ἄφατον αὐτοῦ φιλανθρωπίαν καὶ τοὺς ἀμέτρους αὐτοῦ οἰκτιρμοὺς, πάντα διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν παθὼν, καὶ τελώναις μὲν συναλισθείς, πόρνην δὲ μὴ ἀποστραφείς, καὶ λῃστὴν προσδεξάμενος, καὶ φίλος χρηματίσας ἁμαρτωλῶν, ὕστερον καὶ σταυρὸν προσεδέξατο, καὶ σὲ προσδέξεται, μετανοοῦντα καὶ ἐπιστρέφοντα, ταῖς ἰδίαις αὐτοῦ χερσὶν, ἀγαλλόμενος. Οὐδὲ γὰρ βούλεται τὸν θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ, ὡς τὸ ἐπιστρέψαι καὶ ζῆν αὐτόν.

Deus adjuvare te. Et ait mihi: Vere, domine abba, magnus peccator sum. Ad quem ego rursus: Crede mihi, sicut multa et varia sunt vulnera, ita plurima quoque sunt varia medicamenta. Sed tu si curari vis, dic mihi in veritate opera tua, ut ego congrua illis admoveam epitimia (19). Aliter enim curatur fornicator, aliter homicida; aliudque est avari remedium, alia mendacis medicina; atque alio iracundus, alio fur, alio adulter medicamine sanatur. Et ne tibi plurima vitia enumerem, quemadmodum in corporalibus infirmitatibus variis varia quoque remedia adhiberi conspicimus, ita et animæ vitiis, quæ plurima sunt, medicina quoque varie succurrit. Ille autem altius ingemiscens, et pectus suum percutiens lacrymis ac singultibus confundebatur, et præ nimia perturbatione et mœstitia animo deficiebat, neque vocem liberam emittere valebat. Ego vero ut illum animadverti ad desperationem tristitiamque intolerabilem lapsum, et neque quid passus esset, neque quid egisset mali, neque calamitatem suam enuntiare valentem, aio ad illum: Fili, audi me, et aliquantulum vim fac cogitationi tuæ, et nuntia mihi quid a te factum sit; potest enim Dominus noster præbere tibi auxilium suum. Nam qui propter ineffabilem clementiam suam, et immensas miserationes omnia pro salute nostra passus est, quique cum publicanis conversatus est, et meretricem ad se venientem non repulit, latronemque suscepit, et amicus peccatorum appellatus est (*Matth.* IX; *Luc.* VII; *Luc.* XXIII; *Matth.* XI), ipse, fili, te quoque pœnitentem conversumque suis manibus suscipiet gaudens. Non enim vult mortem peccatoris, sed ut convertatur, et vivat (*Ezech.* XVII, XXXIII).

Τότε βιασάμενος ἑαυτὸν καὶ μικρὸν ἐπισχὼν τῶν C
δακρύων, λέγει μοι· Ἐγὼ, κύριε ἀββᾶ, ὁ πάσης ἁμαρτίας πεπληρωμένος, ἀνάξιος οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς, πρὸ δύο τούτων ἡμερῶν ἀκούω, ὅτι τινὸς τῶν πρώτων τῆς πόλεως ταύτης, θυγάτηρ παρθενεύουσα ἐτελεύτησε, καὶ ἐτάφη μετὰ πολλῶν τῶν ἱματίων εἰς ἓν μνημεῖον ἔξω τῆς πόλεως. Ὅπερ ἀκούσας, ἐκ συνηθείας ὧν τῆς ἀθεμίτου πράξεως ταύτης, ἀπέρχομαι νυκτὸς εἰς τὸ μνημεῖον, ἠρξάμην ἀποδύειν αὐτήν· καὶ ἐξέδυσα αὐτὴν πάντα ὅσα ἐφόρει· μηδὲ τοῦ ἐνδοτέρου αὐτῆς χιτωνίσκου φεισάμενος, ἀλλὰ καὶ αὐτοῦ στερήσας αὐτὴν, καὶ γυμνὴν αὐτὴν ποιήσας ὡς ἐγεννήθη. Μέλλοντός μου λοιπὸν τοῦ τάφου ἐξελθεῖν, ἀνακάθηται ἐκείνη ἔμπροσθέν μου, καὶ ἐκτείνασα τὴν ἀριστερὰν αὐτῆς χεῖρα, ἐκράτησεν τῆς δεξιᾶς μου χειρὸς, καὶ λέγει μοι· Ἁπλῶς, ἄν- D
θρωπε, οὕτως ἔδει σέ με γυμνῶσαι; Οὐκ ἐφοβήθης τὸν Θεόν; Ἆρα οὐ δέδοικας τὸ κρῖμα τῆς μελλούσης ἀνταποδόσεως; ἆρα οὐδὲ ὡς νεκράν με ὤφειλες οἰκτεῖραι; Ἆρα οὐδὲ τὴν κοινὴν ἠδέσθης φύσιν; Ἀλλὰ Χριστιανὸς ὤν, οὕτως γυμνήν με ἔκρινας παραστῆναι τῷ Χριστῷ, μηδὲ τὴν φύσιν αἰδεσθείς; Ἆρα οὐκ αὐτὴ ἡ φύσις σε ἔτεκεν; Ἆρα οὐ τὴν ἰδίαν ὕβρισας μητέρα σὺν ἐμοί; Ποίαν ἔχεις, ἄθλιε, τῶν ἀνθρώπων ἀπολογίαν δοῦναι ὑπὲρ ἐμοῦ ἐπὶ τοῦ φοβεροῦ βήματος τοῦ Χριστοῦ; Ὅτι ζώσης μου ξένος ἄνθρωπος οὐκ εἶδεν τὸ πρόσωπόν μου, καὶ σὺ μετὰ θάνατον καὶ ταφὴν ἐγύμνωσάς με, καὶ γυμνὸν

Tunc ille vim sibi faciens, et a singultibus et lacrymis modicum temperans, ait mihi: Ego, domine mi abba, plenus omni scelere, et nec cœlo dignus nec terra, cum ante hoc biduum audissem, divitis cujusdam ex primariis civitatis hujus filiam virginem esse defunctam, et cum multis ac pretiosis vestibus sepultam in uno extra civitatem monumento, ex consuetudine pessimi istius operis, abii noctu ad tumulum, ingressusque cœpi exspoliare illam. Et cum omnibus jam ipsam exuissem, quibus erat induta, nec interulæ quidem ipsius parcens, sed eam quoque illi auferens, nudamque ipsam, ut nata fuerat, relinquens, e sepulcro egredi volebam. Tunc illa resedit coram me, sinistramque manum suam extendens, apprehendit dexteram meam, et ait ad me: Nequissime hominum, itane decuit te nudare me? an tu non times Deum, neque metuis damnationem ultimæ retributionis? nonne vel saltem mortuæ misereri debuisti? Sed Christianus existens, ita me nudam assistere Christo honestum fore judicasti? neque sexum muliebrem reveritus es? nonne hic sexus te peperit; nonne matrem quoque tuam hac in me injuria violasti? Quam, infelicissime hominum, rationem redditurus es Christo de scelere in me perpetrato ante ipsius tribunal tremendum, quod vivente me nullus extraneus unquam vidit faciem meam, et tu post mortem et sepulturam denudasti me, et nudum aspexisti corpus meum? Væ humanæ miseriæ,

Digitized by Google

ad quam infelicitatem devoluta est? Quo corde, homo, quibus manibus (20) accedens, sumis sanctum et pretiosum corpus Domini nostri Jesu Christi?

Ego autem, ut ista conspexi et audivi, pavore et formidine totus comprehensus, tremens ac metuens, vix aio ad illam : Dimitte me, et istud ultra non faciam. Quæ ait : Profecto non ita erit. Tu enim ut voluisti, huc intrasti; sed non ita ut volueris, hinc egredieris. Nam sepulcrum istud commune erit ambobus. Neque putes te confestim moriturum, sed cum hic plures dies cruciatus fueris, malam male animam perditus reddes. Ego autem orabam illam cum lacrymis, ut dimitteret me, multum illam per omnipotentem Dominum adjurans, spondensque, et juramento confirmans, me iniquum istud ac nefarium opus ultra non facturum. Tandem post multas preces et lacrymas, crebrosque meos singultus, respondens illa dixit mihi : Si vis vivere et ab hac necessitate liberari, promitte mihi, quia si te dimisero, non solum ab his nefariis et profanis actibus tuis recedes, sed statim perges, et sæculo renuntians efficieris monachus, agesque pœnitentiam pro his quæ male gessisti, serviens Christo. Ego autem juravi ei, dicens : Per Deum, qui suscepturus est animam, non solum quæ dixisti faciam, sed ab hodierna die non ingrediar in domum meam; sed hinc abiens, in monasterium proficiscar. Tunc ait puella ad me : Induc me, sicut invenisti prius indutam. Cum vero illam induissem, rursum se collocans, mortua est. Hæc ego cum ab adolescente audissem, refovens eum ac erigens verbis, et provocans ad pœnitentiam et continentiam, totondi illum, indutumque monastico habitu inclusi in spelunca in monte, magnifice gratias Deo agentem, certantemque viriliter pro anima sua.

ἐθεάσω τὸ ἐμὸν σῶμα. Ἀβάλε τῇ ἀνθρωπότητι, εἰς ποίαν ταλαιπωρίαν κατήντησεν! Ποίᾳ καρδίᾳ ἢ ποίαις χερσὶν προσερχόμενος μεταλαμβάνεις τοῦ παναγίου σώματος καὶ αἵματος τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ;

Ἐγὼ ταῦτα ἀκούσας, καὶ ἰδὼν, δειλιάσας καὶ ἔμφοβος γενόμενος μόλις τρέμων, λέγω αὐτῇ, Ἀπόλυσόν με, καὶ οὐκ ἔτι ποιῶ αὐτό. Ἡ δὲ λέγει μοι, Οὕτως ὡς ἠθέλησας ἦλθες· ὡς θέλεις ἔνθεν οὐκ ἐξέρχῃ· ἀλλ' ὁ τάφος ἀμφοτέροις κοινὸς γενήσεται. Καὶ μὴ νομίσῃς, ὅτι παραχρῆμα ἔχεις ἀποθανεῖν, ἀλλ' ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας βασανιζόμενος κακὴν κακῶς τὴν ψυχήν σου ἀποδώσεις. Ἐγὼ δὲ παρεκάλουν αὐτὴν μετὰ δακρύων ἀπολῦσαί με, πολλὰ ἐξομνύμενον κατὰ τοῦ παντοκράτορος Θεοῦ, ὡς οὐκ ἔτι ποιήσω τὴν ἀθέμιτον καὶ παράνομον ταύτην πρᾶξιν· τότε μετὰ τὰ πολλὰ παρακαλέσαι με αὐτὴν, καὶ πολλὰ δάκρυα καταγαγεῖν, ἀποκριθεῖσα λέγει μοι· Ἐὰν θέλῃς ζῆν, καὶ ῥυσθῆναι τῆς ἀνάγκης ταύτης, δός μοι λόγον, ὅτι ἐὰν ἀπολύσω σε, οὐ μόνον ἐκ τούτων ἀφίστασαι τῶν μυσαρῶν καὶ βεβήλων πράξεων, ἀλλ' εὐθέως καὶ παραχρῆμα ὑπάγεις, καὶ ἀποτάσσῃ, καὶ γίνῃ μοναχὸς καὶ μετανοεῖς ὑπὲρ ὧν ἔπραξας, καὶ δουλεύθεις τῷ Χριστῷ. Ἐγὼ δὲ ὤμοσα αὐτῇ λέγων, ὅτι Οὐ μόνον ὅσα μοι εἶπῃς, ποιήσω, ἀλλ' ὅτι καὶ ἀπὸ τῆς σήμερον ἡμέρας οὐκ εἰσέλθω εἰς τὸν οἶκόν μου, ἀλλ' εἰς μοναστήριον ἐντεῦθεν ἀπέρχομαι. Τότε λέγει μοι ἡ κόρη· Ἔνδυσόν με ὡς εὗρές με· καὶ κηδεύσαντός μου αὐτὴν, πάλιν ἀναπεσοῦσα ἀπέθανεν. Εὐθέως οὖν ἐγὼ ὁ ἄθλιος καὶ ἁμαρτωλὸς ἐξελθὼν ἐκ τοῦ μνημείου, ἦλθον ἐνταῦθα. Ταῦτα ἀκούσας ἐγὼ παρὰ τοῦ νεωτέρου, καὶ ἐπαλείψας αὐτὸν τοῖς περὶ μετανοίας καὶ ἐγκρατείας λόγοις, μετὰ χρόνον ἐκούρευσα αὐτόν· καὶ ἐνδύσας αὐτὸν τὸ μοναχικὸν σχῆμα, ἐνέκλεισα αὐτὸν ἐν σπηλαίῳ εἰς τὸ ὄρος ἔνδον τῆς πόλεως, μεγάλως εὐχαριστοῦντα τῷ Θεῷ, καὶ ἀγωνιζόμενον ὑπὲρ τῆς ἑαυτοῦ ψυχῆς.

CAPUT LXXIX.

Maximum et stupendum miraculum sacratissimæ Eucharistiæ sub Dionysio Seleuciæ episcopo.

Cum venissemus Seleuciam, convenimus abbatem Theodorum episcopum ejusdem civitatis. Ille autem narravit nobis, dicens : Sub sanctæ memoriæ Dionysio hujus civitatis episcopo, prædecessore meo, tale quiddam contigit. Vir quidam erat in hac civitate negotiator valde religiosus et dives, sed hæreticus; erat enim de Severi sectatoribus. Habebat autem servum fidelem quemdam, sanctæ et apostolicæ Ecclesiæ communicantem. Hic secundum provinciæ consuetudinem, die sanctæ Cœnæ Dominicæ sumptam communionem involvit in linteo mundissimo, et in armario reposuit. Contigit autem, ut post sanctum Pascha vir ille fidelis mitteretur Constantinopolim, negotii cujusdam gratia, dimissa per oblivionem sancta communione in armario; dedit autem ejus clavem domino suo. Quadam vero die aperiens armarium dominus, invenit linteolum, involutasque in eo sanctas particulas communionis. Contristatus est autem in hoc, et hæsitabat, quid-

Παραγενόμενοι εἰς Σελεύκειαν τὴν πρὸς Ἀντιόχειαν, συνετύχομεν τῷ ἁβᾷ Θεοδώρῳ ἐπισκόπῳ τῆς αὐτῆς Σελευκείας πόλεως· καὶ διηγήσατο ἡμῖν, λέγων, ὅτι Γέγονεν ἐπὶ τοῦ μακαρίου Διονυσίου τοῦ πρὸ ἐμοῦ ἐπισκόπου ταύτης τῆς πόλεως, τι τοιοῦτον· Ἦν τις ἀνὴρ πραγματευτὴς ἐνταῦθα, πάνυ εὐλαβὴς καὶ πλούσιος· ἦν δὲ αἱρετικὸς τῶν Σεβήρου δογμάτων, ἔχων δὲ πιστικὸν κοινωνοῦντα τῇ ἁγίᾳ καθολικῇ καὶ ἀποστολικῇ Ἐκκλησίᾳ. Οὗτος ὁ πιστικὸς κατὰ τὸ ἔθος τῆς χώρας ἔλαβεν κοινωνίαν τῇ ἁγίᾳ πέμπτῃ. Καὶ βαλὼν αὐτὴν ἐν μουζικίῳ ἀπέθετο ἐν τῷ ἰδίῳ ἁρμαρίῳ. Συνέβη δὲ μετὰ τὸ ἅγιον Πάσχα τὸν πιστικὸν πεμφθῆναι ἐν Κωνσταντινουπόλει διὰ πραγματείαν, ἐάσαντα κατὰ λήθην τὰς ἁγίας κοινωνίας ἐν τῷ ἁρμαρίῳ αὐτοῦ. Δέδωκεν δὲ τὸ κλειδίον τοῦ ἁρμαρίου τῷ αὐθέντῃ. Ἐν μιᾷ οὖν ἀνοίξας τὸ ἁρμάριον ὁ αὐθέντης εὗρεν τὸ μουζίκιον ἔχον τὰς ἁγίας κοινωνίας. Ἐλυπήθη δὲ ἐπὶ τούτῳ καὶ ἠπορήθη τί ποιήσει αὐτάς. Οὐδὲ γὰρ μεταλαβεῖν

Digitized by Google

ἐξ αὐτῶν ἠνείχετο, διὰ τὸ αὐτὰς μὲν εἶναι τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας, αὐτὸν δὲ τῆς Σεβήρου αἱρέσεως. Καὶ τότε μὲν ἔασεν αὐτὰς ἐν τῷ ἁρμαρίῳ, λογισάμενος, ὅτι κατέρχεται ὁ πιστικὸς, καὶ μεταλαμβάνει αὐτάς. Ὡς δὲ ἔφθασεν ἡ ἁγία ἡμέρα τῆς μεγάλης πέμπτης, τοῦ πιστικοῦ μὴ κατελθόντος, ἠβουλήθη αὐτὰς ὁ αὐθέντης καῦσαι, ἵνα μὴ πάλιν μείνωσιν εἰς δεύτερον ἐνιαυτὸν, καὶ ἀνοίξας τὸ ἁρμάριον θεωρεῖ, ὅτι ὅλαι ἅγιαι μερίδες ἄσταχυν ἐβλάστησαν. Φόβῳ δὲ πολλῷ καὶ τρόμῳ ληφθεὶς ἐπὶ τῷ καινῷ καὶ παραδόξῳ θεάματι, λαβὼν τὰς ἁγίας μερίδας σὺν παντὶ τῷ οἴκῳ αὐτοῦ, κράζων τό· Κύριε, ἐλέησον, δρομαίως ἐπεχώρει ἐπὶ τὴν ἁγίαν ἐκκλησίαν πρὸς τὸν ἐν ἁγίοις Διονύσιον τὸν ἐπίσκοπον. Τοῦτο δὲ τὸ μέγα καὶ φοβερὸν, τὸ ὑπὲρ πάντα λόγον, καὶ πάντα νοῦν καὶ πᾶσαν ἐνθύμησιν θαῦμα, οὐχ οἱ δύο, οἱ τρεῖς ἐθεάσαντο, οὐδὲ ὀλίγοι καὶ εὐαρίθμητοι μόνον, ἀλλὰ ὅλη ἡ ἐκκλησία, πολῖται, καὶ ἐγχώριοι, αὐτόχθονες, ἐπιξενούμενοι, ὅσοι τὴν ἤπειρον ὁδεύουσιν, καὶ ὅσοι τὴν θάλασσαν πλέουσιν, ἄνδρες καὶ γυναῖκες, γέροντες καὶ ἀφήλικες, νέοι καὶ πρεσβύτεροι, δεσπόται καὶ οἰκέται, πλούσιοι καὶ πένητες, ἄρχοντες καὶ ἀρχόμενοι, σοφοὶ καὶ ἰδιῶται, οἱ ἐν κλήρῳ, οἱ ἐν παρθενίᾳ, οἱ ἐν ἀσκήσει, οἱ ἐν χηρείᾳ, οἱ ἐν σεμνῷ γάμῳ, οἱ ἐν ἐξουσίαις, οἱ ἐν δυναστείαις. Καὶ οἱ μὲν, Κύριε, ἐλέησον, ἐβόων, ἄλλοι δὲ ἄλλως ἠνύμνουν. Πάντες δὲ τῷ Θεῷ εὐχαρίστουν ἐπὶ ταῖς ἀνεκδιηγήτοις καὶ παραδόξοις αὐτοῦ θαυματουργίαις. Πολλοὶ δὲ ἐκ τούτου τοῦ θαύματος πιστεύσαντες προσῆλθον τῇ ἁγίᾳ καθολικῇ καὶ ἀποστολικῇ Ἐκκλησίᾳ.

nam de illis faceret, nam ex ipsis communicare nolebat, eo quod essent sanctæ catholicæ Ecclesiæ, ipse vero Severianæ hæresis. Et tunc quidem dimisit eas in armario, ut erant, cogitans quia rediturus esset servus, et sumpturus eas. Cum autem venisset Cœna Domini, neque servus ille fidelis rediisset, voluit eas dominus ipsius comburere, ne rursus et in secundum annum servarentur. Apertoque armario, vidit omnes sanctas particulas culmos et spicas germinasse. Unde ingenti timore ac tremore comprehensus in novo admirandoque spectaculo, sumens sanctas particulas, et cum omni domo sua clamans Kyrie eleison, cucurrit ad sanctam ecclesiam, ad sacrosanctum et venerabilem Dionysium episcopum. Hoc autem magnum et terribile, et omnem rationem, omnemque mentem, et omnem cogitationem excedens miraculum, non unus, aut duo, aut tres, vel pauci aliqui viderunt, sed omnis ecclesia, civesque et rustici, indigenæ et hospites, quique continentem ambulant, et qui mare navigant, viri et mulieres, senes et impuberes, juvenes et seniores, domini et servi, divites et pauperes, principes et subditi, sapientes et simplices, virgines et monachi, viduæ ac nuptæ, qui in potestate sunt constituti, et qui illorum reguntur imperio. Et illi quidem clamabant Kyrie eleison, cæteri autem aliter Deum laudabant, omnes vero pariter Deo gratias agebant pro ineffabilibus ejus mirabilibus. Plurimi igitur ex hoc miraculo credentes adjecti sunt sanctæ catholicæ et apostolicæ Ecclesiæ.

CAPUT LXXX.

De fonte concesso a Deo fratribus monasterii in Scopulo ad orationes abbatis eorum Theodosii.

Παρεβάλομεν εἰς τὸ μοναστήριον τοῦ ἀββᾶ Θεοδοσίου εἰς τὸν Σκόπελον. Ὅρος δέ ἐστι μεταξὺ Σελευκείας τῆς ἠπείρου, καὶ Ῥόσσου τῆς Κιλικίας· καὶ οἱ Πατέρες τοῦ αὐτοῦ μοναστηρίου ἀνήγαγον ἡμᾶς ἐπάνω τοῦ μοναστηρίου, ὡς ἀπὸ σαγιττοβόλου ἑνός. Καὶ ὑπέδειξαν ἡμῖν, λέγοντες, ὅτι Τὴν πηγὴν ταύτην πάνυ οὖσαν καλὴν καὶ μεγάλην ἐκ Θεοῦ ἔχομεν· καὶ φασιν, Οὐκ ἔτι κατὰ φύσιν, ἀλλὰ Θεοδώρητος ἡμῖν ἐστιν. Πολλὰ γὰρ ὁ ἐν ἁγίοις Πατὴρ ἡμῶν καὶ μέγας Θεοδόσιος ἐνήστευσεν, καὶ δάκρυα ἐξέχεεν μετὰ πολλῶν γονυκλισιῶν, ἵνα ὁ Θεὸς παράσχῃ ἡμῖν τὴν ἀπόλαυσιν τοῦ ὕδατος τούτου· ὅτι πρῶτον, ἐκ τοῦ χειμάρρου ἐγέμιζον οἱ Πατέρες ἡμῶν. Ἀλλ' ὁ Θεὸς ὁ ποιῶν ἀεὶ τὸ θέλημα τῶν φοβουμένων αὐτὸν, παρέσχεν ἡμῖν τὴν εὐλογίαν τοῦ ὕδατος διὰ τῶν εὐχῶν τοῦ Πατρὸς ἡμῶν. Πρὸ δύο οὖν ἐτῶν τινες τῶν ἀδελφῶν ἠτήσαντο τὸν ἡγούμενον, ἵνα λουτρὸν κτίσωσιν ἐν τῷ μοναστηρίῳ. Ὁ δὲ ἀββᾶς ἡμῶν ἐδυσχέραινεν ἐπὶ τούτῳ· πλὴν παρεχώρησεν συγκαταβὰς τῇ ἀσθενείᾳ τῶν ἀδελφῶν. Καὶ δὴ κτίζεται τὸ λουτρὸν, καὶ ἔλουσεν ἅπαξ μόνον, καὶ παραχρῆμα ἐξηράνθη ἡ τοιαύτη καὶ τηλικαύτη Θεοδώρητος πηγή. Καὶ ἐπ' ἀληθείας ὑμῖν λέγομεν, πολλὰ ἐνηστεύσαμεν, καὶ πολλὰς δεήσεις ἐποιήσαμεν μετὰ πολλῶν δακρύων· καὶ οὐκ ἐξῆλθεν τὸ ὕδωρ τῆς πηγῆς. Ἐποίησεν οὖν ἐνιαυτὸν μὴ ἐξερχόμενος.

Pervenimus ad monasterium abbatis Theodosii in Scopulo. Est autem mons inter Seleuciam et Rosum Ciliciæ, patresque loci illius duxerunt nos supra monasterium, quantum est jactus sagittæ, et ostenderunt nobis fontem magnum valde ac speciosum, dixeruntque nobis : Fons iste, fratres, naturalis non est, sed nobis divinitus indultus est; sanctus enim pater noster Theodosius multum jejunavit, multumque lacrymarum fudit, ac multis orationibus et genuflexionibus obtinuit, ut Deus nobis aquæ istius solatium et usum præstare dignaretur. Ante enim ex torrente Patres nostri aquam hauriebant; sed Deus, qui facit voluntatem timentium se (*Psal.* CXLIV), sua infinita bonitate præstitit nobis aquæ istius benedictionem per orationes sancti Patris nostri. Verum ante hoc biennium quidam ex fratribus petierunt a Patre monasterii, ut lavacrum ædificarent in monasterio. Abbas autem graviter id quidem ferebat, cessit tamen, fratrum infirmitati condescendens. Ædificatum est igitur lavacrum in monasterio, semelque tantummodo lavatum est in eo, cum statim exsiccatus est talis tantusque a Deo nobis præstitus fons. Et in veritate vobis dicimus, Christiani, multum jejunavimus, multum oravimus, multas genuflexiones egimus, ut aquam reciperemus, nihilque profecimus. Annus ergo integer sine aqua fontis impletus est,

Digitized by Google

eramusque in magna tribulatione. Statim vero ut Pater noster bonus et mitis destruxit lavacrum, Deus aquam iterum reddidit nobis.

καὶ ἐν πολλῇ θλίψει ὑπήρχομεν. Ὡς οὖν ὁ Πατὴρ ἡμῶν ἔστρεψεν τὸ λουτρὸν, εὐθέως ὁ Θεὸς πάλιν τὸ ὕδωρ ἡμῖν ἔδωκεν.

CAPUT LXXXI.

De puteo aqua impleto, submissa imagine ejusdem abbatis Theodosii.

Narraverunt nobis Patres ipsi et istud, dicentes: Mulier quædam fidelis in partibus Apameæ his diebus puteum fodit; cumque plura expendisset, ingentesque labores tolerasset, et effosso puteo in magnam altitudinem, aquam non invenisset, in mœrore et afflictione multa erat, et propter laborem et propter impensas. Apparuit autem ei sic afflictæ mulier quædam in somnis, dicens: Mitte in Scopulum, et adduci tibi fac imaginem abbatis Theodosii, et per ipsum tibi Deus aquam præstabit. Mulier autem protinus duos homines misit ex suis, accepitque imaginem sancti. Quam cum in puteum submisisset, statim aqua manavit, ita ut dimidium putei impleretur. Tulerunt autem nobis ex eadem aqua, et bibimus, et glorificavimus Deum.

Διηγήσαντο ἡμῖν οἱ αὐτοὶ Πατέρες καὶ τοῦτο, λέγοντες, ὅτι Ἐν ταύταις ταῖς ἡμέραις γυνή τις φιλόχριστος εἰς τὰ μέρη Ἀπαμείας φρέαρ ὤρυξεν· καὶ πάμπολλα δαπανήσασα, καὶ βάθος πολὺ κατελθοῦσα, οὐχ εὗρεν ὕδωρ· καὶ ἐν πολλῇ ἀθυμίᾳ ὑπῆρχεν, καὶ διὰ τὸν κόπον καὶ διὰ τὰς δαπάνας. Ἐν μιᾷ οὖν τῶν ἡμερῶν θεωρεῖ ἡ γυνή τινα αὐτῇ λέγοντα· Πέμψον καὶ φέρε τὸ ὁμοίωμα τοῦ ἁββᾶ Θεοδοσίου τοῦ εἰς τὸν σκόπελον, καὶ τὸ ὕδωρ δι' αὐτοῦ ὁ Θεὸς παρέχει σοι. Ἡ δὲ γυνὴ εὐθέως πέμψασα δύο ἀνθρώπους, ἔλαβεν τὴν εἰκόνα τοῦ ἁγίου, καὶ ἐχάλασεν αὐτὴν εἰς τὸ φρέαρ. Καὶ εὐθέως καὶ παραχρῆμα ἐξῆλθεν τὸ ὕδωρ· ὥστε τὸ ἥμισυ τοῦ λάκκου πληρωθῆναι. Ἔφερον οὖν ἡμῖν οἱ διασώσαντες τὴν εἰκόνα ἐκ τοῦ ὕδατος, καὶ ἐπίομεν, καὶ ἐδοξάζομεν πάντες τὸν Θεόν.

CAPUT LXXXII.

Vita Joannis senis monasterii Scopuli.

Joannem quemdam senem in eodem monasterio vidimus, de quo dicebant nobis ejusdem loci Patres: Vere, Christiani, magnus est senex, dæmonibusque terribilis. Quicunque enim huc venerit vexatus ab immundo spiritu, curat eum continuo senior.

Ἰωάννην ὀνόματι γέροντα ἐθεασάμεθα ἐν τῷ αὐτῷ μοναστηρίῳ. Ἔλεγον δὲ ἡμῖν οἱ Πατέρες τοῦ αὐτοῦ τόπου περὶ αὐτοῦ, ὅτι Ὄντως, Χριστιανοί, μέγας ἐστὶν, καὶ φοβερὸς ὑπάρχει τοῖς δαίμοσιν. Οἷος γὰρ ἔλθῃ ὧδε ἐνοχλούμενος ὑπὸ πνεύματος ἀκαθάρτου, παρέχει αὐτῷ τὴν ἴασιν.

CAPUT LXXXIII.

De eodem.

Dicebant nobis et hoc de illo ipsius loci Patres, quod ad vigesimum quartum milliarium monasterii emporium est, quod Exile promontorium dicitur. In eo emporio nauclerus quidam, constructa navi triginta millium modiorum, volens eam in mare deducere, duas hebdomadas cum operariis plurimis egit (habebat autem quotidie trecentos operarios), nec potuit illam de loco suo movere, aut in mare deducere. Fuerat enim a pessimis hominibus incantata navis. Erat igitur in magna tribulatione et angustia dominus navis, et quid ageret, omnino ignorabat. Per dispensationem autem Dei abiit senex ad partes illas. Nauclerus autem, conspecto sene, agnoscensque sanctum virum, ait illi: Ora, domine abba, pro navi ista, per artes enim magicas in mare descendere non potest. Dicit ei senior: Vade, fac ut cibum sumam, et Deus juvabit te. Hoc autem dixit senex, ut nauclerus abiret domum. Cum vero ille abiisset, accessit senex solus ad navem, et tertio se in terram prosternens, et orans Deum, tertio signavit navim signo sanctæ crucis in nomine Domini nostri Jesu Christi. Veniens deinde senex in domum naucleri, dixit illi: Vade ad navem tuam, et deduc illam in mare. Nauclerus autem credens verbis senis, abiit cum paucis, illisque trahentibus, mox in mare deducta est navis.

Ἔλεγον δὲ ἡμῖν οἱ τοῦ αὐτοῦ τόπου Πατέρες καὶ τοῦτο περὶ αὐτοῦ, ὅτι Ὡς ἀπὸ κδ' μιλίων τοῦ μοναστηρίου ἐμπόριόν ἐστιν, Λεπτὴ Ἄκρα λεγόμενον. Ἐν τούτῳ τῷ ἐμπορίῳ, ναύκληρός τις ἔχων πλοῖον μυριάδων τριῶν ἡμίσυ, καὶ θέλων αὐτὸ καθελκῦσαι εἰς θάλασσαν, ἐποίησεν δύο ἑβδομάδας μετὰ πολλῶν ἐργατῶν· ἔλεγεν δὲ ὅτι τριακοσίους ἐργάτας εἶχεν εἰς τὴν ἡμέραν· καὶ οὐκ ἠδυνήθη χαλάσαι τὸ πλοῖον εἰς τὴν θάλασσαν, οὐδὲ κινῆσαι αὐτὸ ἐκ τοῦ τόπου αὐτοῦ. Ἦν γὰρ ἀπὸ ἀνδρῶν κακούργων τὸ πλοῖον. Ἐν πολλῇ οὖν ἀθυμίᾳ ἦν ὁ κύριος τοῦ πλοίου καὶ θλίψει, καὶ τί ποιῆσαι οὐκ εἶχεν. Κατ' οἰκονομίαν δὲ Θεοῦ ἀπῆλθεν ὁ γέρων εἰς τὰ μέρη ἐκεῖνα. Θεωρήσας οὖν ὁ ναύκληρος τὸν γέροντα, καὶ πεῖραν ἔχων αὐτοῦ, λέγει αὐτῷ· Κῦρι ἁββᾶ, εὔξαι τῷ πλοίῳ, ὅτι ἀπὸ μαγίας οὐ κατέρχεται εἰς τὴν θάλασσαν. Λέγει ὁ γέρων τῷ ναυκλήρῳ· Ὕπαγε, ποίησόν μοι ἵνα μεταλάβω τροφῆς, καὶ ὁ Θεὸς ἔχει βοηθῆσαι. Τοῦτο δὲ εἶπεν ὁ γέρων, ἵνα ὁ ναύκληρος ἀπέλθῃ εἰς τὸν ἴδιον οἶκον. Ἀπῆλθεν οὖν μόνος ὁ γέρων εἰς τὸ πλοῖον· καὶ βάλλει τρεῖς μετανοίας τῷ Θεῷ, καὶ σφραγίζει τὸ πλοῖον τρίτον τῷ σημείῳ τοῦ σταυροῦ ἐπὶ τῷ ὀνόματι τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Καὶ ἐλθὼν ὁ γέρων εἰς τὸν οἶκον τοῦ ναυκλήρου, λέγει αὐτῷ· Ὕπαγε, τὸ πλοῖόν σου κατένεγκε εἰς τὴν θάλασσαν. Ὁ δὲ ναύκληρος πιστεύσας τῷ γέροντι, ἀπῆλθεν μετ' ὀλίγων πάνυ. Καὶ ἑλκυσάντων αὐτῶν, εὐθὺς εἰς θάλασσαν εὑρέθη. Καὶ πάντες ἐδόξασαν τὸν Θεόν.

Digitized by Google

CAPUT LXXXIV.

Vita et mors anachoretæ ejusdem monasterii servi De..

Οἱ τῆς αὐτῆς μονῆς Πατέρες διηγήσαντο ἡμῖν λέγοντες, ὅτι Ἀναχωρητὴς εἰς τὰ ὄρη ταῦτα ἦν, πάνυ μέγας κατὰ Θεὸν, καὶ πολλὰ ἔτη ποιήσας βοσκόμενος. Ἐτελεύτησεν δὲ εἰς ἓν μικρὸν σπήλαιον, καὶ οὐκ ἔγνωμεν· ἐνομίζομεν δὲ ἡμεῖς, ὅτι εἰς ἄλλην ἔρημον ἀπῆλθεν. Τινὰ νύκτα οὖν ἔρχεται κατὰ τοὺς ὕπνους, καὶ φαίνεται τῷ νῦν Πατέρι ἡμῶν, τῷ καλῷ καὶ ἀγαθῷ ποιμένι ἀββᾷ Ἰουλιανῷ, λέγων· Λάβε τινάς, καὶ δεῦρο ἔπαρόν με ἐκ τοῦ τόπου ὅπου κεῖμαι, εἰς τὸ ὄρος τὸ λεγόμενον ἡ Ἔλαφος. Λαβὼν οὖν ὁ Πατὴρ ἡμῶν τινας, ἀνήλυθεν εἰς τὸ ὄρος ὅπου αὐτὸς εἶπεν. Καὶ πολλὰς ὥρας ζητήσαντες, οὐχ ηὕρομεν τὸ λείψανον τοῦ ἀναχωρητοῦ. Ἦν γὰρ διὰ τὸν χρόνον ἡ εἴσοδος τοῦ σπηλαίου σκεπασθεῖσα τῶν ξύλων καὶ τῶν χιόνων. Μὴ εὑρόντων οὖν ἡμῶν, λέγει ὁ ἀββᾶς, Δεῦρο, τέκνα, κατέλθωμεν. Καὶ ἐν τῷ μέλλειν ἡμᾶς κατέρχεσθαι, ἰδοὺ ἔλαφος ἐλθοῦσα καὶ σταθεῖσα ἀπό μικροῦ ἡμῶν, ἤρξατο τοῖς ποσὶν αὐτῆς ὀρύσσειν τὴν γῆν. Ὁ δὲ Πατὴρ ἡμῶν θεωρήσας λέγει ἡμῖν· Πιστεύσατε, τέκνα, ἐκεῖ τέθαπται ὁ δοῦλος τοῦ Θεοῦ. Καὶ ὀρύξαντες εὕρομεν τὸ λείψανον σῶον· καὶ ἠνέγκαμεν εἰς τὴν μονὴν, καὶ ἐθάψαμεν αὐτόν.

A Ejusdem monasterii Patres narraverunt nobis, dicentes : Anachoreta quidam in his montibus erat, magnus valde secundum Deum, plurimos annos vitam solitariam ducens. Mortuus est autem in parva quadam spelunca, nobis nescientibus ; arbitrabamur enim omnes, quod ad aliam eremum migrasset. Nocte vero quadam venit in somnis, et apparuit ei qui nunc est, patri nostro, bono et optimo pastori, abbati Juliano, dicens : Sume tecum aliquos, et veni, tollens me de loco ubi jaceo, in monte qui vocatur Cervus. Sumpsit igitur quosdam ex nobis Pater noster, et ascendit in montem quem ille dixerat. Cumque per plures horas quæsissemus, non invenimus anachoretæ reliquias. Erat enim speluncæ ingressus pro tempore nivibus et lignis coopertus. B Cum ergo non invenissemus, dixit senior : Venite, descendamus, filii. Cumque descendere inciperemus, ecce caprea venit, et stetit non longe a nobis, cœpitque pedibus suis humum fodere. Quod cum Pater noster aspiceret, dixit nobis : Credite mihi, filii, illic sepultus est servus Dei. Fodientes igitur invenimus corpus ejus integrum ; quod sublatum in monasterium cum honore sepelivimus.

CAPUT LXXXV.

Quomodo triticum ejusdem monasterii germinaverit propter cessationem consuetæ eleemosynæ.

Διηγήσαντο δὲ ἡμῖν καὶ τοῦτο, λέγοντες, ὅτι Συνήθεια ἦν κατὰ μεγάλην ἁγίαν πέμπτην ἔρχεσθαι ἐνταῦθα τοὺς πτωχοὺς, καὶ τοὺς ὀρφανοὺς ταύτης τῆς χώρας, καὶ λαμβάνειν αὐτοὺς ἀπὸ ἡμίσεως μοδίου σῖτον, ἤτοι καὶ ἀπὸ πέντε εὐλογιῶν καὶ ἀπὸ φαλερῶν ε', καὶ ἀπὸ ξεστίου οἴνου, καὶ ἀπὸ ἡμίσεως C ξεστίου μέλιτος. Πρὸ τούτων οὖν τριῶν ἐτῶν γέγονεν στένωσις τοῦ σίτου, καὶ ἐπιπράσκετο ὁ σῖτος εἰς τὴν χώραν ταύτην τοῦ νομίσματος μόδιοι δύο.

Narraverunt autem nobis rursus et hoc, dicentes. Consuetudo fuit, ut in cœna Domini pauperes omnes et pupilli regionis hujus confluerent huc, et acciperent medium tritici sextarium, benedictiones tredecim, et sextarium vini, mediumque sextarium mellis pro quolibet. Ante hoc autem triennium, magna tritici sterilitas fuit, vendebaturque triticum in regione hac, sextarii duodecim uno numismate.

Ὡς οὖν ἦλθον αἱ νηστεῖαι, λέγουσίν τινες τῶν Πατέρων τῷ ἡγουμένῳ ἡμῶν, ὅτι Κύριε ἀββᾶ, ἐφετῶς μὴ παράσχῃς τὴν κατὰ καιρὸν συνήθειαν τοῖς πτωχοῖς· ἵνα μὴ τοῖς ἀδελφοῖς στενωθῇ τὸ μοναστήριον, ὅτι σῖτος οὐχ εὑρίσκεται. Ὁ δὲ ἀββᾶς ἤρξατο λέγειν τοῖς ἀδελφοῖς· Μὴ κόψωμεν, τέκνα, τὴν εὐλογίαν τοῦ Πατέρος ἡμῶν. Βλέπετε, ἐντολή ἐστιν τοῦ γέροντος, οὐ συμφέρει ἡμῖν. Ὄντως αὐτός ἐστιν ὁ φροντίζων. Οἱ δὲ ἀδελφοὶ ἔμειναν ἀναγκάζοντες τὸν ἀββᾶν, ὅτι Οὐκ ἀπαντᾷ τοῦτο ἡμῖν δοῦναι, οὐδὲ παρέχομεν. Τότε λυπηθεὶς ὁ ἡγούμενος· Ὑπάγετε, εἴ τι θέλετε, ποιήσατε. Κατὰ οὖν συνήθειαν οὐ δέδωκαν τὴν εὐλογίαν τῇ ἁγίᾳ πέμπτῃ, καὶ τῇ ἁγίᾳ παρασκευῇ. Ἀπῆλθεν ὁ κρατῶν τὸ ὄριον, καὶ ἀνοίξας θεωρεῖ ὅτι οὗτος ὁ σῖτος ἐβλάστησεν· καὶ λοιπὸν ἠναγκάσθησαν ῥίψαι εἰς θάλασσαν. Τότε ὁ ἀββᾶς ἤρξατο λέγειν τοῖς ἀδελφοῖς· Ὁ ἀθετῶν τὰς ἐπαγγελίας τοῦ Πατέρος αὐτοῦ, ταῦτα πάσχει, τοὺς πόνους τῆς παρακοῆς τρυγήσατε. Πεντακόσιοι μόδιοι εἶχον ἀπελθεῖν, καὶ εἴχομεν καὶ τὸν Πατέρα ἡμῶν Θεοδόσιον θεραπεῦσαι διὰ τῆς ὑπακοῆς, καὶ τοὺς ἀδελφοὺς

Cum ergo venissent jejunii dies, dicunt abbati nostro quidam ex patribus : Noli, domine Pater, secundum consuetudinem dare pauperibus triticum, ne desit monasterio ; triticum enim non invenitur. Abbas autem cœpit dicere fratribus : Non infringamus, filii, benedictionem Patris nostri Theodosii. Videte, mandatum senis est, non expedit nobis illud transgredi, vere ipse est qui curam nostri gerit. Fratres autem in sua perstiterunt sententia, dicentes abbati : Non suppetit nobis quod dare possimus. Tunc abbas contristatus ait illis : Ite, et secundum quod vultis facite. D Non itaque, ut consuetum erat, dederunt benedictionem in die sancto Cœnæ et Paresceves. Profectus postmodum qui præerat horreis, aperuit ostia, et reperit triticum totum germinasse ; quare coacti postea sumus illud in mare projicere. Tunc cœpit abbas noster dicere fratribus : Qui Patris nostri monita irrita facit, ista patitur ; labores nunc inobedientiæ metite. Quingentos modios daturi eramus, et Patri nostro Theodosio per obedientiam placuisemus, fratresque nostros pauperes consolati

Digitized by Google

fuissemus; nunc vero quinque fere millia modiorum tritici perdidimus. Quid lucrati sumus, filii? quantum nobis ipsis nocuimus? Duo profecto mala egimus. Unum, quia mandatum Patris nostri præterivimus, alterum, quia spem in Deum non habuimus, sed in horreo nostro. Vel ex hoc discamus, fratres, quia Deus est qui disponit omne humanum genus, quodque sanctus Theodosius invisibiliter pro nobis filiis suis curam sollicite gerit.

ἡμῶν τοὺς πτωχοὺς παραμυθήσασθαι. Ἰδοὺ ἀπώλετο ὁ σῖτος περὶ τὰ πεντακισχίλια μόδια. Τί ὠφελήσαμεν ἑαυτοὺς, τέκνα; Ὄντως δύο ταῦτα τὰ πονηρὰ ἐποιήσαμεν· ἓν, ὅτι τὴν ἐντολὴν τοῦ Πατέρος ἡμῶν παρέβημεν· δεύτερον δὲ, ὅτι εἰς τὸν Θεὸν τὴν ἐλπίδα ἡμῶν οὐκ ἔσχομεν, ἀλλ' εἰς τὸ ὁρίον ἡμῶν. Λοιπὸν, ἀδελφοὶ, ἐκ τούτου μάθωμεν, ὅτι Θεός ἐστιν ὁ διοικῶν πᾶσαν τὴν ἀνθρωπότητα, καὶ ὅτι ὁ ἅγιος Θεοδόσιος ἀοράτως φροντίζει ὑπὲρ ἡμῶν τῶν τέκνων αὐτοῦ.

CAPUT LXXXVI.

De altero ejusdem monasterii anachoreta qui statim ut communionem sacram sumpsit, consummatus est.

Abbas Egiarius narravit nobis, dicens: Cum exissem ex Ægis post solemnitatem, hiemsque acrior inhorruisset, veni in monasterium Scopuli. Cumque illic essem, tale aliquid contigit: Anachoreta quidam in partibus illis erat solitarius, veniebatque sancto die Dominico, et sumebat veneranda mysteria. Semel autem scandalizatus anachoreta, quinque fere hebdomadas mansit, nunquam juxta consuetudinem in monasterium veniens: quapropter fratres monasterii contristabantur. Cum ergo in illo monasterio essem, venit Dominico die. Quem cum vidissent fratres monasterii, gavisi sunt, prostratique petebant veniam, et ille similiter prostratus veniam petiit, feceruntque charitatem. Anachoreta vero cum accepisset corpus et sanguinem Domini nostri Jesu Christi, posuit seipsum in ecclesiæ medio, statimque consummatus est, cum prorsus antea non ægrotasset. Cognoverunt ergo monasterii Patres, quia præscisset diem obitus sui anachoreta, et idcirco venisset, ut nihil habens adversus aliquem migraret ad Dominum.

Θωμᾶς ὁ Αἰγιάριος διηγήσατο ἡμῖν, λέγων, ὅτι Ἐξερχόμενος ἀπὸ Αἰγαιῶν [34] μετὰ τὴν ἑορτὴν, χειμῶνος μεγάλου γινομένου, παρέβαλον εἰς τὴν μονὴν τοῦ ἁβᾶ Θεοδοσίου τοῦ εἰς τὸν Σκόπελον. Καὶ ὡς ἤμην ἐκεῖ, γέγονέν τι τοιοῦτον· Ἀναχωρητής τις εἰς τὰ μέρη ἐκεῖνα ὑπῆρχεν βοσκόμενος· καὶ ἤρχετο κατὰ ἁγίαν Κυριακὴν, καὶ μετελάμβανεν τῶν ἁγίων μυστηρίων. Ἐν μιᾷ οὖν ἐσκανδαλίσθη ὁ ἀναχωρητὴς, καὶ ἐποίησεν ὡς πέντε ἑβδομάδας, καὶ οὐ παρεγένετο ἐν τῷ μοναστηρίῳ κατὰ τὴν συνήθειαν. Καὶ οἱ τοῦ μοναστηρίου ἐλυποῦντο. Ὅτε οὖν ἤμην ἐκεῖ ἐν τῷ μοναστηρίῳ, ἦλθεν ἐν Κυριακῇ. Καὶ ἰδόντες αὐτὸν οἱ τοῦ μοναστηρίου Πατέρες, ἐχάρησαν· καὶ ἔβαλον αὐτῷ μετάνοιαν. Ἔβαλεν δὲ καὶ αὐτὸς, καὶ ἐποίησαν ἀγάπην. Καὶ μεταλαβὼν τοῦ ἁγίου σώματος καὶ αἵματος τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ὁ ἀναχωρητὴς, ἔθηκεν αὐτὸν [34*] εἰς μέσον τῆς ἐκκλησίας, καὶ εὐθὺς ἐτελειώθη, μὴ ἀσθενήσας τὸ σύνολον. Ἔγνωσαν οὖν οἱ Πατέρες τοῦ μοναστηρίου, ὅτι προέγνω τὴν τελευτὴν αὐτοῦ ὁ ἀναχωρητὴς, καὶ διὰ τοῦτο ἦλθεν, ἵνα μὴ ἔχων κατά τινος, ἀπέλθῃ πρὸς Κύριον.

CAPUT LXXXVII.

Inventio corporis Joannis anachoretæ nuncupati Humilis.

Venimus in quemdam vicum sex millibus a Roso distantem, et duo senes sæculares hospitio nos susceperunt in ecclesia fundi sui. Vicus autem ad radices montis erat. In ecclesia igitur ipsa ostenderunt nobis marmoream tabulam, dicentes; Christiani, magnus in hoc monumento anachoreta jacet. Diximus autem eis: Hoc unde nostis? Et dixerunt nobis: Ante annos septem aspiciebamus nos vici hujus habitatores per noctem in vertice montis lucem quasi ignem, nos ergo putabamus quod ignem aliquis illic accendisset. Cumque per dies plurimos istud aspiceremus, ascendimus die quadam, et nulla ignis indicia vidimus; neque ignem, neque aliquid in silva igne adustum. Rursum sequenti nocte vidimus eadem lumina. Tribus igitur continuis mensibus ignem hunc vidimus. Nocte vero quadam assumentes quosdam ex vico cum armis propter feras, ascendimus in montem ad lucem quæ apparuerat, mansimusque ubi lux erat usque ad diem sequentem. Mane vero facto, aspicimus modicam speluncam in eo loco ubi lumina

Παρεβάλομεν εἰς κτῆμα ἀπὸ ἓξ μιλίων Ῥόσσου, καὶ δύο κοσμικοὶ γέροντες ἐξενοδόχησαν ἡμᾶς ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ κτήματος αὐτῶν. Τὸ δὲ κτῆμα ἦν ὑπὸ τὴν βάσιν τοῦ ὄρους. Ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ οὖν ἔδειξαν ἡμῖν πλάκας· καὶ λέγουσιν ἡμῖν, ὅτι Ἐν τούτῳ τῷ μνημείῳ, Χριστιανοὶ, μέγας ἀναχωρητὴς κεῖται. Λέγομεν αὐτοῖς· Πόθεν οἴδατε; Οἱ δὲ εἶπον ἡμῖν· Πρὸ ἑπτὰ χρόνων ἐθεωροῦμεν οἱ τοῦ κτήματος τούτου κατὰ νύκτα, ἐπὶ τὴν κορυφὴν τοῦ ὄρους τὸ φῶς ὡσεὶ πυρός. Ἡμεῖς οὖν ἐνομίζομεν διὰ τὰ θηρία. Ἐπὶ πολλὰς δὲ ἡμέρας τοῦτο ἐθεωροῦμεν. Ἀνήλθομεν οὖν ἐν μιᾷ, καὶ σημεῖον οὐδὲν ἴδομεν, οὐδὲ τὰ φῶτα, οὐδὲ καιόμενον εἰς τὴν ὕλην τιποτοῦν. Πάλιν... νυκτὶ ἐθεωροῦμεν τὰ αὐτὰ φῶτα... οὖν ἐπὶ τρεῖς μῆνας τὸ πῦρ... Ἐν μιᾷ οὖν λαμβάνομέν τινας... νυκτὸς μετὰ ὅπλων διὰ τὰ θηρία, ἀνερχόμεθα εἰς τὸ ὄρος πρὸς τὸ φῶς, καὶ ὅπου τὸ φῶς ἦν, ἐμείναμεν ἕως πρωΐ. Καὶ τῷ πρωΐ θεωροῦμεν μικρὸν σπήλαιον, ὅπου τὰ φῶτα ἐφαίνετο· καὶ εἰσελθόντες εὑρίσκομεν τὸν ἀναχωρητὴν νεκρόν. Ἐφόρει δὲ στιχάριον

VARIÆ LECTIONES.

[34] Al. Αἰγῶν. [34*] Al. ἑαυτόν.

Digitized by Google

τρίχινον, καὶ ἀπὸ σειρᾶς μαντίον · ἐκράτει δὲ καὶ μεγαλεῖον ἔχον ἀργυροῦν σταυρόν. Ὑπρομεν δὲ μετ' αὐτοῦ πτύχια γεγραμμένα οὕτως · *Ἐτελεύτησα ἐγὼ Ἰωάννης ὁ ταπεινὸς ἐν ἰνδικτιόνι πεντεκαιδεκάτῃ.* Ἐψηφίσαμεν οὖν χρόνον, καὶ ηὕραμεν ὅτι εἶχεν ἑπτὰ ἔτη τελευτήσας. Οὕτως δὲ ἦν, ὡς σήμερον τελειωθείς. Καὶ βαστάξαντες αὐτὸν, ἐθάψαμεν εἰς τὴν ἐκκλησίαν. A videramus. Ingressi autem invenimus anachoretam defunctum. Erat autem indutus cilicio et pallio, tenebatque in manibus argenteam crucem. Invenimus etiam chartam ita scriptam : *Defunctus sum ego Joannes Humilis Indictione quinta decima.* Computatis ergo annis, invenimus eum ante septem annos defunctum esse ; ita vero erat integer, ac si die eadem obiisset. Sublatum ergo in ecclesia cum honore sepelivimus.

CAPUT LXXXVIII.

Vita abbatis Thomæ apocrisiarii (21) *cœnobii Apamiensis, et de miraculo corporis ejus post mortem.*

Ἐν Θεοῦ πόλει παραγενομένων ἡμῶν, πρεσβύτερός τις τῆς ἐκκλησίας διηγήσατο ἡμῖν περί τινος ἁβᾶ Θωμᾶ, ὅτι ἀποκρισιάριος ἦν κοινοβίου τῶν μερῶν Ἀπαμείας. Ἦλθεν οὖν ἐν Θεοῦ πόλει διὰ χρείας τοῦ μοναστηρίου. Καὶ ὡς ἐχρόνισεν ἐνταῦθα, ἐτελεύτησεν ἐν Δάφνῃ ἐν τῷ ναῷ τῆς Ἁγίας Εὐφημίας. Οἱ οὖν τοῦ τόπου κληρικοὶ, ὡς ξένον ἔθαψαν αὐτὸν ἐν τῷ ξενοταφίῳ. Τῇ οὖν ἄλλῃ ἡμέρᾳ θάπτουσιν γυναῖκα, καὶ τιθέασιν αὐτὴν ἐπάνω αὐτοῦ. Ἦν δὲ ὡσεὶ ὥρα δευτέρα · καὶ περὶ ὥραν ἐννάτην ἀνέβρασεν αὐτὴν ἡ γῆ. Οἱ δὲ τοῦ τόπου ἰδόντες τὸ γεγονὸς, ἐθαύμασαν · εἶτα πάλιν εἰς ἑσπέραν ἔθαψαν αὐτὴν εἰς τὸ αὐτὸ μνημεῖον, καὶ τῇ ἑξῆς ἡμέρᾳ εὗρον τὸ λείψανον ἐπάνω τοῦ τάφου. Ἔλαβον οὖν τὸ σῶμα καὶ ἔθαψαν αὐτὸ εἰς ἄλλο μνημεῖον. Μετὰ οὖν ὀλίγας ἡμέρας πάλιν ἔθαψαν γυναῖκα, καὶ ἔθηκαν ἐπάνω τοῦ μοναχοῦ · μὴ νομίσαντες ὅτι οὐκ ἐᾷ ἐπάνω αὐτοῦ γυναῖκα ταφῆναι. Ὡς οὖν καὶ ταύτην ἀνέβρασεν ἡ γῆ, τότε ἔγνωσαν, ὅτι ὁ γέρων οὐ παραδέχεται γυναῖκα ταφῆναι ἐπάνω αὐτοῦ. Τότε οὖν ἀνήγαγον τῷ πατριάρχῃ Δομνίνῳ, καὶ ἐποίησεν πᾶσαν τὴν πόλιν μετὰ κηρῶν ἐλθεῖν εἰς Δάφνην, καὶ μετὰ ψαλμῳδίας καταγαγεῖν τὸ λείψανον τοῦ ἁγίου ἀνδρὸς ἐκείνου · καὶ ἀπέθηκαν αὐτὸ ἐν τῷ κοιμητηρίῳ, ἔνθα πολλὰ λείψανα ἁγίων μαρτύρων κεῖται · ποιήσας ἐπάνω αὐτοῦ καὶ εὐκτήριον μικρόν. B C

Cum venissemus Theopolim, presbyter quidam ipsius ecclesiæ narravit nobis de abbate Thoma, quod apocrisiarius fuerit cœnobii quod est in partibus Apamiæ. Venit ergo senex Theopolim pro utilitate monasterii, et cum hic remoraretur, defunctus est in Daphne in templo sanctæ Euphemiæ. Clerici autem ipsius loci sepelierunt eum quasi peregrinum inter peregrinorum sepulcra : sequenti vero die humaverunt et mulierem, et imposuerunt illam super eum. Erat autem hora secunda; circa horam vero sextam evomuit illam terra. Loci vero illius accolæ videntes quod factum fuerat, mirati sunt. Deinde rursum vespere sepelierunt ipsam in eodem tumulo, et sequenti die invenerunt corpus supra sepulcrum. Accipientes ergo corpus, in alio monumento ipsum posuerunt. Post paucos autem dies, iterum sepelierunt aliam mulierem supra abbatem Thomam, non cogitantes loci ipsius clerici quia non permittit quempiam super se sepeliri. Et illam ergo rursus evomuit terra. Tunc agnoverunt, quia non permittit senex mulierem super se humari, abeuntesque nuntiaverunt patriarchæ Domino. Qui omnem simul civitatem cum cereis ascendere fecit in Daphnem, et cum psalmodia sancti viri reliquias in urbem ferre. Deposuerunt autem sancti corpus in cœmiterio, ubi multa martyrum corpora condita sunt, feceruntque supra ipsum breve oratorium.

CAPUT LXXXIX.

Inventio corporis sancti anachoretæ in monte Amano.

Διηγήσατό τις τῶν Πατέρων ἡμῖν ἐν Θεοῦ πόλει, λέγων, ὅτι Ἀνήλθομεν ἐν μιᾷ εἰς τὸ ὄρος τὸ Ἀμανὸν, διά τινα χρείαν, καὶ εὗρον σπήλαιον, καὶ εἰσελθὼν εὑρίσκω ἀναχωρητὴν κλίναντα μὲν τὰ γόνατα αὐτοῦ, τὰς δὲ χεῖρας ἐκτεταμένας ἔχοντα εἰς τὸν οὐρανὸν, ἔχοντα δὲ καὶ τὰς τρίχας τῆς κεφαλῆς ἕως ἐδάφους. Ἐγὼ δὲ νομίσας αὐτὸν ζῆν, ἔβαλον αὐτῷ μετάνοιαν, λέγων · Εὖξαι ὑπὲρ ἐμοῦ, Πάτερ. Ὡς οὖν οὐδὲν ἀπεκρίθη μοι, ἐγερθεὶς ἀπῆλθον πλησίον αὐτοῦ ἀσπάζεσθαι αὐτόν. Καὶ κρατήσας αὐτὸν εὗρον αὐτὸν νεκρόν. Καὶ ἐάσας ἐξῆλθον. Καὶ ἀπελθὼν ὀλίγον, θεωρῶ ἄλλο σπήλαιον, καὶ εἰσελθὼν, εὗρον γέροντα. Ὁ δὲ λέγει μοι · Καλῶς ἦλθες, ἀδελφέ · εἰσῆλθες εἰς τὸ ἄλλο σπήλαιον τοῦ γέροντος ; Ἐγὼ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπον αὐτῷ · Ναὶ, Πάτερ. Καὶ λέγει μοι · Μή τι ἐκεῖθεν ἔλαβες ; Καὶ εἶπον, Οὔ. Τότε λέγει μοι · Φύσει, ἀδελφὲ, ἔχει ὁ γέρων τελειωθεὶς ἔτη δεκαπέντε. Οὕτως δὲ ἦν ὡς πρὸ μιᾶς ὥρας κοιμηθείς, καὶ ποιή- D

Narravit nobis quidam Patrum, cum Theopoli essemus, quod ascenderit quadam die in montem Amanum cujusdam necessitatis causa, inveneritque speluncam. Ingressus autem in illam, reperit anachoretam genibus flexis, manibusque in cœlum extensis, cujus crines capitis usque in pavimentum extendebantur. Cum autem putaret eum vivere, prostratus ante illum ait : Ora pro me, Pater. Ipse vero nihil respondente, surgens prope illum accessit, ut salutaret eum et amplexaretur ; sed tenens ipsum, invenit mortuum. Itaque illo dimisso, exivit. Et cum paululum processisset, vidit aliam speluncam ; ingressusque invenit senem. Qui ait ad illum : Bene venisti, frater ; ingressusne es aliam speluncam ? Et respondens ait illi : Utique, Pater. Rursum dixit ei : Num aliquid inde accepisti ? Respondit : Non. Et ille : Vere, frater, quindecim anni jam elapsi sunt ex quo consummatus est. Ita vero erat, ac si ante unam horam

Digitized by Google

obdormisset. Cumque fecisset senex orationem pro ipso, glorificans Deum recessi.

A σαντός μοι τοῦ γέροντος εὐχήν, ἀνεχώρησα δοξάζων τὸν Θεόν.

CAPUT XC.

Mors duorum anachoretarum montis Pterygii.

Duo anachoretæ erant supra Rosum in monte, qui dicitur Phterigius prope Piapen fluvium, et juxta monasterium abbatis Theodosii in Scopulo. Erat autem ex his alter senex, alter junior, senisque discipulus. Cum vero defunctus esset senex, facta oratione discipulus sepelivit eum in monte. Post dies vero paucos descendens de monte anachoretæ discipulus, venit juxta loca habitabilia, invenitque hominem quemdam exercentem terram, et ait illi : Fac charitatem, frater, accipe fossorium et sarculum, et veni mecum. Rusticus vero continuo secutus est eum. Cumque venisset in montem, ostendit anachoreta sarculari sepulcrum senis sui, et dixit ei : Fode hic. Cum autem effodisset sepulcrum, anachoreta stetit ad orationem. Finita vero oratione, osculatus est sæcularem dicens : Ora pro me, frater. Descendensque collocavit semetipsum supra senem suum, et continuo reddidit spiritum. Sæcularis autem rursus operto sepulcro, Deo gratias egit. Cum autem descendisset de monte, quantum jactus est lapidis, ait intra semetipsum : Vere debui accipere benedictionem sanctorum; reversusque, illorum sepulcrum invenire non potuit.

Δύο ἀναχωρηταὶ ἦσαν ἐπάνω ὄρους Σινᾶ [36], εἷς τὸ ὄρος τὸ λεγόμενον Πτερύγιον, πλησίον τοῦ Πιαπὶ ποταμοῦ, καὶ τῆς μονῆς τοῦ ἁββᾶ Θεοδοσίου τοῦ εἰς τὸν Σκόπελον. Καὶ τελειωθέντος τοῦ γέροντος, ποιήσας εὐχὴν ὁ μαθητὴς αὐτοῦ, ἔθαψεν αὐτὸν εἰς τὸ ὄρος. Μετὰ οὖν ὀλίγας ἡμέρας, κατελθὼν ὁ μαθητὴς τοῦ ἀναχωρητοῦ ἐκ τοῦ ὄρους, ἦλθεν πλησίον τῆς οἰκουμένης, καὶ εὑρίσκει τινὰ ἄνθρωπον ἐργαζόμενον τὴν γῆν αὐτοῦ· καὶ λέγει αὐτῷ· Ποίησον ἀγάπην, καλόγηρε, λάβε ὄρύγιον καὶ ἀμμὴν, καὶ δεῦρο μετ' ἐμοῦ. Ὁ δὲ γεωργὸς εὐθὺς ὑπήκουσεν τοῦ ἀναχωρητοῦ. Καὶ ὡς ἀπῆλθον [36] εἰς τὸ ὄρος, ὑπέδειξεν ὁ ἀναχωρητὴς τῷ κοσμικῷ τὸν τάφον τοῦ γέροντος αὐτοῦ, τὸ μνῆμα τοῦ ἀναχωρητοῦ, καὶ λέγει αὐτῷ· Ὄρυξον ὧδε. Καὶ δὴ ὀρύξαντος αὐτοῦ τὸ μνῆμα, ὁ ἀναχωρητὴς ἐστάθη εἰς προσευχήν· καὶ πληρώσας τὴν εὐχὴν, ἠσπάσατο τὸν κοσμικὸν, εἰπών· Εὔξαι ὑπὲρ ἐμοῦ, κῦρι ἀδελφέ. Καὶ κατελθὼν ἔθηκεν ἑαυτὸν ἐπάνω τοῦ γέροντος αὐτοῦ, καὶ παρέδωκεν τὴν ψυχὴν [37]. Ὁ δὲ κοσμικὸς πάλιν τὸν τάφον σκεπάσας, ηὐχαρίστησεν τῷ Θεῷ. Καταβὰς δὲ ὡσεὶ λίθου βολὴν, ἐκ τοῦ ὄρους, ἔλεγεν ἑαυτῷ· Ὄντως εἶχον λαβεῖν εὐλογίαν τῶν ἁγίων. Καὶ δὴ ὑποστρέψας, οὐχ ηὗρε τὸν τάφον τῶν ἁγίων.

B

CAPUT XCI.

Vita abbatis Gregorii anachoretæ, et Thalelæi ejus discipuli.

Dicebant quidam ex Patribus de abbate Gregorio anachoreta, quod triginta quinque annos egisset nudus deserta circumiens.

Dicebant item de illo, quod cum esset in montibus monasterii abbatis Theodosii in Scopulo, habebat discipulum. Quo defuncto, cum non haberet senex instrumenta ut humum foderet et sepeliret corpus fratris, descendit de monte prope mare, invenitque applicantem navem. Oravit autem nauclerum et nautas, ut ascenderent secum in montem, et sepelirent fratrem. Illi autem prompto animo obedierunt seni, sumentesque instrumenta necessaria, ascenderunt cum eo, et fodientes humaverunt corpus fratris. Unus autem ex nautis, nomine Thalelæus, compunctus in virtute senis, orabat eum ut cum illo moraretur. Senex autem dixit ei : Non potes ferre pœnitentiæ laborem. Ait ille : Ita, sane tolerare possum. Mansitque cum sene anno uno, nimium in sacra exercitatione laborans. Post peractum autem annum prostravit se frater Thalelæus seni, dicens : Ora pro me, Pater; nam per orationes tuas Deus abstulit a me laborem; neque enim jam fatigor, neque me aeris inclementia affligit, non æstu uror, non hieme rigesco, sed in multa requie sum. Senex vero benedixit eum, peractisque cum sene duobus aliis annis cum dimidio,

C

D

Ἔλεγόν τινες τῶν Πατέρων περὶ τοῦ ἁββᾶ Γεωργίου τοῦ ἀναχωρητοῦ, ὅτι τριάκοντα πέντε ἔτη ἔμεινεν γυμνὸς περιερχόμενος εἰς τὰς ἐρήμους.

Ἔλεγον δὲ πάλιν περὶ αὐτοῦ, ὅτι ὡς ἦν ἐν τοῖς δρεσιν τοῦ μοναστηρίου τοῦ ἁββᾶ Θεοδοσίου εἰς τὸν Σκόπελον, εἶχεν μαθητήν· καὶ τελευτήσαντος αὐτοῦ, μὴ ἔχων ἐργαλία [38] ὁ γέρων, ἵνα ὀρύξῃ καὶ θάψῃ τὸ σῶμα τοῦ ἀδελφοῦ, κατέβη ἐκ τοῦ ὄρους παρὰ θάλασσαν· καὶ εὗρεν πλοῖον ὁρμοῦντα [39]. Καὶ παρακαλεῖ τόν τε ναύκληρον καὶ τοὺς ναυτικοὺς, ἵνα ἀνέλθωσιν εἰς τὸ ὄρος μετ' αὐτοῦ, καὶ θάψωσιν τὸν ἀδελφόν. Οἱ δὲ προθύμως ὑπήκουσαν τοῦ γέροντος· καὶ λαβόντες τὰ ἐπιτήδεια, ἀνῆλθον σὺν αὐτῷ· καὶ ὀρύξαντες ἔθαψαν τὸ σῶμα τοῦ ἀδελφοῦ. Εἷς οὖν τῶν ναυτικῶν, ὀνόματι Θαλαῖλεος [40] κατανυγεὶς ἐπὶ τῇ ἀρετῇ τοῦ γέροντος, παρεκάλει αὐτὸν, ἵνα συμμείνῃ αὐτῷ. Ὁ δὲ γέρων λέγει, μὴ δύνασθαι αὐτὸν ὑπομεῖναι τὸν κόπον τῆς ἀσκήσεως. Ὁ δὲ νεώτερος ἔλεγεν· Ναὶ πάντως ἔχω ὑπομεῖναι. Καὶ δὴ μείνας μετὰ τοῦ γέροντος, ἐποίησεν μετ' αὐτοῦ ἐνιαυτὸν ἕνα, κοπιῶν πάνυ δὴ ἐν τῇ ἀσκήσει. Μετὰ οὖν τὸν ἐνιαυτὸν, βάλλει μετάνοιαν ὁ ἀδελφὸς Θαλαῖλεος τῷ γέροντι, λέγων· Εὔξαι ὑπὲρ ἐμοῦ, Πάτερ, ὅτι ὁ Θεὸς διὰ τῶν ὑμετέρων εὐχῶν ἀπῆρεν ἀπ' ἐμοῦ τὸν κόπον, καὶ οὐκέτι κοπιῶ, οὐδὲ οἱ ἀέρες με καταπο-

VARIÆ LECTIONES.

[36] al. Ῥωσσοῦ. [36] al. ἀνῆλθεν. [37] al. τὸ πνεῦμα. [38] Pro ἐργαλεῖα. [39] al. ὁρμοῦν. [40] al. Θαλέλαιος, et inf.

Digitized by Google

νοῦσιν· οὐδὲ γὰρ εἰς τὸν καύσωνα φλέγομαι, οὐδὲ πάλιν ἐν τῷ χειμῶνι ῥιγῶ· ἀλλ' ἐν πολλῇ ὑπάρχω ἀναπαύσει. Ὁ δὲ γέρων ηὐλόγησεν αὐτόν. Καὶ ποιήσας ἄλλους δύο ἡμισυ χρόνους ὁ ἀδελφὸς Θαλαῖλεος, προέγνω τὴν τελευτὴν αὐτοῦ. Καὶ παρακαλεῖ τὸν γέροντα, λέγων· Λάβε με εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα, ἵνα προσκυνήσω τὸν ἅγιον σταυρὸν, καὶ τὴν ἁγίαν Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν ἀνάστασιν. Ἐν ταύταις γὰρ ὁ Κύριος προσλαμβάνεταί με. Ὁ δὲ γέρων λαβὼν αὐτὸν, ἀπῆλθεν ἐν τῇ ἁγίᾳ πόλει. Καὶ προσκυνησάντων αὐτῶν τοὺς ἁγίους καὶ σεβασμίους τόπους, κατελθόντων δὲ καὶ εἰς τὸν ἅγιον Ἰορδάνην, καὶ βαπτισθέντων (*n*), μετὰ τρεῖς ἡμέρας ἐκοιμήθη ὁ ἀδελφὸς Θαλαίλεος. Καὶ ἔθαψεν αὐτὸν ὁ γέρων ἐν τῇ λαύρᾳ τοῦ Κοπρουθᾶ [61]. Καὶ μετὰ χρόνον τινὰ, ἀνεπάη ὁ ἀββᾶς Γεώργιος ὁ ἀναχωρητής· καὶ ἔθαψαν αὐτὸν οἱ ἑαυτῶν ἐκκλησίαν.

A frater Thalelæus præscivit obitum suum gravitque senem, dicens : Duc me, quæso, Jerosolymam, ut adorem sanctam crucem, et sanctam Christi Domini et Dei mei resurrectionem ; his enim diebus Dominus assumet me. Senex autem eo sumpto, profectus est in sanctam civitatem. Itaque cum adorassent sacra et venerabilia loca, descendissentque in sanctum Jordanem, et ibi lavissent, post dies tres obdormivit in Domino frater Thalelæus, sepelivitque illum senex in monasterio Copratha. Post aliquantulum vero temporis requievit et abbas Gregorius anachoreta, sepelieruntque illum ejusdem monasterii Patres in ecclesia.

CAPUT XCII.

Vita fratris Gregorii Cappadocis, et inventio corporis Petri solitarii sancti Jordanis.

Διηγήσατο ἡμῖν ὁ ὅσιος Πατὴρ ἡμῶν ὁ ἀββᾶς Γεώργιος ὁ ἀρχιμανδρίτης τῆς μονῆς τοῦ ἁγίου Πατρὸς ἡμῶν Θεοδοσίου τῆς διακειμένης κατὰ τὴν ἔρημον τῆς ἁγίας Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν πόλεως, ἐμοὶ καὶ τῷ ἀδελφῷ Σωφρονίῳ τῷ σοφιστῇ λέγων, ὅτι Εἶχον ἀδελφὸν ἐνταῦθα ὀνόματι Γεώργιον Καππαδόκην· εἶχεν δὲ διακονίαν εἰς Φασιλαῖδα [62]. Ἐν μιᾷ οὖν τῶν ἀδελφῶν ποιούντων ψωμία, ὑπέκαιεν τὸν φοῦρνον (*o*) ὁ ἀδελφὸς Γεώργιος. Εἶτα μετὰ τὸ καῦσαι [63] αὐτὸν τὸν φοῦρνον, οὐχ εὗρεν ἔνθα ὤφειλεν σφογγίσαι [64] τὸν φοῦρνον, τῶν ἀδελφῶν τοῦτο κρυψάντων, πρὸς τὸ πειράσαι αὐτόν. Εἰσῆλθεν οὖν, καὶ ἐσφόγγισεν [65] τὸν φοῦρνον εἰς τὸ ἱμάτιον αὐτοῦ· καὶ μηδὲν τὸ σύνολον βλαβεὶς ἐκ τοῦ πυρὸς ἐξῆλθεν. Ἐγὼ δὲ ἀκούσας ἐπετίμησα τοῖς ἀδελφοῖς ὡς πειράσασιν αὐτόν.

B Narravit nobis venerabilis Pater noster abbas Gregorius archimandrita monasterii sancti Patris nostri Theodosii, quod positum est in eremo sanctæ Christi Domini nostri civitatis, mihi scilicet et fratri Sophronio sophistæ, dicens : Habui hic fratrem nomine Gregorium Cappadocem ; habebat autem ministerium suum in Phaselide. Die vero quadam cum fratres facerent panes, succendebat clibanum frater Gregorius. Sed cum succendisset illum, non invenit cum quo deberet extergere furnum ; fratres enim ipsum pannum absconderant, ut tentarent eum. Ingressus est ergo furnum, vestimentoque suo illum detersit, nihil omnino ab igne læsus. Ego autem, hoc audito, corripui fratres, quod ita ipsum tentassent.

Διηγήσατο ἡμῖν καὶ τοῦτο ὁ αὐτὸς ἀββᾶς Γεώργιος Πατὴρ ἡμῶν περὶ τοῦ αὐτοῦ ἀδελφοῦ Γεωργίου, λέγων, ὅτι Ἐν μιᾷ ἔβοσκεν χοίρους ἐν Φασιλαῖδι, καὶ ἦλθον δύο λέοντες ἵνα χοῖρον ἁρπάσωσιν. Καὶ λαβὼν τὴν ῥάβδον αὐτοῦ, ἐδίωξεν αὐτοὺς ἕως τοῦ ἁγίου Ἰορδάνου.

C Narravit nobis et hoc idem abbas Gregorius Pater noster, de eodem fratre Gregorio dicens : Die quadam pascebat porcos in Phaselide ; veneruntque duo leones, ut porcum raperent. At ille sumens virgam suam, persecutus est eos usque ad sanctum Jordanem.

Πάλιν ὁ αὐτὸς Πατὴρ ἡμῶν διηγήσατο ἡμῖν λέγων, ὅτι Ἤμελλον οἰκοδομεῖν τὸν ναὸν τοῦ ἁγίου Κηρυκοῦ ἐν Φασιλαῖδι· καὶ ὤρυξαν τὰ τοῦ ναοῦ θεμέλια. Φαίνεταί μοι κατὰ τοὺς ὕπνους μοναχός τις πάνυ ἀσκητὴς, φορῶν ἀπὸ σειρᾶς κολόβιον, καὶ μικρὸν εἰς τοὺς ὤμους αὐτοῦ ἐπιριπτάριον ἀπὸ ψιαθίου· καὶ λέγει μοι πραείᾳ τῇ φωνῇ· Εἰπὲ, κῦρι ἀββᾶ Γεώργιε, ἁπλῶς ἔδοξέν σοι μετὰ τοσούτου κόπους καὶ τοσαύτην ἄσκησιν ἔξω με ἐᾶσαι οὗ κτίζεις ναοῦ ; Ἐγὼ δὲ

Rursus idem pater noster narravit nobis, dicens : Cum ædificare inciperem templum sancti Quirici (22) in Phaselide, effodiens templi fundamenta, apparuit mihi in somnis monachus quidam magnæ, ut videbatur, abstinentiæ, indutus palma, ferensque in humeris parvulum colobium de psiathio, dixitque mihi voce mitissima : Dic, abba Gregori, nunquid post tantos labores tantamque abstinentiam debuisti me D extra templum, quod ædificas, dimittere? Ego autem

VARIÆ LECTIONES.

[61] al. Κοπραθά. [62] al. Φασηλαῖδα. [63] al. ὑποκαῦσαι. [64] al. σπογγίσαι. [65] al. ἐσπόγγισε.

NOTÆ.

(*n*) *Καὶ βαπτισθέντων.* Non simplex lotio, sed pietatis opus : juxta illud in fine *Itinerarii* Willebrandi ab Oldembourg, Symmictorum Allatianorum, 1 : *Igitur et nos carnem interioris nostri hominis restitui et mundari sperantes, descendimus, et lavabamur in eodem Jordane.* Idemque in nonnullis aliis *Itinerariis.*

(*o*) *Τὸν φοῦρνον*, et cap. 184, τὸν φουρνόν. Aliis est φοῦρνος. Vide *Vitam Nili Junioris*, p. 31 ; et *Glossarium* Meursii. A φοῦρνος fit φουρνητόριν seu φουρνητόριον, quod per furnum transiit, furno coctum et præparatum est ; in narratione de rebus Armeniæ, *Auctar.* Combefis. II, c. 281 B.

Digitized by Google

senis vocem habitumque reveritus, ait ad illum. Non, domine; absit a me ut hoc faciam. Et ille: Vere hoc fecisti. Dixi autem ad illum: Quisnam es tu, domine? Ego, inquit, sum Petrus solitarius sancti Jordanis. Itaque surgens mane, perrexi, et quæsivi fodiens circa templum. Cumque foderem, inveni corpus ejus ita jacens, sicut in somnis illum videram. Constructoque oratorio, feci monumentum præclarum in dextera templi parte, et illic eum deposui.

A τὸ ἱεροπρεπὲς τοῦ γέροντος αἰδεσθεὶς, λέγω αὐτῷ· Οὕτως γὰρ σὺ, κύριε, αὐτὸς τίς ὑπάρχεις; Ὁ δὲ ἔφη· Ἐγώ εἰμι Πέτρος ὁ βοσκὸς τοῦ ἁγίου Ἰορδάνου. Ἐγὼ δὲ ἀναστὰς τῷ πρωΐ, ἐξέτεινα τὴν διαγραφὴν τοῦ ναοῦ. Καὶ ὡς ὀρύσσω, εὗρον αὐτοῦ τὸ σῶμα κείμενον, ὡς καὶ ἐν τοῖς ὕπνοις αὐτὸν ἐθεασάμην. Καὶ ᾠκοδομήσας τὸ εὐκτήριον, ἐποίησα μνημεῖον κάλλιστον εἰς τὸν δέξιον ἔμβολον· κἀκεῖ αὐτὸν κατεθέμην.

CAPUT XCIII.

Vita abbatis Sisinii qui episcopatui renuntiavit, et ejus discipuli.

Narravit nobis idem Pater noster Gregorius, dicens: Quadam die profectus sum ad abbatem Sisinium anachoretam. Erat autem hic senex, qui relicto episcopatu suo propter Christum, venerat prope castellum, quod appellatur Be habara, et a sancto Jordane sex ferme milliaribus distat, ibique vitam solitariam agebat. Cum ergo venissem ad senem, et diu pulsarem, post multam horam aperuit discipulus ejus, et ait mihi: Vere, domine abba, infirmatus est senex usque ad mortem, oravitque Deum, ne de hoc sæculo migraret, donec audiret advenisse te in hanc regionem. Iveram enim Constantinopolim pro necessitate cœnobii ad piissimum imperatorem Tiberium. Cum ergo profectus esset ad senem, annuntiassetque illi meum adventum, post prolixam horam descendit, dicens mihi: Ascende, Pater. Ascendentes autem invenimus senem obdormisse in pace. Cognovi igitur quia mox ut didicit me esse, qui pulsaveram, migravit ad Dominum. Et cum illum amplexaret, ait mihi delunctus leni ac miti voce: Bene venit abbas meus; rursumque obdormivit. Nuntiavi igitur in locis illis, ut venirent et sepelirent senem. Cum ergo venissent, et monumentum foderent, ait discipulus senis fodientibus sepulcrum: Facite charitatem, et aliquantulum latius fodite, ut duos capiat. Et cum illi foderent, posuit seipsum in psiathio, et requievit in pace. Sepelivimusque duos simul, senem scilicet et discipulum ejus.

Διηγήσατο δὲ ἡμῖν ὁ αὐτὸς Πατὴρ ἡμῶν Γεώργιος λέγων, ὅτι Ἐν μιᾷ ἀπῆλθον πρὸς τὸν ἀββᾶν Σισίνιον τὸν ἀναχωρητήν. Ἦν δὲ οὗτος ὁ γέρων ἐάσας τὴν ἰδίαν ἐπισκοπὴν διὰ τὸν Θεὸν, καὶ ἐλθὼν πλησίον κώμης ἐπιλεγομένης Βεταναβάρεως (ἀφέστηκεν δὲ τοῦ ἁγίου Ἰορδάνου ὡς σημείοις ἓξ), ἡσυχάζων. Ὡς οὖν ἀπήλθομεν πρὸς αὐτὸν, καὶ ἐκρούσαμεν πολλὰ, μετὰ πολλὴν ὥραν ἤνοιξεν ἡμῖν ὁ μαθητὴς αὐτοῦ, καὶ λέγει μοι οὕτως [66]· Κύρι ἀββᾶ, ἠσθένησεν ὁ γέρων μέχρι θανάτου, καὶ ηὔξατο τῷ Θεῷ μὴ ἐξελθεῖν αὐτὸν ἐκ τοῦ βίου, ἕως ἂν ἀκούσῃ ὅτι ἦλθες ἐν ταύτῃ τῇ χώρᾳ. Ἤμην γὰρ ἐν Κωνσταντινουπόλει, διὰ χρείαν τοῦ κοινοβίου, πρὸς τὸν εὐσεβέστατον βασιλέα Τιβέριον. Ὡς οὖν ἀνῆλθεν πρὸς τὸν γέροντα, καὶ ἀνήγγειλεν αὐτῷ περὶ ἐμοῦ, ποιήσας ὥραν πολλὴν, κατῆλθεν, λέγων ἡμῖν· Κελεύσατε. Καὶ ἀνελθόντες εὕρομεν τὸν γέροντα τελειωθέντα. Ἔγνων οὖν ὅτι ὡς ἤκουσεν ὅτι ἐγὼ ἦμην ὁ κρούων, τότε πρὸς Κύριον ἀπῆλθεν. Καὶ ὡς ἀσπάζομαι αὐτὸν, λέγει μοι ὁ τεθνηκὼς πραέως· Καλῶς ἦλθεν ὁ ἀββᾶς μου· καὶ πάλιν ἐκοιμήθη. Τότε ἐδήλωσα εἰς τὸ κτῆμα, ἵνα ἔλθωσιν καὶ θάψωσιν τὸν γέροντα. Ὡς οὖν ἦλθον καὶ ὤρυσσον τὸ μνημεῖον, λέγει ὁ μαθητὴς τοῦ γέροντος τοῖς τὸν τάφον ὀρύσσουσιν· Ποιήσατε ἀγάπην, καὶ μικρὸν πλατύτερον ὀρύξατε, ἵνα τοὺς δύο χωρήσῃ. Καὶ ἐν τῷ ὀρύσσειν αὐτοὺς, ἔθηκεν ἑαυτὸν εἰς τὸ ψιάθιον, καὶ ἀνεπάη. Καὶ ἐθάψαμεν τοὺς δύο ὁμοῦ, τόν τε γέροντα, καὶ τὸν μαθητὴν αὐτοῦ.

CAPUT XCIV.

Vita abbatis Juliani episcopi Bostrensis.

Idem Pater noster Gregorius archimandrita narravit nobis de abbate Juliano episcopo Bostrense, quod cum recessisset de cœnobio, et factus esset Bostrensis episcopus, quidam ex habitatoribus ipsius civitatis odio nominis Christi voluerunt eum veneno occidere, corrumpentesque pecuniis ministrum ejus qui ipsi porrigebat poculum, dederunt illi venenum, ut cum porrigeret metropolitæ poculum, venenum in calicem mitteret. Puer autem ita ut dictum fuerat fecit, deditque calicem veneno infectum sancto Ju-

Ὁ αὐτὸς Πατὴρ ἡμῶν Γεώργιος ὁ ἀρχιμανδρίτης διηγήσατο ἡμῖν περὶ τοῦ ἀββᾶ Ἰουλιανοῦ τοῦ γενομένου ἐπισκόπου Βόστρων, λέγων, ὅτι μετὰ τὸ ἀπελθεῖν αὐτὸν ἐκ τοῦ κοινοβίου, καὶ γενέσθαι ἐπίσκοπον ἐν Βόστροις, τινὲς τῶν κτητόρων τῆς πόλεως, μισόχριστοι ὄντες, ἠθέλησαν αὐτὸν διὰ φαρμάκων ἀνελεῖν. Καὶ δὴ πείθουσι τὸν ἐπικέρνην (*p*) αὐτοῦ διὰ χρημάτων, καὶ διδοῦσιν αὐτῷ ἀναιρετικὸν, ἵνα ὡς κιρνᾷ τῷ μητροπολίτῃ, βάλῃ τὸ φάρμακον εἰς τὸ ποτήριον αὐτοῦ. Ὁ δὲ παῖς ὡς ἐδιδάχθη, οὕτως καὶ

VARIÆ LECTIONES.

[66] al. ὄντως.

NOTÆ.

(*p*) *Τὸν ἐπικέρνην.* Magis in usu est πιγκέρνης, *pincerna*, et πικέρνης. Interdum tamen reperitur ὁ ἐπικέρνης, quod est magis Græcum. Sic p. 184 *Juris Græco-Romani*; et p. 322, post *Excerpta* Codini.

Digitized by Google

ἐποίησεν. Καὶ ἐπιδεδωκὼς τὸ ποτήριον ὁ παῖς τῷ θείῳ Ἰουλιανῷ μεμαγευμένον· ἐδέξατο, καὶ θεόθεν ἔγνω τὴν ἐπιβουλήν, καὶ τοὺς ταύτην πεποιηκότας. Δεξάμενος οὖν τὸ ποτήριον, τέθηκεν αὐτὸ ἔμπροσθεν αὐτοῦ, μηδὲν ὅλως εἰπὼν τῷ παιδί· καὶ πέμψας μεταστέλλεται πάντας τοὺς κτήτορας, ἐν οἷς ἦσαν καὶ οἱ τὴν ἐπιβουλὴν αὐτῷ κατασκευάσαντες. Ὁ δὲ θεῖος ὄντως Ἰουλιανὸς, μὴ θέλων παραδειγματίσαι τοὺς πεποιηκότας, πραέως λέγει τοῖς πᾶσιν· Ἐὰν νομίζετε τὸν ταπεινὸν Ἰουλιανὸν διὰ φαρμακείας φονεῦσαι, ἰδοὺ ἔμπροσθεν ὑμῶν αὐτὸ πίνω. Καὶ σφραγίσας τρίτον τὸ ποτήριον τῷ δακτύλῳ αὐτοῦ, καὶ εἰπὼν, Ἐν ὀνόματι τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος πίνω τοῦτο τὸ ποτήριον, καὶ ἔμπροσθεν πάντων πιὼν αὐτὸ ἀβλαβὴς διέμεινεν· καὶ ἰδόντες ἔβαλον αὐτῷ μετάνοιαν.

A liano. Susceptit vero illum sanctus vir, ac divinitus agnovit insidias. Susceptum ergo calicem ante se posuit, nihil omnino dicens puero; mittensque accersivit omnes primates civitatis, inter quos erant et qui illi insidias paraverant. Vir autem beatissimus nolens eos publicare qui hoc fecerant, voce mitissima omnibus dixit: Si arbitramini humilem Julianum veneno occidere, ecce coram vobis pestiferum calicem bibo. Signansque ter digito suo calicem, et dicens: In nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti, bibo hunc calicem: bibit illum coram omnibus totum, atque illæsus perstitit. Quod illi cum vidissent, prostrati veniam petierunt.

CAPUT XCV.

Vita Patricii senis monasterii in Scopulo.

Ἦν τις γέρων οἰκῶν ἐν τῇ μονῇ τοῦ Πατρὸς ἡμῶν Θεοδοσίου, τὸ μὲν γένος Σεβαστοπόλεως τῆς Ἀρμενίας· τὸ ὄνομα αὐτοῦ Πατρίκιος, γέρων πάνυ (ἔλεγεν γὰρ αὐτὸν ἐτῶν ἑκατὸν δεκατριῶν), πραῦς καὶ ἡσύχιος. Διηγήσαντο οὖν ἡμῖν οἱ τοῦ αὐτοῦ τόπου Πατέρες περὶ τοῦ ἐναρέτου τούτου γέροντος, ὅτι ἡγούμενος ἦν τοῦ κοινοβίου τοῦ Ἀβαζάνου, καὶ ἐάσας τὴν ἡγουμενίαν, φοβηθεὶς τὸ κρῖμα (μεγάλων γὰρ ἀνδρῶν ἔλεγεν εἶναι τὰ λογικὰ ποιμαίνειν πρόβατα) ἦλθεν ἐνταῦθα ἐν ὑποταγῇ, τοῦτο μᾶλλον κρίνας ὠφέλειαν εἶναι ψυχῆς.

B Erat quidam senex in eodem cœnobio abbatis Theodosii sancti Patris nostri, genere quidem Sebastensis, nomine autem Patricius, senex valde (dicebat enim se esse annorum centum et tredecim) mitis et quietus. Narraverunt ergo nobis de illo ipsius loci Patres, quod fuisset præpositus monasterii Abazani, dimisissetque præpositi officium, periculum et judicium metuens (magnorum enim virorum esse dicebat, pascere rationales oves) ac venisset illuc, ut sub obedientia viveret, hoc judicans animæ utilius esse.

CAPUT XCVI.

De eodem, et de Juliano Arabe cæco.

Ἔλεγον δὲ ἡμῖν καὶ τοῦτο περὶ αὐτοῦ, ὅτι ἄλλος ὧδε γέγονε γέρων, τὸ μὲν γένος Ἄραψ, τὸ δὲ ὄνομα Ἰουλιανὸς, ἀπὸ ὀμμάτων (*q*). Οὗτος ὁ ἀββᾶς Ἰουλιανὸς ἐσκανδαλίσθη ποτὲ εἰς Μακάριον τὸν ἀρχιεπίσκοπον Ἱεροσολύμων, καὶ διέκρινε τὸ κοινωνῆσαι αὐτῷ (*r*). Ἐν μιᾷ οὖν ὁ ἀββᾶς Ἰουλιανὸς δηλοῖ τῷ ἀββᾷ Συμεῶν τῷ εἰς τὸ Θαυμαστὸν ὄρος (ἀπέχει δὲ ἀπὸ Θεουπόλεως τὸ ὄρος μίλια ἐννέα), λέγων· Τυφλός εἰμι, πούποτε ἀπελθεῖν οὐ δύναμαι, οὔτε δὲ ἔχω τὸν δυνάμενόν με περιποιήσασθαι, καὶ κοινωνῆσαι Μακαρίῳ διακρίνομαι. Ἀλλὰ δήλωσόν μοι, Πάτερ, τί ὄφειλον ποιῆσαι περὶ τοῦ πορνεύσαντος ἀδελφοῦ, καὶ τοῦ μετ' αὐτοῦ ὁρκωμοσίαν ποιήσαντος. Δηλοῖ δὲ ὁ ἀββᾶς Συμεὼν τῷ ἀββᾷ Ἰουλιανῷ, λέγων· Μὴ ἀναχωρήσῃς, μηδὲ θελήσῃς

C Dicebant autem nobis et hoc de ipso: Cum alius hic fuisset senex, genere Arabs, Julianus nomine, captus oculis, ipse aliquando scandalizatus est in Macarium archiepiscopum Jerosolymitanum, nolebatque communicare illi. Quadam ergo die abbas Julianus significavit abbati Simeoni, qui erat in monte mirabili (distat autem a Theopoli mons ipse milliaribus novem) dicens: Cæcus sum, et quo abeam nescio; neque vero habeo qui possit auxiliari mihi, et communicare Macario detrecto. Indica mihi, Pater, quid agere debeam de fratre, qui fornicatus est, et de illo, qui se cum eo juramento constrinxit. Respondit autem abbas Simeon abbati Juliano, dicens: Ne recedas, neque te ipsum a sancta Ecclesia separes;

NOTÆ

(*q*) Ἀπὸ ὀμμάτων. Una voce ἀπόμματος. De Christo Gregorius papa, epistola ad Germanum CP. act. 4 synodi 7: Καὶ ἀπομμάτους ὠμμάτωσεν. *Et cæcos illuminavit.* Sic t. 1, hujus *Sylloges*, p. 570 B. Ἦν ἀπὸ δούλων· *fuerat servus.* Et in *Vita Eupraxiæ*, n. 20, Martii 13, ἣν ἔλεγον ἀπόδουλον εἶναι. Hoc est opinor, *quam dicebant fuisse ancillam.*

(*r*) Διέκρινε τὸ κοινωνῆσαι et κοινωνῆσαι διακρίνομαι. Hinc Diacrinomeni, hæretici, quorum mentio apud Leontium, *De sectis*, act. 4, 5, 6 et 7; Photium, cod. 24; Nicephorum, *Hist.* lib. XVIII, cap. 45. Præcipue vero memoratur Joannes Diacrinomenus, cujus *Historia ecclesiastica* citatur act. 5 concilii generalis septimi. Ἰωάννης, inquit Theodorus Lector, lib. II ὁ Διακρινόμενος μετὰ Σεβήρου ἱστορεῖ. Seu potius meo quidem judicio κατὰ Σεβήρου, *adversus Severum*, quamvis Nicephorus legisse se μετὰ ostendat, dum scribit, lib. XVI, cap. 29. Ἱστορεῖ δὲ Ἰωάννης ὁ αὐτῷ (Σεβήρῳ) διακρινόμενος. Quinetiam hujus Historiæ meminit Photius, *Bibliothecæ* cap. 41; sed quod conjicit esse Joannis presbyteri Ægeatæ, graviter errat: siquidem Joannes Ægeates vel Ægeota Nesterianus fuit, auctore ipso Photio, cod. 55 et Leontio act. 9; utique legitur in libello *Precum ante epistolam* Hormisdæ, 75; et in concilio generali 6, act. 11 et 13. Historicus autem Joannes Diacrinomenus, oppositæ prorsus hæreseos, necnon juxta Photium laudator conciliabuli Ephesini, Dioscori et sociorum. Denique in *Demonstrationibus chronicis*, quas exhibuit publico usui Franc. Combefisius, ὁ Διακρινόμενος est Joannes iste.

Digitized by Google

neque enim illa male habet, gratia Domini nostri Jesu Christi Filii Dei. Sed et hoc scito, frater, quod si quis in hæresim inciderit, in cœnobio vestro, habetis senem magnum, nomine Patricium. Hic autem senex juxta sacrarium infra omnes moratur, prope occidentalem ecclesiæ murum; dicitque et ipse pro omnibus sanctam orationem oblationis, et ipsius oblatio sancta existimatur.

σεαυτὸν χωρῆσαι τῆς ἁγίας Ἐκκλησίας. Οὐδὲ γὰρ ἔχει κακὸν χάριτι τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ. Πλὴν καὶ τοῦτο γίνωσκε, ἀδελφὲ, ὅτι εἴ τις ἐὰν προσκομίσει (s) ἐν τῷ κοινοβίῳ ὑμῶν, ἔχετε ἐκεῖ γέροντα ὀνόματι Πατρίκιον· οὗτος δὲ ὁ γέρων ἵσταται ἔξω τοῦ ἱερατείου, ὑποκάτω πάντων, πλησίον τοῦ κατὰ δυσμὰς τοίχου τῆς ἐκκλησίας· καὶ λέγει καὶ αὐτὸς τὴν ἁγίαν εὐχὴν τῆς προσκομιδῆς, καὶ αὐτοῦ λογίζεται ἡ ἁγία ἀναφορά.

CAPUT XCVII.

Vita et mors duorum fratrum monachorum, qui nunquam ab invicem separari juraverant.

Dicebat autem abbas Joannes anachoreta, cognomento Rutilus, audisse se ab abbate Stephano Moabita referente, quia cum esset in cœnobio sancti abbatis Theodosii magni monachorum principis, erant illic duo fratres, qui sibi invicem juraverant quod neque in vita, neque in morte ab invicem separarentur. Cum ergo cunctos in cœnobio ædificarent, unus ex eis impugnatus a fornicatione, dixit fratri suo : Dimitte me, frater, quia impugnor a fornicatione, et ferre non prævalens, volo ad sæculum reverti. Frater autem rogare cœpit eum, dicens : Noli, quæso, frater mi, noli perdere laborem tuum. Tunc is dicit ei : Aut dimitte me abire, aut tu veni mecum, ut voluptati satisfaciam. Frater autem ille cum nollet eum dimittere, abiit cum illo in civitatem. Ingressus igitur est in meretricis diversorium is qui impugnabatur : frater autem ille foris stans, pulverem de terra super caput suum jaciebat, et semetipsum affligebat. Postquam vero ille completo fœdo opere e lupanari egressus est, dixit ad eum frater : Quid lucratus es ex peccato, frater mi? quantum inde detrimentum cepisti? Eamus rursus in cœnobium. Qui ait : Non jam possum in eremum venire, vade a me; ego enim in sæculo maneo. Cum igitur multum rogaret eum, nihilque proficeret, neque se ille sequi jam ad eremum vellet, mansit et ipse cum illo in sæculo; laborabantque ambo manibus suis, ut viverent

Ἔλεγεν ὁ ἀββᾶς Ἰωάννης ὁ ἀναχωρητὴς ὁ ἐπίκλην Πυῤῥὸς, ὅτι Ἀκήκοα διηγουμένου τοῦ ἀββᾶ Στεφάνου τοῦ Μωαβίτου, ὅτι Ὡς ἦμεν ἐν τῷ κοινοβίῳ τοῦ ἁγίου Θεοδοσίου τοῦ μεγάλου κοινοβιάρχου, ἦσαν ἐκεῖ δύο ἀδελφοὶ ποιήσαντες ὁρκωμοσίαν, ἵνα μήτε ἐν τῇ ζωῇ, μήτε ἐν τῷ θανάτῳ αὐτῶν χωρισθῶσιν ἀπ' ἀλλήλων. Ὡς οὖν ἦσαν ἐν τῷ κοινοβίῳ πάντας οἰκοδομοῦντες, ὁ εἷς ἀδελφὸς ἐπολεμήθη εἰς πορνείαν, καὶ μὴ δυνάμενος βαστάσαι τὸν πόλεμον, λέγει τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ, Ἀπόλυσόν με, ἀδελφὲ, ὅτι εἰς πορνείαν πολεμοῦμαι, καὶ θέλω ἀπελθεῖν εἰς τὸν κόσμον. Ὁ δὲ ἀδελφὸς ἤρξατο παρακαλεῖν αὐτὸν, καὶ λέγειν· Μὴ, ἀδελφὲ, μὴ ἀπολέσῃς τὸν κόπον σου. Ὁ δὲ λέγει αὐτῷ· Ἢ ἐλθὲ μετ' ἐμοῦ, ἵνα τὴν πρᾶξιν ποιήσω, ἢ ἀπόλυσόν με ἀπελθεῖν. Ὁ δὲ ἀδελφὸς μὴ θέλων ἀπολῦσαι αὐτὸν, ἀπῆλθεν μετ' αὐτοῦ εἰς τὴν πόλιν. Εἰσῆλθεν οὖν εἰς τὸ καταγώγιον τῆς πορνείας ὁ πολεμηθείς· ὁ δὲ ἄλλος ἀδελφὸς ἔξω ἱστάμενος χοῦν λαβὼν ἐκ τῆς γῆς, ἔβαλλεν εἰς τὴν αὐτοῦ κεφαλήν· καὶ ἑαυτὸν συνέτριβεν. Ὡς οὖν ἐξῆλθεν ὁ εἰσελθὼν εἰς τὸ πορνεῖον ποιήσας τὴν πρᾶξιν, λέγει αὐτῷ ὁ ἄλλος ἀδελφός· Τί ὠφελήθης, ἀδελφέ μου, ἐκ τῆς ἁμαρτίας; τί δὲ οὐκ ἐβλάβης; Ἄγωμεν πάλιν εἰς τὸν τόπον ἡμῶν. Ὁ δὲ λέγει αὐτῷ, Οὐκ ἔτι δύναμαι εἰσελθεῖν εἰς τὴν ἔρημον. Σὺ οὖν ὕπαγε. Ἐγὼ γὰρ εἰς τὸν κόσμον μενῶ. Ὡς οὖν πολλὰ ποιήσας οὐκ ἔπεισεν αὐτὸν ἀκολουθῆσαι αὐτῷ εἰς τὴν ἔρημον, ἔμεινεν καὶ αὐτὸς σὺν αὐτῷ εἰς τὸν κόσμον, καὶ ἔκαμνον οἱ δύο ἐργασίας, ἵνα τραφῶσιν.

Per idem tempus abbas Abramius, qui postmodum factus est episcopus Ephesi, et nuper monasterium construxit Constantinopoli dictum Abramitarum, bonus ac mitis pastor, ædificabat monasterium suum, quod dicitur Byzantiorum. Abeuntes autem duo fratres laborabant in opere, ministrantes cæmentariis. Sumptam vero mercedem operis amborum frater ille qui in fornicationem lapsus fuerat, quotidie pergens in civitatem consumebat in luxuria. Alius vero quotidie jejunans et psallens, cum omni quiete faciebat opus, nemini aliquid loquens. Videntes autem illum artifices diebus singulis neque comedentem, neque aliquid loquentem, sed semper cogitanti similem, retulerunt de illo et de conversatione ejus

Κατ' ἐκεῖνον δὲ τὸν καιρὸν ὁ ἀββᾶς Ἀβράμιος ὁ πρώην μὲν τὴν ἐν Κωνσταντινουπόλει λεγομένων τῶν Ἀβραμιτῶν μονὴν συστησάμενος, ὁ καὶ γεγονὼς ὕστερον ἀρχιεπίσκοπος Ἐφέσου, ὁ καλὸς καὶ πρᾶος ποιμὴν ἔκτιζεν τὸ ἑαυτοῦ μοναστήριον, τὸ ἐπιλεγόμενον τῶν Βυζαντίων. Ἀπελθόντες οὖν οἱ δύο ἀδελφοὶ ἔκαμνον ἐκεῖσε ἐργασίας, καὶ ἐλάμβανον τὸν μισθόν. Καὶ ὁ ἐμπεσὼν εἰς πορνείαν, ἐλάμβανεν τῶν δύο τὸν μισθόν, καὶ ὑπῆγεν καθ' ἑκάστην εἰς τὴν πόλιν, καὶ ἐδαπάνα αὐτὸν εἰς ἀσωτίας. Ὁ δὲ ἄλλος πᾶσαν ἡμέραν ἐνήστευσε, καὶ μετὰ πάσης ἡσυχίας ποιῶν ἦν τὸ ἔργον· μὴ λαλῶν πρός τινα. Τοῦτον θεωροῦντες καθ' ἑκάστην οἱ τεχνῖται, μήτε ἐσθίοντα, μήτε λαλοῦντα, ἀλλὰ σύννουν ἀεὶ, λέ-

NOTÆ.

(s) *Εἴ τις ἐὰν προσκομίσει.* Interpres Ambrosius, *Si quis inciderit.* An legebat προσκόψει? Cyrillus Alexandrinus apud Eustratium, quem luce donavit Allatius, p. 571, 572 : Τὰς ὑπέρ γε τῶν κεκοιμημένων ποιεῖσθαι λιτὰς, προσκομίζειν τε, καὶ μεγάλα (f. μάλα) ἐμφρόνως οἰονεὶ παρόντι Χριστῷ διὰ τῆς ἁγίας καὶ μυστικῆς θυσίας.

Digitized by Google

γουσι τὰ περὶ αὐτοῦ, καὶ τὰ τῆς διαγωγῆς αὐτοῦ, τῷ ἐν ἁγίοις ἀββᾷ Ἀβραμίῳ. Τότε ὁ μέγας Ἀβράμιος μεταστέλλεται τὸν ἐργάτην ἐν τῷ κελλίῳ αὐτοῦ, καὶ ἐρωτᾷ αὐτὸν, λέγων· Πόθεν εἶ, ἀδελφέ; καὶ τίς σού ἐστιν ἡ ἐργασία; Ὁ δὲ πάντα ἐξωμολογήσατο αὐτῷ, καὶ ὅτι Διὰ τὸν ἀδελφὸν πάντα ὑπομένω, ἵνα ὁ Θεὸς βλέπων τὴν ἐμὴν θλῖψιν, σώσῃ τὸν ἀδελφόν μου. Ταῦτα ἀκούσας ὁ θεῖος Ἀβράμιος, λέγει τῷ ἀδελφῷ· Καὶ Κύριος ἐχαρίσατό σοι τὴν ψυχὴν τοῦ ἀδελφοῦ σου. Ὡς οὖν ἀπέλυσεν ὁ ἀββᾶς Ἀβράμιος τὸν ἀδελφὸν, καὶ ἐξῆλθεν ἐκ τοῦ κελλίου αὐτοῦ, ἰδοὺ καὶ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ κράζων· Ἀδελφέ μου, λάβε με εἰς τὴν ἔρημον, ἵνα σωθῶ. Εὐθέως οὖν λαβὼν αὐτὸν, ἀπῆλθεν εἰς τὸ σπήλαιον, πλησίον τοῦ ἁγίου Ἰορδάνου, καὶ ἐνέκλεισεν αὐτὸν, καὶ μετ' ὀλίγον χρόνον μεγάλως κατὰ τὸν Θεὸν προκόψας πρὸς πνεῦμα, ἀπεδήμησεν. Ἔμεινεν δὲ ὁ ἀδελφὸς ἐν αὐτῷ τῷ σπηλαίῳ κατὰ τὸν ὅρκον, ἵνα ἐκεῖ τελειωθῇ καὶ αὐτός.

A sancto abbati Abramio. Tunc magnus revera Abramius accersivit operarium in cellam suam, et interrogavit eum, dicens: Unde es, frater? et quod est opus tuum? Ille autem omnia illi per ordinem confessus est, et quia fratris sui gratia sustineret omnia, ut Deus (inquiens) meam tribulationem videns salvet fratrem meum. His auditis, Abramius dixit fratri: Et Dominus donavit tibi animam fratris tui. Cum ergo dimisisset eum sanctus Abramius, exiissetque de cellula, ecce frater ille advenit clamans: Mi frater, assume me in eremum, ut salvus fiam. Continuo autem assumpsit eum, et abierunt ad speluncam prope sanctum Jordanem, et incluserunt se. Post modicum vero temporis, cum magnifice secundum Deum profecisset spiritu frater ille, qui in fornicationem inciderat, migravit ad Dominum. Mansit autem superstes frater in eadem spelunca juxta juramentum, quousque et ipse moreretur.

B

CAPUT XCVIII.

De eodem fratre superstite.

Τούτῳ τῷ ἀδελφῷ καθημένῳ ἐν τῷ ἁγίῳ Ἰορδάνῃ μετὰ τὴν κοίμησιν τοῦ ἀδελφοῦ, παρέβαλέν τις γέρων ὀπὸ τῆς λαύρας τοῦ Καλαμῶνος, καὶ λέγει αὐτῷ· Εἰπέ μοι, ἀδελφὲ, ἐν τῷ τοσούτῳ χρόνῳ τῆς ἡσυχίας καὶ τῆς ἀσκήσεως τί κατώρθωσας; Λέγει αὐτῷ ὁ ἀδελφός· Ὕπαγε καὶ ἔρχου μετὰ δεκάτην ἡμέραν, καὶ λέγω σοι. Ὁ δὲ γέρων ἐλθὼν τῇ δεκάτῃ ἡμέρᾳ εὗρε τὸν ἀδελφὸν τελειωθέντα, καὶ ὄστρακον γεγραμμένον οὕτως· Συγχώρησόν μοι, Πάτερ, ὅτι οὐδέ ποτε ποιῶν τὸν κανόνα μου, ἀφῆκα τὸν νοῦν εἰς τὴν γῆν.

Ad hunc fratrem post mortem alterius fratris veniens senex quidam ex monasterio Calamonis, ait illi: Dic mihi, frater, in tanto tempore solitariæ vitæ, spiritalisque exercitii, quid lucratus es? Dixit ei frater: Vade, et post decimum diem veni ad me, et dicam tibi. Senex autem abiens, post decimum diem rediit, invenitque fratrem migrasse ad Christum, et testam, in qua sic scriptum erat: Ignosce, Pater, quia nunquam, dum opus Dei agerem, aut horis constitutis psallerem, mentem meam dimisi in terram.

CAPUT XCIX.

Vita Antonii senis monasterii in Scopulo.

Διηγήσαντο ἡμῖν οἱ τῆς αὐτῆς μονῆς Πατέρες, ὅτι Πρὸ τούτων τῶν χρόνων, ἐγένετο ἐνταῦθά τις γέρων ὀνόματι Ἴανθος. Ὃς ἐν πάσῃ τῇ ζωῇ αὐτοῦ ἀπῆρεν ἐπὶ τὸν Κουτιλᾶν. Ἐν μιᾷ οὖν ὡς ἦν εἰς τὴν ἔρημον, ἰδοὺ Σαρακηνοὶ ἐλθόντες εἰς τὰ μέρη ἐκεῖνα, ἰδόντες τὸν γέροντα, εἷς ἐξ αὐτῶν γυμνώσας τὸ ξίφος αὐτοῦ, ἤρχετο πρὸς τὸν γέροντα, θέλων φονεῦσαι αὐτόν. Ὁ δὲ γέρων θεασάμενος τὸν Σαρακηνὸν ἐρχόμενον ἐπ' αὐτὸν, ἀτενίσας εἰς τὸν οὐρανὸν, εἶπεν· Κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ, τὸ θέλημά σου γενέσθω. Καὶ εὐθέως ἠνοίχθη ἡ γῆ, καὶ κατέπιεν τὸν Σαρακηνόν. Ὁ δὲ γέρων ἐσώθη· καὶ εἰσῆλθεν εἰς τὴν μονὴν δοξάζων τὸν Θεόν.

Narraverunt nobis Patres ejusdem monasterii sancti Patris nostri Theodosii, dicentes: Ante hos annos defunctus est hic senex quidam, Antonius nomine. Is in vita sua maxime jejuniis operam dans, profectus est in locum qui Cotulas dicitur. Quadam ergo die cum esset in eremo, ecce Saraceni (23) in partes illas venientes viderunt senem, unusque ex eis educto gladio venit contra senem, volens necare illum. Senex autem ut vidit Saracenum contra se venientem, intuens in cœlum, ait: Domine Jesu Christe, voluntas tua fiat. Statimque aperta est terra, et absorbuit Saracenum illum, senexque salvatus est, et glorificans Deum in monasterium ingressus est.

C

CAPUT C.

Vita Petri Pontici monachi.

Πάλιν ἡμῖν διηγήσαντο οἱ τοῦ αὐτοῦ τόπου Πατέρες, ὅτι Ἦν τις ἐνταῦθα πρεσβύτερος Πέτρος ὀνόματι, τῷ γένει Πόντιος, πολλὰ καὶ μεγάλα κατορθώματα πεποιηκώς. Περὶ τούτου γέροντος Θεόδωρος ὁ γεγονὼς ἐπίσκοπος Ῥόσσου[67] ἔλεγεν ἡμῖν, ὅτι Ἐν μιᾷ ἦλθεν ἐγγιστά μου εἰς τὸν Ἰορδάνην, εἰς τὴν λαύραν τῶν Πυργίων· ἐκεῖ γὰρ ἦμην καθήμενος. Καὶ λέγει μοι· Ποίησον ἀγάπην, ἀδελφὲ Θεόδωρε, δεῦρο μετ' ἐμοῦ εἰς τὸ ὄρος τὸ Σινά[68]· ὅτι

D

Rursus narraverunt nobis prædicti loci Patres, quod illic fuerit quidam senex, Petrus nomine, genere Ponticus, multis præclarisque virtutibus ornatus. De hoc sene Theodorus, qui fuit episcopus Rosensis, dicebat nobis, quod die quadam convenit illum ad Jordanem in monasterio Turrium, illic enim ipse morabatur, eique dixit: Fac charitatem, frater Theodore, veni mecum in montem Sina, quia illuc proficisci votum habeo. Qui cum nollet non obedire, dixit

VARIÆ LECTIONES.

[67] al. Ῥωσσοῦ. [68] al. Σινᾶ.

Digitized by Google

ad eum : Eamus. Cum vero transissent Jordanem, dixit ad Theodorum senior : Veni, frater Theodore, oremus ut usque ad montem Sina nullus nostrum comedat. Ad quem ille : Vere, Pater, ego hoc facere non possum. Prostravit autem se senex, et oravit, et usque ad Sina nihil comedit. Sumptis igitur illic sanctis mysteriis, tunc et cibum sumpsit. Similiter et a Sina usque Alexandriam ad sanctum Menam pervenerunt, nihil omnino comedente sene. Ibique denuo communicans, post communionem cibum sumpsit. Et a sancto Mena usque in sanctam civitatem venerunt, cum nihil omnino gustasset senior in via. Cum vero in sancta Christi Dei nostri resurrectione percepisset veneranda mysteria, tunc demum accepit et cibum. In hoc ergo toto tali tantoque itinere nisi tertio non comedit senex, semel in Sina monte, semel in Alexandria, et semel in sancta civitate.

A εὐχὴν ἔχω [49]. Ἐγὼ δὲ μὴ θέλων παρακοῦσαι τοῦ γέροντος, λέγω αὐτῷ· Ἄγωμεν. Ὡς οὖν ἐπεράσαμεν τὸν ἅγιον Ἰορδάνην, λέγει μοι ὁ γέρων· Ἀδελφὲ Θεόδωρε, δεῦρο βάλωμεν μετάνοιαν ἵνα ἕως τοῦ Σινὰ μηδεὶς ἡμῶν φάγῃ. Λέγω αὐτῷ· Ὄντως, Πάτερ, τοῦτο ἐγὼ οὐ δύναμαι ποιῆσαι. Καὶ ἔβαλεν ὁ γέρων μετάνοιαν, καὶ ἕως τοῦ Σινὰ οὐ μετέλαβέν τινος. Μεταλαβὼν δὲ εἰς τὸ Σινὰ τῶν ἁγίων μυστηρίων, τότε καὶ τροφῆς μετέλαβεν. Ὁμοίως καὶ ἀπὸ τοῦ Σινὰ ἀπήλθομεν εἰς τὸν ἅγιον Μηνᾶν Ἀλεξανδρείας [50], μὴ μεταλαβόντος αὐτοῦ τροφῆς. Κἀκεῖ δὲ κοινωνήσας μετέλαβεν τροφῆς. Καὶ ἀπὸ τοῦ ἁγίου Μηνᾶ ἤλθομεν εἰς τὴν ἁγίαν πόλιν, μηδενὸς ἐν τῇ ὁδῷ αὐτοῦ ὅλως γευσαμένου. Κοινωνήσας δὲ καὶ εἰς τὴν ἁγίαν Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν Ἀνάστασιν, μετέλαβεν τότε B τροφῆς. Ἐν ὅλῃ οὖν τοιαύτῃ καὶ τηλικαύτῃ ὁδῷ, εἰ μὴ τρίτον οὐκ ἔφαγεν ὁ γέρων, ἅπαξ εἰς τὸ Σινὰ ὄρος, καὶ ἅπαξ εἰς τὸν ἅγιον Μηνᾶν, καὶ ἅπαξ εἰς τὴν ἁγίαν πόλιν.

CAPUT CI.

Vita Pardi monachi Romani.

Narraverunt etiam nobis de alio sene Patres ejusdem monasterii, dicentes : Erat hic senex quidam, qui ante modicum tempus defunctus est, Pardus nomine, genere Romanus. Hic dum esset junior, mulio fuerat. Die igitur quadam abiit Jericho cum mulis. Et cum esset in xenodochio, inventus est illic puer parvulus, quem, agente diabolo, mulus calce percussit et occidit, ignorante hoc abbate Pardo. Afflictus vero super hoc multum abbas Pardus, abiit in Arnonem, et effectus est anachoreta, lugens semper, di- C cens : Ego feci homicidium, et ut homicida in judicio damnatus sum. Erat autem illic prope torrentem leo. Diebusque singulis ibat abbas Pardus ad cubile leonis, stimulans et provocans leonem, ut exsurgeret et devoraret eum ; leo autem nihil omnino illum lædebat. Videns autem senex, quia nihil proficeret, ait in seipso : Dormiam in via, per quam leo pergit ad fluvium ; nam cum transibit ut eat ad bibendum, devorabit me. Cum ergo jaceret, ecce leo post paulum venit, et quasi ratione præditus esset, cum omni quiete transilivit senem, neque omnino illum tetigit. Tunc senior certior factus est quod Deus remisisset illi peccatum, et veniens rursus in monasterium suum, vixit in magna continentia, ædificans omnes vitæ suæ exemplo usque ad diem obitus sui. D

Διηγήσαντο ἡμῖν καὶ περὶ ἄλλου γέροντος οἱ τῆς αὐτῆς μονῆς Πατέρες, λέγοντες, ὅτι Ἦν τις ἐνταῦθα τοὔνομα ἀββᾶς Παῦλος, ὅστις πρὸ ὀλίγου χρόνου ἀνεπαύσατο, Ῥωμαῖος τῷ γένει. Ἐν μιᾷ οὖν ἀπῆλθεν μετὰ τῶν βορδονίων· καὶ ἐν τῷ ξενοδοχείῳ εὑρέθη παιδίον μικρὸν, καὶ ἐκ τοῦ διαβόλου, ἀγνοοῦντος τοῦ ἀββᾶ Παύλου, ἐπάτησεν ὁ βόρδων τὸ παιδίον, καὶ ἀπέκτεινεν αὐτό. Θλιβεὶς οὖν ἐπὶ τούτῳ ὁ ἀββᾶς Παῦλος, ἀνεχώρησεν, καὶ ἀπῆλθεν εἰς τὸν Ἀρονάν· κἀκεῖ γέγονεν ἀναχωρητὴς, θρηνῶν τὸν θάνατον τοῦ παιδίου πάντοτε, καὶ λέγων, ὅτι Ἐγὼ ἐποίησα τὸν φόνον τοῦ παιδίου, καὶ ὡς φονεὺς ἔχω κριθῆναι ἐν τῇ κρίσει. Ἦν δὲ πλησίον λέων, καὶ καθ' ἑκάστην ὁ ἀββᾶς Παῦλος ὑπῆγεν εἰς τὴν κοίτην τοῦ λέοντος νύσσων, καὶ ἀγριαίνων αὐτὸν, ἵνα ἀναστῇ καὶ φάγῃ αὐτόν· ὁ δὲ λέων οὐδ' ὅλως ἐβλαπτεν αὐτόν. Τότε ὡς εἶδεν ὅτι οὐδὲν ὠφελεῖ, λέγει ἐν ἑαυτῷ· Κοιμηθῶ εἰς τὴν ὁδὸν τοῦ λέοντος, καὶ ἐν τῷ ἔρχεσθαι αὐτὸν, καὶ ὑπάγειν εἰς τὸν ποταμὸν πιεῖν ὕδωρ, τρώγει με. Ὡς οὖν ἔπεσεν, ἰδοὺ μετὰ μικρὸν καὶ ὁ λέων καὶ ὡς ἐπὶ ἀνθρώπου μετὰ πάσης τῆς ἡσυχίας ὑπερεπήδησε τὸν γέροντα· καὶ οὐδὲ ὅλως ἥψατο αὐτοῦ. Τότε ὁ γέρων ἐπληροφορήθη, ὅτι ὁ Θεὸς συνεχώρησεν αὐτῷ τὴν ἁμαρτίαν. Καὶ ἐλθὼν πάλιν εἰς τὴν μονὴν αὐτοῦ, διῆγεν πάντας ὠφελῶν καὶ οἰκοδομῶν ἕως τῆς πρὸς Θεὸν αὐτοῦ ἀναπαύσεως.

CAPUT CII.

Relatio Sophronii sophistæ de eo quod sibi in via contigerat.

Cum interrogatus esset abbas Sophronius sophista frater meus, assistebamus prope illum ego et abbas Joannes scholasticus, et abbas Quiricus, et alii quidam ex Patribus, dixitque nobis : Pergebam modo in via, et ante me adolescentulæ choream agebant, tripudiabantque dicentes : Bene veniat Sophronius ; coronatus est Sophronius.

Μέλλοντος τελειοῦσθαι τοῦ ἀββᾶ Σωφρονίου τοῦ σοφιστοῦ τοῦ ἐμοῦ ἀδελφοῦ, παριστάμεθα πλησίον αὐτοῦ ἐγὼ καὶ ὁ ἀββᾶς ὁ Σχολαστικὸς, καὶ ὁ ἀββᾶς Κηρυκὸς, καὶ ἄλλοι τινὲς τῶν Πατέρων. Καὶ λέγει ἡμῖν, ὅτι Εἰς ὁδὸν ἀπῆν, καὶ ἔμπροσθέν μου νεάνιδες χορὸν ποιήσασαι ἐχόρευον λέγοντες [51]· Καλῶς ἦλθεν Σωφρόνιος· ἐστεφανώθη Σωφρόνιος.

VARIÆ LECTIONES.

[49] al. inser. ἐκεῖσε. [50] al. εἰς Ἀλεξάνδρειαν.

Digitized by Google

CAPUT CIII.

Vita et virtutes abbatis Stratigii.

Ἔλεγον περὶ τοῦ ἁββᾶ Στρατηγίου τοῦ ἡγουμένου A τῆς αὐτῆς μονῆς τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Θεοδοσίου, οἱ τῆς αὐτῆς μονῆς Πατέρες, ὅτι τὰ τρία ταῦτα πλεονεκτήματα ἐκτήσατο ὑπὲρ πάντα μοναχὸν τῆς γενεᾶς ταύτης· τὸ νηστεύειν πολλά, τὸ ἀγρυπνεῖν πολλά, τὸ ἐργάσασθαι πολλά.

Dicebant de abbate Stratigio, Patre insignis monasterii sancti Patris nostri Theodosii, monasterii ipsius Patres, quod tres istas virtutes possederit supra ætatis nostræ monachos, jejunium, vigilias, et jugе opus.

CAPUT CIV.

Vita abbatis Nonni presbyteri.

Διηγήσατο ἡμῖν ἐν τῷ κοινοβίῳ τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Θεοδοσίου, ὁ ἁββᾶς Θεοδόσιος, ὁ γεγονὼς ἐπίσκοπος τῆς Καπιτουλιάδος, περὶ τοῦ ἁββᾶ Νόννου, λέγων, ὅτι Ἐν μιᾷ, πρὸ τοῦ κροῦσαι τὸ ξύλον (*t*) τὸ νυκτερινὸν, ἀνακείμενος ἐγὼ ἐν τῷ κλι- B νιδίῳ μου, ἤκουσά τινος λέγοντος, Κύριε, ἐλέησον, πραείᾳ καὶ ἡσυχίῳ φωνῇ. Καὶ ἀριθμήσας πεντακόσια τὸ, Κύριε, ἐλέησον, ἠθέλησα εἰδέναι τίς ἐστιν ὁ λέγων· καὶ παρακύψας διὰ τῆς θυρίδος τοῦ κελλίου μου εἰς τὴν ἐκκλησίαν, θεωρῶ τὸν γέροντα κείμενον εἰς τὰ γόνατα αὐτοῦ, καὶ ἀστέρα φωτοειδῆ ἐπάνω τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ, καταυγάζοντά μοι τὸ τίς ἐστιν ὁ γέρων.

Narravit nobis in cœnobio sancti Patris nostri Theodosii, abbas Theodosius, qui fuit episcopus Capituliadis, de abbate Nonno presbytero, quod nocte quadam, antequam pulsaret nocturnum signum, dum jaceret ipse in lectulo suo, audivit quemdam leni voce dicentem, Kyrie eleison. Cumque quinquaginta vicibus hoc ille iterasset, voluit ipse scire quis esset qui hoc dicebat. Et aspiciens, inquit, in ecclesiam per cellulæ meæ fenestram, vidi senem procumbentem genibus suis, et stellam lucidissimam super caput ejus ostendentem mihi quis esset senex.

Ἕτερος δέ τις τῶν γερόντων τοῦ αὐτοῦ κοινοβίου διηγήσατο ἡμῖν περὶ τοῦ αὐτοῦ ἁββᾶ Νόννου, λέγων, ὅτι Ἐν μιᾷ πρὸ τοῦ κροῦσαι τὸ ξύλον, ἐξελθὼν τοῦ κελλίου μου ἀπίην ἐπὶ τὴν ἐκκλησίαν, καὶ θεωρῶ τὸν γέροντα ἔμπροσθεν τῆς ἐκκλησίας ἑστῶτα, καὶ ἐκτεταμένας ἔχοντα τὰς δύο χεῖρας εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ εὐχόμενον. Ἔλαμπον δὲ αἱ χεῖρες αὐτοῦ, ὡς B λαμπάδες πυρός. Καὶ φοβηθεὶς ἀνεχώρησα.

Alius autem quidam de senibus ipsius cœnobii narravit nobis de eodem abbate Nonno, dicens : Nocte quadam priusquam pulsaret signum, egressus de cellula mea, ibam ad ecclesiam. Et aspicio senem ante ecclesiam stantem, et extensis in cœlum manibus orantem : lucebant autem manus ejus quasi lampades ignis. Quare metu perterritus recessi.

CAPUT CV.

Vita sancti senis Christophori, genere Romani.

Ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ὄντες παρεβάλομεν τῷ ἁββᾷ Θεοδούλῳ τῷ ὄντι ἐν τῇ Ἁγίᾳ Σοφίᾳ ἐν τῇ Φάρῳ. Καὶ διηγήσατο ἡμῖν ὁ γέρων λέγων, ὅτι Ἐν τῷ κοινοβίῳ ἀπεταξάμην τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Θεοδοσίου τοῦ ἐν τῇ ἐρήμῳ τῆς ἁγίας Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν πόλεως· καὶ εὗρον ἐκεῖ γέροντα μέγαν, ὀνόματι Χριστοφόρον, Ῥωμαῖον τῷ γένει. Ἐν μιᾷ οὖν βάλλω αὐτῷ τὴν μετάνοιαν, λέγων· Ποίησον ἀγάπην, ἁββᾶ, εἰπέ μοι τὴν ἐκ νεότητός σου ἐργασίαν. Καὶ πολλὰ παρακληθεὶς ὑπ' ἐμοῦ ὁ γέρων, καὶ γνοὺς ὅτι δι' ὠφέλειαν ψυχῆς αὐτὸν ἐρωτῶ, διηγήσατό μοι, λέγων, ὅτι Ὅτε ἀπεταξάμην, τέκνον, πολλὴν εἶχον θέρμην εἰς τὸ μοναχικόν· καὶ τὰς μὲν ἡμέρας ἐσχόλαζον εἰς τὸν κανόνα, τὰς δὲ νύκτας ἀπηρχόμην εἰς τὸ σπήλαιον· ἔνθα, ὅ τε ἐν ἁγίοις Θεοδόσιος καὶ οἱ

Cum in Alexandria essemus, accessimus ad abbatem Theodorum, qui erat in sancta Sophia prope Pharum. Et narravit nobis senex, dicens : Ego in cœnobio sancti patris nostri Theodosii, quod est in eremo sanctæ Christi Dei nostri civitatis, sæculo renuntiavi; invenique illic senem magnum valde, nomine Christophorum, Romanum genere. Die igitur quadam prostratus ante illum, dixi : Fac charitatem, pater, et dic mihi quid in juventute tua operabaris. Cumque multum a me rogatus fuisset senex, aguito quod propter utilitatem animæ illum rogassem, enarravit mihi, dicens : Quando sæculo renuntiavi, fili, magnum habui fervorem, summamque desiderii alacritatem ad monasticam vitam; ac diebus quidem exercebar in regulari psalmodia, noctibus vero pergebam

VARIÆ LECTIONES.

[a] Pro λέγουσαι.

NOTÆ.

(*t*) *Κροῦσαι τὸ ξύλον.* Apud Allatium, *De confessione utriusque Ecclesiæ*, c. 1560 : Κρούει τὸ κροῦσμα; c. 1569 : Κροῦσμα ποιῆσαι. In vita S. Sabæ : Κρούσματος ὥρα. Et in Iambis Theodori Studitæ : Κρουσματοῦντος τοῦ ξύλου. Et : Σάλπιζε καιρῷ τὸ ξύλον. Et, ἐπειδὰν σαλπίσῃ τις τὸ ξύλον. Per metaphoram qua Dionysio pseudo-areopag. Οἱ ἀπερισάλπιγκτοι τῶν ἱερῶν τελετῶν· *Quando aa collectam tuba insonuerit.* In *Regula sancti Pachomii*, n. 2; Anastasius ad act. 4 synodi 7 : *Orientales ligna pro campanis percutiunt.*

Digitized by Google

in speluncam, in qua et sanctus Theodosius, et sancti Patres reliqui orare consueverant; descendensque in speluncam, centies flectebam genua, et procidebam Deo per gradus singulos; sunt autem numero decem et octo. Cumque per omnes gradus descendissem, permanebam illic, donec pulsaret signum. Tunc ibam ad synaxim cum Patribus. Cum autem opus istud undecim annis absque intermissione fecissem, cum jejuniis multis, et continentia, et nuditate rerum omnium, et obedientia, et labore corporali, veni nocte quadam secundum consuetudinem, ut in speluncam descenderem. Cumque implessem inclinationes corporis per singulos gradus, venturusque essem in speluncæ pavimentum, factus in exstasi, video totum speluncæ pavimentum candelis plenum, ex quibus aliæ quidem accensæ erant, aliæ non. Aspicio autem et duos viros chlamyde indutos, candidoque habitu amictos, easdem candelas præparantes. Ego autem dixi illis : ut quid posuistis hic candelas istas, nec permittitis nos descendere, et orare? Qui respondentes dixerunt mihi : Patrum candelæ sunt. Dixi autem ad eos rursum : Cur aliæ ex illis ardent, aliæ non? Responderunt : Qui volunt candelas suas accenderunt, et qui nolunt, non accenderunt. Aio ad illos iterum : Facite charitatem; candela mea ardet, an non ardet? Illi autem dixerunt : Ora, et accendimus illam. Tunc dico illis : Adhuc oro. Et quid usque modo faciebam? Atque in hoc verbo ad me ipsum reversus sum, conversusque ultra jam neminem vidi. Tunc dixi in meipso : Christophore, majori labore opus est. Et mane facto, recessi de monasterio, et profectus sum ad montem Sina, nihil ferens mecum, nisi quo induebar tantum. Cumque illic egissem annos quinquaginta, venit mihi vox, dicens : Christophore, Christophore, redi in cœnobium tuum ubi etiam bene certasti, ut illic consummeris cum Patribus tuis. Et modico tempore posteaquam mihi ista dixerat, sancta illius anima in pace requievit.

Rursum enarravit nobis idem Theodorus de eodem abbate Christophoro. Dicebat, inquit, senex : Die quadam ascendi in sanctam civitatem, ut adorarem sanctam crucem. Et cum adorassem, et jam exirem, aspicio fratrem quemdam in limine atrii pretiosæ crucis, neque intrantem, neque exeuntem. Aspicio item et duos corvos impudenter ante illius faciem volantes, et alis suis oculos ejus importune impetentes, nec illum intrare permittentes. Intellexi vero eos dæmones esse, et dixi illi : Dic, frater, cur stas in medio januæ, nec intras? Qui ait mihi : Ignosce mihi, Pater mi, cogitationes habeo, ex quibus una mihi dicit : Ingredere, et adora pretiosam crucem. Alia dicit : Non, sed vade, et fac responsum (24), et alia vice adorabis. Ego autem ut audivi, tenui manum ipsius, et introduxi in templum; et continuo fugerunt corvi. Cumque fecissem illum adorare sanctam crucem, et sanctam Christi Domini resurrectionem, dimisi eum in pace. Hæc autem, inquit Theodorus, mihi senex enarravit, quia vidit me multum in ministeriis distentum, et orationis negligentem.

A λοιποὶ ἅγιοι κεῖνται Πατέρες, πρὸς τὸ εὔξασθαι. Καὶ κατερχόμενος εἰς τὸ σπήλαιον, κατὰ βαθμὸν ἓβαλον τῷ Θεῷ μετανοίας ἑκατόν. Εἰσὶ δὲ βαθμοὶ τὸν ἀριθμὸν δεκαοκτώ. Καὶ ὅτε πάντας κατῆλθον τοὺς βαθμοὺς, διετέλουν ἕως οὗ ἔκρουσεν τὸ ξύλον· τότε ἀνηρχόμην εἰς τὸν κανόνα. Μετὰ οὖν τὸ ποιῆσαί με ἔτη δέκα τὴν ἐργασίαν ταύτην, μετὰ νηστείας, καὶ πολλῆς ἐγκρατείας, καὶ κόπου, ἔρχομαι ἐν μιᾷ κατὰ τὴν συνήθειαν κατελθεῖν εἰς τὸ σπήλαιον· καὶ μετὰ τὸ πληρῶσαί με τὰς κατὰ βαθμὸν μετανοίας, ὡς ἔμελλον εἰς τὸ ἔδαφος κατιέναι τοῦ σπηλαίου, γίνομαι ἐν ἐκστάσει, καὶ θεωρῶ ὅλον τοῦ σπηλαίου τὸ ἔδαφος κανδηλῶν πεπληρωμένον· καὶ αἱ μὲν ἦπτον, αἱ δὲ οὔ. Θεωρῶ δὲ καὶ δύο ἄνδρας τὰς χλαμύδας ἡμφιεσμένους, καὶ λευχειμονοῦντας, ἐπισκευάζοντας τὰς αὐτὰς κανδήλας. Ἐγὼ δὲ εἶπον αὐτοῖς, Διατί ἐθήκατε τὰς κανδήλας ταύτας, καὶ οὐ συγχωρεῖτε ἡμῖν κατελθεῖν, καὶ εὔξασθαι; Οἱ δὲ ἀπεκρίναντό μοι λέγοντες, ὅτι τῶν Πατέρων εἰσὶν αἱ κανδῆλαι. Ἐγὼ δὲ πάλιν εἶπον πρὸς αὐτούς· Καὶ διατί αἱ μὲν ἅπτουσιν, αἱ δὲ οὐχ ἅπτουσιν· οἱ δὲ πάλιν ἀπεκρίναντό μοι· Οἱ θέλοντες, τὰς ἑαυτῶν ἀνῆψαν. Τότε λέγω αὐτοῖς· Ποιήσατε ἀγάπην. Ἡ ἐμὴ κανδῆλα ἅπτει ἢ οὔ; Οἱ δὲ ἔφησαν, Εὖξαι καὶ ἅπτομεν αὐτήν. Καὶ λέγω ἐγω ἀκμήν· Εὖξαι, καὶ ἕως ἄρτι, τί ἐποίουν; Καὶ ἐπὶ τούτῳ τῷ λόγῳ ἦλθον εἰς ἐμαυτὸν, καὶ στραφεὶς, οὐδένα ἐθεασάμην. Τότε λέγω ἐμαυτῷ· Χριστόφορε, εἰ θέλεις σωθῆναι, τοῦ κόπου περισσοτέρου χρεία. Καὶ πρωΐας ἀνεχώρησα ἀπὸ τοῦ μοναστηρίου. Καὶ ἀπῆλθον εἰς τὸ ὄρος τὸ Σινᾶ, μηδὲν ἀποφερόμενος, εἰ μὴ ἃ ἐφόρουν καὶ μόνον. Καὶ μετὰ τὸ ποιῆσαί με ἐκεῖ πεντήκοντα χρόνους ἐν ἀσκήσει, ἦλθέν μοι φωνὴ λέγουσα· Χριστόφορε, Χριστόφορε, ἄπελθε εἰς τὸ κοινόβιόν σου, ἐν ᾧ καλῶς ἠγωνίσω, ἵνα ἐκεῖ τελειωθῇς μετὰ τῶν Πατέρων σου. Καὶ μετ' ὀλίγον χρόνον τοῦ εἰπεῖν μοι ταῦτα ἀνεπαύσατο ἐν Κυρίῳ ἡ ἁγία αὐτοῦ ψυχὴ ἐν ἀγαλλιάσει.

Πάλιν ἡμῖν ὁ αὐτὸς ἀββᾶς Θεόδουλος διηγήσατο περὶ τοῦ αὐτοῦ ἀββᾶ Χριστοφόρου. Ἔλεγεν δὲ, φησὶν, ὁ γέρων, ὅτι Ἐν μιᾷ ἀνῆλθον ἐκ τοῦ μοναστηρίου εἰς τὴν ἁγίαν πόλιν προσκυνῆσαι τὸν ἅγιον σταυρόν. Καὶ μετὰ τὸ προσκυνῆσαί με, φησὶν, ἐν τῷ ἐξιέναι, θεωρῶ τινα ἀδελφὸν ἐν τῷ πυλεῶνι τοῦ μεσιαύλου τοῦ ἁγίου σταυροῦ, μήτε εἰσιόντα, μήτε ἐξιόντα. Θεωρῶ δὲ καὶ δύο κόρακας ἀναιδῶς πετομένους εἰς πρόσωπον αὐτοῦ, καὶ τοῖς πτερυξὶ κοσσίζοντας αὐτοῦ τὰς ὄψεις, καὶ μὴ ἐῶντας αὐτὸν εἰσελθεῖν ἐν τῷ ναῷ. Καὶ γνοὺς ἐγὼ δαίμονας αὐτοὺς εἶναι, λέγω αὐτῷ· Εἰπὲ, ἀδελφὲ, τί ἕστηκας εἰς τὸ μέσον τοῦ πυλῶνος, καὶ οὐκ εἰσέρχῃ; Ὁ δὲ, φησὶν, λέγει μοι· Συγχώρησόν μοι, κῦρι ἀββᾶ, λογισμοὺς ἔχω· ὁ εἷς μὲν λέγει μοι, Εἴσελθε, προσκύνησον τὸν τίμιον σταυρόν· ἄλλος δὲ λέγει μοι· Οὔ, ἀλλ' ὕπαγε, ποίησον ἀπόκρισιν, καὶ ἄλλοτε προσκυνεῖς Ἐγὼ δὲ ὡς ἤκουσα, κρατήσας αὐτοῦ τῆς χειρὸς εἰσήγαγον εἰς τὸν ναόν· καὶ εὐθέως ἔφυγον οἱ κόρακες ἀπ' αὐτοῦ. Καὶ ποιήσας αὐτὸν προσκυνῆσαι τὸν ἅγιον σταυρὸν, καὶ τὴν ἁγίαν Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ

Digitized by Google

ἡμῶν ἀνάστασιν, ἀπέλυσα αὐτὸν ἐν εἰρήνῃ. Ταῦτα δέ μοι, φησὶν, ὁ γέρων διηγήσατο, ἐπειδὴ ἐώρα με πολὺ ἐν ταῖς διακονίαις περισπώμενον, καὶ τῆς εὐχῆς ἀμελοῦντα.

CAPUT CVI.

Relatio abbatis Theodori de monacho Syro Severiano.

Διηγήσατο ἡμῖν πάλιν ὁ αὐτὸς ἀββᾶς Θεόδουλος λέγων, ὅτι ξενοδοχεῖόν ἐστιν ἐνταῦθα πλησίον τοῦ Φάρου, ἀνάμεσον τῆς Ἁγίας Σοφίας καὶ τοῦ ἁγίου Φαύστου, ἔχον καὶ ξενοδόχον. Οὗτος ἐν μιᾷ παρεκάλεσέν με ἀπελθεῖν ἐν τῷ ξενοδοχείῳ, καὶ τοποποιῆσαι αὐτὸν ἐπὶ ὀλίγας ἡμέρας. Ἀπελθὼν οὖν ἐκεῖ εὗρόν τινα μοναχὸν ξενοδοχούμενον, Σύρον τῷ γένει, μηδὲν ἔχοντα πλὴν στιχαρίου τριχίνου καὶ παλλίου, καὶ ὀλίγων ἄρτων. Ἵστατο δὲ διαπαντὸς ἐν μιᾷ γωνίᾳ, νυκτὸς καὶ ἡμέρας στιχολογῶν, καὶ μὴ συντυγχάνων τινί. Καταλαβούσης δὲ τῆς ἁγίας Κυριακῆς, ἀπῆλθον πρὸς αὐτὸν, καὶ λέγω αὐτῷ· Ἔρχῃ, κῦρι ἀδελφὲ, εἰς τὴν Ἁγίαν Σοφίαν, ἵνα μεταλάβῃς τῶν ἁγίων καὶ σεπτῶν μυστηρίων; Ὁ δὲ λέγει· Οὔ. Λέγω αὐτῷ· Διὰ τί; Λέγει μοι καὶ αὐτός· Ὅτι τῶν Σευήρου εἰμὶ, καὶ οὐ κοινωνῶ τῇ Ἐκκλησίᾳ. Ἀκούσας δὲ ἐγὼ ὅτι οὐκ ἐκοινώνει τῇ ἁγίᾳ καθολικῇ καὶ ἀποστολικῇ Ἐκκλησίᾳ, ἅμα δὲ καὶ θεωρῶν τὴν καλλίστην αὐτοῦ πολιτείαν καὶ τὸν ἐνάρετον βίον, ἀπῆλθον κλαίων ἐπὶ τῷ κελλίῳ μου, καὶ κλείσας τὴν θύραν, ἔρριψα ἐμαυτὸν ἐπὶ πρόσωπον ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ ἐπὶ ἡμέρας τρεῖς, καὶ ἐδεόμην αὐτοῦ μετὰ δακρύων πολλῶν, λέγων· Δέσποτα Χριστὲ, ὁ Θεὸς ἡμῶν, ὁ διὰ τὴν ἄφατόν σου καὶ ἀμέτρητον φιλανθρωπίαν κλίνας τοὺς οὐρανοὺς, καὶ καταβὰς διὰ τὴν ἡμῶν σωτηρίαν, ὁ σαρκωθεὶς ἐκ τῆς Δεσποίνης τῆς ἁγίας Θεοτόκου καὶ Ἀειπαρθένου Μαρίας, ἀποκάλυψόν μοι, τίνες καλῶς καὶ ὀρθῶς πιστεύουσιν, ἡμεῖς οἱ τῆς Ἐκκλησίας, ἢ οἱ τὰ Σευήρου φρονοῦντες. Καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἦλθέν μοι φωνὴ ἀοράτως λέγουσα· Ἄπελθε, Θεόδουλε, καὶ θεωρεῖς τὴν πίστιν αὐτοῦ. Ἀπελθὼν οὖν τῇ ἐπαύριον ἐγὼ, ἐκαθέσθην ἔμπροσθεν αὐτοῦ, προσδοκῶν τι ἰδεῖν κατὰ τὴν λεχθεῖσάν μοι φωνήν. Καὶ ὡς ἔμεινα ἐπὶ μίαν ὥραν καθήμενος, καὶ ἀτενίζων εἰς αὐτὸν, ἑστῶτα καὶ τῇ Σύρῳ φωνῇ στιχολογοῦντα, θεωρῶ, ὡς ἐπὶ Κυρίου, τέκνα, περιστερὰν ἐπάνω τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ καθημένην ἠσβολωμένην ὡς ἀπὸ μαγείρου καὶ ἐσκυλμένην καὶ δυσώδη. Τότε ἔγνων ὅτι φανεῖσα μοι ζοφώδης καὶ δυσώδης περιστερὰ, ἡ πίστις αὐτοῦ ἐστιν. Ταῦτα δὲ ἡμῖν διηγήσατο μετὰ πολλῶν δακρύων καὶ στεναγμῶν, ὡς ἐπὶ τῆς ἀληθείας ἡ μακαρία αὐτοῦ ψυχή.

A Narravit iterum nobis idem abbas Theodorus, dicens: Xenodochium est hic prope Pharum, inter sanctam Sophiam et sanctum Faustum: qui autem illi præerat, die quadam oravit me ut irem in xenodochium, et ibi morarer paucis diebus. Abiens igitur inveni illic monachum quemdam hospitio susceptum, Syrum genere, nihil habentem præter cilicium, et pallium, et panes paucos. Stabat autem in uno angulo, semper die noctuque psallens, et nemini loquens. Veniente vero die sancta Dominica, abii ad illum, dicens: Veni, frater, ad sanctam Sophiam, ut communices sanctis venerandisque mysteriis. Qui ait: Non venio. Ad quem ego: Cur, oro te? Ait mihi: Quia Severianus sum, et non communico Ecclesiæ. Audiens ego, quia non communicaret sanctæ et apostolicæ Ecclesiæ, simulque videns illius optimam conversationem, vitamque virtutibus plenam, abii lugens in cellulam meam, et clausa janua, prostravi meipsum in faciem coram Domino per dies tres, et orabam illum cum lacrymis multis, dicens: Dominator Christe Deus noster, qui propter ineffabilem tuam immensamque clementiam inclinasti cœlos, et descendisti propter salutem nostram, qui incarnatus es ex sancta Domina nostra Dei genitrice semperque virgine Maria, revela mihi qui sint qui bene et recte credunt; nosne qui sanctæ Ecclesiæ jungimur, an qui Severo consentiunt. Die vero tertia venit mihi vox invisibiliter, dicens: Vade, Theodore, inspice fidem ipsius. In crastinum igitur profectus, sedi ante illum, exspectans videre aliquid, juxta quod mihi vox dixerat: et cum mansissem sedens quasi una hora, et intuerer in ipsum stantem, et voce Syra psallentem, vidi teste Deo, filii, columbam super caput ejus stantem fuliginosam, veluti ex coquina venientem, squalidam ac fetidam. Tunc agnovi eam, quæ mihi apparuerat, caliginosam fetidamque columbam, ipsius esse fidem. Hæc autem nobis narravit in veritate cum multis lacrymis et singultibus sancta ipsius anima.

B C

CAPUT CVII.

Vita abbatis Gerasimi.

Ὡς ἀπὸ μιλίου ἑνὸς τοῦ ἁγίου Ἰορδάνου τοῦ ποταμοῦ λαύρα ἐστὶ τοῦ ἁγίου ἀββᾶ Γερασίμου λεγομένη. Ἐν αὐτῇ τῇ λαύρᾳ παραβαλοῦσιν ἡμῖν διηγήσαντο οἱ ἐκεῖ καθεζόμενοι Πατέρες περὶ τοῦ ἁγίου τούτου, ὅτι περιπατῶντι ἐν μιᾷ παρὰ τὴν ὄχθην τοῦ ἁγίου Ἰορδάνου, ὑπήντησεν αὐτῷ λέων πάνυ ὠρυόμενος ἐκ τοῦ ποδὸς αὐτοῦ. Εἶχεν γὰρ ἀπὸ καλάμου σκώλοπα ἐμπαγέντα αὐτῷ, καὶ ὡς ἐκ τούτου ὀγκωθῆναι αὐτοῦ τὸν πόδα, καὶ πλήρη πύου γενέσθαι. Ὡς οὖν ἐθεώρησεν ὁ λέων τὸν γέροντα, ἦλθεν πρὸς αὐτὸν, καὶ ἐπεδείκνυεν αὐτῷ τὸν πεπληγμένον πόδα ἐκ τοῦ ἐμπαγέντος αὐτῷ σκώλοπος, κλαίων τρόπον τινὰ, καὶ δεόμενος τῆς παρ' αὐτοῦ θεραπείας τυχεῖν.

Uno fere milliario distat a Jordane monasterium, quod abbatis Gerasimi dicitur. In hoc monasterium advenientibus nobis narraverunt qui illic morabantur senes de abbate Gerasimo, quod die quadam ambulans super Jordanis ripam, obvium habuit leonem valde rugientem, suspenso pede, cui infixus erat ex calamo aculeus, adeo ut ex hoc pes ipse intumuisset, et sanie plenus effectus esset. Cum igitur vidisset leo senem, ostendebat illi vulneratum ex infixo aculeo pedem, flens quodammodo et obsecrans ut illi curam adhiberet. Cum ergo vidisset eum senex tali necessitate constrictum, sedens apprehendit ejus pedem, aperiensque vulnus eduxit aculeum infixum, cum magna pu-

D

Digitized by Google

tredinis copia, diligenterque depurgato vulnere, et panno alligato, dimisit eum. Leo autem cum se curatum vidisset, noluit senem deserere, sed ut charus discipulus, quocunque pergeret, magistrum sequebatur, ita ut admiraretur senex tantam feræ gratitudinem. Igitur ex tunc senex nutriebat eum, mittens ante illum panem et infusa legumina.

A Ὡς δὲ εἶδεν αὐτὸν ὁ γέρων ἐν τοιαύτῃ ἀνάγκῃ, καθίσας, καὶ λαβόμενος αὐτοῦ τοῦ ποδὸς, καὶ ἀνατεμὼν αὐτὸν, ἐξέβαλε τὸν κάλαμον μετὰ πολλῶν ὑγρῶν, καὶ καλῶς περικαθαρίσας τὸ τραῦμα, καὶ δήσας τὸν πόδα παννίῳ, ἀπέλυσεν. Ὁ δὲ λέων θεραπευθεὶς οὐκ ἔτι εἴασεν τὸν γέροντα, ἀλλ' ὡς γνήσιος μαθητὴς ὅπου δ' ἂν ἀπήρχετο ἠκολούθει αὐτῷ· ὥστε θαυμάζειν τὸν γέροντα τὴν τοσαύτην εὐγνωμοσύνην τοῦ θηρίου· καὶ λοιπὸν ἀπὸ τότε ὁ γέρων ἔτρεφεν αὐτὸν, βάλλων αὐτῷ ἄρτον καὶ βρεκτὰ ὄσπρια.

Habebat autem ipsum monasterium asinum unum, ad ferendam aquam pro necessitate fratrum de Jordane. Consuetudinem autem fecerat senex, ut curam pascendi asini leo haberet. Itaque abiens cum illo juxta Jordanis ripas, pascentem observabat. Quadam autem die dum pasceretur asinus, leo se ab illo longiuscule avertit; cum ecce camelarius ex Arabia veniens, inventum asinum accepit, et secum duxit. Leo vero, amisso asino, rediit in monasterium tristis valde, et dejecta facie ac cervice, ad abbatem suum. Abbas igitur Gerasimus putavit quod asinum comedisset leo, et ait illi: Ubi est asinus? Ille vero quasi homo stabat tacens, et deorsum aspiciens. Dicit ei senex: Comedisti eum; benedictus Dominus. Quidquid faciebat asinus, amodo facies tu. Ex tunc igitur leo, jubente sene, portabat cantherium (23) capientem amphoras quatuor, ferebatque aquam in monasterium.

Εἶχεν δὲ ἡ λαύρα ὄνον δι' ὕδωρ εἰς τὴν χρείαν τῶν γερόντων. Ἐκ γὰρ τοῦ ἁγίου τοῦ Ἰορδάνου πίνουσιν ὕδωρ. Ἀπέχει δὲ ἐκ τῆς λαύρας ὁ ποταμὸς, μίλιον ἕν. Συνήθειαν οὖν εἶχον οἱ Πατέρες διδόναι τῷ λέοντι τὸν ὄνον, ἵνα βόσκῃ αὐτὸν παρὰ τὸ χεῖλος τοῦ ἁγίου Ἰορδάνου. Ἐν μιᾷ οὖν βοσκόμενος ὁ ὄνος ὑπὸ B τοῦ λέοντος, ἀπῆλθεν ἀπ' αὐτοῦ οὐκ ὀλίγον διάστημα· καὶ ἰδοὺ καμηλάριοι ἐρχόμενοι ἀπὸ Ἀραβίας, καὶ εὑρόντες τὸν ὄνον, λαβόντες αὐτὸν ἀπῆλθον εἰς τὰ ἴδια. Ὁ δὲ λέων ἀπολέσας τὸν ὄνον, ἦλθεν εἰς τὴν λαύραν πάνυ στυγνὸς καὶ κατηφὴς πρὸς τὸν ἀββᾶν Γεράσιμον. Ἐνόμιζεν οὖν ὁ ἀββᾶς, ὅτι ἔφαγεν τὸν ὄνον ὁ λέων· καὶ λέγει αὐτῷ· Ποῦ ὁ ὄνος; Ὁ δὲ ὥσπερ ἄνθρωπος εἱστήκει σιωπῶν, καὶ κάτω νεύων. Λέγει αὐτῷ ὁ γέρων· Ἔφαγες αὐτόν; εὐλογητὸς Κύριος. Εἴ τι ἐποίει ὁ ὄνος, ἀπ' ἄρτι σὺ μέλλεις ποιεῖν. Ἀπὸ τότε οὖν ὁ λέων κελεύσαντος τοῦ γέροντος ἐβάσταζεν τὸ κανθήλιον κεράμια τέσσαρα ἔχον, καὶ ἔφερεν τὸ ὕδωρ.

Die vero quadam venit miles quidam ad senem benedictionis gratia. Qui cum videret leonem bajulantem aquam, didicissetque causam, misertus est ejus, proferensque tria numismata dedit senibus, ut emerent asinum ad ipsius aquæ ministerium, et liberarent ea necessitate leonem. Brevi autem transacto tempore, postquam liberatus a labore fuerat, camelarius ille, qui asinum abstulerat, veniebat ferens triticum, ut venundaret illud in sancta civitate, habens et asinum secum. Et cum transisset Jordanem, accidit ut occurreret leoni; quo viso, dimisit camelos, et fugit. Leo autem, cognito asino, cucurrit ad eum, et ore, ut solebat, ejus capistrum mordens, traxit eum cum tribus camelis, et gaudens simul et rugiens, quod perditum asellum reperisset, venit ad senem. Senex vero, qui prius putabat quod asinum leo comedisset, tunc vero didicit quia insidias passus fuisset D leo. Imposuit autem nomen leoni Jordanem. Egit itaque leo in monasterio cum fratribus plus quam quinque annos, nunquam recedens a sene.

Ἦλθεν οὖν ἐν μιᾷ στρατιώτης εὔξασθαι πρὸς τὸν γέροντα, καὶ ἰδὼν τὸν λέοντα τὸ ὕδωρ βαστάζοντα, C καὶ μαθὼν τὴν αἰτίαν, ἠλέησεν αὐτόν. Καὶ ἐκβαλὼν τρία νομίσματα ἔδωκε τοῖς γέρουσι, ἵνα ἀγοράσωσιν ὄνον εἰς τὴν χρείαν τοῦ ὕδατος, καὶ τὸν λέοντα τῆς τοιαύτης λειτουργίας ἐλευθερώσωσι. Μετὰ οὖν χρόνον τινὰ τοῦ ἐλευθερωθῆναι τὸν λέοντα, ὁ καμηλάριος ὁ τὸν ὄνον λαβὼν, ἤρχετο πάλιν σῖτον πωλῆσαι ἐν τῇ ἁγίᾳ πόλει, ἔχων τὸν ὄνον μεθ' ἑαυτοῦ· καὶ περάσας τὸν ἅγιον Ἰορδάνην κατὰ συγκυρίαν ὑπηντήθη τῷ λέοντι. Καὶ ἰδὼν αὐτὸν, εἴασεν τὰς καμήλους, καὶ ἔφυγεν. Ὁ δὲ λέων, γνωρίσας τὸν ὄνον, ἔδραμεν ἐπ' αὐτὸν, καὶ τῷ στόματι δακὼν αὐτοῦ, ὡς εἰώθειν, τὸ δουλίριον, ἕσυρεν αὐτὸν, καὶ τὰς τρεῖς καμήλους· χαίρων ὁμοῦ καὶ κράζων, ὡς τὸν ὄνον ὃν ἀπώλεσεν, εὑρηκὼς, ἦλθεν πρὸς τὸν γέροντα. Ὁ γὰρ γέρων εἶχεν ὅτι λέων ἔφαγεν τὸν ὄνον. Τότε ἔγνω ὁ γέρων, ὅτι ἐσυκοφαντήθη ὁ λέων. Ἐπέθηκεν δὲ ὄνομα τῷ λέοντι Ἰορδάνην. Ἐποίησεν οὖν μετὰ τοῦ γέροντος ἐν τῇ λαύρᾳ λέων, πενταετῆ χρόνον ἀχώριστος αὐτοῦ πάντοτε ὤν.

Cum autem migrasset ad Dominum abbas Gerasimus, et a Patribus sepultus esset, per dispensationem Dei leo tunc in monasterio inventus non est. Post modicum vero venit leo in monasterium, et quærebat senem suum. Abbas autem Sabbatius Cilix, qui et discipulus fuerat abbatis Gerasimi, viso illo, dixit ei: Jordane, senex noster dimisit nos orphanos, et migravit ad Dominum; sed accipe, et comede. Leo autem comedere nolebat, sed jugiter huc atque illuc se vertens circumspiciebat, quærens videre senem suum,

Ὅτε δὲ πρὸς Κύριον ἀπεδήμησεν ὁ ἀββᾶς Γεράσιμος, καὶ ὑπὸ τῶν Πατρῶν ἐτάφη, κατ' οἰκονομίαν Θεοῦ ὁ λέων οὐχ εὑρέθη τῇ λαύρᾳ. Μετὰ γοῦν ὀλίγον καιρὸν ἦλθεν ὁ λέων, καὶ ἐζήτει τὸν γέροντα. Ὁ δὲ μαθητὴς τοῦ γέροντος, καὶ ὁ ἀββᾶς Σαββάτιος, ἰδόντες αὐτὸν, λέγουσιν αὐτῷ, Ἰορδάνη, ὁ γέρων ἡμῶν ἀφῆκεν ἡμᾶς ὀρφανοὺς, καὶ πρὸς Κύριον ἀπεδήμησεν, ἀλλὰ δεῦρο, φάγε. Ὁ δὲ λέων φαγεῖν οὐκ ἤθελεν, ἀλλὰ συνεχῶς τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ τῇδε κἀκεῖσε ὑπέστρεφεν, τοῦ ἰδεῖν τὸν γέροντα αὐτοῦ, ὠρυόμενος

Digitized by Google

μεγάλα, καὶ μὴ φέρων αὐτοῦ τὴν ἀπόλειψιν. Ὁ δὲ ἀββᾶς Σαββάτιος ἰδόντες αὐτὸν, καὶ οἱ λοιποὶ Πατέρες τρίβοντες τὸν νῶτον αὐτοῦ, ἔλεγον αὐτῷ· Ἀπῆλθεν ὁ γέρων πρὸς Κύριον, ἐάσας ἡμᾶς· καὶ ταῦτα αὐτῶν λεγόντων οὐκ ἠδύναντο ἐκ τῶν βοῶν οὐδὲ ἐκ τῶν ὀδυρμῶν παῦσαι αὐτόν. Ἀλλ' ὅσον αὐτὸν ἐδόκουν διὰ λόγων θεραπεύειν, καὶ μεταβάλλειν, τοσοῦτον ὠρυόμενος αὐτὸς μᾶλλον καὶ μᾶλλον διετέλει, καὶ βοαῖς μείζοσιν ἐκέχρητο τὸν θρῆνον ἐπαύξων, καὶ δεικνύων διὰ τῶν φωνῶν καὶ τοῦ προσώπου καὶ τῶν ὀφθαλμῶν, τὴν λύπην ἣν εἶχεν μὴ βλέπων τὸν γέροντα. Τότε λέγει αὐτῷ ὁ ἀββᾶς Σαββάτιος· Δεῦρο μετ' ἐμοῦ, ἐφ' ὅσον οὐ πιστεύεις ἡμῖν. Καὶ δεικνύω σοι ὅπου κεῖται ὁ γέρων ἡμῶν· καὶ λαβὼν αὐτὸν ἀπήνεγκεν, ὅπου ἦσαν θάψαντες αὐτόν. Ἀπεῖχον δὲ ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας ὡς ἡμισυ μιλίου. Καὶ σταθεὶς ὁ ἀββᾶς Σαββάτιος ἐπάνω τοῦ τάφου τοῦ ἀββᾶ Γερασίμου, λέγει τῷ λέοντι· Ἰδοὺ ὁ γέρων ἡμῶν· καὶ ἔκλινεν τὰ γόνατα αὐτοῦ ὁ ἀββᾶς Σαββάτιος. Ὡς οὖν εἶδεν ὁ λέων πῶς ἔβαλεν μετανοίας, κρούων τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ σφοδρῶς εἰς τὴν γῆν καὶ ὠρυόμενος, παραχρῆμα ἀπέθανεν ἐπάνω τοῦ τάφου τοῦ γέροντος.

Τοῦτο δὲ γέγονεν, οὐχ ὡς ψυχὴν λογικὴν ἔχοντος τοῦ λέοντος· ἀλλ' ὡς τοῦ Θεοῦ θέλοντος δοξάσαι τοὺς δοξάζοντας αὐτὸν, οὐ μόνον ἐν τῇ ζωῇ αὐτῶν, ἀλλὰ καὶ μετὰ θάνατον, καὶ δεῖξαι ποίαν εἶχον τὰ θηρία ὑποταγὴν πρὸς τὸν Ἀδὰμ πρὸ τοῦ αὐτὸν παρακοῦσαι τῆς ἐντολῆς, καὶ τῆς ἐν Παραδείσῳ τρυφῆς ἐκπεσεῖν.

A ac rugitu magno ipsius absentiam se ferre non posse significans. Abbas autem Sabbatius, et senes reliqui fricantes ejus cervicem, dicebant ei : Migravit senex ad Dominum, et dimisit nos. Sed ista dicentes non poterant tamen illius voces et ejulatus mitigare, sed quanto amplius ipsum verbis fovere ac solari se existimabant, tanto ipse magis ejulabat, majorique rugitu utebatur, et lamenta adjiciebat, ostendens ex voce, facie, et oculis mœrorem, quem habebat non videns senem. Tunc ait illi abbas Sabbatius : Veni mecum, ex quo non credis nobis, et ostendam tibi ubi positus est senex noster. Sumensque eum, duxit ubi illum sepelierant. Distabat autem ab ecclesia quasi passibus quinque. Et stans abbas Sabbatius supra sepulcrum abbatis Gerasimi, dixit leoni : Ecce hic se-
B nex noster sepultus est. Et inclinavit genua sua abbas Sabbatius supra sepulcrum senis. Cum ergo id leo audisset, et vidisset prostratum super tumulum abbatem Sabbatium, et flentem, tunc et ipse prostravit se, percutiens in terram caput suum vehementer, et rugiens ; atque ita continuo defunctus est super sepulcrum senis.

Hoc autem totum factum est, non quia animam rationalem habuisse leo putandus sit, sed quod Deus voluerit glorificantes se glorificare, non solum in vita hac, sed etiam post mortem, et monstrare nobis qualem primo homini habuerint subjectionem bestiæ, priusquam inobediens esset mandato, et antequam excideret e paradiso deliciarum.

CAPUT CVIII.

Vita presbyteri virginis, ejusque uxoris itidem virginis.

Ἐν Σάμῳ τῇ νήσῳ γενόμενοι παρεβάλομεν ἐν τῷ
C κοινοβίῳ τῷ ἐπιλεγομένῳ τοῦ Χαριξένου, τῷ ἀββᾷ Ἰσιδώρῳ τῷ ἡγουμένῳ ἀνδρὶ ἐναρέτῳ, καὶ ἀγάπην πολλὴν κεκτημένῳ πρὸς πάντας, καὶ ἁπλότητι καὶ ὑπακοῇ ἀμέτρῳ κεκοσμημένῳ. Ὃς μετὰ χρόνον τινὰ καὶ ἐπίσκοπος τῆς αὐτῆς Σαβιῶν γέγονε πόλεως· καὶ διηγήσατο ἡμῖν λέγων, ὅτι

Ὡς ἀπὸ μιλίων ὀκτὼ τῆς πόλεως κτῆμά ἐστιν ἔχον καὶ ἐκκλησίαν. Εἶχεν οὖν πρεσβύτερον πάνυ θαυμαστὸν, ὃν οἱ γονεῖς καὶ μὴ θέλοντα γάμῳ προσομιλῆσαι ἠνάγκασαν. Ὁ δὲ οὐ μόνον οὐ κατεσύρη τῇ
D ἀπάτῃ τῆς ἡδονῆς, καίτοι νέος ὢν καὶ νομίμῳ γυναικὶ συζευχθείς, ἀλλὰ καὶ αὐτὴν ἐποίησεν σωφρόνως καὶ καθαρῶς ζῆσαι σὺν αὐτῷ. Ἔμαθον οὖν ἀμφότεροι τὸ ψαλτήριον, καὶ οἱ δύο ἐποίουν ἐν τῷ ἅμα τὴν ψαλμῳδίαν, ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, φυλάξαντες ἑαυτοὺς παρθένους μέχρι γήρους. Οὗτος οὖν ὁ πρεσβύτερος ἐν μιᾷ διεβλήθη τῷ ἐπισκόπῳ τὴν διαβολὴν ψευδῆ. Καὶ ἀγνοῶν τὰ κατ' αὐτὸν ὁ ἐπίσκοπος, πέμψας, ἤγαγεν αὐτὸν ἐκ τοῦ κτήματος, καὶ δέδωκεν αὐτὸν ἐν τῇ φυλακῇ, ὅπου εἰώθασιν οἱ πταίοντες κληρικοὶ ἐγκλείεσθαι καὶ φυλάττεσθαι.

Ὡς οὖν ἦν ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ ἔφθασεν ἐν ἁγίᾳ Κυριακῇ, καὶ τῇ νυκτὶ φαίνεται αὐτῷ νεώτερός τις εὐειδὴς πάνυ, λέγων αὐτῷ· Ἔγειρου, πρεσβῦτα, ὕπαγε ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ σου, ἵνα τὴν ἁγίαν ποιήσῃς προσκομιδήν. Λέγει αὐτῷ ὁ πρεσβύτερος· Οὐ δύναμαι, ἐπειδὴ ἐγκεκλεισμένος εἰμί. Λέγει αὐτῷ ὁ φα-

C Cum in Samum insulam venissemus, vidimus in cœnobio, quod Charixeni appellatur, abbatem Isidorum ipsius monasterii præpositum, virum eximiæ virtutis, et magnæ ad omnes charitatis, simplicitateque et humilitate maxime ornatum : quem etiam post aliquantulum temporis episcopum in eadem regione constitutum scimus. Hic enarravit nobis, dicens :

Est in octavo hujus civitatis milliario vicus habens etiam ecclesiam : in hac presbyter quidam fuit valde mirabilis, quem parentes invitum et renitentem uxorem accipere compulerunt. Verum ille non solum voluptatis illecebra captus non est, quamvis juvenis existeret, et legitimæ conjunctus uxori, sed et ipsam induxit caste secum ac pudice vivere. Didicerunt igitur ambo psalterium, amboque simul in ecclesia
D psallebant, servantes se ipsos virgines usque in finem. Hic itaque presbyter die quadam falsa calumnia apud episcopum accusatus est. Quem episcopus ignorans institutum ejus, accersivit ex vico, et misit in carcerem, in quem solebant peccantes clerici includi et custodiri.

Cum igitur esset in carcere, adveniente sancto die Dominico, apparuit ei juvenis formosus valde, dixitque ei : Surge, presbyter, vade in ecclesiam tuam, ut sanctam oblationem offeras. Ait illi presbyter ; Non possum, quia inclusus sum. Dixit ei is qui apparuit : Ego tibi aperio carcerem ; veni, sequere me. Aperiens

Digitized by Google

que januam, ante illum exiit : Cum vero egressi essent, ambulavit ille usque dum mille passibus distaret a vico presbyteri. Facta autem die, qui custodiebat carcerem ingressus est, requirens eum ubi clausus fuerat. Et non inveniens, perrexit ad episcopum dicens : Effugit presbyter, me habente clavem. Putans igitur episcopus quia effugisset, misit unum de servis episcopatus dicens : Vade, et vide si presbyter in vico suo est, nihilque illi interim dicas. Profectus ergo puer illum invenit in ecclesia sanctam oblationem offerentem. Reversusque dixit episcopo, illic esse presbyterum, ac eum se reperisse offerentem sacrificium. Episcopus autem magis ac magis contra illum indignatus, juravit quod in crastinum eum cum summa ignominia reduceret.

Sequenti autem nocte apparuit presbytero is qui primo apparuerat, dicens : Veni, ut eamus ubi te episcopus incluserat in civitate. Assumensque illum adduxit rursum, et reposuit in carcere, ignorante custode carceris. Mane vero diei sequentis didicit e carcerario episcopus quia in custodia presbyter se ignorante inventus esset. Mittens episcopus sciscitabatur a presbytero quomodo de carcere exisset, et quomodo rursus absque carcerarii notitia ingressus esset. Qui respondit : Juvenis quidam speciosus valde et optime vestitus, episcopatus vestri, ut dicebat, minister, aperuit mihi ostium, et præcedebat me usque ad unum milliare prope vicum nocte Dominicæ, idemque rursus sequenti nocte veniens reduxit me. Episcopus igitur accersivit omnes servos episcopatus, sed nullum ex ipsis recognovit presbyter. Tunc intellexit episcopus quod angelus Dei fuerat qui hoc egisset, ne virtus presbyteri prorsus occultaretur, sed ut omnes discerent, et glorificarent Deum, qui glorificantes se glorificat. Et de ipso valde ædificatus, dimisit illum a se in pace, multa contra eos clamans qui illum injuste accusaverant.

νείς· Ἐγώ σοι ἀνοίξω τὴν φυλακήν, καὶ δεῦρο ἀκολούθει μοι· καὶ ἀνοίξας τὴν θύραν τῆς φυλακῆς ἔμπροσθεν αὐτοῦ ἐξῆλθε. Καὶ ἐξελθὼν ἀκολουθεῖ ἕως ἀπὸ μιλίου ἑνὸς τοῦ κτήματος αὐτοῦ· ἡμέρας δὲ γενομένης ἔνθα παρακέκληται, καὶ μὴ εὑρὼν αὐτὸν ἀνῆλθεν πρὸς τὸν ἐπίσκοπον, λέγων, ὅτι Ἀπέδρασεν ἀπ' ἐμοῦ, ἔχοντος μου τὴν κλεῖν· καὶ νομίσας ὁ ἐπίσκοπος, ὅτι ἀπέδρασεν, ἀποστέλλει ἕνα παῖδα τοῦ ἐπισκοπίου λέγων· Ἄπελθε καὶ βλέπε τὸν πρεσβύτερον εἰ ἐστιν ἐν τῷ κτήματι αὐτοῦ, καὶ μηδὲν αὐτῷ τέως ποιήσῃς. Ἀπελθὼν οὖν ὁ παῖς εὗρεν αὐτὸν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τὴν ἁγίαν ἀναφορὰν ποιοῦντα, καὶ ἐπαναλύσας, εἶπεν τῷ ἐπισκόπῳ, ὅτι Ἐκεῖ ἐστιν, καὶ ὅτι προσκομίζοντα αὐτὸν ἔφθασα. Ὁ δὲ ἐπίσκοπος μεῖζον ἀγανακτήσας κατ' αὐτοῦ, ὤμοσεν, ὅτι Αὔριον μετὰ πολλῆς ἀτιμίας φέρω αὐτόν.

Καὶ τῇ νυκτὶ τῆς δευτέρας πάλιν φαίνεται αὐτῷ τῷ πρεσβυτέρῳ ὁ πρώην φανείς, λέγων αὐτῷ· Δεῦρο ὅπως ἀπέλθωμεν ὅπου σε ὁ ἐπίσκοπος ἐν τῇ πόλει ἔβαλεν, καὶ λαβὼν αὐτὸν ἤνεγκεν πάλιν, καὶ ἀπέθετο αὐτὸν ἐν τῇ φυλακῇ μὴ νοήσαντος τοῦ ταύτην πεπιστευμένου, καὶ πρωῒ τῇ δευτέρᾳ μανθάνει ἀπ' αὐτοῦ ὁ ἐπίσκοπος, ὅτι ὁ πρεσβύτερος ἐν τῇ φυλακῇ εὑρέθη ἀγνοοῦντος αὐτοῦ. Πέμψας οὖν ὁ ἐπίσκοπος ἐπυνθάνετο παρὰ τοῦ πρεσβυτέρου, πῶς ἐξῆλθεν ἐκ τῆς φυλακῆς, καὶ πῶς πάλιν εἰσῆλθεν ἄνευ τῆς εἰδήσεως τοῦ φύλακος. Ὁ δὲ λέγει, ὅτι Παῖς νέος εὐειδὴς πάνυ καλῶς φορῶν, τοῦ ἐπισκοπίου, ὡς ἔλεγεν αὐτὸς, καὶ ἤνοιξέν μοι, καὶ προηγεῖτό μοι ἕως ἑνὸς μιλίου κτήματος ἀδίκως. Ταύτῃ τῇ νυκτὶ πάλιν ἐλθὼν εἰσήγαγέν με. Ἔφερεν δὲ ὁ ἐπίσκοπος πάντας τοὺς παῖδας τοῦ ἐπισκοπίου· οὐδὲν αὐτῶν ἐπεγίνωσκεν ὁ πρεσβύτερος. Τότε ὁ ἐπίσκοπος συνῆκεν, ὅτι ἄγγελος ὑπῆρχεν Θεοῦ ὁ τοῦτο ποιήσας, ἵνα μὴ ἀρετὴ τοῦ πρεσβυτέρου καθόλου κρυβῇ, ἀλλὰ ἵνα ἅπαντες μάθωσιν, καὶ δοξάσωσιν τὸν Θεὸν τὸν δοξάζοντα τοὺς δούλους αὐτοῦ. Καὶ οἰκοδομηθεὶς εἰς αὐτὸν, ἀπέλυσεν αὐτὸν μετ' εἰρήνης, πολλὰ κατακράξας τῶν διαβαλλόντων αὐτόν

CAPUT CIX.

Vita abbatis Georgii, qui nunquam turbabatur.

De abbate Georgio, Patre monasterii abbatis Theodosii, narravit nobis abbas Theodosius ejus discipulus bonus ac mitis et humilis, qui fuit episcopus Capitoliadis, quod duodecim annos observasset eum, si vel semel turbaretur, et nunquam turbatum vidit, idque in hoc tempore, quando omnis desidia, et negligentia, et mollities, et inobedientia regnat. Quis autem, aiebat, ita frenavit oculum, sicut Pater noster sanctus Georgius? Quis ita posuit januam auribus, sicut beatus ille? Quis ita continuit linguam, sicut Pater noster? Quisnam solaris radius ita illustravit terram, sicut Pater noster nostrum omnium corda radiavit?

Περὶ τοῦ ἁββᾶ Γεωργίου τοῦ ἡγουμένου τῆς μονῆς τοῦ ἁββᾶ Θεοδοσίου, διηγήσατο ἡμῖν ὁ ἁββᾶς Θεοδόσιος ὁ τούτου μαθητὴς, ὁ καλὸς καὶ πρᾶος καὶ ταπεινόφρων, ὁ γεγονὼς ἐπίσκοπος τῆς Καπιτωλιάδος, ὅτι δώδεκα ἔτη ἐποίησεν, ἅπαξ τηρήσας ἰδεῖν αὐτὸν ταραχθέντα, καὶ οὐκ ἴδε ταραχθέντα· καὶ ἐν τῷ νῦν καιρῷ, ἔνθα πᾶσα ἀμέλεια καὶ.... καὶ ἀνυποταξία πολλὴ βασιλεύει. Τίς δὲ, φησὶν, οὕτω τὸν ὀφθαλμὸν ἐχάμωσεν ὡς ὁ Πατὴρ ἡμῶν ὁ ἐν ἁγίοις Γεώργιος; Τίς ἔστησεν θύραν τῇ ἀκοῇ, ὡς μακάριος; τὴν γλῶσσαν ἐδέσμευσεν, ὡς ὁ Πατὴρ ἡμῶν; ποία ἀκτὶς ἡλιακὴ οὕτως τὴν γλῶσσαν [82] κατεφώτισεν, ὡς ὁ ἡμέτερος Πατὴρ πάντων ἡμῶν τὰς καρδίας κατέλαμψεν;

VARIÆ LECTIONES.

[82] Int. γῆν.

Digitized by Google

CAPUT CX.

Dicta egregia sancti cujusdam senis Ægyptii.

Ἔλαβον τὸν κύριόν μου Σωφρόνιον, καὶ ἀπήλθομεν εἰς τὴν λαύραν τοῦ ὀκτωκαιδεκάτου ἐν Ἀλεξανδρείᾳ πρός τινα γέροντα, πάνυ μέγαν, τῷ γένει Αἰγύπτιον· καὶ λέγω τῷ γέροντι· Εἰπὸν ἡμῖν λόγον, κῦρι ἀββᾶ, τὸ πῶς ὀφείλομεν μετ' ἀλλήλων καθίσαι· ὅτι ὁ κύριος ὁ σοφιστὴς βουλὰς ἔχει τοῦ ἀποτάξασθαι. Λέγει ὁ γέρων· Καλῶς ποιεῖς, τέκνον, ἀποτασσόμενος, καὶ σώζων τὴν ψυχήν σου. Καθίσατε οὖν εἰς κελλίον, ὅπου βούλεσθε, νηφαλέως μόνον, ἔχοντες ἡσυχίαν, καὶ προσευχόμενοι ἀπαύστως, καὶ ἐλπίδας ἔχω εἰς τὸν Θεὸν, τέκνον, ὅτι ἀποστέλλει ὑμῖν τὴν γνῶσιν αὐτοῦ εἰς τὸ φωτίσαι ὑμῶν τὸν νοῦν. A

Assumpsi dominum meum Sophronium, et perreximus in monasterium quod ab Alexandria decem et octo passuum millibus distat, ad senem quemdam magnæ virtutis, Ægyptium genere, dixique seni : Dic nobis verbum, Pater, quomodo debemus simul habitare, quia dominus Sophista voluntatem sæculo renuntiandi habet. Ait senex : Bene facis, fili, renuntians sæculo, salvansque animam tuam. Sedete igitur in cella, ubi vultis, sobrie et vigilanter, quietem ac silentium servantes, et sine intermissione orantes; et spem habeo in Deum, fili, quod mittet vobis scientiam suam ad illuminandas animas vestras.

Εἶπεν πάλιν· Εἰ σωθῆναι, τέκνα, θέλετε, φεύγετε τοὺς ἀνθρώπους. Σήμερον γὰρ ἡμεῖς οὐ παυόμεθα πάντα κρούοντες πυλῶνα, καὶ πᾶσαν πόλιν καὶ χώραν γυρεύοντες, εἴ που δυνηθῶμεν φιλαργυρίας ἢ κενοδοξίας ὀψώνια ἑαυτοῖς ἀγοράσαι, καὶ τὰς ἑαυτῶν ψυχὰς ἐμπλῆσαι ματαιότητος. B

Εἶπεν πάλιν ὁ γέρων· Φεύγωμεν λοιπὸν, τέκνα, ὅτι ὁ καιρὸς ἤγγισεν.

Εἶπεν πάλιν· Ἀββᾶλαι (u), πόσα κλαύσομεν, καὶ μετανοήσομεν, ἐφ' οἷς νῦν οὐ μετανοοῦμεν !

Dixit iterum : Si salvari, filii, cupitis, fugite homines. Hodie enim nos non desistimus omnium terere limina, omnemque civitatem ac regionem circuire, sicubi possimus avaritiæ vel inanis gloriæ nobis ipsis stipendia acquirere, et animas nostras implere vanitate.

Dixit iterum senex : Fugiamus jam, filii, quoniam appropinquat tempus.

Dixit iterum : Væ, væ, quantum flebimus, quantumque pœnitebimus pro eo quod modo pœnitere nolumus.

Εἶπεν πάλιν, ὅτι, Οὔτε ἐγκωμιαζόμενοι, ἑαυτοὺς [88] κρατοῦμεν, οὔτε πάλιν λόγον ὑποφέρομεν. Τὸ μὲν γὰρ ἡμῖν φιλοδοξίαν ἐργάζεται, τὸ δὲ λύπην ἡμῖν ἐμποιεῖ τοῖς ταλαιπώροις. Ὅπου δὲ λύπη καὶ κενοδοξία, οὐδὲν ἀγαθὸν εὑρίσκεται.

Dixit iterum : Neque cum laudamur, nos ipsos continemus sub humilitate; neque rursus cum vituperamur, toleramus. Aliud quippe nobis inanem gloriam suggerit, aliud mœstitiam nobis miseris facit : ubi vero tristitia et inanis gloria est, nihil boni reperitur. C

Εἶπεν πάλιν, ὅτι Οἱ Πατέρες ἡμῶν, ὡς μεγάλοι καὶ θαυμαστοὶ, ἐποίμαινον πολλούς· ἐγὼ δὲ ὁ ταπεινὸς, ἑνὸς προβάτου ἄρχειν οὐ δύναμαι, ἀλλὰ πάντοτε θηριάλωτος γίνομαι.

Dixit iterum : Patres nostri, ut magni atque mirabiles, pascebant multos; ego autem humilis unam ovem regere non valeo, sed semper ferarum morsibus pateo.

Εἶπεν πάλιν, ὅτι Τῶν δαιμόνων ἔργον τοῦτό ἐστιν, ἵνα μετὰ τὸ ῥίψαι τὴν ψυχὴν εἰς ἁμαρτίαν, τότε εἰς ἀπόγνωσιν ἡμᾶς ἐμβάλωσιν, ἵνα τελείως ἡμᾶς ἀπολέσωσιν. Ἀεὶ γὰρ οἱ δαίμονες λέγουσιν τῇ ψυχῇ· Πότε ἀποθανεῖται καὶ ἀπολεῖται τὸ ὄνομα αὐτοῦ; Ἐὰν οὖν νήψῃ ἡ ψυχὴ, καὶ αὐτὴ ἀντιβοήσει πρὸς αὐτοὺς, καὶ εἴπῃ· Οὐκ ἀποθανοῦμαι, ἀλλὰ ζήσομαι καὶ διηγήσομαι τὰ ἔργα Κυρίου. Ἐπειδὴ οὖν πολλὴν ἀναίδειαν ἔχουσιν οἱ δαίμονες, καὶ αὐτοὶ πάλιν ἀντεπιστρέφουσιν λέγοντες· Μεταναστεύου ἐπὶ τὰ ὄρη, ὡς D

Ait rursus : Dæmonum opus hoc est, ut cum animam in peccatum dejecerint, tunc nos in desperationem præcipitent, ut perfecte nos perdant. Semper enim dæmones dicunt animæ : Quando morietur, et peribit nomen ejus ? Si igitur sobria fuerit anima, et ipsa ad eos econtra clamabit, et dicet : Non moriar, sed vivam, et narrabo opera Domini (*Psal.* CXVII). Quoniam igitur magnam habent impudentiam dæmones, et ipsi rursus clamant, dicentes : Transmigra in montem, velut passer (*Psal.* X). Idcirco et nos

VARIÆ LECTIONES.

[88] al. την ταπείνωσιν.

NOTÆ.

(u) Ἀββᾶλαι. Cap. 19 et 78, ἀββᾶλε. Sic enim quoque solet efferri, atque etiam ἀββᾶλε. Estque notissima ex grammaticis dictio. Pseudo-Theophilus Alexandrinus, seu pseudo-Chrysostomus Savilii, t. VIII, c. 857, qui ex multis variarum bibliothecarum codicibus verus est · Christophorus Alexandrinus, sermone, *Cui vita humana sit similis :* Ἀββᾶλε τῇ ἀνθρωπότητι, ἀββᾶλε μοι; Gregentius, f. 25 : Ἀββᾶλε ὅτι τὰς ἀσθενείας ὑμῶν ἐβάστασε· Theodorus Studita *Laudatione in tertiam inventionem capitis sancti Joannis Baptistæ :* Ἀββᾶλαι τοῦ ἀσελγεστάτου συμποσίου ! *Proh impudicissimum convivium !* In sanctum Platonem, n. 27 : *Vah ! ob ea quæ gesta tunc fuerunt. Apage facinora tunc temporis perpetrata* ! Constantinus, *De administratione imperii*, paulo ante finem, p. 228 : Ἀββᾶλα λοιπὸν τῷ πιστεύοντι Χερσωνίτῃ πολίτῃ. Ubi Meursio est *vox non intellecta.* Sed aut legendum ἀββᾶλαι, aut ἀββᾶλαι per apocopen transiit in ἀββᾶλα, ut et in ἄββαλ apud Phavorinum et in *Etymologico magno.* Epigrammate 70 *Paradisi* Joannis Geometræ, Ἀββᾶλε ζωῆς ! Atque eodem modo malim accipere in *Metaphrasi* Apollinaris, psal. LXVIII, 8 : Ἀββᾶλε, πῶς τὸ πάροιθεν ἄναξ ἠγήσατο λαῶν, quam cum interprete pro ἀνάβαλε, *cunctare.* Vid. Damascenum, *De fidelibus defunctis*, in fine.

Digitized by Google

ad illos dicere debemus : Nam et ipse Deus meus, et Salvator meus, adjutor meus, non emigrabo (*Psal.* LXI).

Dixit iterum senex : Esto janitor cordis tui, ne intret peregrinus, dicens : Noster es, an adversariorum?

A στρουθίον· διὸ καὶ ἡμεῖς ὀφείλομεν πρὸς αὐτοὺς λέγειν· Καὶ γὰρ αὐτὸς Θεός μου καὶ Σωτήρ μου, ἀντιλήπτωρ μου, οὐ μὴ μεταναστεύσω.

Εἶπεν πάλιν· Γενοῦ θυρωρὸς τῆς καρδίας σου, ἵνα μὴ εἰσέλθῃ τις ξένος, λέγων (*v*)· Ἡμέτερος εἶ ἢ τῶν ὑπεναντίων;

CAPUT CXI.

Factum cujusdam viri calvi et sacco induti.

Ego et sodalis meus Sophronius, cum in Alexandria essemus, die quadam perreximus ad Theodosii ecclesiam, obviumque habuimus in vico virum quemdam calvum, indutum sacco usque ad genua. Videbatur autem quasi fatuus et amens. Dixit igitur mihi abbas Sophronius : Da mihi nummos, et videbis virtutem venientis. Dedi ergo illi quinque nummos : qui acceptos dedit illi qui videbatur ut amens. B Accepit autem eos ille, nihil omnino loquens. Nos autem clam illum secuti sumus e vestigio. Ille vero cum flexisset a via, extendit in cœlum manum suam dexteram habentem nummos, et post hæc prostravit se coram Deo, positisque in terra nummis abiit.

Ἐγὼ καὶ ὁ ἑταῖρός μου Σωφρόνιος ἐν τῇ Ἀλεξανδρείᾳ ὄντες, ἀπήμεν ἐν μιᾷ ἐπὶ τὴν Θεοδοσίου ἐκκλησίαν· καὶ ἀπαντᾷ ἡμῖν ἄνθρωπός τις φαλακρὸς φορῶν ἀπὸ σακκομαχίου ἕως τῶν γονάτων· ἐφαίνετο δὲ ὡς σαλός (*x*). Λέγει οὖν μοι ὁ ἀββᾶς Σωφρόνιος· Δός μοι φολερὰ, καὶ θεωρεῖς τὴν ἀρετὴν τοῦ ἐρχομένου. Δίδωμι αὐτῷ πέντε φόλεις. Ὁ δὲ λαβὼν δίδωσι τῷ φαινομένῳ ὡς σαλῷ. Ὁ δὲ ἔλαβεν, μηδὲν ὅλως λαλήσας. Ἡμεῖς δὲ ἐν τῷ λεληθότι κατηκολουθήσαμεν ὀπίσω. Ὁ δὲ ὡς ἐκαμψεν τὴν ῥύμην, ἐκτείνει τὴν χεῖρα αὐτοῦ τὴν δεξιὰν εἰς τὸν οὐρανὸν, ἔχουσαν καὶ τὰ φολερὰ, ἄνω εἰς τὸ ὕψος, καὶ μετὰ τοῦτο βάλλει μετάνοιαν τῷ Θεῷ, καὶ θεὶς τὰ φολερὰ εἰς τὴν γῆν, ἀπῆλθεν.

CAPUT CXII.

Vita et mors Leonis monachi, genere Cappadocis.

Temporibus imperii Tiberii fidelissimi Cæsaris, ascendimus in Oasim, vidimusque illic magnum in divinis rebus monachum, genere quidem Cappadocem, nomine autem Leonem. De hoc multi multa digna admiratione narrabant nobis. Nos autem ad illius pertingentes familiare colloquium, magnumque C experimentum capientes sancti hujus viri, magnifice ædificati sumus, et maxime in humilitate ejus, et silentio, et nuditate rerum omnium, et charitate, quam ad omnes habuit. Dicebat ergo semper venerabilis hic senex : Credite mihi, filii, quia regnare habeo. Nos autem dicebamus ei : Crede nobis, abba Leo, quia nullus ex Cappadocia unquam regnavit ; importunam ergo habes istam cogitationem. Ille vero rursus dicebat : Veraciter, filii, regnare habeo. Nemo autem poterat eum ab hac cogitatione removere.

Cum igitur venissent Mazices, et universam provinciam illam devastassent ac diripuissent, venerunt et in Oasim, et monachos quidem plures occiderunt, plurimosque captivos duxerunt. Inter quos acceperunt et abbatem Joannem (erat autem hic lector magnæ Constantinopolitanæ Ecclesiæ) et abbatem Eustathium Romanum, et abbatem Theodorum Cilicem. Erant autem tres isti infirmantes. Cum ergo vincti fuissent, ait abbas Joannes barbaris : Ducite me in civitatem, et faciam ut episcopus det pro nobis numismata viginti quatuor. Accepit ergo illum unus

Ἐν ταῖς ἀρχαῖς Τιβερίου τοῦ βασιλέως καὶ πιστοτάτου Καίσαρος ἀπήλθομεν εἰς Ὄασιν, ἐν ᾗ γενόμενοι ἐθεασάμεθα αὐτόθι μέγαν κατὰ Θεὸν μοναχὸν τῷ γένει Καππαδόκην. Ὄνομα δὲ αὐτῷ Λέων. Περὶ τούτου πολλοὶ πολλὰ καὶ θαυμαστὰ διηγήσαντο ἡμῖν. Ἡμεῖς δὲ εἰς συντυχίαν αὐτοῦ ἐλθόντες, καὶ πεῖραν πολλὴν τοῦ ὁσίου ἀνδρὸς ἐσχηκότες, μεγάλως ὠφελήθημεν, καὶ μάλιστα ἐπὶ τῇ ταπεινώσει αὐτοῦ καὶ ἡσυχίᾳ, καὶ ἀκτημοσύνῃ, καὶ ἀγάπῃ, ᾗ εἶχεν πρὸς πάντας. Ἔλεγεν οὖν ἡμῖν ὁ ἀοίδιμος οὗτος γέρων, ὅτι Πιστεύσατέ μοι, τέκνα, βασιλεύσαι ἔχω. Ἡμεῖς οὖν λέγομεν αὐτῷ, ὅτι Πίστευσον ἀββᾶ, λέγων, ἀπὸ Καππαδοκίας οὐδέποτέ τις ἐβασίλευσεν· ἀκαίρως οὖν ἔχεις τὸν λογισμὸν τοῦτον. Ὁ δὲ πάλιν ἔλεγεν· Ὄντως, τέκνα, βασιλεῦσαι ἔχω, καὶ οὐδεὶς ἠδύνατο πεῖσαι αὐτὸν ἀποστῆναι τοῦ λογισμοῦ τούτου.

Ὅταν οὖν ἦλθον οἱ Μάζικες, καὶ πᾶσαν τὴν χώραν ἐκείνην διήρπασαν, ἦλθον εἰς τὴν Ὄασιν, καὶ πολλοὺς μὲν μοναχοὺς ἐφόνευσαν, πολλοὺς δὲ καὶ ᾐχμαλώτευσαν· ἐν οἷς ἔλαβον ἀπὸ τῆς λαύρας τὸν ἀββᾶν Ἰωάννην (ἦν δὲ οὗτος ἀναγνώστης γενόμενος τῆς Μεγάλης Ἐκκλησίας Κωνσταντινουπόλεως). Καὶ τὸν ἀββᾶν Εὐστάθιον τὸν Ῥωμαῖον, καὶ τὸν ἀββᾶν Θεόδωρον· ἦσαν δὲ καὶ οἱ τρεῖς ἀσθενοῦντες. Μετὰ οὖν αἰχμαλωτισθῆναι αὐτοὺς, λέγει ὁ ἀββᾶς Ἰωάννης τοῖς βαρβάροις· Λάβετέ με εἰς τὴν πόλιν, καὶ ποιῶ τὸν ἐπίσκοπον δοῦναι ὑμῖν νομίσματα εἰκοσιτέσσαρα.

NOTÆ.

(*v*) Λέγων. Josue v, 13, ad quem textum corruptus est pseudo-Chrysostomus, t. V editionis Etonensis, p. 997, l. XII : Ὁ τὴν μάχαιραν ἀσπασάμενος, καὶ τὸν Ἰησοῦν τοῦ Ναυῆ συμπλέκεσθαι τοῖς πολέμοις προτρεπόμενος. Nam σπασάμενος; ostendunt verba sacra, καὶ ἡ ῥομφαία ἐσπασμένη ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ. Magis quoque probarem, πολεμίοις. *Qui gladium evaginavit, et Jesum filium Nave ad confligendum cum hostibus cohortatus est.*

(*x*) Σαλός. Alias alia, et alii. Nunc nomen novum produco in lucem, e Niconis Pandectæ ms. cujus λόγος λγ', continet in titulo : Καὶ ὅτι τοὺς τὸ σαλάτον κατὰ τὸν μέγαν Συμεὼν vel Συμεῶνα καὶ Ἀνδρέαν ἐπιτηδεύοντας, οἱ θεῖοι νόμοι ἀποδοκιμάζουσι· καὶ παντάπασιν ἄρτι τὰ τοιαῦτα κωλύουσιν.

Digitized by Google

Ἔλαβεν οὖν αὐτὸν εἰς τῶν Βαρβάρων· καὶ φέρει αὐτὸν πλησίον τῆς πόλεως. Καὶ εἰσῆλθεν ὁ ἀββᾶς Ἰωάννης πρὸς τὸν ἐπίσκοπον. Εὑρέθη δὲ καὶ ὁ ἀββᾶς Λέων ἐν τῇ πόλει, καὶ ἄλλοι τινὲς τῶν Πατρῶν· διὸ οὐδὲ ἐκρατήθησαν. Εἰσελθὼν οὖν ὁ ἀββᾶς Ἰωάννης ἤρξατο παρακαλεῖν τὸν ἐπίσκοπον, ἵνα τὰ νομίσματα δῷ τῷ βαρβάρῳ. Ὁ δὲ ἐπίσκοπος οὐχ εὑρέθη ἔχων εἰ μὴ ὀκτὼ νομίσματα. Ἠθέλησαν οὖν δοῦναι αὐτὰ τῷ βαρβάρῳ. Καὶ οὐκ ἔλαβεν, λέγων· Ἢ δότε μοι κδ' νομίσματα ἢ μοναχόν. Ἠναγκάσθησαν οὖν οἱ ἀπὸ τοῦ κάστρου δοῦναι τὸν ἀββᾶν Ἰωάννην τῷ βαρβάρῳ, κλαίοντα καὶ ὀδυρόμενον· καὶ ἀπήγαγον αὐτὸν εἰς τὰς σκηνὰς αὐτῶν. Μετὰ οὖν τρεῖς ἡμέρας λαβὼν ὁ ἀββᾶς Λέων ὀκτὼ νομίσματα, ἐξῆλθεν εἰς τὴν ἔρημον ὅπου οἱ Βάρβαροι ἦσαν· καὶ παρεκάλει λέγων· Λάβετε κἀμέ, καὶ τὰ ὀκτὼ νομίσματα, καὶ ἀπολύσατε τούτους, ὅτι ἀσθενοῦσιν, καὶ οὐχ ὑπουργοῦσιν ὑμῖν· καὶ φονεῦσαι αὐτοὺς ἔχετε. Ἐγὼ δὲ καὶ ὑγιαίνω, καὶ δουλεύω ὑμῖν. Τότε οἱ Βάρβαροι ἔλαβον αὐτὸν, καὶ τὰ ὀκτὼ νομίσματα λεγόμενα, καὶ ἀπέλυσαν τοὺς τρεῖς. Ἀπῆλθεν οὖν ὁ ἀββᾶς Λέων ἕως τινὸς μετ' αὐτῶν, καὶ ἀτονήσαντα ἀπεκεφάλισαν αὐτόν· καὶ ἐπλήρωσεν ὁ ἀββᾶς Λέων τὴν λέγουσαν Γραφήν· « Μείζονα ταύτης ἀγάπην οὐδεὶς ἔχει, ἵνα τις θῇ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ὑπὲρ τῶν φίλων αὐτοῦ. » Τότε καὶ ἡμεῖς ἔγνωμεν, ὅτι τοῦτο ἦν ὃ ἔλεγεν, ὅτι Βασιλεῦσαι ἔχω. Ὄντως γὰρ ἐβασίλευσεν, θεὶς τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ὑπὲρ τῶν φίλων αὐτοῦ.

A ex barbaris, et duxit prope civitatem, ingressusque est abbas Joannes ad episcopum. Inventus est autem in urbe et abbas Leo, et alii quidam Patrum, atque ideo tenti non fuerant. Ingressus igitur abbas Joannes cœpit orare episcopum ut barbaro numismata daret; episcopus autem non plura quam octo numismata habere inventus est. Voluerunt ergo dare barbaro octo numismata, et noluit accipere, dicens: Aut viginti quatuor numismata præbete mihi, aut monachum date. Coacti igitur sunt, qui erant in civitate rursus abbatem Joannem barbaro dare flentem et ejulantem. Adduxit autem illum in sua tabernacula barbarus. Post tres ergo dies, sumptis octo numismatibus, abbas Leo in eremum exiit, ubi erant barbari, oravitque illos, dicens: Accipite me cum B octo numismatibus, et tres istos dimittite, qui infirmi sunt, neque pergere per eremum possunt; nam interficietis eos, et detrimentum patiemini: ego vero sanus sum, et serviam vobis. Tunc barbari acceperunt abbatem Leonem, et octo numismata, et dimiserunt illos tres. Abiit ergo abbas Leo usque ad quemdam locum, et cum præ debilitate pergere ultra non posset, barbari decollaverunt eum. Implevitque abbas Leo Scripturam dicentem: Majorem hac dilectionem nemo habet quam ut ponat quis animam suam pro amicis suis (*Joan.* xv). Tunc nos quoque cognovimus quidnam esset quod dixerat, Quia regnare habeo. Veraciter enim regnavit, qui posuit animam suam pro amicis suis.

CAPUT CXIII.

Admonitio abbatis Joannis de Petra.

Ἀπῆλθον πρὸς τὸν ἀββᾶν Ἰωάννην τὸν τῆς πέτρας, λαβὼν καὶ τὸν ἑταῖρον Σωφρόνιον, καὶ ἐπηρωτήσαμεν αὐτὸν εἰπεῖν ἡμῖν λόγον. Ὁ δὲ γέρων εἶπεν· Ἀγαπήσατε τὴν ἀκτημοσύνην, καὶ τὴν ἐγκράτειαν. Πιστεύσατέ μοι γὰρ λέγοντι, ὅτι Ὅτε ἤμην ἐν τῇ Σκήτει, ἐν τῇ νεότητί μου, τὶς τῶν Πατέρων τὸν σπλῆνα αὐτοῦ ἐπόνεσεν, καὶ χρασίον ὄξους ἐζητήθη, εἰς τὰς τεσσάρας λαύρας τῆς Σκήτεως, καὶ οὐχ εὑρέθη· τοσαύτη οὖν παρ' αὐτοῖς ἀκτημοσύνη καὶ ἐγκράτεια. Ἦσαν δὲ ἐκεῖ Πατέρες ὡσεὶ τρισχίλιοι πεντακόσιοι.

C Ad abbatem Joannem de Petra perrexi, sumpto mecum et sodali Sophronio, rogavimusque illum dicentes: Dic nobis verbum. Senex autem ait: Amate nuditatem rerum omnium, et continentiam. Credite dicenti mihi, cum adolescens morarer in Scythi, quidam senum splene indoluit, et modicum aceti quæsitum est in quatuor ejus loci monasteriis, et inventum non est. Tanta erat apud eos paupertas, et nuditas, et continentia. Erant autem ibi Patres quasi ter mille et quingenti.

CAPUT CXIV.

Vita abbatis Danielis Ægyptii.

Ὁ αὐτὸς γέρων διηγήσατο ἡμῖν πάλιν περὶ τοῦ ἀββᾶ Δανιὴλ, τοῦ Αἰγυπτίου, λέγων, ὅτι Ἀνῆλθεν ὁ γέρων ἐν μιᾷ εἰς Τερενούθην, τὸ ἐργόχειρον αὐτοῦ πωλῆσαι. Νεώτερος δέ τις παρεκάλει τὸν γέροντα, λέγων· Διὰ τὸν Θεὸν, καλόγηρε, δεῦρο εἰς τὸν οἶκόν μου. Καὶ ποίησον ἐπάνω τῆς γυναικός μου εὐχὴν, ὅτι στεῖρά ἐστιν. Ὁ δὲ γέρων βιασθεὶς ὑπὸ τοῦ νεωτέρου, ἀπῆλθεν μετ' αὐτοῦ εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ, καὶ ἐποίησεν εὐχὴν τῇ γυναικὶ αὐτοῦ. Καὶ τοῦ Θεοῦ θελήσαντος ἔσχεν ἡ γυνὴ κατὰ γαστρός. Τινὲς οὖν ἄνδρες μὴ φοβούμενοι τὸν Θεὸν, ἤρξαντο διαβάλλειν τὸν γέροντα, καὶ λέγειν, ὅτι Ἀληθῶς ὁ νεώτερος ἀγονός ἐστι· ἀλλ' ἐκ τοῦ ἀββᾶ Δανιὴλ ἔσχεν ἡ γυνή. Ἦλθεν οὖν ἡ ἀκοὴ αὕτη πρὸς τὸν γέροντα. Καὶ δη-

D Narravit autem nobis sanctus senex de abbate Daniele Ægyptio, dicens: Ascendit senex ipse die quadam in Therenuten, ut opus manuum suarum venderet. Adolescens autem quidam precabatur senem, dicens: Per Deum, senior, veni in domum meam, et fac orationem super uxorem meam, quia sterilis est. Senex autem compulsus a juvene abiit cum illo in domum suam, fecitque orationem super uxorem ejus, et volente Deo mulier in utero concepit. Viri ergo quidam non timentes Deum cœperunt seni detrahere, et dicere: Vere juvenis iste infecundus est, sed mulier a sene prægnans facta est. Venit igitur hæc fama ad senis aures, et scripsit senex marito mulieris, dicens: Cum pepererit uxor tua, num-

Digitized by Google

tia mihi. Cum ergo peperisset uxor illius, seni significavit juvenis, dicens : Per Deum et orationes tuas, Pater, genuit uxor mea. Tunc abbas Daniel ingressus ait juveni : Fac prandium, et voca cognatos et amicos tuos. Cum igitur prandirent, sumens senex puerulum in manibus coram omnibus dixit infantulo : Quis est pater tuus, infans? Ait autem infans : Hic, ostendens digito manus suæ juvenem. Erat autem infantulus dierum viginti quinque.

λοῖ ὁ γέρων τῷ ἀνδρὶ τῆς γυναικὸς, ὅτι Ὅταν γεννήσῃ ἡ γυνή σου, δήλωσόν μοι. Ὅταν οὖν ἐγέννησεν ἡ γυνὴ, δηλοῖ αὐτῷ ὁ νεώτερος, λέγων· Διὰ τοῦ Θεοῦ καὶ τῶν εὐχῶν σου, Πάτερ, ἐγέννησεν. Τότε ἀββᾶς Δανιὴλ ἀπελθὼν λέγει τῷ νεωτέρῳ· Ποίησον ἄριστον, καὶ κάλει σου τοὺς συγγενεῖς καὶ τοὺς φίλους σου. Ὡς οὖν ἠρίστων, λαβὼν ὁ γέρων τὸ παιδίον εἰς τὰς χεῖρας αὐτοῦ, ἔμπροσθεν πάντων λέγει τῷ παιδίῳ· Τίς ἐστιν ὁ πατήρ σου; Λέγει ὁ παῖς· Οὗτος· δείξας τῷ δακτύλῳ τῆς χειρὸς τὸν νεώτερον. Ἦν δὲ ὁ παῖς ἡμερῶν εἴκοσι δύο, καὶ ἐδόξασαν πάντες τὸν Θεὸν τὸν φυλάσσοντα ἀλήθειαν τοῖς ἐκζητοῦσιν αὐτὸν ἐν ὅλῃ καρδίᾳ.

CAPUT CXV.

Admonitiones abbatis Joannis Cilicis.

Dicebat ab bas Joannes Cilix præpositus Raythu fratribus : Filii, sicuti fugimus mundum, fugiamus concupiscentias carnis (*I Joan.* II).

Dixit iterum : Imitemur Patres nostros, qui cum tanta austeritate vitæ et silentio sederunt in loco isto.

Dixit iterum : Ne sordidemus locum istum, filii, quem patres nostri a dæmonibus emundaverunt.

Ait rursus : Locus iste monachorum, non negotiatorum est.

Dixit iterum : Inveni hic senes, qui septuaginta annos hoc eodem in loco egerant, herbis solum et palmarum fructibus viventes.

Accessimus ad Eunuchorum monasterium juxta sanctum Jordanem ego et frater meus Sophronius. Narravitque nobis abbas Nicolaus ipsius monasterii presbyter, dicens : In regione mea (erat autem ex Lycia) monasterium virginum est ferme quadraginta. In hoc ergo monasterio quinque virgines sibi invicem condixerunt ut noctu de monasterio

Digitized by Google

fugerent, et acciperent viros. Nocte vero quadam cum dormirent sanctimoniales omnes, illis consultantibus ut vestimenta sua acciperent et fugerent, continuo quinque omnes a dæmonio correptæ sunt. Quo facto, non amplius exierunt e monasterio, sed confessæ peccata sua, gratias egerunt Deo, dicentes: Gratias agimus magnorum indultori munerum Deo, qui flagellum hoc nobis induxit, ut animæ nostræ non perirent.

κτὸς ἐκ τοῦ μοναστηρίου, καὶ λαβεῖν ἑαυταῖς ἄνδρας. Ἐν μιᾷ οὖν νυκτὶ, πασῶν τῶν μοναστριῶν καθευδουσῶν, βουλομένων αὐτῶν λαβεῖν τὰ ἱμάτια αὐτῶν καὶ φυγεῖν, παραχρῆμα αἱ πέντε ἐδαιμονίσθησαν. Καὶ τούτου γενομένου οὐκ ἔτι ἐξῆλθον ἐκ τοῦ μοναστηρίου, ἀλλ' ηὐχαρίστουν τῷ Θεῷ, καὶ ἐξωμολογοῦντο τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν, λέγουσαι· Εὐχαριστοῦμεν τῷ μεγαλοδώρῳ Θεῷ τῷ ἐπάγοντι ἡμῖν τὴν παιδείαν ταύτην, ἵνα μὴ αἱ ψυχαὶ ἡμῶν ἀπόλωνται.

CAPUT CXXXVI.

De charitate abbatis Sisinii erga mulierem Saracenam.

Narravit autem nobis et abbas Joannes ejusdem monasterii presbyter, dicens: Audivi ab abbate Sisinio anachoreta referente ac dicente: Die quadam eram in spelunca mea prope sanctum Jordanem, et cum psallerem Tertiam, ecce Saracena quædam ingressa in speluncam meam, posuit se coram me nudans semetipsam: ego vero turbatus non sum, sed impleta psalmodia mea cum omni quiete et timore Dei, dixi ad illam Syriace: Sede, ut loquar tibi, et tunc faciam quod vis. Quæ ut resedit, dixi illi: Christiana es, an gentilis? Quæ ait: Christiana. Dixi ad illam iterum: Et nescis quia qui fornicantur, in supplicium eunt? Quæ ait: Scio plane. Tunc dixi illi: Cur ergo fornicari vis? Respondit: Quia esurio. Et ait ad eam: Noli fornicari, sed veni quotidie, et ut Deus disposuerit, dabo tibi cibum tuum. Ex illa ergo die veniebat ad me diebus singulis, et si quid Deus mittebat mihi, præbebam illi cibum, quousque recessi de illis locis.

Διηγήσατο ἡμῖν ὁ ἁββᾶς Ἰωάννης ὁ πρεσβύτερος τῆς μονῆς τῶν εὐνούχων, ὅτι ἀκήκοε παρὰ τοῦ ἁββᾶ Σισιννίου τοῦ ἀναχωρητοῦ διηγουμένου, καὶ λέγοντος, ὅτι Ἐν μιᾷ ἦν εἰς τὸ σπήλαιόν μου, πλησίον τοῦ ἁγίου Ἰορδάνου· καὶ ὡς ἔψαλλον τὴν Τρίτην, ἰδοὺ Σαρακήνισσα ἐλθοῦσα, καὶ εἰσελθοῦσα εἰς τὸ σπήλαιόν μου. Ἔθηκεν οὖν ἑαυτὴν ἔμπροσθέν μου γυμνώσασα ἑαυτήν. Ἐγὼ δὲ οὐκ ἐταράχθην, ἀλλὰ ποιήσας τὸν κανόνα μου μετὰ πάσης ἡσυχίας καὶ φόβου Θεοῦ, καὶ πληρώσας, λέγω αὐτῇ Ἑβραϊστί· Ἀνακάθισον, ἵνα λαλήσω σοι, καὶ τότε εἴτι θέλεις ποιῶ. Ἡ δὲ ἀνεκάθισεν. Τότε λέγω αὐτῇ· Χριστιανὴ ὑπάρχεις ἢ Ἕλλην; Ἡ δὲ εἶπεν· Χριστιανή. Λέγω αὐτῇ πάλιν· Καὶ οὐκ οἶδας ὅτι οἱ πορνεύοντες ὑπάγουσιν; Ἡ δὲ εἶπέν μοι· Ναὶ, οἶδα. Τότε λέγω αὐτῇ· Καὶ διὰ τί θέλεις πορνεῦσαι; Ἡ δὲ ἀπεκρίθη μοι λέγουσα· Ὅτι πεινῶ. Τότε λέγω αὐτῇ κἀγώ· Μὴ πορνεύσῃς, καὶ ἔρχου καθ' ἡμέραν· καὶ ἐξ ὧν ὁ Θεὸς οἰκονομεῖ πορεῖχον αὐτῇ τὴν τροφήν· ἕως οὗ ἀνεχώρησα ἐκ τῶν τόπων ἐκείνων.

CAPUT CXXXVII.

Relatio abbatis Joannis de abbate Callinico.

Dixit iterum idem abbas Joannes: Cum essem junior, cupiebam pergere ad magnos et nominatissimos Patres, ut ab eis benedicerer et ædificarer. Audiens igitur de abbate Callinico magno illo, qui in monasterio abbatis Sabæ inclusus erat, oravi quemdam ex familiaribus illius, ut me ad illum duceret. Abii itaque ad illum. Assidens vero is qui me adduxerat frater ad fenestram senis, per multam horam loquebatur cum eo; ego vero in meipso cogitabam, quia nunquam viderat me senior, ne forte non grate susciperet me. Cum vero frater ille recederet, permisit me ingredi, et salutare senem, et benedici ab eo, dicens ad eum: Ora et pro isto servo tuo, Pater, quia inter primos huc venit. Senex autem dixit: Agnosco illum, fili. Nam ante viginti dies descendi ad sanctum Jordanem, et occurrit mihi in via, dicens: Ora pro me. Et ego interrogavi eum: Quod est nomen tuum? Aitque mihi: Joannes. Extunc igitur agnoseo eum. Hoc audiens ego cognovi, quia quando cogitavi accedere ad illum, revelavit illi Deus et nomen meum, et quis essem.

Εἶπεν πάλιν ὁ αὐτὸς ἁββᾶς Ἰωάννης, ὅτι Ὅτε ἤμην νεώτερος, ἐπόθουν ἀπέρχεσθαι πρὸς τοὺς μεγάλους καὶ ὀνομαστοὺς γέροντας, ὥστε εὐλογεῖσθαι καὶ ὠφελεῖσθαι παρ' αὐτῶν. Ἤκουσα οὖν περὶ τοῦ ἁββᾶ Καλλινίκου τοῦ μεγάλου, τοῦ εἰς τὴν μονὴν τοῦ ἁββᾶ Σάββα, τοῦ ἐγκλείστου· καὶ παρεκάλεσά τινα τῶν συνήθων αὐτοῦ ἀπενεγκεῖν με πρὸς αὐτόν. Ἀπῆλθον οὖν πρὸς αὐτόν. Καὶ παρακαθίσας ὁ ἐνέγκας με ἀδελφὸς τῇ θυρίδι, ἐλάλει σὺν αὐτῷ διὰ πολλὴν ὥραν. Ἐγὼ δὲ ἐν ἐμαυτῷ διέλαβον, ὅτι οὐδέποτέ με ἑώρακεν ὁ γέρων, καὶ οὐκ ἔχει γνησίως με δέξασθαι. Ὑποχωρήσας οὖν ὁ ἀδελφὸς ἐκεῖνος, ἐπέτρεψέν με εἰσελθεῖν καὶ ἀσπάσασθαι τὸν γέροντα καὶ εὐλογηθῆναι παρ' αὐτοῦ, εἰπὼν αὐτῷ· Εὔξαι καὶ ὑπὲρ τοῦ δούλου σου τούτου, Πάτερ, ὅτι ἐν πρώτοις ἦλθεν ἐνταῦθα. Ὁ δὲ γέρων εἶπεν· Φύσει, τέκνον, γνωρίζω αὐτόν. Πρὸ γὰρ εἴκοσι ἡμερῶν κατῆλθον εἰς τὸν ἅγιον Ἰορδάνην, καὶ ὑπήντησέν μοι, εἰς τὴν ὁδὸν, καὶ εἶπέν μοι· Εὔξαι ὑπὲρ ἐμοῦ· κἀγὼ ἐρώτησα αὐτὸν, Τί τὸ ὄνομά σου; καὶ εἶπέν· οἱ Ἰωάννης· καὶ ἀπὸ τότε γινώσκω αὐτόν. Τοῦτο οὖν ἀκούσας ἐγὼ, ἔγνων ὅτι ὅτε ἐνεθυμήθην ἀπελθεῖν πρὸς αὐτὸν, ἀπεκάλυψεν αὐτῷ ὁ Θεὸς καὶ τὸ ὄνομά μου, καὶ τὸ τίς εἰμι.

Digitized by Google

CAPUT CXXXVIII.

De abbate Sergio anachoreta, et de monacho gentili, qui baptizatus est.

Διηγήσατο δὲ καὶ τοῦτο ἡμῖν ὁ γέρων, ὅτι Ὅτε ἦν ὁ ἀββᾶς Σέργιος ἀναχωρητὴς εἰς τὸν Ῥουβᾶν, μετὰ τὸ ἀναχωρῆσαι αὐτὸν ἐκ τοῦ Σινᾶ, ἔπεμψεν ἐνταῦθα εἰς τὸ μοναστήριόν τινα μοναχὸν νεώτερον ἐπὶ τὸ βαπτισθῆναι. Ἡμῶν δὲ τὴν αἰτίαν, διατί βαπτίζεται, ἐπερωτώντων, ἔλεγεν ἡμῖν ὁ διακονητὴς αὐτοῦ τοῦ ἀββᾶ Σεργίου ὁ ἀββᾶς Σέργιος, ὅτε[87] Οὗτος ἦλθεν, θέλων μεῖναι μεθ' ἡμῶν ἐν τῇ ἐρήμῳ, ἐγὼ δὲ ὡς διακονητὴς ἐδεξάμην αὐτὸν, πολλὰ νουθετήσας αὐτὸν, μὴ ἀδοκιμάστως* ἑαυτὸν εἰς τοιαύτην διαγωγήν. Ὡς δὲ ἔγνων τὴν ἔνστασιν αὐτοῦ, τῇ ἐξῆς λαβὼν αὐτὸν ἀπῆλθον πρὸς τὸν γέροντα. Ὁ δὲ γέρων εὐθὺς ἰδὼν αὐτὸν, πρὸ τοῦ μέ τι λαλῆσαι, λέγει μοι κατιδίαν· Τί θέλει ὁ ἀδελφὸς οὗτος; Ἐγὼ δὲ εἶπα· Παρακαλεῖ εἶναι μεθ' ἡμῶν. Τότε λέγει μοι ὁ γέρων· Πίστευε, ἀδελφὲ, οὗτος οὐκ ἐβαπτίσθη. Ἀλλ' ἀπένεγκε αὐτὸν εἰς τὴν μονὴν τῶν Εὐνούχων, καὶ ποιοῦσιν αὐτὸν βαπτισθῆναι ἐν τῷ ἁγίῳ Ἰορδάνῃ (*z*). Ἐγὼ δὲ πρὸς τὸν λόγον ἐκπλαγείς, ἠρώτων τὸν ἀδελφὸν, τίς εἴη καὶ πόθεν εἴη. Ὁ δὲ ἔλεγεν ἑαυτὸν ἐκ τῆς Δύσεως εἶναι, καὶ τοὺς γονεῖς αὐτοῦ Ἕλληνας ὑπάρχειν, καὶ μὴ εἰδέναι δὲ εἰ ἐβαπτίσθη, ἢ οὔ. Τότε οὖν κατηχήσαντες αὐτὸν, ἐποιήσαμεν αὐτὸν βαπτισθῆναι εἰς τὸν ἅγιον Ἰορδάνην· καὶ ἔμεινεν εἰς τὸ μοναστήριον, εὐχαριστῶν τῷ Θεῷ.

A Narravit autem nobis et hoc idem senex, dicens: Cum esset abbas Sergius anachoreta in Roban, postquam recesserat de Sina, misit huc in monasterium monachum quemdam juvenem, ut baptizaretur. Interrogantibus autem nobis causam cur nunc baptizaretur, ait nobis minister ipsius abbatis Sergii: Abbas Sergius quando ad nos venit, volens in eremo manere nobiscum, hunc mihi instituendum tradidit: ego autem illum plurimum admonui, ne se huic instituto inconsiderate ac sine probatione addiceret. Cum autem illum ejusque constantiam pervidissem, sumens eum abii ad senem. Senex autem mox ut vidit illum, antequam quidquam illi loquerer, ait mihi seorsum: Quid vult frater iste? Dixi autem ei: Orat manere nobiscum. Tunc dixit mihi: Crede, frater, iste baptizatus non est, sed adduc illum in monasterium Eunuchorum, et fac illum baptizari in sancto Jordane. Ego autem ad verba senis stupens, interrogavi fratrem quis esset, et unde esset. Ille autem ex Occidente se esse ait, parentesque habere gentiles, ac nescire utrum baptizatus esset, an non. Tunc itaque catechizantes eum, fecimus in Jordane baptizari, permansitque in monasterio, Deo gratias agens.

B

CAPUT CXXXIX.

Prædictio abbatis Sergii de Gregorio præposito monasterii Pharan.

Περὶ τούτου τοῦ ἀββᾶ Σεργίου τοῦ ἀναχωρητοῦ, διηγήσατο ἡμῖν ὁ ἀββᾶς Σέργιος ὁ Ἀρμένης, ὁ αὐτοῦ μαθητὴς, ὅτι Πολλὰ ἠνόχλει ὁ ἀββᾶς Γρηγόριος, ὃς ἦν ἡγούμενος τῆς λαύρας Φαρῶν, ἵνα λάβω αὐτὸν πρὸς τὸν γέροντα. Ἐν μιᾷ οὖν κατήγαγον αὐτὸν πρὸς τὸν γέροντα· ἦν δὲ ὁ γέρων τότε περὶ τὰ μέρη τῆς Νεκρᾶς θαλάσσης. Ὡς οὖν ἐθεώρησεν αὐτὸν ὁ γέρων, ἡσπάσατο αὐτὸν πάνυ ἀσμένως, καὶ ἐνέγκας ὕδωρ, ἔνιψεν αὐτοῦ τοὺς πόδας (*a*), καὶ δι' ὅλης τῆς ἡμέρας διελάλησεν αὐτῷ περὶ ὠφελείας ψυ-

De hoc abbate Sergio anachoreta narravit nobis abbas Sergius Armenius ejus discipulus, quod plurimum sibi molestus fuerit abbas Gregorius, qui erat C præpositus monasterii Pharan, ut illum duceret ad senem. Die ergo quadam adduxit illum ad ipsum. Erat autem senex tunc circa regionem maris Mortui. Cum igitur vidisset eum senex, libentissime salutavit, allataque aqua lavit pedes ejus, ac per totam diem collocutus cum eo de ædificatione animæ, die alia dimisit eum. Postquam vero abscessit

VARIÆ LECTIONES.

[87] f. ὅτι.

NOTÆ.

(*z*) *Βαπτισθῆναι ἐν τῷ ἁγίῳ Ἰορδάνῃ.* Quo de more Eusebius, *De vita Constantini*, lib. IV, cap. 62. D Eusebius et Hieronymus, *De locis Hebraicis*, auctor *Vitæ sancti Basilii*, apud Amphilochium, cap. 4; Theodoritus, *Hist. eccl.* lib. I, cap. 32; Joannes Moschus noster, cap. 176; Alexander Monachus, in Gretsero, *De cruce*, c. 1231 D. Quibus adde *Itinerarium Antonini*, cum *Hodœporico*, sancti Willibaldi.

(*a*) *Ἔνιψεν αὐτοῦ τοὺς πόδας.* Quod spectat ad loturam pedum, afferam insignem ad Origenem emendationem, tom. 32, in Joannem p. 347-375: Καὶ ὁ εὐαγγελιστής γε ἐν τούτοις μοι δοκεῖ διεγείρων ἡμῶν τὸν νοῦν ἐπὶ τῶν νοερῶν τῶν κατὰ τὸν τόπον, μὴ τετηρηκέναι μὲν σωματικὴν περὶ τοῦ νίψασθαι τὴν ἀκολουθίαν. Ita edidit præstantissimus et celeberrimus vir Petrus Daniel Huetius, conjectura facta ex hisce codicis Reg. Ἐν τοὺς μοι δοκεῖ. Mihi vero perplacet, ἔνθους μοι. Et verto: *Quin et evangelista numine afflatus, videtur mihi, excitans mentem nostram ad intelligentiam spiritualem præsentis loci, non observasse corporalem lavandi consequentiam. Vita Joannis Chrysostomi*, ab incerto seu anonymo scripta, p. 324, l. XXI, loco insigni, obscuro, per doctissimum clarissimumque Savilium non intellecto, et eapropter apponendo hic: Τούτοις ὁ μέγας καταπλαγείς, καὶ ἔνθους ὥσπερ ἐπὶ τοῖς εἰρημένοις γενόμενος, ἀνεσκόπει· καὶ γάρ πως ἡ ψυχὴ τὸ χρηματιζόμενον. Id est, *His magnus ille perculsus, et velut ad ea verba divinitus inspiratus, considerabat. Ipsius etenim anima quodammodo admonebatur.* Sed ut ad rem redeam, quid sit balatoforum in testamento sancti Remigii, apud Flodoardum, lib. I, cap. 28, nemo, quod sciam, docuit: *Aliis pauperibus tribus, ubi fratres quotidie pedes lavare debent, quibus etiam balatoforum, quod dicitur, xenodochium, ad hoc ministerium statui, solidus unus dabitur.* Nec ego possum explicare monstrum lectionis; duntaxat possum per conjecturam corrigere, scribendo *balanaforum* aut *balaneophorum*, βαλανειοφόρον, quod ita a balneo et lavacro dictum sit.

Digitized by Google

abbas Gregorius, dixi, inquit, ego seni : Scis, Pater, quia scandalizatus sum, quod cum plurimos episcopos, presbyteros, et alios duxerim ad te, nullius unquam illorum pedes lavasti nisi tantum abbatis Gregorii. Tunc ait ad me senex : Fili, ego quis sit abbas Gregorius, nescio; hoc tantum scio, quia patriarcham excepi in speluncam meam. Nam et pallium sanctum illum ferentem vidi, et Evangelium. Quod ita factum est : post sex enim annos ipsum abbatem Gregorium, ita ordinante Deo, patriarcham Theopolitanum factum vidimus, sicut prædixerat senex.

A χῆς· τῇ ἄλλῃ ἡμέρᾳ ἀπέλυσεν αὐτόν. Ὡς οὖν ἀπῆλθεν ὁ ἀββᾶς Γρηγόριος, λέγω τῷ γέροντι· Οἶδας, Πάτερ, ὅτι ἐσκανδαλίσθην, ὅτι πολλοὺς ἐπισκόπους καὶ πρεσβυτέρους καὶ ἄλλους τινὰς ἔφερα πρὸς ὑμᾶς, καὶ οὐδέποτε οὐδενὸς αὐτῶν ἔνιψας τοὺς πόδας, εἰ μὴ τοῦ ἀββᾶ Γρηγορίου καὶ μόνου; Τότε λέγει ὁ γέρων πρός με· Τέκνον, ἐγὼ τίς ἐστιν ὁ ἀββᾶς Γρηγόριος οὐκ οἶδα· τοῦτο μόνον οἶδα, ὅτι πατριάρχην ἐδεξάμην εἰς τὸ σπήλαιόν μου. Καὶ γὰρ ὠμοφόριον αὐτὸν εἶδα περιβεβλημένον, καὶ τὸ ἅγιον Εὐαγγέλιον βαστάζοντα. Ὅπερ καὶ γέγονεν· μετὰ γὰρ ἓξ χρόνους ἠξίωσεν ὁ Θεὸς τὸν ἀββᾶν Γρηγόριον πατριάρχην γενέσθαι ἐν Θεουπόλει, καθὼς προεῖδεν ὁ γέρων.

CAPUT CXL

Vita ejusdem Gregorii patriarchæ Theopolitani.

Dicebant quidam senum de hoc patriarcha Theopolitano Gregorio, quod his maxime virtutibus fuisset insignis, eleemosynis scilicet, injuriarum oblivione, et lacrymis. Habebat autem et compassionem maximam ad eos qui peccabant. Quarum omnium rerum nos sæpe experimenta cepimus.

B Ἔλεγόν τινες τῶν γερόντων περὶ τοῦ ἀββᾶ Γρηγορίου τοῦ πατριάρχου Θεουπόλεως, ὅτι κατόρθωσεν ταύτας τὰς ἀρετὰς, ἐλεημοσύνην, ἀμνησικακίαν, δάκρυα. Εἶχεν δὲ καὶ συμπάθειαν πρὸς τοὺς ἁμαρτάνοντας πολλήν. Ὧν καὶ ἡμεῖς πλείστην πεῖραν ἐσχήκαμεν.

CAPUT CXLI.

Prudens responsio abbatis Olympii.

Frater quidam venit ad abbatem Olympium in monasterium abbatis Gerasimi prope Jordanem; et dixit ei : Abba, quomodo sedes in spelunca ista propter æstus magnitudinem, et cyniphes? Respondit ei senex : Fili, ista idcirco tolero, ut futuris cruciatibus liberer; ideo cyniphes patior, ut immortalem effugiam vermem; similiter et æstum hunc perfero, sempiterni ignis supplicia metuens; hæc enim sunt temporalia; illa vero finem nullum habent.

Ἀδελφὸς παρέβαλεν τῷ ἀββᾷ Ὀλυμπίῳ εἰς τὴν λαύραν τοῦ ἀββᾶ Γερασίμου πλησίον τοῦ ἁγίου Ἰορδάνου, καὶ λέγει αὐτῷ, Πῶς κάθῃ ὧδε ἔχων τοσοῦτον καύσωνα, καὶ τοσούτους κνίφας [57*]; Ἀπεκρίθη δὲ αὐτῷ ὁ γέρων· Ὑπομένω γὰρ τοὺς σκνίφας [58], ἵνα τὸν σκώληκα τὸν ἀκοίμητον διαφύγω. Ὁμοίως δὲ καὶ τὸν καύσωνα τοῦτον βαστάζω, δεδοικὼς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον· τοῦτο γὰρ πρόσκαιρον, ἐκεῖνο δὲ τέλος οὐκ ἔχει.

CAPUT CXLII.

Alia prudens responsio abbatis Alexandri.

Frater alius perrexit ad abbatem Alexandrum, ipsius monasterii abbatis Gerasimi antistitem, et ait illi : Abba, volo ex eo loco, ubi habito, discedere; valde enim acedia et tædio animi laboro. Respondit ei abbas Alexander : Istud, fili, signum est quia nec regnum cœlorum, nec æternum cruciatum in mente habes. Nam si ista sollicita intentione cogitares, nullam in cella tua acediam sentires.

C Ἄλλος ἀδελφὸς παρέβαλεν εἰς τὴν λαύραν τοῦ ἀββᾶ Γερασίμου, τῷ ἀββᾷ Ἀλεξάνδρῳ τῷ ἡγουμένῳ, καὶ λέγει αὐτῷ· Ἀββᾶ, θέλω ἀναχωρῆσαι ἐκ τοῦ τόπου οὗ κάθημαι, ὅτι πάνυ ἀκηδιῶ. Ἀπεκρίθη αὐτῷ ὁ ἀββᾶς Ἀλέξανδρος· Φύσει, τέκνον, σημεῖόν ἐστι τοῦτο, ὅτι οὐκ ἔχεις κατὰ νοῦν οὔτε τὴν κόλασιν τὴν αἰώνιον, οὔτε τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, ἐπεὶ οὐκ εἶχες ἀκηδιᾶσαι.

CAPUT CXLIII.

Vita David latronum principis, postea monachi effecti.

Cum venissemus in Thebaidem, convenimus sophistam Philamonem in urbe Antinoo. Narravitque nobis utilitatis nostræ gratia de latrone quodam, nomine David, qui apud Hermopolim plurimos exspoliabat, plures etiam interficiebat, et innumera perpetrabat mala, ita ut nullus ei in his crudelitatis operibus conferri posset, eratque famosissimus inter omnes. Die vero quadam cum exerceret latrocinia cum sociis plus quam triginta, rediens in semetipsum, compunctusque in his quæ perpetraverat sceleribus, relictis sociis abiit ad monasterium. Cum-

D Παρεβάλομεν εἰς Θηβαΐδα, καὶ συνετύχομεν εἰς τὴν Ἀντινόου πόλιν τῷ σοφιστῇ Φοιβάμωνι, ὠφελείας χάριν, καὶ διηγήσατο ἡμῖν λέγων, ὅτι Ληστής τις ἦν περὶ τὰ μέρη τῆς ἐρήμου πόλεως, ὀνόματι Δαβίδ, πολλοὺς γυμνώσας, πολλοὺς δὲ καὶ φονεύσας, καὶ πάμπολλα κακὰ ποιήσας, ἵνα οὕτως εἴπω, ὡς οὐδεὶς ἄλλος. Ἐν μιᾷ οὖν ὡς ἔτι ἦν εἰς τὸ ὄρος λῃστεύων, ἔχων μεθ' ἑαυτοῦ πλείους τῶν τριάκοντα, ἦλθεν εἰς ἑαυτὸν κατανυγείς ἐφ' οἷς κακῶς διεπράξατο, καὶ καταλιπὼν ἅπαντας τοὺς μετ' αὐτοῦ, ἀπῆλθεν εἰς μοναστήριον. Καὶ κρούσαντος αὐτοῦ τὸν πυλῶνα τοῦ μο-

VARIÆ LECTIONES.

[57*] al. πάγετο. [58] al. τὰς σκνίπας.

Digitized by Google

ναστηρίου, ἐξῆλθεν ὁ πυλωρὸς, καὶ λέγει αὐτῷ· Τί θέλεις; Ὁ δὲ ἀρχιληστὴς λέγει αὐτῷ· Μοναχὸς θέλω γενέσθαι. Καὶ εἰσελθὼν ὁ θυρωρὸς ἀπήγγειλεν τῷ ἀββᾷ τὰ περὶ αὐτοῦ. Ἐξελθὼν οὖν ὁ ἀββᾶς, καὶ θεωρήσας αὐτὸν, ὅτι γέρων ὑπῆρχεν, λέγει αὐτῷ· Οὐ δύνασαι ὧδε εἶναι, ὅτι πολὺν κόπον ἔχουσιν οἱ ἀδελφοὶ, καὶ ἡ ἄσκησις αὐτῶν μεγάλη ἐστὶν, καὶ εἶ λοιπὸν ἄλλης ἕξεως, καὶ τὸν κανόνα τοῦ μοναστηρίου οὐ δύνασαι ὑπενεγκεῖν. Ὁ δὲ παρεκάλει λέγων, Ναὶ ποιῆσαι ἔχω, μόνον δέξαι με. Ὁ δὲ ἀββᾶς ἐπέμενεν, λέγων, Οὐ ποιεῖς. Τότε λέγει αὐτῷ ὁ ἀρχιληστὴς, Ἵνα γινώσκῃς, ὅτι ἐγὼ Δαβὶδ εἰμὶ ὁ ἀρχιληστὴς, καὶ διὰ τοῦτο ἦλθον ὧδε, ἵνα κλαύσω τὰς ἁμαρτίας μου· εἰ δ' οὐ θέλεις δέξασθαί με, ὅρκοις σε πληροφορῶ, καὶ τὸν κατοικοῦντα ἐν τῷ οὐρανῷ, ὑπάγω πάλιν εἰς τὴν προτέραν μου τέχνην, καὶ φέρω οὓς εἶχον μετ' ἐμαυτοῦ, καὶ πάντας ὑμᾶς φονεύω, καὶ στρέφω καὶ τὸ μοναστήριον ὑμῶν. Ταῦτα ἀκούσας ὁ ἀββᾶς ἐδέξατο αὐτὸν ἔνδον τοῦ μοναστηρίου, καὶ ἀποκείρας αὐτὸν, δέδωκεν αὐτῷ τὸ ἅγιον σχῆμα. Ἤρξατο οὖν ἀγωνίζεσθαι, καὶ τῇ ἐγκρατείᾳ, καὶ τῇ ὑπακοῇ καὶ ταπεινοφροσύνῃ πάντας τοὺς ἐν τῷ μοναστηρίῳ ὑπερέβαλεν. Ἦσαν δὲ μοναχοὶ ἐν τῷ μοναστηρίῳ περὶ τὰ ἑβδομήκοντα ὀνόματα. Πάντας οὖν ὠφελῶν, πάντων ὑπογραμμὸς γέγονεν. Ἐν μιᾷ οὖν καθημένου αὐτοῦ ἐν τῷ κελλίῳ αὐτοῦ, ἐνεπέστη ἄγγελος Κυρίου, λέγων αὐτῷ· Δαυὶδ, Δαυὶδ, συνεχώρησέν σοι Κύριος Θεὸς τὰς ἁμαρτίας σου, καὶ ἔσῃ ἀπὸ τοῦ νῦν σημεῖα ποιῶν. Ὃς ἀποκριθεὶς εἶπεν τῷ ἀγγέλῳ· Οὐ δύναμαι πιστεῦσαι, ὅτι ἐκεῖνα ὅλα τὰ ἁμαρτήματά μου τὰ βαρύτερα ψάμμου θαλάσσης συνεχώρησέν μοι ὁ Θεὸς ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ. Ὁ δὲ ἄγγελος λέγει αὐτῷ· Εἰ τοῦ ἱερέως Ζαχαρίου, ἀπιστήσαντός μοι διὰ τὸν υἱὸν, οὐκ ἐφεισάμην, ἀλλ' ἐδέσμευσα αὐτοῦ τὴν γλῶσσαν, παιδεύων αὐτὸν μὴ ἀπιστεῖν τοῖς λαληθεῖσιν ὑπ' ἐμοῦ, σοῦ ἔχω φείσασθαι; Διὸ ἔσῃ μὴ λαλῶν ἀπὸ τοῦ νῦν τὸ παράπαν. Ὁ δὲ ἀββᾶς Δαυὶδ ἔβαλεν μετάνοιαν, λέγων· Ὅταν ἤμην εἰς τὸν κόσμον τὰ ἀθέμιτα καὶ τὰς αἱματοχυσίας ποιῶν, ἐλάλουν, καὶ ὅτε θέλω δουλεῦσαι τῷ Θεῷ, καὶ ὕμνους αὐτῷ προσφέρειν, τὴν γλῶσσάν μου δεσμεύεις τοῦ μὴ λαλεῖν; Τότε ὁ ἄγγελος ἀπεκρίθη λέγων· Ἔσῃ εἰς τὸν κανόνα μόνον λαλῶν, ἔξωθεν δὲ τοῦ κανόνος σιωπῶν τὸ παράπαν. Ὅπερ καὶ γέγονεν. Πολλὰ γὰρ σημεῖα δι' αὐτοῦ ὁ Θεὸς ἐποίησεν. Ἐψαλλεν δὲ τοὺς ψαλμούς· ἄλλο δὲ ῥῆμα ἢ μέγα ἢ μικρὸν οὐκ ἠδύνατο λαλῆσαι. Ὁ δὲ διηγησάμενος ἡμῖν ταῦτα ἔλεγεν, ὅτι Πολλάκις ἐθεασάμην αὐτὸν, καὶ ἐδόξασα τὸν Θεόν.

A que pulsaret monasterii januam, exiit ostiarius, et dixit ei : Quid vis? Princeps autem latronum ait : Monachus fieri volo. Ingressus vero ostiarius nuntiavit abbati de illo. Egressus ad illum abbas, et videns quia jam senex esset, dixit ei : Non potes hic manere; multum enim laborem tolerant fratres, abstinentiaque magna est, et tu cum aliter assuetus sis, districtionem monasterii ferre non prævales. Ille autem orabat, dicens : Utique faciam omnia, tantummodo suscipe me. Porro abbas in sententia sua persistebat, dicens : Non potes ferre. Tunc ait illi latronum princeps : Ut scias, ego sum David princeps latronum, et idcirco veni huc, ut deflem peccata mea. Si autem me suscipere nolueris, sub jurejurando tibi protestor per eum qui in cœlo habitat, quia rursus ad priorem statum remeabo, et assumptis mecum sociis meis, vos omnes interficiam, totumque monasterium evertam. His auditis, abbas suscepit eum intra monasterium, tondensque illum tradidit ei religiosum habitum. Cœpit igitur in spiritali militia veteranus tiro pugnare, et abstinentiæ ac obedientiæ, humilitatisque studiis cunctos qui erant in monasterio transcendere (erant autem fere septuaginta monachi), cunctos ædificans, omnibusque existens forma virtutis, et sanctitatis exemplum. Die vero quadam sedente illo in sua cellula, missus est ad eum angelus Dei, dicens : David, David, remisit tibi Deus peccata tua, et eris ex nunc signa faciens. Qui respondens dixit : Credere non possum quod omnia peccata mea illa plura quam arena maris atque graviora, tam brevi tempore mihi remiserit Deus. Cui angelus ait : Si sacerdoti Zachariæ (31) non credenti mihi, cum illi filium pollicerer, non peperci, sed ejus vinxi linguam, docens illum non debere esse incredulum his quæ a me dicebantur, nec tibi quidem parciturus sum : idcirco eris amodo non loquens. David autem prostratus humi ait : Cum essem in sæculo, nefaria scelera faciens, et humanum sanguinem fundens, loquebar; modo quando servire Deo volo, laudesque illi offerre, tune linguam meam, ne loquar, ligas? Respondit illi angelus : Cum implebis psalmodiæ canonem, loqueris, præter canonem vero penitus tacebis. Quod et factum est, plurimaque per illum Deus miracula ostendit. Psallebat igitur psalmos, nullum vero verbum aliud omnino loqui poterat. Qui vero nobis ista narravit, se illum vidisse asserebat, et Deum glorificasse.

CAPUT CXLIV.

Admonitiones unius ex senibus qui erant in Cellis.

Ἔλεγέ τις τῶν γερόντων τοῖς ἀδελφοῖς εἰς τὰ Κέλλια· Μὴ αἱρετήσωμεν Αἰγυπτίαις δουλεύειν ἡδοναῖς, αἳ* Φαραῶ τῷ ὀλεθρίῳ τυράννῳ.

Εἶπεν πάλιν· Εἴθ' ὅσην περὶ τὰ κακὰ σπουδὴν ἔχουσιν οἱ ἄνθρωποι, τοσαύτην εἶχον περὶ τὰ καλά· καὶ ὅσον σπεύδουσι περὶ τὰ θέατρα καὶ τὰς ἀσθενεῖς ἑορτὰς, περὶ φιλοχρηματίαν καὶ κενοδοξίαν καὶ ἀδικίαν, μετέθηκαν εἰς πόθον εὐσεβείας! Οὐκ ἂν ἠγνοή-

Dicebat quidam e senibus fratribus qui erant in Cellis : Non appetamus Ægyptiis servire voluptatibus, quæ Pharaoni pernicioso tyranno obnoxios faciunt.

Dixit iterum : Utinam quantum studii circa mala habent homines, tantum haberent circa bona; et ingens ad spectacula studium, et ad vanas turpesque solemnitates, nec non avaritiam, et inanem gloriam atque injustitiam, transferrent ad

Digitized by Google

affectum pietatis. Nunquam profecto ignorassemus quantum a Deo honorati sumus, et contra dæmones possumus.

Dixit iterum senex : Deo majus nihil est, sed neque par, neque quod non maxime inferius sit. Quid ergo aliis fortius ac beatius, qui Deum habent adjutorem?

Dixit iterum : Ubique quidem Deus est, piis autem et in spirituali exercitio sudantibus propinquat ; non his qui professione sola honestantur, sed his qui illustrantur operibus. Ubi vero Deus est, quis insidiari valet, aut nocere poterit?

Dixit iterum : Hominum virtus non in natura consistit, hæc enim variabilis est, sed in proposito pietatis, et in Dei adjutorio. Curemus itaque animam nostram, filii, quemadmodum et corpus facimus.

Rursus ait senex : Colligamus animæ curationes, hoc est pietatem, justitiam, humilitatem, subjectionem. Maximus enim animarum medicus Christus Deus noster prope est, vultque curare nos. Non ergo negligamus, neque aspernemur.

Ait rursum : Docet nos Dominus sobrios ac frugales esse, nos autem miseri per delicias defluimus in voluptates.

Dixit iterum senex : Commendemus nos ipsos Deo, quemadmodum ait Paulus (*Rom.* VI), quasi ex mortuis viventes, neque præteritis intendentes, obliviscamur anteriora ; sed secundum destinationem persequamur ad bravium supernæ vocationis (*Philip.* III).

Interrogatus hic senex a fratre quodam, quid causæ esset cur assidue judicaret fratres, respondit : Quia necdum te ipsum cognovisti. Nam qui se ipsum novit, fratrum vitia non aspicit.

A σαμεν ὅσον ὑπὸ Θεοῦ τετιμήμεθα, καὶ κατὰ δαιμόνων ἰσχύομεν.

Εἶπεν πάλιν ὁ γέρων· Θεοῦ μεῖζον οὐδὲν ἄλλο, οὐδὲ ἴσον, οὐδὲ ὀλίγον ἀπολιμπανόμενον. Τί τοίνυν τοῦ τὸν Θεὸν ἔχοντος βοηθὸν ἰσχυρώτερον ἢ μακαριώτερον ;

Εἶπεν πάλιν· Πανταχοῦ μὲν ὁ Θεὸς ὑπάρχει· ἐγγίζει δὲ τοῖς εὐσεβοῦσιν καὶ ἀγωνιζομένοις, τοῖς οὐ μέχρις ἐπαγγελίας σεμνοῖς, ἀλλὰ δι' ἔργων λαμπροῖς. Ὅπου δὲ ὁ Θεὸς, τίς ἐπιβουλεύειν βουλήσεται, ἢ τίς ἰσχύει βλάπτειν (*b*) ;

Εἶπεν πάλιν· Ἀνθρώπων ἰσχὺς οὐκ ἐν τῇ φύσει· ῥεπτὴ γὰρ αὕτη· ἀλλ' ἐν τῇ προθέσει, τοῦ Θεοῦ βοηθοῦντος. Θεραπεύσωμεν οὖν τὴν ψυχὴν ἡμῶν, B τέκνα, ὅσον τὸ σῶμα.

Εἶπεν πάλιν ὁ γέρων· Συναγάγωμεν τὰ τῆς ψυχῆς θεραπεύματα, τοῦτ' ἔστιν εὐσέβειαν, δικαιοσύνην, ταπεινοφροσύνην, ὑποταγήν. Ὁ γὰρ μέγιστος ἰατρὸς τῶν ψυχῶν Χριστὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν ἐγγύς ἐστι, καὶ θέλει θεραπεῦσαι ἡμᾶς. Μὴ οὖν καταφρονήσωμεν.

Εἶπεν πάλιν· Διδάσκει ἡμᾶς ὁ Κύριος σώφρονας εἶναι· ἡμεῖς δὲ οἱ ἄθλιοι, διὰ τῆς τρυφῆς μειζόνως τὰς ἡδονὰς περιεργαζόμεθα.

Εἶπεν πάλιν ὁ γέρων· Παραστήσωμεν ἑαυτοὺς τῷ Θεῷ, ὡς Παῦλός φησιν, ὡς ἐκ νεκρῶν ζῶντες· μήτε βλέποντες εἰς τὰ ὀπίσω, τῶν ἔμπροσθεν (*b'*) ἐπιλανθανώμεθα· ἀλλὰ κατὰ σκοπὸν διώκωμεν εἰς τὸ βραβεῖον τῆς ἄνω κλήσεως.

C Ἠρωτήθη γέρων ὑπό τινος ἀδελφοῦ· Διατί συνεχῶς κρίνω τοὺς ἀδελφούς; Ἀπεκρίθη ὁ γέρων· Ὅτι οὔπω ἔγνωκας ἑαυτόν. Ὁ γὰρ ἑαυτὸν γινώσκων, τὰ τῶν ἀδελφῶν οὐ θεωρεῖ.

CAPUT CXLV.

Vita beati Gennadii patriarchæ Constantinopolitani, et de ejus lectore Charisio.

Accessimus in cœnobium quod dicitur Salama, nono ab Alexandria milliario distans, invenimusque illic duos presbyteros senes, qui dixerunt nobis, Constantinopolitanæ Ecclesiæ se esse presbyteros, narrabantque nobis de beato Gennadio Constantinopolitano patriarcha, quod fuerit mitissimus, et mundus corpore, multumque continens.

Dicebant et hoc nobis de ipso, quod cum molestaretur a plurimis de quodam clerico nimis delinquente, Charisio nomine, accersivit eum patriarcha, ipsumque emendare conatus est. Cum vero nihil increpando proficeret, permisit illum paterna et eccle-

Παρεβάλομεν ἐν τῷ ναῷ Ἀλεξανδρείας εἰς τὸ κοινόβιον Σαλαμᾶ, καὶ εὕρομεν ἐκεῖ δύο γέροντας. Ἔλεγον δὲ ἡμῖν τῆς Ἐκκλησίας εἶναι Κωνσταντινουπόλεως.

Καὶ διηγήσαντο ἡμῖν περὶ τοῦ μακαρίου Γενναδίου πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως, ὅτι ἐνωχλεῖτο ὑπὸ πολλῶν διά τινα κληρικὸν πάνυ κακῶς ζῶντα, τοὔνομα Χαρίσιον. Καὶ μεταστειλάμενος αὐτὸν ὁ πατριάρχης, ἐπειράθη νουθετεῖν αὐτόν. Ὡς οὖν οὐδὲν

NOTÆ.

(*b*) *Βλάπτειν.* Non sine indignatione leges ista apud Cyrillum ad Joan. XII, 46, p. 691 : Καὶ ἵνα αὐτοὶ μὴ ἰσχύοντες βλέψαι τὸν οὐδὲν ἀδικήσαντα, τοὺς δυνατωτέρους κατ' αὐτοῦ ἐρεθίσωσι· *Utque cum ipsi non possent in os intueri eum qui nihil injustum fecerat, potentiores adversus eum irritarent atque accenderent.* Quanta enim ἀβλεψία, non percepisse βλάψαι, *lædere eum qui nulla injuria affecerat.*

(*b'*) *Τῶν ἔμπροσθεν.* Philipp. III, 14 : Ἕν δὲ, τὰ μὲν ὀπίσω ἐπιλανθανόμενος, τοῖς δὲ ἔμπροσθεν ἐπεκτεινόμενος, κατὰ σκοπὸν διώκω εἰς τὸ βραβεῖον τῆς ἄνω κλήσεως τοῦ Θεοῦ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ· *Unum autem, quæ quidem retro sunt obliviscens, ad ea vero* D *quæ sunt priora extendens meipsum, ad destinatum persequor, ad bravium supernæ vocationis Dei in Christo Jesu.* Ad quæ respiciens Cæsarius, quæst. 171, scripserat : Ὁ γὰρ πολὺς ἐκεῖνος καὶ ὑψηλὸς τὴν διάνοιαν, ἀεὶ διὰ ταύτης θέων οὐδέποτε τοῖς ἔμπροσθεν ἐπεκτεινόμενος ἔληξεν. Hoc est, *Magnus enim ille et mente excelsus, per hanc* (virtutem) *perpetuo currens, nunquam ad ea quæ priora sunt extendere se cessavit.* At bellis hominibus placuit edere ἐπεκτεινομένοις ἔληξεν, cum hac versione sua, *nunquam ad ulteriora se pervenisse dixit.* I nunc, et linguæ Græcæ notitiam neglige, ut editionibus fidens, auctores Græcos intelligas.

Digitized by Google

ὠφέλησεν διὰ νουθεσίας, ἐπέτρεψεν, καὶ ἐπαίδευσεν αὐτὸν Πατρικῶς καὶ ἐκκλησιαστικῶς. Ἐπεὶ οὖν ἔγνω ὁ πατριάρχης μηδὲν ὠφελούμενον τὸν κληρικὸν (ἐσχόλαζεν γὰρ τοῖς φόνοις καὶ γοητείαις), ἀποστέλλει τινὰ τῶν τὰς ἀποκρίσεις διακονούντων (ἦν γὰρ ἀναγνώστης τῶν ἐκεῖσε ὁ Χαρίσιος), καὶ εἶπεν αὐτῷ· Εἰπὲ τῷ ἁγίῳ Ἐλευθερίῳ· Ὁ στρατιώτης σου, ἅγιε Ἐλευθέριε, ἁμαρτάνει πολλά, καὶ ἢ διόρθωσαι αὐτὸν, ἢ ἔκκοψον. Ἦλθεν οὖν ὁ ἀποκρισιάριος εἰς τὸν εὐκτήριον οἶκον τοῦ ἁγίου μάρτυρος Ἐλευθερίου, καὶ σταθεὶς ἔμπροσθεν τοῦ θυσιαστηρίου, προσέχων εἰς τὴν κόγχην, ἐκτείνας τὴν χεῖρα αὐτοῦ, λέγει τῷ μάρτυρι· Δηλοῖ σοι, ἅγιε μάρτυς τοῦ Χριστοῦ, ὁ πατριάρχης Γεννάδιος, δι' ἐμοῦ τοῦ ἁμαρτωλοῦ. Ὁ στρατιώτης σου πολλὰ ἁμαρτάνει· ἢ διόρθωσαι αὐτὸν, ἢ ἔκκοψον. Καὶ τῇ ἐπαύριον ἐν νεκροῖς εὑρέθη ὁ τῶν κακῶν ἐργάτης· καὶ πάντες ἐκπλαγέντες ἐδόξασαν τὸν Θεόν. A

siastica censura flagellari. Postquam vero didicit in nullo meliorem fieri, neque per verba, neque per flagella (vacabat enim homicidiis et magicis præstigiis), misso quodam apocrisiario suo jussit ut diceret sancto martyri Eleutherio (erat enim lector in ipsius oratorio Charisius): Miles tuus, sancte Dei Eleutheri, multum peccator est; aut emenda illum, aut excide. Venit igitur apocrisiarius in oratorium, stansque ante altare, ac intendens ad sepulcrum martyris, extendensque manum suam ait martyri: Patriarcha Gennadius significat vobis, sancte Christi martyr Eleutheri, per me peccatorem, quia miles tuus multum peccat. Aut emenda illum, aut præcide eum. In crastinum vero mortuus inventus est scelerum opifex Charisius, et omnes obstupefacti glorificaverunt Deum. B

CAPUT CXLVI.

Visio Eulogii patriarchæ Alexandrini.

Οὔσιν ἡμῖν ἐν τῷ ἐννάτῳ ἐν τῷ κοινοβίῳ Τουγαρᾶ, διηγήσατο ὁ ἀββᾶς Μηνᾶς ὁ κοινοβιάρχης, περὶ τοῦ ἐν ἁγίοις πάππα Εὐλογίου, λέγων, ὅτι Ἐν μιᾷ νυκτὶ, ἐν ὅσῳ ποιεῖ τὸν κανόνα κατιδίαν ἐν τῷ εὐκτηρίῳ τοῦ ἐπισκοπίου, θεωρεῖ πλησίον αὐτοῦ ἑστῶτα Ἰουλιανὸν τὸν ἀρχιδιάκονον. Ὡς δὲ ἶδεν αὐτὸν, ἐταράχθη, διότι ἐτόλμησεν εἰσελθεῖν μὴ μηνύσας. Πλὴν ἐσιώπησεν. Καὶ πληρώσας τὸν ψαλμὸν, ἔβαλεν μετάνοιαν. Ἔβαλεν δὲ καὶ ὁ ὀφθεὶς αὐτῷ ἐν εἴδει τοῦ ἀρχιδιακόνου. Εἶτα ἀναστάντος τοῦ πάππα, καὶ προσκυνήσαντος, ἐκεῖνος ἔμεινεν ἐπὶ τοῦ ἐδάφους. Ἐπιστραφεὶς οὖν ὁ πάππας λέγει αὐτῷ· Ἕως οὗ οὐκ ἐγείρῃ; Ὁ δὲ λέγει αὐτῷ· Ἐὰν μὴ σὺ αὐτὸς ὀρέξῃς τὴν χεῖρα καὶ ἀναστήσῃς με, οὐ δύναμαι ἐγείρεσθαι. Τότε ὁ ἀββᾶς ἐκτείνας αὐτοῦ τὴν χεῖρα, καὶ κρατήσας αὐτὸν ἤγειρεν. Ἤρξατο δὲ πάλιν τοῦ ψαλμοῦ· καὶ στραφεὶς οὐκέτι ἔβλεπέ τινα. Μετὰ οὖν τὸ πληρῶσαι αὐτὸν τὸν κανόνα τὸν ἐωθινὸν, ἐφώνησεν τὸν κουβουκλάριον αὐτοῦ, καὶ εἶπεν αὐτῷ· Διατί οὐκ ἐμήνυσας τὸν ἀρχιδιακόνου εἴσοδον (*c*), ἀλλ' οὕτως ἀμηνυτὶ εἰσῆλθεν πρός με, καὶ τοῦτο ἐν νυκτί; Ὁ δὲ ἔλεγεν μήτε ἑωρακέναι τινὰ, μήτε δὲ εἰσελθεῖν. Ἀπιστήσας δὲ ὁ πάππας λέγει· Κάλεσόν μοι ὧδε τὸν θυρωρόν. Καὶ ἐλθόντι, λέγει αὐτῷ· Οὐκ ἀνῆλθεν ὁ ἀρχιδιάκονος Ἰουλιανὸς ὧδε; Ὁ δὲ μεθ' ὅρκου διεβεβαιώσατο, ὅτι οὔτε ἀνῆλθεν οὔτε κατῆλθεν. Καὶ τότε μὲν ἡσύχαζεν ὁ πάππας. Πρωΐας δὲ γενομένης, ἀνῆλθεν ἀρχιδιάκονος Ἰουλιανὸς εἰς προσκύνησιν. Καὶ λέγει αὐτῷ ὁ πάππας· Διατί οὐκ ἐφύλαξας τὴν τάξιν, ἀρχιδιάκονε Ἰουλιανὲ, ἀλλ' ἀμηνυτὶ (*d*) ἀνῆλθες πρός με τῇ νυκτὶ ταύτῃ; Ὁ δὲ λέγει· Μὰ τὰς εὐχὰς τοῦ δεσπότου μου, οὔτε ἀνῆλθον ὧδε, οὐδὲ κατῆλθον τοῦ οἴκου μου, εἰ μὴ τῇ ὥρᾳ ταύτῃ καὶ C D

Cum essemus in eodem cœnobio, narravit nobis abbas Menas, cœnobii ipsius Pater, de sancto papa Alexandrino Eulogio, dicens: Nocte quadam cum sibi matutinam laudem celebraret in episcopatus oratorio, vidit prope se assistere Julianum archidiaconum. Quem ut vidit turbatus est, cur fuisset ausus ingredi, nihil illi nuntians, tacuit tamen. Et cum implesset psalmum, prostravit se humi. Fecit hoc ipsum et is qui in specie Juliani archidiaconi apparuerat. Deinde cum oratione facta surrexisset patriarcha, ille nihilominus in pavimento jacebat. Conversus autem pontifex dicit illi: Quamdiu non surgis? Ait: Nisi mihi ipse manum porrigas et erigas me, surgere non possum. Tunc extendit manum suam Eulogius, ac tenens erexit illum, cœpitque iterum psallere. Post paululum autem conversus, neminem vidit. Cum igitur implesset matutinas laudes, vocavit cubicularium suum, dixitque illi: Cur non annuntiasti mihi archidiaconi ingressum; sed ita non nuntiatus intravit ad me hac nocte? at ille neque vidisse se aliquem neque ingressum esse asseveravit. Non credidit patriarcha, sed ait: Voca mihi huc ostiarium. Cui venienti ait: Nonne ingressus est huc Julianus archidiaconus? Ille vero cum juramento affirmabat illum neque ingressum neque egressum esse. Tacuit quidem tunc patriarcha: mane autem facto, ascendit archidiaconus Julianus, ut adoraret, dixitque illi pontifex: Quare non servasti ordinem, archidiacone Juliane, sed absque nuntio ascendisti ad me nocte ista? Qui ait: Per orationes domini mei, neque huc ascendi, neque de domo descendi, nisi hora ista tantum. Intellexit tunc magnus Eulogius Julianum se vidisse martyrem, hortantem se ad erectionem templi sui, quod

NOTÆ.

(*c*) *Τὸν ἀρχιδιακόνου εἴσοδον.* Vel τοῦ, vel τήν.

(*d*) *Ἀμηνυτί.* Adverbium lexicis addendum, quod etiam reperi in Nili Opusculis, p. 379, clarumque est ex similibus multis, ut est *ἀνιδρωτί*. Hoc sæpe occurrit, et reddi debet Cyrillo in Isaiam, p. 808 B, ubi contraria, ut sententia, sic dictione, σὺν ἱδρῶτι.

Digitized by Google

ex tempore ferme resolutum et antiquatum, ruinam sui minabatur; magnaque cum alacritate amantissimus martyris porrexit manus, ejusque erexit templum, a fundamentis ipsum instaurans et omnigeno ornatu illustrans, ut sacro martyri conveniebat.

A μόνον. Τότε συνῆκεν ὁ μέγας Εὐλόγιος Ἰουλιανὸν ἐωρακέναι τὸν μάρτυρα, προτρεπόμενον αὐτὸν πρὸς ἔγερσιν τοῦ ἰδίου ναοῦ. Ἦν γὰρ ἐκ τοῦ χρόνου φθαρεὶς καὶ παλαιωθείς, καὶ πτῶσιν ἀπειλῶν. Ὁ δὲ φιλόμαρτυς καὶ θεῖος Εὐλόγιος μετὰ πολλῆς προθυμίας θεμελίων αὐτὸν οἰκοδομήσας, καὶ παντοίῳ κόσμῳ

ἔβαλε τὴν χεῖρα, καὶ ἤγειρεν τὸν τούτου ναὸν, ἀπὸ λαμπρύνας, ὡς ἱερῷ ἔπρεπεν μάρτυρι.

CAPUT CXLVII.

Mirabilis emendatio epistolæ beati Leonis Romani pontificis ad Flavianum scriptæ.

Narravit nobis et hoc abbas Menas ejusdem cœnobii Pater, audisse se eumdem abbatem Eulogium Alexandrinum patriarcham dicentem : Cum profectus essem Constantinopolim, fruitus sum contubernio domni Gregorii Romani archidiaconi, summi et singularis viri; narravitque mihi de sanctissimo ac beatissimo Leone (32) Romano pontifice, dicens haberi scriptum in ecclesia Romana, quod cum scripsisset epistolam ad sanctum Flavianum Constantinopolitanum episcopum contra impios Eutychen ac Nestorium, posuerit eam super tumulum principis apostolorum Petri, et orationibus ac vigiliis et jejuniis vacans, oraverit ipsum summum apostolum, dicens : Si quid ut homo vel minus caute posui, vel etiam omisi, tu, cui a Domino Deo Salvatore nostro Jesu Christo et sedes hæc et ecclesia commissa est, emenda. Post quadraginta vero dies apparuit ei apostolus oranti, et dixit ei : Legi, et emendavi. Sumensque epistolam de sepulcro beati Petri, aperuit eam et invenit apostolica manu emendatam.

B Διηγήσατο (*e*) ἡμῖν καὶ τοῦτο ὁ ἀββᾶς Μηνᾶς, ὁ κοινοβιάρχης τοῦ αὐτοῦ κοινοβίου, ὅτι ἀκηκόει τοῦ αὐτοῦ ἀββᾶ Εὐλογίου πάππα Ἀλεξανδρείας, λέγοντος, ὅτι Ἀνελθὼν ἐν Κωνσταντινουπόλει τῷ ἀρχιδιακόνῳ Ῥώμης τῷ κυρῷ Γρηγορίῳ ἀνδρὶ... καὶ ἐναρέτῳ, καὶ διηγήσατό μοι περὶ τοῦ ἁγιωτάτου καὶ μακαριωτάτου Λέοντος τοῦ πάπα Ῥώμης, ὅτι ἐμφέρεται ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ Ῥώμης ἐγγράφως, ὅτι γράψας τὴν ἐπιστολὴν πρὸς τὸν ἐν ἁγίοις Φλαβιανὸν τὸν πατριάρχην Κωνσταντινουπόλεως, κατὰ Εὐτυχέως καὶ Νεστορίου τῶν δυσωνύμων, τέθηκεν αὐτὴν ἐν τῷ τάφῳ τοῦ κορυφαίου τῶν ἀποστόλων Πέτρου, καὶ δεήσεσι καὶ νηστείαις καὶ χαμευνίαις σχολάσας ἐδέετο τοῦ πρωτοστάτου [59] τῶν μαθητῶν, λέγων· Ὅ [60] τι ὡς ἄνθρωπος παρέλειψα, αὐτὸς ὡς πεπιστευμένος τὴν Ἐκκλησίαν καὶ τὸν θρόνον παρὰ τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, διόρθωσαι. Καὶ μετὰ τεσσαράκοντα ἡμέρας ὤφθη αὐτῷ ὁ ἀπόστολος εὐχομένῳ, καὶ λέγει αὐτῷ· Ἀνέγνων καὶ διορθωσάμην. Καὶ δὴ λαβὼν τὴν ἐπιστολὴν ἐκ τοῦ τάφου τοῦ ἁγίου Πέτρου, ἀνέπτυξεν καὶ εὗρεν χειρὶ τοῦ ἀποστόλου διορθωθεῖσαν.

CAPUT CXLVIII.

Visio Theodori, episcopi Darnæ, de eodem beatissimo Leone.

Theodorus sanctissimus episcopus Darnæ civitatis, C quæ in Libya est, narravit nobis, dicens : Cum essem cubicularius sancti papæ Eulogii, vidi in somnis virum reverendi habitus, statura procerum, dicentem mihi : Nuntia meum papæ Eulogio adventum. Ad quem ego : Quis es, domine, qui jubes ut nuntiem? Respondens ille dixit mihi : Ego sum Leo Romanus pontifex. Ingressus igitur ego nuntiavi, dicens : Sanctissimus et beatissimus papa Leo Romanæ sedis antistes convenire vos vult. Cum hoc audisset papa Eulogius, exsurgens concitus cucurrit in occursum ejus. Salutantesque se invicem, oratione facta, resederunt. Tunc vero divinus et eximius Leo dixit sancto Eulogio : Scis quare huc venerim ad vos? Respondit ille : Non. Ait ipsi : Veni ut vobis gratias agerem, quia rite et magnifice pro epistola mea respondistis, D quam scripseram ad fratrem meum Flavianum Constantinopolitanum patriarcham, sensum quidem et sententiam meam aperientes, hæreticorum autem ora

Θεόδωρος ὁ ὁσιώτατος ἐπίσκοπος τῆς πόλεως Δάρνης τῆς ἐν Λιβύῃ, διηγήσατο ἡμῖν, λέγων, ὅτι Ὡς ἤμην σύγκελλος τοῦ ἐν ἁγίοις πάπα Εὐλογίου, θεωρῶ κατὰ τοὺς ὕπνους ἄνδρα σεμνοπρεπῆ, καὶ μέγαν, λέγοντά μοι· Μήνυσόν με πρὸς τὸν πάπαν Εὐλόγιον. Καὶ λέγω αὐτῷ· Τίς εἶ, δέσποτα; Πῶς κελεύεις ἵνα μηνύσω; Αὐτὸς ἀποκριθεὶς λέγει μοι· Ἐγώ εἰμι Λέων ὁ πάπας Ῥώμης. Εἰσελθὼν οὖν ἐγὼ ἐμήνυσα, λέγων· Ὁ ἁγιώτατος καὶ μακαριώτατος πάπας Λέων Ἐκκλησίας Ῥωμαίων πρόεδρος προσκυνῆσαι ὑμᾶς θέλει. Ὡς οὖν ἤκουσεν ὁ πάπας Εὐλόγιος, δρομαίως ἀναστὰς ὑπήντησεν αὐτῷ· καὶ ἀσπασάμενοι ἀλλήλους καὶ εὐχὴν ποιήσαντες ἐκαθέσθησαν. Τότε ὁ θεῖος ὄντως καὶ θεοφόρος Λέων λέγει πάπᾳ Εὐλογίῳ· Οἶδας διατί ἦλθον πρὸς ὑμᾶς; Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν· Οὔ. Λέγει αὐτῷ· Ἦλθον εὐχαριστῆσαι ὑμῖν, ὅτι καλῶς καὶ μεγάλως ἀπελογήσασθε ὑπὲρ τῆς ἐπιστολῆς μου, ἣς ἔγραψα πρὸς τὸν ἀδελφὸν ἡμῶν Φλαβιανὸν τὸν πατριάρχην Κωνσταντινουπόλεως· τὴν μὲν

VARIÆ LECTIONES.

[59] al. πρώτου. [60] Int. Εἰ.

NOTÆ.

(*e*) *Διηγήσατο.* Cod. Regio 1026, f. 31 : Ἐκ τοῦ Λειμωναρίου κεφ. σα'· Διηγήσατο ἐν Κωνσταντινουπόλει ὁ ἀρχιδιάκονος Ῥώμης Γρηγόριος ὁ Διάλογος τῷ πάπᾳ Ἀλεξανδρείας Εὐλογίῳ, ὅτι ἐμφέρεται, etc. Varias lectiones margini apposui

Digitized by Google

ἐμὴν γνώμην φανερώσαντες, τὰ δὲ τῶν αἱρετικῶν ἐποφράξαντες στόματα. Ἴσθι δὲ, ἀδελφὲ, ὡς οὐκ ἐμοὶ μόνον τὸν ἔνθεν ὑμῶν ἐχαρίσασθε κόπον, ἀλλὰ καὶ τῷ κορυφαίῳ τῶν ἀποστόλων Πέτρῳ, καὶ πρό γε πάντων αὐτῇ τῇ ὑφ' ἡμῶν κηρυττομένῃ ἀληθείᾳ, ἥτις ἐστὶν Χριστὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν. Ταῦτα οὐχ ἅπαξ μόνον, ἀλλὰ καὶ τρὶς θεασάμενος, καὶ τῷ τρισσῷ τῆς ὁράσεως πιστευθείς, διηγησάμην τῷ ἐν ἁγίοις πάπᾳ Εὐλογίῳ. Ὁ δὲ ἀκούσας ἐδάκρυσεν· καὶ ἐκτείνας τὰς χεῖρας αὐτοῦ εἰς τὸν οὐρανὸν, ηὐχαρίστησεν τῷ Θεῷ, λέγων· Εὐχαριστῶ σοι, Δέσποτα Χριστὲ, ὁ Θεὸς ἡμῶν, ὅτι ἀνάξιον ὄντα με, κήρυκα πεποίηκας τῆς σῆς ἀληθείας γενέσθαι· καὶ δι' εὐχῶν τῶν θεραπόντων σου Πέτρου καὶ Λέοντος, ὡς τῆς χήρας δύο λεπτὰ, καὶ τὴν μικρὰν ἡμῶν προθυμίαν, ἡ σὴ ἀγαθότης προσεδέξατο.

A obstruentes. Scito autem, frater, quia non mihi tantum vestrum divinum laborem studiumque contulistis, sed etiam supremo culmini apostolorum Petro, et ipsi præ omnibus quæ a nobis prædicatur veritati, quæ est Christus Deus noster. Ista non semel tantum, sed bis terque conspiciens, trina apparitione firmatus enarravi sancto papæ Eulogio. Qui cum audisset, lacrymatus est, extendensque in cœlum manus suas, Deo gratias retulit dicens : Gratias tibi ago, dominator Christe Deus noster, quia cum indignus sim, veritatis tuæ præconem me facere dignatus es, et per orationes servorum tuorum Petri ac Leonis, parvam et modicam alacritatem nostram, tanquam duo viduæ minuta, summa et ineffabili benignitate tua suscipere dignatus es.

CAPUT CXLIX.

Stupenda relatio Amos patriarchæ Jerosolymitani de sanctissimo Leone pontifice Romano.

Κατελθόντος τοῦ ἀββᾶ Ἀμμῶς εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα, καὶ χειροτονηθέντος πατριάρχου, ἀνῆλθον πάντες οἱ ἡγούμενοι τῶν μοναστηρίων εἰς προσκύνησιν αὐτοῦ· ἐν οἷς ἀνῆλθον ἐγὼ μετὰ τοῦ ἡγουμένου μου. Καὶ ἤρξατο λέγειν πρὸς τοὺς Πατέρας ὁ πατριάρχης· Εὔξασθέ μοι, Πατέρες, ὅτι μέγα φορτίον καὶ δυσβάστακτον ἐνεχειρίσθην, καὶ φοβεῖ με τὸ πρᾶγμα τῆς πατριαρχίας οὐ μετρίως. Πέτρου γὰρ καὶ Παύλου καὶ Μωϋσέως, καὶ τῶν τοιούτων ἐστὶν τὸ ποιμαίνειν ψυχὰς λογικὰς, ἐγὼ δὲ ταλαίπωρός εἰμι· πλεῖον δὲ πάντων φοβεῖ με τῶν χειροτονιῶν τὸ βάρος. Εὗρον γὰρ ἐγγράφως, ὅτι ὁ μακάριος, φησὶ, Λέων, ὁ τῆς Ῥωμαίων Ἐκκλησίας γενόμενος πρόεδρος, ἐπὶ τεσσαράκοντα ἡμέρας παρέμενε τῷ τάφῳ τοῦ ἀποστόλου Πέτρου, νηστείαις καὶ δεήσεσι προσκαρτερῶν, αἰτῶν τὸν ἀπόστολον Πέτρον, ἵνα πρεσβεύσῃ ὑπὲρ αὐτοῦ τῷ Θεῷ εἰς τὸ συγχωρηθῆναι τὰ πλημμελήματα αὐτοῦ. Καὶ δὴ πληρωθεισῶν τῶν τεσσαράκοντα ἡμερῶν ὤφθη αὐτῷ ὁ ἀπόστολος Πέτρος, λέγων· Ἐδεήθην ὑπὲρ σοῦ, καὶ συνεχωρήθη σοι πάντα τὰ ἁμαρτήματα, πλὴν τῶν χειροτονιῶν. Τοῦτο οὖν μόνον ἀπαιτηθήσῃ, εἴτε καλῶς εἴτε καὶ ὡς ἄλλως ἐχειροτόνησας, οὓς ἐχειροτόνησας.

B Cum descendisset abbas Ammos Jerosolymam, et patriarcha ordinatus esset, venerunt omnes monasteriorum eremi abbates, ut adorarent eum, inter quos adfui et ego cum abbate meo. Cœpitque patriarcha dicere patribus : Orate pro me, Patres; magnum enim onus et intolerabile mihi injunctum est, sacerdotiique dignitas me terret immodice. Petri enim et Pauli et similium est regere rationales animas, ego autem infelix peccator sum. Plus autem quam cætera timeo ordinationum sarcinam; nam inveni scriptum quia beatissimus et æqualis angelis papa Leo, qui Romanorum Ecclesiæ præfuit, per quadraginta dies perseveravit ad sepulcrum apostoli Petri, vigiliis et orationibus insistens, petensque ab apostolo ut pro se apud Deum intercederet, ut dimitterentur sibi peccata sua. Impletisque diebus quadraginta, apparuit ei apostolus Petrus, dicens : Oravi pro te, et dimissa sunt tibi omnia peccata tua, præterquam impositionis manuum· hoc enim solum abs te requiretur, sive bene, sive fortassis aliter id egeris.

C

CAPUT CL.

Vita et sanctitas episcopi civitatis Rumelli.

Διηγήσατο ἡμῖν ὁ ἀββᾶς Θεόδωρος, ὅτι ἀπὸ τριάκοντα μιλίων Ῥώμης πόλις ἐστὶ μικρὰ, Ῥωμίλλα λεγομένη. Ἐν ταύτῃ τῇ πόλει ἐπίσκοπος ἦν πάνυ μέγας καὶ ἐνάρετος. Ἐν μιᾷ οὖν εἰσῆλθόν τινες ἀπὸ Ῥωμίλλης πρὸς τὸν μακαριώτατον πάπαν Ῥώμης Ἀγαπητὸν, καὶ διαβάλλουσι τὸν ἐπίσκοπον τὸν ἴδιον, πρὸς τὸν πάπαν λέγοντες, ὅτι εἰς δίσκον ἡγιασμένον ἐσθίει. Ὁ δὲ πάπας ἐπὶ τῇ ἀκοῇ καταπλαγεὶς ἀποστέλλει δύο τινὰς τῶν κληρικῶν, καὶ ἤγαγον τὸν ἐπίσκοπον δεδεμένον, καὶ πεζεύοντα, ἐν τῇ Ῥώμῃ, καὶ ἐλθόντα ἔβαλεν εἰς φυλακήν. Ποιήσας οὖν ὁ ἐπίσκοπος ἐν τῇ φυλακῇ τρεῖς ἡμέρας ἔφθασεν ἡ ἁγία Κυριακή. Καὶ ὡς καθεύδῃ ὁ πάπας, διαφανείσης τῆς ἁγίας Κυριακῆς, θεωρεῖ κατὰ τοὺς ὕπνους λέγοντα αὐτῷ, ὅτι Ταύτῃ τῇ Κυριακῇ μὴ προσκομίσῃς, μήτε σὺ μήτε ἄλλος τις τῶν κληρι-

D Narravit nobis abbas Theodorus Romanus, dicens : Est procul a Romana urbe breve oppidum, quod Rumellum dicitur : in eo oppidulo episcopus erat magnæ virtutis et meriti. Die ergo quadam habitatores oppidi ingressi sunt ad beatissimum Romanum antistitem Agapetum, accusantes episcopum suum, ac dicentes : Quia in sanctificato vase manducat. Pontifex autem solo auditu perculsus, mittit duos ex clericis, ut vinctum episcopum, et pedibus iter agentem Romam perducerent; venientem vero continuo misit in carcerem. Cum ergo tres dies in carcere egisset episcopus, venit Dominicus dies. Et cum papa quiesceret, illucescente Dominico die vidit in somnis quemdam astantem sibi, ac dicentem : Hac die Dominica neque tu offeras salutarem hostiam, neque alius quispiam episcoporum qui sunt in urbe ista,

Digitized by Google

nisi solus episcopus quem habes carcere inclusum; illum enim hodie offerre volo. Expergefactus autem papa, et de visione quam viderat hæsitans, dicebat in seipso : Talem contra illum accusationem suscepi, et ipse habet offerre? Venit igitur ei secundo vox in visione, dicens : Dixi tibi ut episcopus qui est in carcere solus offerat. Ambigenti adhuc tertio apparuit illi eadem repetens. Expergefactus autem pontifex, misit in carcerem, et accersito ad se episcopo, percontabatur eum, dicens : Quod est opus tuum? Episcopus autem illi nihil aliud respondit, nisi : Peccator sum. Cum vero episcopo persuadere non posset ut aliud diceret, tunc ait ad eum papa : Hodie tu offerre debes. Cum ergo sancto altari assisteret, et papa prope illum astaret, diaconis altare circumdantibus, cœpit sancta missarum solemnia episcopus. Et cum complesset orationem oblationis, antequam concluderet ipsam, cœpit secundo, ac deinceps tertio, et quarto dicere ipsam sanctæ oblationis orationem. Cunctis vero eam moram moleste ferentibus, dicit ei pontifex : Quid hoc est, quod jam quarto hanc orationem dixisti, nec eam concludis? Tunc respondit episcopus : Ignosce mihi, Pater sancte; quia non vidi juxta consuetudinem sancti Spiritus descensum, idcirco non terminavi orationem. Sed, sancte mi domine, diaconum illum prope me assistentem, qui flabellum (33) tenet, ab altari remove; ego enim illi dicere non audeo. Tunc jussu divi Agapeti recessit diaconus, et continuo vidit episcopus et papa sancti Spiritus adventum. Sed et velum, quod altari superimpositum erat, ultro sublatum est, texitque papam et episcopum et diaconos omnes qui sancto altari astabant, quasi per tres horas.

κῶν, ἢ τῶν ἐπισκόπων τῶν ὄντων ἐν τῇ πόλει, ἀλλὰ ὁ ἐπίσκοπος ὃν ἐν τῇ φυλακῇ ἐγκατάκλειστον ἔχεις· ἐκεῖνον θέλω σήμερον, ἵνα προσκομίσῃ. Ὡς οὖν διυπνίσθη ὁ πάπας, εἶπεν ἐπὶ τῇ ὁράσει, ἣν εἶδεν, λέγων ἐν ἑαυτῷ, Τοιαύτην κατηγορίαν ἐδεξάμην κατ' αὐτοῦ, καὶ αὐτὸς ἔχει προσκομίσαι; Ἦλθεν οὖν αὐτῷ ἐκ δευτέρου φωνὴ ἐν ὁράσει λέγουσα· Εἰπόν σοι, ὅτι ὁ ἐπίσκοπος ὢν ἐν τῇ φυλακῇ, ἐκεῖνος προσκομίσαι. Ὁμοίως δὲ καὶ ἐκ τρίτου ὀφθεὶς αὐτῷ διαποροῦντι, τὰ αὐτὰ εἶπεν αὐτῷ. Ὁ δὲ πάπας διυπνισθεὶς ἀποστέλλει εἰς τὴν φυλακὴν, καὶ λαμβάνων τὸν ἐπίσκοπον, ἐπυνθάνετο αὐτοῦ λέγων· Τί ἐστιν ἡ ἐργασία σου; Ὁ δὲ ἐπίσκοπος οὐδὲν ἄλλο ἀπεκρίνετο, εἰ μὴ, ὅτι Ἁμαρτωλός εἰμι. Ὡς οὖν οὐκ ἔπεισεν τὸν ἐπίσκοπον ἄλλο εἰπεῖν, τότε λέγει αὐτῷ ὁ πάπας· Σήμερον σὺ ἔχεις προσκομίσαι. Καὶ δὴ παραστάντος αὐτοῦ τῷ ἁγίῳ θυσιαστηρίῳ, καὶ τοῦ πάπα παρισταμένου πλησίον αὐτοῦ, καὶ τῶν διακόνων κιγκλισάντων τὸ θυσιαστήριον, ἤρξατο ὁ ἐπίσκοπος τῆς ἁγίας ἀναφορᾶς, καὶ πληρώσας τὴν εὐχὴν τῆς ἁγίας προσκομιδῆς, πρὸ τοῦ τὸ συμπέρασμα ἐπιθῇ εὐχῇ, ἤρξατο ἐκ δευτέρου, καὶ πάλιν ἐκ τρίτου καὶ τετάρτου τῆς ἁγίας ἀναφορᾶς. Πάντων οὖν ξενιζομένων ἐπὶ τῇ βραδύτητι, λέγει αὐτῷ ὁ πάπας· Τί ἐστιν τοῦτο ὅτι ἰδοὺ τέταρτον τὴν ἁγίαν εὐχὴν εἶπες, καὶ οὐ τελεῖς αὐτήν; Τότε ἀπεκρίθη ὁ ἐπίσκοπος· Συγχώρησόν μοι, ὦ ἅγιε πάπα, ὅτι οὐκ εἶδον κατὰ τὸ σύνηθες τὴν τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐπιφοίτησιν· καὶ διὰ τοῦτο οὐκ ἐτέλεσα· πλὴν τὸν διάκονον τὸν κατέχοντα τὸ ῥιπίδιον, ἀπόστησον ἐκ τοῦ ἁγίου θυσιαστηρίου, ὅτι ἐγὼ οὐ τολμῶ εἰπεῖν. Τότε ὁ θεῖος Ἀγαπητὸς κελεύει, καὶ ἀπέστη ὁ διάκονος, καὶ εὐθὺς εἶδον ὅ τε ἐπίσκοπος καὶ ὁ πάπας τὴν τοῦ ἁγίου Πνεύματος παρουσίαν· ἀλλὰ καὶ τὸ καταπέτασμα κείμενον ἐπάνω τοῦ ἁγίου θυσιαστηρίου αὐτομάτως ἐπήρθη, καὶ ἐσκέπασεν τόν τε πάπαν καὶ τὸν ἐπίσκοπον, καὶ ὅλους τοὺς παρισταμένους τοὺς διακόνους σὺν τῷ ἁγίῳ θυσιαστηρίῳ ἐπὶ ὥρας τρεῖς.

Tunc venerandus Agapetus, agnita sanctitate episcopi ex perspecto miraculo, quamque falsam calumniam perpessus esset cognoscens, quod illum ita vexaverat tristis effectus, statuit non jam amplius per subreptionem quidpiam agere, sed cum maturo consideratoque judicio, et magna longanimitate procedere.

Τότε γνοὺς ὁ θεῖος Ἀγαπητὸς, ὅτι μέγας ἐστὶν ὁ ἐπίσκοπος, καὶ ἐσυκοφαντήθη· καὶ ὅτι οὕτως ἔθλιψεν αὐτὸν, λυπηθεὶς, λόγον τέθεικεν, μηκέτι κατὰ τὴν ἁρπαγὴν νοῆσαί τι, ἀλλὰ μετὰ πολλῆς σκέψεως καὶ πολλῆς μακροθυμίας.

CAPUT CLI.

Relatio abbatis Joannis Persæ de beatissimo Gregorio Romanæ urbis episcopo.

Perreximus ad abbatem Joannem Persam, narravitque nobis de magno Gregorio beatissimo Romanæ urbis episcopo, dicens : Cum ivissem Romam, ut adorarem ad sepulcrum sanctorum apostolorum Petri et Pauli, staremque die quadam in medio civitatis, audio papam Gregorium per locum illum transiturum; cogitavi itaque adorare illum. Cum autem prope me esset papa, videretque me progredi ut adorarem illum (loquor Deo teste, fratres), primus ipse prostravit se humi coram me, neque ante surrexit, quam me primo surrexisse cerneret. Et cum multa humilitate salutans me, manu sua tria numismata tradidit, jubens mihi dare quæcunque erant necessaria. Glorificavi itaque Deum, quod tantam illi con-

Παρεβάλομεν εἰς τὰ μονίδια τῷ ἁββᾷ Ἰωάννῃ Πέρσῃ, καὶ διηγήσατο ἡμῖν περὶ τοῦ μεγάλου Γρηγορίου τοῦ μακαριωτάτου τῆς Ῥώμης ἐπισκόπου, λέγων, ὅτι Ἀπῆλθον ἐν Ῥώμῃ προσκυνῆσαι τὰς θήκας τῶν ἁγίων ἀποστόλων Πέτρου καὶ Παύλου· καὶ ἐν μιᾷ, ὡς ἱστάμην εἰς τὸ μέσον τῆς πόλεως, θεωρῶ τὸν πάπαν Γρηγόριον δι' ἐμοῦ μέλλοντα παριέναι. Ἐλογισάμην οὖν βαλεῖν αὐτῷ μετάνοιαν. Ἰδόντες δέ με οἱ τοῦ ὄψικίου αὐτοῦ, ἤρξαντο ὁ καθεὶς αὐτῶν λέγειν μοι· Ἁββᾶ, μὴ βάλε μετάνοιαν. Ἐγὼ δὲ ἠγνόουν διατί μοι τοῦτο λέγουσιν. Πλὴν ἄτοπον εἶναι ἐνόμισα μὴ βαλεῖν αὐτῷ μετάνοιαν. Ὡς οὖν πλησίον μου ἐγένετο ὁ πάπας, θεωρήσας ὅτι ὑπῆγον βαλεῖν μετάνοιαν, ὡς ἐπὶ κυρίῳ, ἀδελφοί· πρῶτος ἔβαλεν

Digitized by Google

εἰς τὴν γῆν μετάνοιαν, καὶ οὐ πρότερον ἀνέστη, ἕως οὗ ἐγὼ πρῶτος ἠγέρθην. Καὶ ἀσπασάμενός με μετὰ πολλῆς ταπεινοφροσύνης, παρέσχεν μοι διὰ χειρὸς νομίσματα τρία, κελεύσας δοθῆναί μοι καὶ κουσσούλιν, καὶ τὰς χρείας μου πάσας. Ἐδόξασα οὖν τὸν Θεὸν, τὸν χαρισάμενον αὐτῷ τοιαύτην ταπείνωσιν πρὸς ἅπαντας, καὶ ἐλεημοσύνην, καὶ ἀγάπην.

A iulerat humilitatem, et misericordiam, et charitatem ad omnes.

CAPUT CLII.

Vita et dicta Marcelli Scythiotæ, abbatis monasterii Monidion.

Παρεβάλομεν ἐν τῇ λαύρᾳ τῶν Μονιδίων τῷ ἀββᾷ Μαρκέλλῳ τῷ Σκητιώτῃ· καὶ θέλων ἡμᾶς ὁ γέρων ὠφελῆσαι, διηγήσατο λέγων, ὅτι Ὅτε ἤμην εἰς τὴν χώραν μου (ἦν δὲ ἐξ Ἀπαμείας), ἡνίοχον εἶχεν τὰ ἐκεῖ ὀνόματι Φιλέρημον· Ἐν μιᾷ οὖν ἡττηθέντος αὐτοῦ τὸ βαΐν (*f*), ἀνέστησαν οἱ τοῦ μέρους αὐτοῦ κράζοντες αὐτῷ· Φιλέρημος εἰς πόλιν βαΐν οὐ λαμβάνει. Μετὰ οὖν τὸ ἐλθεῖν με εἰς Σκῆτιν, εἴποτε ἐπολέμησέν με ὁ λογισμός μου, εἰς πόλιν ἀπελθεῖν, ἢ εἰς κτῆμα, εὐθὺς ἔλεγον ἐμαυτῷ· Μάρκελλε, Φιλέρημος εἰς πόλιν βαΐν οὐ λαμβάνει. Καὶ χάριτι Χριστοῦ, οὗτος ὁ λογισμὸς [61] ἐποίησέν με μὴ ἐξελθεῖν τὴν Σκῆτιν ἐπὶ ἔτη λε', ἕως οἱ Βάρβαροι ἦλθον, καὶ ἐπώλησάν με εἰς Πεντάπολιν, καὶ τὴν Σκῆτιν ἐρήμωσαν.

Accessimus ad abbatem Marcellum Scythiotam in monasterium Monidion, volensque senior prodesse nobis, narravit, dicens : Quando eram in provincia mea (erat autem ex Apamia), auriga quidam illic erat, nomine Phileremus. Quadam ergo die cum superatus fuisset, surrexerunt qui ex parte ejus erant, clamantes ei : Phileremus coronam in civitate non accipit. Cum itaque venissem postmodum in Scythim, si quando me pulsaret cogitatio mea, ut recederem in B civitatem, aut villam, continuo dicebam in meipso : Marcelle, Phileremus coronam in civitate non accipit. Et Christi gratia ista cogitatio fecit ut de Scythi non egrederer per annos triginta quinque, donec venientes barbari apprehenderunt me, et vendiderunt Pentapoli, Scythimque desolaverunt.

Ὁ αὐτὸς ἀββᾶς Μάρκελλος διηγήσατο ἡμῖν ὡς περὶ ἄλλου γέροντος καθημένου ἐν τῇ Σκήτει (αὐτὸς δὲ ἦν), ὅτι Ἐν μιᾷ ἠγέρθη νυκτὸς, ἐφ' ᾧ τὸν κανόνα ποιῆσαι. Καὶ ὡς ἄρχεται τοῦ κανόνος, ἀκούει φωνῆς βουκίνου (*g*) ὡς ἐν πολέμῳ· καὶ ταραχθεὶς ὁ γέρων ἐπὶ τοῦτο, ἐν ἑαυτῷ διελογίζετο· Πόθεν φωνὴ ὧδε; στρατιῶται ὧδε οὐκ εἰσὶν, οὔτε δὲ πόλεμός ἐστιν ἐνταῦθα. Καὶ ὡς οὕτω διελογίζετο, ἰδοὺ πλησίον αὐτοῦ ἐλθὼν δαίμων, λέγει αὐτῷ· Ναὶ πόλεμός ἐστιν. Ἐὰν οὖν οὐ θέλεις πολεμῆσαι καὶ ἀντιπολεμηθῆναι, C ὕπαγε, κοιμοῦ, καὶ οὐ πολέμησαι.

Idem abbas Marcellus quasi de alio sene morante in Scythi (ipse autem erat) narravit dicens quod nocte quadam surrexerit ut psalmos ex more caneret. Cumque psallere cœpisset, audivit vocem buccinæ quasi bellicum clangentis, turbatusque senex cogitabat, dicens : Unde hoc in loco vox buccinæ perstrepit? milites hic non sunt, bellum hinc abest. Et cum ista secum volveret, dæmon prope illum veniens dixit ei : Utique bellum est. Si ergo oppugnari ac repugnare non vis, vade, dormi, et non oppugnaberis.

Εἶπεν πάλιν ὁ γέρων· Πιστεύσατέ μοι, τέκνα, οὐδὲν οὕτως ταράσσει καὶ διεγείρει καὶ παροξύνει καὶ τραυματίζει καὶ ἀπόλλει καὶ ἀνιᾷ καὶ ἐπιφέρει καθ' ἡμῶν τοὺς δαίμονας καὶ αὐτὸν ἀρχέκακον Σατανᾶν, ὡς τὸ μελετᾶν ἡμᾶς διαπαντὸς τοὺς Ψαλμούς. Πᾶσα μὲν γὰρ ἡ ἁγία Γραφὴ ὠφέλιμός ἐστι, καὶ λυπεῖ οὐ μετρίως τοὺς δαίμονας· ἀλλ' οὐχ οὕτως τούτους λυ-

Dixit iterum senex : Credite mihi, filioli, nihil ita perturbat, et concitat, et irritat, et vulnerat, et perdit, atque contristat, et contra nos commovet dæmones, ipsumque perditionis auctorem Satanam, sicut perpetua psalmorum meditatio. Nam omnis quidem divina Scriptura utilis nobis est contristatque non mediocriter dæmones, non tamen ita sicut psal-

VARIÆ LECTIONES.

[61] al. λόγος.

NOTÆ.

(*f*) *Baΐν*, seu *baΐον*. Remittam te ad alios, ubi D posuero scholium seu observatiunculam cod. Reg. 1067, f. 212.

Baΐα διὰ τί λέγονται οἱ κλάδοι τῶν φοινίκων ;

Ἐπειδὴ τῇ Ἑβραίων φωνῇ ἡ σελήνη βαΐον ὀνομάζεται. Ὁ γοῦν φοίνιξ τὸ δένδρον καθ' ἑκάστην πρόοδον τῆς σελήνης, ἣν τινες γένναν καλοῦσιν, ἐκ τῆς ἑαυτοῦ καρδίας ἀναδίδωσι· καὶ διὰ τοῦτο τούτους τοὺς κλάδους τῶν φοινίκων, Ἑβραῖοι, βαΐα προσαγορεύουσιν· ἀπὸ τοῦ περὶ τὸ δένδρον συμβαίνοντος παραδόξου κατονομάζοντες. Ὁμοίως δὲ καὶ ἡμεῖς ἐξ ἐκείνων παραλαβόντες, καλοῦμεν αὐτὰ βαΐα.

Quamobrem rami palmarum, βαΐα dicuntur?

Quia Hebræorum lingua luna nominatur βαΐον. *Itaque palma arbor, quolibet lunæ processu, quem nonnulli nativitatem vocant, ex suo corde ramos producit : eaque de causa ramos illos palmarum, Hebræi* βαΐα *nuncupant ; ab inopino quod arbori contingit denominantes. Simili ratione et nos ab illis accipientes* βαΐα *indigitamus.*

Aliter Callistus in *Synaxario* : Ἐδήλουν δὲ διὰ τῶν βαΐων, οἱονεὶ τῶν κλάδων. Βαΐον γὰρ παρ' Ἑβραίοις ὁ ἁπλοῦς κλάδος λέγεται. In *Triodio* Græcorum, τῶν βαΐων Sabbato, βαΐον παρ' Ἑβραίοις ὁ ἁπαλὸς κλάδος λέγεται. Grammatici. Græci deducunt, παρὰ τὸ βίᾳ τίλλεσθαι. *Balsamoni* vox latina est, aliis Ægyptia. Sed quis nescit nugas etymologistarum? Chronici Alexandrini vocati, p. 7821 : Καὶ προσῆλθεν τῷ βασιλεῖ Οὐαλεντινιανῷ ἡ γυνὴ τῷ βαΐῳ πρωΐ. Lege vel σὺν τῷ βαΐῳ, vel βαΐων. *Et accessit mulier cum palma mane ad imperatorem Valentinianum.* Aut : *Et accessit ad imperatorem Valentinianum mulier mane festi Palmarum.*

(*g*) *Βουκίνου*, *βούκινον* et *βύκινον*, *buccina.* Unde βουκινάτωρ et βυκινάτωρ. *Juris Græco Romani*, p. 49, βικινάτωρ, sed præstat βυκινάτωρ, ut p. 232, et 506; necnon apud Blastarem, p. 72 E.

Digitized by Google

terium. Sicut enim in plebe si una pars laudet imperatorem, alia pars ob id non contristatur, neque movetur contra laudantes; cum vero ad injurias et contumelias non laudantium conversi fuerint, tunc adversus eos excitantur; ita et dæmones non ita commoventur neque contristantur in aliis Scripturis, quèmadmodum in psalmis. Nam cum psalmos meditamur, partim quidem nobis ipsis Deum laudando oramus, partim vero maledictis insequimur dæmones. Ut cum dicimus: Miserere mei, Deus, secundum magnam misericordiam tuam, et secundum multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam (*Psal.* L). Et iterum: Ne projicias me a facie tua, et spiritum sanctum tuum ne auferas a me (*Ibid.*). Et: Ne projicias me in tempore senectutis, cum defecerit virtus mea, ne derelinquas me (*Psal.* LXX), nobis ipsis oramus. Tunc vero persequimur dæmones, cum dicimus (*Psal.* LXVII): Exsurgat Deus, et dissipentur inimici ejus, et fugiant qui oderunt eum a facie ejus. Et rursus: Vidi impium superexaltatum et elevatum sicut cedros Libani; et transivi, et ecce non erat; quæsivi eum, et non est inventus locus ejus (*Psal.* XXXVI). Et illud: Gladius eorum intret in corda ipsorum (*Ibid.*). Et iterum: Lacum aperuit, et effodit eum, et incidit in foveam quam fecit. Convertatur dolor ejus in caput ejus, et in verticem ipsius iniquitas ejus descendet (*Psal.* VII).

Dixit iterum senex: Credite mihi, filii, dicenti. Quemadmodum magna laus et magna gloria et regnum est abrenuntianti sæculo, et monasticum arripienti institutum, quia pretiosiora sunt intellectualia quam sensibilia; ita magna confusio et ignominia est monacho qui relinquit monasticum habitum, etiamsi efficiatur imperator.

Dixit iterum: Homo similitudo Dei fuit ab initio, factus est autem similitudo bestiæ postquam a Deo excidit (*Gen.* I).

Rursus ait: Etiam natura excitat concupiscentias, fratres, sed jugis et intenta abstinentia has etiam exstinguit.

Dixit iterum senex: Agnosce experimento bonam vitam, neque jam ut invalidus timeas.

Ait rursus: Noli mirari, si homo cum sis, angelus

A πεῖ, ὡς τὸ Ψαλτήριον. Ὥσπερ γὰρ ἐπὶ τῶν δημοτῶν, ἐὰν τὸ μέρος τὸ ἓν τὸν βασιλέα εὐφημῇ, τὸ ἄλλο μέρος οὐ λυπεῖται, οὐδὲ κινεῖται κατ' αὐτῶν· ἐπὰν δὲ εἰς ὕβρεις τραπῶσιν, τότε διεγείρονται κατ' αὐτῶν· οὕτως καὶ οἱ δαίμονες, οὐ τοσοῦτον λυποῦνται οὐδὲ ταράσσονται ἐπὶ τῆς ἄλλης Γραφῆς, ὡς ἐπὶ τοῖς Ψαλμοῖς. Μελετῶντες γὰρ τοὺς Ψαλμοὺς, τὰ μὲν ἑαυτοῖς εὐχόμεθα, τὰ δὲ τοὺς δαίμονας καταρώμεθα (*h*). Ὡς ὅταν λέγωμεν· « Ἐλέησόν με, ὁ Θεὸς, κατὰ τὸ μέγα ἔλεός σου, καὶ κατὰ τὸ πλῆθος τῶν οἰκτιρμῶν σου ἐξάλειψον τὸ ἀνόμημά μου. » Καὶ πάλιν· « Μὴ ἀποῤῥίψῃς με εἰς καιρὸν γήρους, ἐν τῷ ἐκλείπειν τὴν ἰσχύνην (*i*) μου μὴ ἐγκαταλίπῃς με. » Τὰ δὲ τοὺς δαίμονας καταρώμεθα· ὡς ὅταν πάλιν λέγωμεν· « Ἀναστήτω ὁ Θεὸς, καὶ διασκορπισθήτωσαν

B οἱ ἐχθροὶ αὐτοῦ, καὶ φυγέτωσαν ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ οἱ μισοῦντες αὐτόν. » Καὶ πάλιν· « Διασκόρπισον ἔθνη τὰ τοὺς πολέμους θέλοντα. » Καὶ πάλιν· « Εἶδον τὸν ἀσεβῆ ὑπερυψούμενον καὶ ἐπαιρόμενον ὡς τὰς κέδρους τοῦ Λιβάνου, καὶ παρῆλθον, καὶ ἰδοὺ οὐκ ἦν, καὶ ἐζήτησα αὐτὸν, καὶ οὐχ εὑρέθη ὁ τόπος αὐτοῦ. » Καὶ τὸ, « Ἡ ῥομφαία αὐτῶν εἰσέλθοι εἰς καρδίαν αὐτῶν. » Καί· « Λάκκον ὤρυξεν, καὶ ἀνέσκαψεν αὐτὸν, καὶ ἐμπεσεῖται εἰς βόθρον ὃν εἰργάσατο· ἐπιστρέψει ὁ πόνος αὐτοῦ εἰς κεφαλὴν αὐτοῦ, καὶ εἰς κορυφὴν αὐτοῦ ἡ ἀδικία αὐτοῦ καταβήσεται. »

C Εἶπεν πάλιν ὁ γέρων· Πιστεύσατέ μοι, τέκνα, λέγοντι, ὡς μέγας ἔπαινος καὶ μεγάλη δόξα, καὶ βασιλεία ἀποτασσομένῳ καὶ γενομένῳ μοναχῷ, ἐπειδὴ τιμιώτερά ἐστι τὰ νοητὰ τῶν αἰσθητῶν· οὕτω καὶ μεγάλη ἐστὶν αἰσχύνη καὶ ἀτιμία μοναχῷ ἐῶντι τὸ μοναχικὸν σχῆμα, καὶ γινομένῳ βασιλεῖ.

Εἶπεν πάλιν· Ἄνθρωπος ὁμοίωμα Θεοῦ ἦν κατὰ τὴν ἀρχήν· γέγονε δὲ ὁμοίωμα θηρίων, ἐκπεσὼν τοῦ Θεοῦ.

Εἶπεν πάλιν· Καὶ ἡ φύσις ἐγείρει τὰς ἐπιθυμίας, ἀδελφοί· ἀλλ' ἡ τῆς ἀσκήσεως ἐπίτασις (*j*) ἀποσβενύει αὐτάς.

Εἶπεν πάλιν ὁ γέρων· Γνῶθι τῇ πείρᾳ τὸν ἀγαθὸν βίον, καὶ μὴ φοβηθῇς ὡς ἀδύνατον.

Εἶπεν πάλιν· Μὴ θαυμάσῃς εἰ ἄνθρωπος ὢν, ἀγ-

NOTÆ.

(*h*) *Καταρώμεθα.* In Zachariam Cyrillus, p. 673 D. Τοῦτό τι παθεῖν ἐπειρᾶτό τινα τῶν εἰς Χριστὸν δεδυσσεβηκότων ὁ μακάριος Δαβὶδ, λέγων· Καὶ διάβολος στήτω ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ. Sed non dubito quin scripserit ἐπηρᾶτο. Ad hunc sensum: *Hoc ut contingeret cuidam in Christum impiorum, imprecabatur beatus David dicens: « Diabolus stet a dextris ejus. »* Psal. CVIII, 6, de Juda. Parque mendum offendes in Anastasii quæst. 62, p. 410: Τί δὲ οἱ θαυμάσιοι Πέτρος καὶ Παῦλος; οὐχὶ ὁ μὲν θάνατον ἐπὶ Ἀνανίαν καὶ Σαπφείραν, ἐπήγαγεν; ὁ δὲ πήρωσιν Ἐλύμᾳ τῷ μάγῳ ἐπαγόμενος (imo ἐπαρώμενος vel cum cod. Reg. 1789, ἐπαρασάμενος) ἐπῆγαγε; *Quid vero admirabiles illi Petrus et Paulus? Annon ille mortem attulit Ananiæ et Saphiræ? Hic autem, Etymam magum exsecratus orbavit oculis?*

(*i*) *Αἰσχύνην.* Ἰσχὺν volebat scribere.

(*j*) *Ἐπίτασις.* Corrupte apud Cyrillum, ad Joan. XIII, 6, t. IV, p. 722 D, impressum est στάσιν pro τάσιν. Τὸ ἀπονίζεσθαι τοὺς πόδας, μετρίως ἀποχαλᾷ τὴν ἐκ τοῦ βαδίσματος τάσιν· *Pedum ablutio aliquantum relaxat et resolvit distensionem ex incessu ortam.* Item in *Epistolis* Nili, lib. III, epist. 142, ἀνάστασιν pro ἀνάτασιν· Καὶ πάντως ἐπάνω φανείημεν τῆς δυσθυμίας, τῆς δολουργῶς ἀπὸ τῆς ἀκαθάρτων πνευμάτων ἡμῖν ὑποσπειρομένης, πρὸς τὸ παραλῦσαι ἡμῶν καὶ ἐκνευρίσαι τὴν δικαίαν ἀνάτασιν· *Et omnino supra tristitiam esse appareamus, quæ in nobis insidiose ab impuris spiritibus disseminatur, ad dissolvendam et enervandam justam nostram contentionem.* Editio Possini epist. 99, ἐννοιαν.

Digitized by Google

γελος γενέσθαι δυνήσῃ. Πρόκειται γὰρ ἡ ἰσάγγελος δόξα, καὶ ταύτην ὁ ἀγωνοθέτης (*k*) τοῖς ἀγωνιζομένοις ἐπαγγέλλεται.

Εἶπεν πάλιν ὁ γέρων· Οὐδὲν οὕτω προσάγει Θεῷ τοὺς μοναχοὺς, ὡσεὶ τὸ εὔσχημον καὶ εὐπάρεδρον τῷ Κυρίῳ ἀπερίσπαστον παρέχουσα ἡ καλὴ καὶ σεμνὴ καὶ φιλόθεος ἀγνεία· καθὰ μεμαρτύρηκεν αὐτῇ τὸ πανάγιον Πνεῦμα διὰ τοῦ θείου Παύλου.

A fieri possis. Proposita enim tibi est par angelis gloria, eamque agonotheta noster certantibus spondet.

Dixit iterum senex : Nihil ita Deo monachos familiares efficit, ut pulchra et honesta et Deo gratissima castitas, quæ sicut sanctus et divinus Spiritus attestatur per beatum Paulum, honestatem et perseverantiam jugiter vacandi Domino sine distractione præstat (*I Cor.* VII).

Εἶπεν πάλιν· Τέκνα, ἀφῶμεν γάμους, καὶ παιδογονίας τοῖς εἰς γῆν βλέπουσιν, καὶ τοῖς τὰ παρόντα ποθοῦσιν, καὶ μὴ τὰ μέλλοντα μελετῶσιν, μηδὲ περὶ τὴν αἰωνίων μίμησιν [62] ἀγαθῶν ἐσχολακόσιν, μήτε τῶν προσκαίρων ἀπαλλάττεσθαι δυναμένοις.

Dixit iterum : Filii, dimittamus nuptias procreationemque liberorum his qui terrena respiciunt, et præsentia desiderant, nec futura meditantur, atque ad æternorum bonorum acquisitionem non attendunt, et a temporalibus et momentaneis eripi nequeunt.

Εἶπεν πάλιν ὁ γέρων· Σπεύσωμεν ἀπελθεῖν ἀπὸ σαρκικοῦ βίου, ὡς Ἰσραὴλ δουλείας Αἰγυπτίας.

B Dixit iterum : Festinemus a carnali vita migrare, sicuti carnalis Israel ab Ægyptia servitute (*Exod.* XIV).

Εἶπεν πάλιν· Λαμπρὰς καὶ γλυκείας ἔχομεν τοῦ Θεοῦ δωρεὰς προκειμένας, ἀδελφοὶ, ἀντὶ τῆς τοῦ κόσμου δριμείας ἡδονῆς.

Ait rursus : Præclara et dulcia Dei munera habemus proposita, fratres, pro sæculari molesta voluptate.

Εἶπεν πάλιν ὁ γέρων· Φύγωμεν τὴν μητέρα πάντων τῶν κακῶν, τὴν φιλαργυρίαν.

Dixit iterum senex : Fugiamus matrem omnium malorum avaritiam (*I Tim.* VI).

CAPUT CLIII.

Responsio monachi monasterii Raythu ad fratrem sæcularem.

Δύο ἀδελφοὶ ἦσαν κοσμικοὶ ἐν Κωνσταντινουπόλει, πάνυ εὐλαβεῖς, καὶ νηστεύοντες πολλά. Ὁ οὖν εἷς ἐλθὼν ἐν Ῥαΐθοῦ, ἀπετάξατο, καὶ γέγονε μοναχός. Μετὰ οὖν χρόνον ἦλθεν ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ ὁ κοσμικὸς ἐν Ῥαΐθοῦ, ἵνα ἴδῃ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ μοναχόν. Ὡς οὖν ἔμεινεν πρὸς αὐτὸν, θεωρεῖ ὁ κοσμικὸς τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ τὸν μοναχὸν μεταλαμβάνοντα τὴν ἐννάτην C ὥραν, καὶ σκανδαλισθεὶς λέγει αὐτῷ· Ἀδελφὲ, ὅταν ἦς κοσμικὸς, ἐν τῷ κόσμῳ οὐ μετελάμβανες τροφῆς, πρὶν δῦναι τὸν ἥλιον. Τότε λέγει αὐτῷ καὶ ὁ μοναχός· Ὄντως, ἀδελφὲ, ὅτε εἰς τὸν κόσμον ἤμην, ἐκ τῶν ὠτίων μου ἐτρεφόμην· ἡ γὰρ κενοδοξία τῶν ἀνθρώπων καὶ ὁ ἔπαινος, οὐ μετρίως ἔτρεφον, καὶ ἐπεκούφιζον τὸν πόνον τῆς ἀσκήσεως.

Duo fratres sæculares erant Constantinopoli, multum religiosi, multumque jejunantes. Unus igitur ex his veniens in Raythu, sæculo abrenuntiavit, et factus est monachus. Post aliquantulum vero temporis venit et sæcularis frater ejus in Raythu, ut videret fratrem suum monachum. Cum ergo morare- C tur apud eum, vidit sæcularis fratrem suum monachum se reficientem nona hora, scandalizatusque dixit illi : Frater, cum esses sæcularis, nunquam ante solis occasum sumebas cibum. Tunc ait illi monachus : Profecto, frater, quando eram in sæculo, aures meæ nutriebant me ; vana enim hominum gloria et laus non mediocriter me reficiebant, jejuniique laborem leviorem reddebant.

CAPUT CLIV.

Vita Theodori sæcularis, hominis Dei.

Ἔλεγεν ὁ ἀββᾶς Ἰορδάνης ὁ βοσκὸς, ὅτι Τρεῖς ἀναχωρηταὶ ἀπήλθομεν πρὸς τὸν ἀββᾶν Νικόλαον εἰς τὸν χείμαρρον Βετασίμους· ἀναμέσον γὰρ τοῦ ἁγίου Ἐλπιδίου καὶ τοῦ μοναστηρίου τοῦ λεγομένου τῶν Ξένων, εἰς σπήλαιον ἐκαθέζετο· καὶ ηὕρομεν ἐγγὺς αὐτοῦ κοσμικόν τινα· καὶ λαλούντων ἡμῶν περὶ σωτηρίας ψυχῆς, λέγει ὁ ἀββᾶς Νικόλαος τῷ κοσμικῷ· Εἰπὸν ἡμῖν τιποτοῦν καὶ σύ. Ἀπεκρίθη ὁ κοσμικὸς, λέγων· Τί ἔχει ὠφελῆσαι ὑμᾶς κοσμικός ; Κἂν εἴθε ἐδυνάμην ἐμαυτὸν ὠφελῆσαι ! Λέγει αὐτῷ ὁ γέρων· Πάντως ἔχεις εἰπεῖν. Τότε λέγει ὁ

Dicebat abbas Jordanes solitarius : Tres simul anachoretæ perreximus ad abbatem Nicolaum in tor- rentem Betasimum (inter sanctum enim Elpidium et D monasterium quod dicitur Peregrinorum, in spelunca morabatur) invenimusque cum illo sæcularem quemdam. Loquentibus autem nobis de animæ salute, dixit abbas Nicolaus sæculari : Dic nobis et tu aliquid. Respondit sæcularis, et ait : Quid vobis prodesse possum ? Utinam vel mihi ipsi prodesse valerem. Dixit ei senex : Prorsus aliquid dicturus es. Tunc ait sæcularis : Habeo viginti duos annos, ex quo præterquam

VARIÆ LECTIONES.

[62] Int. κτῆσιν.

NOTÆ.

(*k*) Hoc epithetum vir omni laude major Carolus Fresnius, in *Dissertatione de inferioris ævi numismatibus*, cap. 67, ponit in nummo Heraclii : longe rectius quam ii qui legendum putaverant, λογοθέτης, νομοθέτης. Quanquam ἀθλοθέτης propius accedit ad ectypum ; ut cuilibet patebit.

Digitized by Google

Sabbato et Dominico die nunquam me sol comedentem vidit. Eram autem mercenarius in villa divitis hominis, iniqui et avari, cum quo mansi annis quindecim, die noctuque operans, neque mercedem mihi reddere volebat, sed per annos singulos affligebat non mediocriter. Itaque dixi in meipso : Theodore, si toleraveris hunc virum, pro mercede, quam tibi debet, cœlorum regnum tibi præparabit. Servavi autem et corpus meum mundum a muliere usque in hodiernum diem. Hæc nos cum audivissemus, magnifice ædificati sumus

A κοσμικός· Ἔχω εἴκοσι δύο χρόνους, ὅτι χωρὶς Σαββάτου καὶ Κυριακῆς, ἥλιος οὐκ ἴδεν με ἐσθίοντα. Εἰμὶ δὲ μίσθιος εἰς κτῆμα πλουσίου ἀνδρὸς ἀδίκου καὶ πλεονέκτου· καὶ ἐγγὺς αὐτοῦ ἔχων ἔτη πεντεκαίδεκα, νύκτα καὶ ἡμέραν ἐργαζόμενος, καὶ μισθὸν οὐκ ἀνέχεταί μοι παρασχεῖν, ἀλλὰ κατ' ἐνιαυτὸν θλίβει με οὐ μετρίως. Ἐγὼ δὲ εἶπον ἐμαυτῷ, ὅτι Θεόδωρε, ἐὰν ὑπομείνῃς τοῦτον τὸν ἄνδρα, ἀντὶ τοῦ μισθοῦ οὗπερ εἶχέν σοι παρασχεῖν, τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν ἔχει σοι προξενῆσαι. Ἐφύλαξα δὲ καὶ τὸ σῶμά μου καθαρὸν μέχρι τῆς σήμερον ἀπὸ γυναικός. Ταῦτα δὲ ἀκούσαντες ἡμεῖς, ὠφελήθημεν μεγάλως.

CAPUT CLV.

Relatio abbatis Jordanis de tribus Saracenis qui se invicem interfecerunt.

Dicebat et hoc nobis de abbate Nicolao abbas Jordanes : Narrabat, inquit, senex, quia imperante fidelissimo imperatore Mauritio, quando Namanes Saracenorum nationis dux prædam egit, cum circuirem ego prope Arnonem et Aidonem, aspicio Saracenos tres, habentes secum unum adolescentem valde formosum, annorum ferme viginti, vinctum atque captivum. Ut ergo vidit me adolescens, flere cœpit, et orare, ut ab eis illum acciperem. Ego autem Saracenos rogare cœpi, ut dimitterent eum. Unus autem illorum Græco sermone respondit, et ait : Non dimittimus eum. Et ego rursum illis dixi : Accipite me, et hunc dimittite, quia fatigationem non sustinet. Ait mihi et ipse rursus : Non dimittimus eum. Dixi eis tertio : Vel pretium pro illo non accipitis? Date mihi illum, et quidquid petieritis, ego afferam vobis. C Respondit : Non possumus tibi dare illum ; sacerdoti enim nostro promisimus, quia si quid pulchrum ceperimus, offeremus illud ei, ut ipsum in sacrificium offerat. Sed vade jam ; nam si moram feceris, caput tuum in terram projiciam. Tunc prostratus ego humi dixi : Salvator noster Christe Deus, salvum fac servum tuum. Et continuo tres Saraceni dæmonio repleti evaginatis gladiis se invicem conciderunt. Assumensque ego adolescentem in speluncam meam, refovi illum, et jam noluit recedere a me; sed renuntians sæculo, cum septem annos in habitu monastico implesset, requievit. Erat autem genere Tyrius.

B Ἔλεγεν δὲ ἡμῖν καὶ τοῦτο περὶ τοῦ ἀββᾶ Νικολάου ὁ ἀββᾶς Ἰορδάνης, ὅτι διηγήσατο ὁ γέρων, ὅτι Εἰς τὰς ἀρχὰς τοῦ πιστοτάτου ἡμῶν βασιλέως Μαυρικίου, ὅταν Ναμὴς ὁ τῶν Σαρακηνῶν φύλαρχος τὴν πραΐδα πεποίηκεν, ὡς ἐγύρευον πλησίον τοῦ Ἀννωνὰ καὶ τοῦ Αἰδονὰ θεωρῶ τρεῖς Σαρακηνοὺς ἔχοντας ἕνα νεώτερον εὐειδῆ πάνυ, ὡς ἐτῶν κ' αἰχμάλωτον. Ὡς οὖν εἶδέν με ὁ νεώτερος, ἤρξατο κλαίειν πρός με, ἵνα λάβω αὐτὸν ἀπ' αὐτῶν. Ἐγὼ δὲ ἠρξάμην παρακαλεῖν τοὺς Σαρακηνούς, ἵν' ἀπολύσωσιν αὐτόν. Ὁ δὲ εἷς τῶν Σαρακηνῶν ἀπεκρίθη μοι Ἑλληνιστί, καὶ λέγει· Οὐκ ἀπολύομεν αὐτόν. Κἀγὼ εἶπον πάλιν αὐτοῖς· Λάβετέ με, καὶ τοῦτον ἀπολύετε, ὅτι θλιβῆναι οὐ δύναται. Λέγει μοι καὶ αὐτός· Οὐκ ἀπολύομεν αὐτόν. Εἰ διὰ λογαρὴν οὐκ ἀπολύετε αὐτόν ; Δότε μοι αὐτὸν, καὶ ὑπάγων ἐπέτω, καὶ φέρω ὑμῖν εἴτι θέλετε. Λέγει μοι καὶ αὐτός· Οὐ δυνάμεθα δοῦναί σοι αὐτόν· ἐπειδὴ τῷ ἱερεῖ ἡμῶν συνεταξάμεθα, ὅτι Εἴτι καλὸν αἰχμαλωτίσωμεν, προσφέρομέν σοι αὐτὸ, ἵνα θυσίαν αὐτὸ προσαγάγῃς. Λοιπὸν ὕπαγε σὺ, ἐπεὶ τὴν κεφαλήν σου ῥίπτομεν εἰς τὴν γῆν. Τότε βάλλων ἐγὼ μετάνοιαν τῷ Θεῷ, λέγω· Ὦ Σωτὴρ ἡμῶν, Κύριε ὁ Θεὸς, σῶσον τὸν δοῦλόν σου. Καὶ εὐθέως οἱ τρεῖς Σαρακηνοὶ δαιμονισθέντες, καὶ τὰ ξίφη αὐτῶν ἐγύμνωσαν, καὶ ἀλλήλους κατέκοψαν. Καὶ ἔλαβον τὸν νεώτερον εἰς τὸ σπήλαιόν μου, καὶ οὐκέτι ἠθέλησεν ἀναχωρῆσαι ἀπ' ἐμοῦ, ἀλλ' ἀπετάξατο· καὶ ποιήσας ζ' χρόνους εἰς τὸ μοναχικὸν, ἀνέπαυσεν· ἦν δὲ τὸ γένος Τύριος.

CAPUT CLVI.

Responsio cujusdam senis ad duos philosophos.

Duo philosophi accesserunt ad senem, et rogaverunt eum, ut verbum spiritalis utilitatis eis diceret. Senex vero tacebat. Rursum philosophi dixerunt; Nihil nobis respondes, Pater? Tunc senex ait illis; Quod isti philologi, hoc est stu-

D Δύο φιλόσοφοι παρέβαλον γέροντι, καὶ ἐπερώτησαν αὐτὸν εἰπεῖν αὐτοῖς λόγον ὠφελείας. Ὁ δὲ γέρων ἐσώπα. Πάλιν οἱ φιλόσοφοι εἶπον· Οὐδὲν ἡμῖν ἀποκρίνῃ, Πάτερ ; Τότε ὁ γέρων λέγει αὐτοῖς· Ὅτι μὲν φιλολόγοι ἐστὲ οἶδα, ὅτι δὲ οὐκ ἀληθεῖς φιλόσοφοι

Digitized by Google

μαρτυρῶ. Μέχρις οὗ ποτε μανθάνετε λαλεῖν, οἱ ἀεὶ τὸ λαλεῖν οὐκ εἰδότες; Γενέσθω οὖν ὑμῶν φιλοσοφίας ἔργον, τὸ ἀεὶ μελετᾷν τὸν θάνατον, καὶ τῇ σιωπῇ καὶ ἡσυχίᾳ ἑαυτοὺς φυλάττετε.

diosi verborum, scio; quod autem non sitis veri philosophi, hoc est sapientiæ studiosi, attestor. Quamdiu enim loqui discitis, qui loqui semper nescitis? Sit ergo philosophiæ vestræ opus, mortem semper meditari; et silentio ac quieti servate vos.

CAPUT CLVII.

Relatio duorum monachorum monasterii Subevorum Syrorum de cane, qui fratri viam ostendit.

Παρεβάλομεν ἐγὼ καὶ ὁ σοφιστὴς Σωφρόνιος ἐν τῇ λαύρᾳ τοῦ Καλαμῶνος, πλησίον τοῦ ἁγίου Ἰορδάνου, τῷ ἀββᾷ Ἀλεξάνδρῳ· καὶ ηὕρομεν ἐγγὺς αὐτοῦ δύο μοναχοὺς τῆς μονῆς Σουβίβων τῶν Σύρων. Διηγήσαντο δὲ ἡμῖν, λέγοντες, ὅτι Πρὸ τούτων τῶν δέκα ἡμερῶν ἦλθέν τις ξενικὸς γέρων, καὶ ἐλθὼν εἰς Σούβιβα τῶν Βέσων, δέδωκεν εὐλογίαν. Παρεκάλεσεν οὖν τὸν ἀββᾶν τοῦ μοναστηρίου, λέγων· Ποίησον ἀγάπην, καὶ ἀπόλυσον εἰς τὸ πλησίον μοναστήριον τῶν Σύρων, ἵνα ἔλθωσιν καὶ λάβωσιν καὶ αὐτοὶ τὴν εὐλογίαν· ἵνα δὲ καὶ αὐτοὶ δηλώσωσιν εἰς τὸ μοναστήριον τοῦ Χωρεμβῆ, ἵνα ἔλθωσιν. Τότε ἔπεμψεν ὁ ἀββᾶς ἀδελφὸν πρὸς τὸν ἡγούμενον Σουβίβων τῶν Σύρων. Ἐλθὼν οὖν ὁ ἀδελφὸς λέγει αὐτῷ· Δεῦρο ἕως τοῦ μοναστηρίου τῶν Βεσσῶν· δήλωσον δὲ καὶ εἰς τὸ μοναστήριον τοῦ Χωρεμβῆ, ἵνα ἔλθωσιν. Ἀπεκρίθη ὁ γέρων· Φύσει, ἀδελφὲ, οὐδένα ἔχω ἵνα ἀποστείλω· ἀλλὰ ποίησον τελείαν τὴν ἀγάπην, καὶ ὕπαγε, καὶ εἶπον αὐτοῖς. Λέγει ὁ ἀδελφός· Οὐδέποτε ἀπῆλθον, καὶ οὐκ ἐπίσταμαι τὴν ὁδόν. Τότε ὁ γέρων λέγει τῷ κυναρίῳ· Ἄπελθε μετὰ τοῦ ἀδελφοῦ ἕως τοῦ κοινοβίου τοῦ Χωρεμβῆ, ἵνα εἴπῃ τὴν ἀπόκρισιν. Ἀπῆλθεν οὖν ὁ κύων μετ' αὐτοῦ ἕως οὗ ἔστησεν αὐτὸν πλησίον τοῦ πυλῶνος τῆς μονῆς. Ἔδειξαν δὲ ἡμῖν καὶ αὐτὸν τὸν κυνὰ οἱ διηγησάμενοι· εἶχον γὰρ αὐτὸν μεθ' ἑαυτῶν.

Perreximus ego et sophista Sophronius in monasterium Calamonis juxta sanctum Jordanem, ad abbatem Alexandrum, invenimusque apud eum duos monachos monasterii Subevorum Syrorum. Narraverunt autem nobis, dicentes: Ante hos decem dies venit quidam peregrinorum susceptor eleemosynas erogans, et veniens in Subiba Besorum, dedit eulogiam. Rogavit igitur abbatem monasterii, dicens: Fac charitatem, et mitte in proximum monasterium Syrorum, ut accipiant et ipsi venientes eulogiam, et nuntient monasterio Charembe ut veniant et ipsi. Tunc abbas misit fratrem ad abbatem Subevorum Syrorum. Profectus itaque frater, dixit ei: Veni usque ad monasterium Besorum, nuntia vero et monasterio Charembe, ut veniant et ipsi. Respondit senex: Frater, ignosce, quia nullum habeo quem mittam, sed fac perfectam charitatem, et pergens ipse, nuntia eis. Ait autem frater: Nunquam illuc perrexi, nec viam scio. Tunc ait senex catulo suo: Vade cum fratre isto usque ad monasterium Charembe, ut nuntiet eis quod vult. Abiit ergo canis cum fratre, donec statuit illum juxta monasterii januam. Ostenderunt autem nobis et canem ipsum, qui ista narraverunt; habebant enim illum secum.

CAPUT CLVIII.

De asino qui monasterio nuncupato Mardes inserviebat.

Ὄρος ἐστὶν περὶ τὴν Νεκρὰν θάλασσαν, τὸ Μάρες καλούμενον· ἐν τούτῳ τῷ ὄρει κάθηνται ἀναχωρηταί. Κῆπον δὲ ἔχουσιν διεστηκότα ἀπ' αὐτῶν σημείοις ἓξ, περὶ τὸ χεῖλος τῆς θαλάσσης, ὡς ἐπὶ λαγγάδα. Ἔχουσιν δὲ καὶ διακονητὴν ἐξ αὐτῶν ἐκεῖ. Οἵαν οὖν ὥραν θέλουσιν ἀναχωρηταὶ πέμψαι εἰς τὸν κῆπον διὰ λάχανα, στρωννύουσιν τὸν ὄνον, καὶ λέγουσιν αὐτῷ· Ὕπαγε εἰς τὸν κῆπον πρὸς τὸν διακονητὴν, καὶ φέρε ἡμῖν λάχανα. Ὁ δὲ ὑπάγει πρὸς τὸν κηπουρὸν μόνος· καὶ σταθεὶς πρὸς τὴν θύραν τῇ κεφαλῇ αὐτοῦ κρούει τὴν θύραν· καὶ εὐθέως ὁ κηπουρὸς φορτίσας αὐτὸν λάχανα, ἀπολύει. Καὶ ἔστιν ἰδεῖν τὸν ὄνον ἑκάστοτε ἀνερχόμενον μόνον, καὶ διακονοῦντα τοῖς γέρουσιν μόνον, ἄλλῳ δέ τινι μὴ παρέχοντα.

Mons est circa mare Mortuum, qui Mardes vocatur, excelsus valde. In eo monte anachoretæ commorantur: est autem illis et hortus ad radicem montis, sexto ferme lapide ab eis distans, circa maris labium: proinde habent anachoretæ et illic ministrum. Quacunque ergo hora volunt ad hortum pro oleribus mittere, sternunt asinum, et dicunt ei: Vade in hortum ad ministrum, et affer nobis olera. Qui mox ad hortulanum solus vadit, stansque ante januam, capite pulsat. Statim igitur egressus hortulanus ipsum oleribus onerat, onustumque dimittit. Videreque est asinum quotidie solum ascendentem, et descendentem, et ministrantem senibus tantum, alii vero nulli obsequentem.

Digitized by Google

CAPUT CLIX.

Vita abbatis Sophronii solitarii, et admonitiones Menæ ducis cœnobii Severiani.

Dicebat abbas Menas antistes cœnobii abbatis Severiani de abbate Sophronio solitario, quod circa mare Mortuum moratus sit nudus per annos ferme septuaginta, herbas in cibum sumens. A Ἔλεγεν ὁ ἀββᾶς Μηνᾶς ὁ ἡγούμενος τῆς μονῆς τοῦ ἀββᾶ Σεβηριανοῦ, περὶ τοῦ ἀββᾶ Σωφρονίου τοῦ βοσκοῦ, ὅτι περὶ τὴν Νεκρὰν θάλασσαν ἔβοσκε, ποιήσας γυμνὸς ἔτη ἑβδομήκοντα, τὰς βοτάνας ἐσθίων μόνον, καὶ μηδενὸς ἑτέρου μεταλαμβάνων.

Et hoc rursus de illo dicebat, audisse se narrantem senem, et dicentem : Oravi Dominum ne dæmones speluncæ meæ propinquarent. Aspiciebam vero dæmones venientes, stantesque a longe tribus fere stadiis, neque ulterius appropinquare valentes.

Ἔλεγε καὶ τοῦτο περὶ αὐτοῦ, ὅτι ἠκηκόει αὐτοῦ λέγοντος, ὅτι Ἐδεήθην τοῦ Κυρίου, ἵνα μὴ πλησιάσωσι δαίμονες εἰς τὸ σπήλαιόν μου· καὶ ἐθεώρουν αὐτοὺς ἐρχομένους ἕως ἀπὸ τριῶν σταδίων τοῦ σπηλαίου, καὶ μὴ δυναμένους πλησίον ἐλθεῖν.

Idem abbas Menas dicebat cœnobii fratribus : Fugiamus, filii, sæcularium colloquia ; solent enim nocere junioribus monachis.

Ὁ αὐτὸς Μηνᾶς ἔλεγε τοῖς ἐν κοινοβίῳ οὖσιν ἀδελφοῖς· Τεκνία μου, φύγωμεν τὰς κοσμικὰς ὁμιλίας. Οἴδασι γὰρ βλάπτειν, ἐξαιρέτως δὲ τοὺς νεωτέρους.

Dicebat iterum senex : Omnis ætas pœnitentiam agere debet, juvenes simul ac senes, ut æterna vita frui cum gloria et laude mereamur : juvenes quidem, quia in flore ætatis, cum fervet concupiscentia, cervicem suam sub jugum pudicitiæ miserunt ; senes vero, quia inolitam sibi ex multis temporibus malorum anticipationem transferre ad meliora potuerunt. B Εἶπεν πάλιν ὁ γέρων· Ἡλικία πᾶσα ὀφείλει μετανοεῖν νεωτέρων τε καὶ γερόντων, ὡς ζωῆς αἰωνίου ἀπολαύειν μετὰ ἐπαίνου καὶ δόξης πολλῆς μέλλουσα· οἱ μὲν νέοι, ὅτι ἐν ἀκμῇ τῆς ἐπιθυμίας τὸν ἑαυτῶν αὐχένα ὑπὸ ζυγὸν ὑπέταξαν· οἱ δὲ γέροντες, ὅτι τὴν ἐκ πολλῶν χρόνων ἐθισθεῖσαν αὐτοῖς κακὴν πρόληψιν μεταθεῖναι δεδύνηνται.

CAPUT CLX.

Quomodo dæmon apparuerit cuidam seni in forma pueri nigerrimi.

Narravit nobis abbas Paulus, antistes cœnobii abbatis Theognosti, quia dixerit senex quidam : Cum die quadam sederem in cellula mea, operarerque manibus meis (texebam autem canistrum, et psalmos repetebam), ecce per fenestram ingressus est quasi puer Æthiops, et stans coram me, saltare cœpit, psallentique mihi dixit : Senex, nonne bene salto ? Ego autem nihil respondi. Rursus ait mihi : Non tibi placet hæc saltatio mea ? Nihil autem respondenti C mihi ait : Ecce putas te, male senex, magnum aliquid agere. Dico tibi, quia et in sexagesimo quinto, et in sexagesimo sexto et in sexagesimo septimo psalmo errasti. Tunc surgens ego coram Deo adoravi prosternens me, et ille evanuit.

Διεγήσατο ἡμῖν ὁ ἀββᾶς Παῦλος ὁ ἡγούμενος τῆς μονῆς τοῦ ἀββᾶ Θεογνίου, ὅτι ἔλεγέν τις γέρων ἀσκητής, ὅτι Ἐν μιᾷ ὡς ἐκαθήμην εἰς τὸ κελλίον μου, καὶ ἔκαμνον τὸ ἐργόχειρόν μου, ἐκέντουν δὲ κανίσκια, καὶ ἐστιχολόγουν, καὶ ἰδοὺ εἰσῆλθεν διὰ τῆς θυρίδος ὡς παῖς Σαρακηνὸς φορῶν μαζάριον· καὶ σταθεὶς ἔμπροσθέν μου, ἤρξατο ὀρχεῖσθαι, καὶ στιχολογοῦντί μοι, εἶπέν μοι· Γέρων, καλῶς ὀρχοῦμαι ; Ἐγὼ δὲ οὐδὲν ἀπεκρίθην. Καὶ πάλιν λέγει μοι· Ἀρέσκει σοι, πῶς ὀρχοῦμαι, γέρων ; Μηδὲν οὖν ἀποκρινομένου μου αὐτῷ ὅλως, λέγει μοι· Τί νομίζεις κακόγηρε, ὅτι μέγα πρᾶγμα ποιεῖς ; Λέγω σοι, καὶ εἰς τὸν ἑξηκοστὸν πέμπτον, καὶ εἰς τὸν ἑξηκοστὸν ἕκτον καὶ εἰς τὸν ἑξηκοστὸν ἕβδομον, ἐπλανήθης. Τότε ἀναστὰς ἐγὼ ἔβαλον μετάνοιαν τῷ Θεῷ· καὶ εὐθέως ἀφανὴς ἐγένετο.

CAPUT CLXI.

Vita abbatis Isaac Thebæi, et quomodo etiam ei apparuit dæmon in figura adolescentis.

Lycos Thebaidis civitas est : ab hac mons quidam sex millibus passuum distat, habitantque in eo monachi alii quidem in speluncis, alii autem in cellis. Profecti ergo nos illuc, convenimus abbatem Isaac, Thebæum genere ; narravitque nobis senior, dicens. Ante annos quinquaginta duos cum operarer conopionem (34), in laborando erravi, affligebarque, quia errorem nec reperire nec emendare valebam. Totum ergo diem consumpsi, me frustra concidens, et quid agerem ignorabam. Et cum fere desperarem, ecce per fenestram ingressus adolescens ait mihi : Errasti ; sed da mihi opus ut illud corrigam. Aio au- D Πόλις ἐστὶν ἐν Θηβαΐδι καλουμένη Λυκώ. Ἐν ταύτῃ ὄρος ἐστὶν ἀπὸ ἓξ μιλίων. Καθέζονται οὖν ἐν τούτῳ τῷ ὄρει μοναχοί· οἱ μὲν εἰς σπήλαια, οἱ δὲ εἰς κελλία. Ἀπελθόντες οὖν ἡμεῖς ἐκεῖ, παρεβάλομεν τῷ ἀββᾷ Ἰσαάκ, Θηβαίῳ ὄντι τῷ γένει. Καὶ διεγήσατο ὁ γέρων λέγων, ὅτι Πρὸ τῶν πεντήκοντα δύο ἐτῶν ὡς εἰργασάμην τὸ ἐργόχειρόν μου, ἔκαμνον δὲ κονωπίωνα μέγαν, ἐπλανήθην, καὶ ἐθλιβόμην, ὅτι τὸ σφάλμα μου οὐχ εὕρισκον. Ἐποίησα οὖν ὅλην τὴν ἡμέραν ἀδολεσχῶν, καὶ οὐκ ἐγίνωσκόν τι ποιῆσαι. Καὶ ὡς ἤμην ἀδολεσχῶν, ἰδοὺ διὰ τῆς θυρίδος εἰσέρχεται νεανίσκος λέγων μοι, Ἐπλανήθης, ἀλλὰ

Digitized by Google

δός μοι, ἵνα διορθώσωμαι αὐτό. Λέγω αὐτῷ· Ὕπαγε σὺ τῶν ὧδε, καὶ μὴ γένηταί μοί ποτε. Ἀπεκρίθη μοι καὶ αὐτός· Ἀλλὰ ζημιοῖ; ἑαυτόν, ἐὰν κακῶς ποιήσῃς αὐτόν. Λέγω αὐτῷ· Περὶ τούτου σοὶ μὴ μελέτω. Πάλιν λέγει μοι· Ἀλλ' ἐλεῶ σε, ὅτι τὸν κόπον σου ἀπόλλεις. Τότε εἶπον αὐτῷ· Κακῶς ἦλθες ὧδε μετὰ τῶν φερόντων σε. Τότε λέγει μοι· Ἀληθῶς σύ με ἠνάγκασας ὧδε ἐλθεῖν, καὶ ἐμὸς εἶ. Λέγω αὐτῷ· Πῶς τοῦτο λέγεις; Ὁ δὲ εἶπεν· Ὅτι ἔχεις τρεῖς Κυριακὰς κοινωνῶν, καὶ ἐχθραίνων τῷ γείτονί σου. Ἐγὼ δὲ εἶπον· Ψευδῆ λέγεις μοι. Καὶ αὐτός· Οὐ διὰ τὸ μάττιν τῆς φακῆς ἐμνησικάκησας αὐτῷ; Καὶ ἐγώ εἰμι ὁ ἐπὶ τῆς μνησικακίας, καὶ ἀπ' ἄρτι ἐμὸς εἶ. Ὡς οὖν ἤκουσα ταῦτα ἐγὼ, ἐάσας τὸ κελλίον μου, ἀπῆλθον πρὸς τὸν ἀδελφὸν, καὶ ἔβαλον αὐτῷ μετάνοιαν, καὶ ἐποιησάμην ἀγάπην, καὶ ὑποστρέψας εὗρον, ὅτι ἔκαυσεν τὸν κονωπίωνα, καὶ τὸ ψιάθιον, ὅπου τὴν μετάνοιαν ἔβαλλον, διὰ τὸ φθονῆσαι αὐτὸν ἐπὶ τῇ ἡμετέρᾳ ἀγάπῃ.

A tem ad illum : Vade hinc, absit hoc a me. Respondit mihi et ipse : Certe damnum tibi est, si male opus facias. Tunc dixi ei : Noli de hoc ipse curam gerere. Ait ad me denuo : Misereor tui, quia laborem tuum perdis. Et respondi illi : Male huc venisti, et tu, et qui te adduxerunt. Dixit autem mihi : Vere tu me huc adduxisti, et meus es. Aio ad illum ego : Cur hoc? Respondit ille mihi : Quia tres dies Dominicos egisti communicans, et inimicus es vicini tui. Dixi autem illi : Mentiris. Tunc ipse mihi : Non mentior ; nam propter lenticulam iratus es illi. Et ego sum, qui præsum iræ et memoriæ injuriarum. Es amodo meus. His ego auditis, mox egressus cellulam, abii ad fratrem, et prostratus ab illo veniam petii, reconciliatique sumus. Reversus autem inveni illum B destruxisse et conopionem, et stoream in qua prostratus eram, quod charitati nostræ invideret.

CAPUT CLXII.

Responsio abbatis Theodori Pentapolitani super solutione abstinentiæ vini.

Ἀπὸ εἴκοσι μιλίων Ἀλεξανδρείας λαύρα ἐστὶ λεγομένη τοῦ Καλαμῶνος, ἀνὰ μέσον τοῦ ὀκτωκαιδεκάτου, καὶ τοῦ Μαφορᾶ. Ἐν ταύτῃ παρεβάλομεν τῷ ἁββᾷ Θεοδώρῳ, λαβόντες καὶ τὸν σοφιστὴν Σωφρόνιον, καὶ ἐπηρωτήσαμεν αὐτὸν, λέγοντες· Καλόν ἐστι, Πάτερ, ἐὰν παραβάλωμεν πρός τινα, ἢ ἐὰν C παραβάλῃ ἡμῖν τις, λύειν ἐκ τοῦ οἴνου; Ἀπεκρίθη ἡμῖν ὁ γέρων, Οὔ. Λέγομεν οὖν αὐτῷ· Καὶ πῶς οἱ ἀρχαῖοι ἔλυον Πατέρες; Ἀπεκρίθη ὁ γέρων· Οἱ ἀρχαῖοι Πάτερες ὡς μεγάλοι καὶ δυνατοὶ ἴσχυον καὶ λῦσαι καὶ πάλιν δῆσαι. Ἡ δὲ ἡμετέρα γενεά, τέκνον, οὐκ ἔστιν ἱκανὴ λῦσαι καὶ δῆσαι· ἀλλ' ἐὰν λύσωμεν, οὐκ ἔτι κρατοῦμεν τὴν ἄσκησιν ἡμῶν.

Quinto decimo ab Alexandria milliario monasterium est, quod vocatur Calamon, inter Octavum decimum et Maphora. In hoc vidimus abbatem Theodorum Pentapolitanum (erat autem nobiscum Sophista Sophronius) et interrogavimus eum : Bonum est, Pater, quoties vel ipsi ad aliquem pergimus, vel si quis venit ad nos, vini abstinentiam solvere? Respondit nobis senior, et ait : Non. Aio autem ad eum : Et quomodo antiqui Patres solvebant? Respondit senex : Antiqui Patres, ut magni et potentes, et solvere poterant, et iterum ligare; nostra vero generatio, filii, solvere ac ligare non sufficit; nam si solvamus ritum abstinentiæ nostræ, non amplius vitæ nostræ religiosæ austeritatem retineremus

CAPUT CLXIII.

Vita abbatis Pauli Helladici

Ἔλεγεν ὁ ἁββᾶς Ἀλέξανδρος ὁ τοῦ Καλαμῶνος τοῦ ἐν τῷ ἁγίῳ Ἰορδάνῃ, ὅτι Ἐν μιᾷ ὡς ἤμην πρὸς τὸν ἁββᾶν Παῦλον τὸν Ἑλλαδικὸν εἰς τὸ σπήλαιον αὐτοῦ, ἰδού τις ἐλθὼν, ἔκρουσε τὴν θύραν, καὶ ἐξελθὼν ὁ γέρων ἤνοιξεν αὐτῷ. Καὶ ἐξενεγκὼν ἄρτον καὶ βρεκτὰ ἔβαλεν ἔμπροσθεν αὐτοῦ, καὶ ἔτρωγεν. Ἐγὼ δὲ ὑπέλαβον, ὅτι ξένος ἐστὶ, καὶ παρακύψας διὰ τῆς θυρίδος, θεωρῶ, ὅτι λέων ἐστί. Καὶ λέγω τῷ D γέροντι· Διατί, καλόγηρε, δέδωκας αὐτῷ φαγεῖν; φράσον μοι τὴν αἰτίαν. Ὁ δὲ λέγει μοι· Παρήγγειλα αὐτῷ μὴ ἀδικῆσαι μήτε ἄνθρωπον μήτε κτῆνος, καὶ, Ἔρχου ἡμερήσιον, καὶ παρέχω σοι τὴν τροφήν σου. Καὶ ἰδοὺ ἔχω ἑπτὰ μῆνας, ὅτι ἔρχεται δεύτερον τῆς ἡμέρας, καὶ παρέχω αὐτῷ τὴν τροφήν.

Πάλιν μετ' ὀλίγας ἡμέρας παρέβαλον αὐτῷ θέλων ἀγοράσαι παρ' αὐτοῦ φλασκία. Καὶ λέγω αὐτῷ· Τί ἐστιν, καλόγηρε; Πῶς ἔχει ὁ λέων; Ἀπεκρίθη μοι, Κακῶς. Λέγω αὐτῷ, Διατί; Ὁ δὲ λέγει μοι, Τῇ παρελθούσῃ ἡμέρᾳ ἦλθεν ὧδε, ἵνα παράσχω αὐτῷ φαγεῖν, καὶ θεωρῶ ὅλην τὴν γενειάδα αὐτοῦ ἡμαγμέ-

Dicebat abbas Alexander, monasterii Calamonis, quod est prope Jordanem, Pater : Die quadam cum essem apud abbatem Paulum Helladicum in spelæo ipsius, ecce quidam veniens pulsavit, egressusque senior aperuit ei, et proferens panem et cicer infusum, posuit ante illum, et manducabat. Ego autem putabam quia peregrinus esset, et aspiciens per fenestram, vidi quia leo erat. Dixi itaque seni : Cur, Pater, præbes illi manducare, dic mihi causam? Qui ait mihi : Quia illum monui ut neminem læderet, neque hominem, neque jumentum, dicens : Veni quotidie, et dabo tibi cibum tuum. Et ecce jam septimus hic mensis est, ex quo bis quotidie advenit, et do illi manducare.

Rursum post paucos dies perrexi ad eum, volens, ab illo emere vas vinarium, id quippe erat senis opus, et dixi ei : Quid est, Pater? quomodo se habet leo? Et ait mihi : Male. Et dixi ad eum : Quare? Respondit : Præterita die venit huc, ut darem illi manducare, videns vero ejus mentum sanguine in-

Digitized by Google

fectum, dixi illi: Quid est? Inobediens fuisti mihi, et carnes manducasti. Benedictus Dominus, non jam tribuo tibi ut comedas cibum Patrum carnium devorator; recede. Ille vero discedere nolebat. Tunc accepto funiculo, triplicans illum, tres illi plagas cum eo dedi, et recessit.

νην, καὶ λέγω αὐτῷ· Τί ἐστι; Παρήκουσάς μου, καὶ σαρκὸς ἔφαγες. Εὐλογητὸς Κύριος, οὐκ ἔτι παρέχω σοι τὴν βρῶσιν τῶν Πατέρων, σαρκοφάγε. Ὕπαγε ἔνθεν. Ὁ δὲ, οὐκ ἤθελεν ἀπελθεῖν. Τότε λαβὼν σχοινίον, καὶ τριπλώσας αὐτὸ, παρέσχον αὐτῷ τρεῖς πληγὰς, καὶ ἀπῆλθεν.

CAPUT CLXIV.

Responsio abbatis Victoris solitarii ad monachum pusillanimem.

Frater venit ad abbatem Victorem solitarium in monasterium Elusæ, et dixit ei: Quid faciam, Pater, quia dominatur mihi passio pusillanimitatis? Respondit senex: Morbus animæ est. Sicut enim capti [an non ægri?] oculis quando magis patiuntur, plus sibi videntur lumen intueri, qui vero sanos habet oculos, modicum; ita et pusillanimes ex modica tentatione cito perturbantur, et magnam illam esse existimant; qui vero anima sani sunt, magis in tentationibus gaudent.

Ἀδελφὸς παρέβαλεν τῷ ἀββᾷ Βίκτορι τῷ ἡσυχαστῇ εἰς τὴν λαύραν Ἐλούσης, καὶ λέγει αὐτῷ· Τί ποιήσω, Πάτερ, ὅτι κατακυριεύει μου τὸ πάθος τῆς ὀλιγωρίας; Ἀπεκρίθη ὁ γέρων· Ἀῤῥωστία ψυχῆς ἐστιν. Ὥσπερ γὰρ οἱ ὀφθαλμιῶντες, ἐπειδὴ μᾶλλον πάσχωσιν, πλέον φῶς δοκοῦσιν βλέπειν, οἱ δὲ ὑγιαίνοντες, ὀλίγον· οὕτως καὶ οἱ ὀλιγόψυχοι, ὑπὸ μικρᾶς ὀλιγωρίας ταχέως ἐξάπτονται, καὶ νομίζουσιν πολλὴν εἶναι τὴν ὀλιγωρίαν, οἱ δὲ ὑγιαίνοντες τὴν ψυχὴν, μᾶλλον ἐν τοῖς πειρασμοῖς χαίρουσιν.

CAPUT CLXV.

Vita latronis nuncupati Cyriaci.

Narravit quidam vir fidelis de latrone quodam, Cyriaco nomine, qui latrocinia exercebat circa Emaus, quæ est Nicopolis, qui adeo truculentus et immanis fuit, ut lupus vocaretur. Hic secum habuit alios latrocinii socios, non solum Christianos, verum et Judæos et Samaritanos. Quadam ergo die profecti sunt quidam ex agro Nicopoleos in sanctam civitatem magna hebdomada, ut per baptismum illuminarent filios suos. Quod cum fecissent, et reverterentur in agrum suum, ut celebrarent sanctum Resurrectionis diem, occurrerunt iis latrones, principe suo absente: et viri quidem fuga evaserunt; mulieres autem, projectis nuper baptizatis filiis, tenuerunt Hebræi et Samaritani, et habuerunt eas. Fugientibus igitur viris obvius fuit latronum princeps, et ait illis: Cur fugitis? Illi autem dixerunt, quid sibi contigisset. Sumens ergo illos venit ad socios suos, inveniensque infantes in humum projectos, cum sciscitatus esset quinam hoc fecissent, sceleris decollavit auctores, reddensque viris filios (nam uxores, quia inquinatæ fuerant, recipere passi non sunt) salvavit eos latronum princeps, et reduxit usque ad agrum suum. Post modicum vero temporis tentus est latronum princeps, egitque in carcere decem annos, nullusque principum illum occidit, ad postremum vero etiam absolutus est. Dicebat ergo semper: Quia propter infantes illos amaram effugi mortem. Aspiciebam enim illos frequenter in somnis dicentes mihi: Noli timere, nos pro te satisfacimus. Locuti autem postea cum illo sumus ego et abbas Joannes presbyter monasterii Eunuchorum, et hæc eadem nobis ipse narravit, glorificans Deum.

Διηγήσατο ἡμῖν ὁ φιλόχριστος περί τινος λῃστοῦ ὀνόματι Κυριακοῦ, ὅτι ἐλῃστευεν περὶ τὰ μέρη Ἐμαοῦς, ἥτις ἐστὶν Νικόπολις· καὶ τοιούτως γέγονεν πικρὸς, καὶ ἀπάνθρωπος, ὅτι λύκον αὐτὸν ἐκάλουν. Εἶχεν δὲ σὺν αὐτῷ καὶ ἄλλους λῃστεύοντας οὐ μόνον Χριστιανοὺς, ἀλλὰ καὶ Ἰουδαίους καὶ Σαμαρείτας. Ἐν μιᾷ οὖν ἦλθον ἀπὸ κτήματος τῶν μερῶν Νικοπόλεώς τινες εἰς τὴν ἁγίαν πόλιν τῇ μεγάλῃ ἑβδομάδι φωτίσαι τὰ παιδία αὐτῶν. Ὡς οὖν ἐφώτισαν καὶ ὑπέστρεφον εἰς τὸ ἴδιον κτῆμα, ἵνα ποιήσωσιν τὴν ἁγίαν ἀναστάσιμον ἡμέραν, ὑπήντησαν οὖν αὐτοῖς οἱ λῃσταὶ οὐ παρόντος τοῦ ἀρχιλῃστοῦ. Καὶ οἱ μὲν ἄνδρες φυγῇ ἐχρήσαντο· τὰς δὲ γυναῖκας κρατήσαντες, καὶ ῥίψαντες τὰ νεοφώτιστα, οἱ Ἑβραῖοι καὶ οἱ Σαμαρεῖται, ἔσχον αὐτάς. Ὡς οὖν οἱ ἄνδρες ἔφυγον, ὑπήντησεν αὐτοῖς ἀρχιλῃστὴς, καὶ ἐπηρώτησεν αὐτοὺς, Τί φεύγετε; Οἱ δὲ εἶπον αὐτῷ τὸ συμβὰν αὐτοῖς. Λαβὼν οὖν αὐτοὺς ἦλθεν πρὸς τοὺς ἑταίρους αὐτοῦ, καὶ εὗρεν τὰ παιδία ἐῤῥιμμένα εἰς τὴν γῆν. Καὶ μαθὼν τίς ἐποίησεν, ἀπεκεφάλισεν τοὺς πεποιηκότας τὸ μύσος, καὶ ποιήσας τοὺς ἄνδρας λαβεῖν τὰ παιδία; τῷ μὴ ἀνασχεθῆναι τὰς γυναῖκας ψαῦσαι διὰ τὸν ἐπ' αὐταῖς μολυσμὸν, διέσωσεν αὐτοὺς ὁ ἀρχιλῃστὴς ἕως τοῦ κτήματος αὐτῶν. Μετὰ οὖν ὀλίγον χρόνον ἐκρατήθη ὁ ἀρχιλῃστὴς, καὶ ἐποίησεν ἐν τῇ φυλακῇ δέκα χρόνους, καὶ οὐδεὶς τῶν ἀρχόντων ἐφόνευσεν αὐτόν. Ὕστερον δὲ καὶ ἀπελύθη. Ἔλεγεν οὖν ἀεὶ, ὅτι διὰ τοὺς παῖδας ἐκείνους τὸν πικρὸν ἔφυγον θάνατον. Ἔβλεπον γὰρ αὐτοὺς κατ' ὄναρ λέγοντάς μοι, Μὴ φοβοῦ, ἡμεῖς ὑπὲρ σοῦ ἀπολογούμεθα. Συνετύχομεν δὲ αὐτῷ ἐγὼ καὶ ὁ ἀββᾶς Ἰωάννης ὁ πρεσβύτερος τοῦ κοινοβίου τῶν Εὐνούχων· καὶ τὰ αὐτὰ ἡμῖν διηγήσατο, καὶ ἐδοξάσαμεν τὸν Θεόν.

CAPUT CLXVI.

Vita latronis monachi effecti et postea in sæculari habitu decollati.

Dicebat abbas Sabbatius: Cum sederem in monasterio abbatis Firmini, venit latro quidam ad

Ἔλεγεν ὁ ἀββᾶς Σαββάτιος· Ὡς ἐκαθήμην εἰς τὴν λαύραν τοῦ ἀββᾶ Φιρμίνου, ἦλθέν τις λῃστὴς πρὸς

Digitized by Google

τὸν ἀββᾶν Ζώσιμον τὸν Κίλικα, καὶ παρεκάλει τὸν γέροντα, λέγων, Ποίησον ἀγάπην διὰ τὸν Θεόν, ἐπειδὴ πολλῶν φόνων κύριος ὑπάρχω· ποίησόν με μοναχὸν, ἵνα τὸ λοιπὸν ἡσυχάσω ἐκ τῶν κακῶν μου. Ὁ δὲ γέρων νουθετήσας αὐτὸν ἐποίησεν αὐτὸν μοναχὸν, παρασχὼν καὶ τὸ ἅγιον σχῆμα. Μετ' ὀλίγας μὲν οὖν ἡμέρας λέγει αὐτῷ ὁ γέρων, Πίστευσόν μοι, τέκνον, ὅτι ὧδε μεῖναι οὐ δύνασαι· εἰ γὰρ ἀκούσει ἄρχων, κρατήσει· ὁμοίως δὲ καὶ οἱ ἀντιφαντιασταί σου ἐλθόντες φονεύσουσίν σε· ἀλλ' ἄκουσόν μου, καὶ ἀποφέρω σε εἰς τὸ κοινόβιον ἀπέχον τῶν ὧδε. Καὶ ἀπήνεγκεν αὐτὸν εἰς τὸ κοινόβιον τοῦ ἀββᾶ Δωροθέου, πλησίον Γάζης καὶ τοῦ Μαιουμᾶ. Καὶ ποιήσας χρόνους ἐννέα, καὶ μαθὼν τὸ Ψαλτήριον καὶ ἄπασαν τὴν μοναχικὴν κατάστασιν, ἀνέρχεται πάλιν εἰς τὰ Φιρμίνου πρὸς τὸν γέροντα, καὶ λέγει αὐτῷ, Κύριε ἀββᾶ, ποίησον ἔλεος μετ' ἐμοῦ, καὶ δός μοι τὰ ἱμάτιά μου, τὰ κοσμικὰ, καὶ λάβε μοναστικά. Ὁ δὲ γέρων λυπηθεὶς λέγει πρὸς αὐτὸν, Διὰ τί, τέκνον; Ἀπεκρίθη λέγων· Ἰδοὺ ἐννέα, ὡς οἶδας, Πάτερ, ἔτη ἔχω εἰς τὸ κοινόβιον, καὶ ὡς ἐπὶ μοὶ ἐνήστευσα, καὶ ἐγκρατευσάμην, καὶ μετὰ πάσης ἡσυχίας καὶ φόβου Θεοῦ ἔζησα ἐν ὑποταγῇ, καὶ ἐπίσταμαι, ὅτι αὐτοῦ ἀγαθότης συνεχώρησέν μοι τὰ πολλά μου κακὰ, πλὴν θεωρῶ ἑκάστοτε παῖδα λέγοντά μοι· Διατί με ἐφόνευσας; Τοῦτον θεωρῶ κατὰ τοὺς ὕπνους, καὶ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, καὶ ἐν τῷ ἀριστηρίῳ ταῦτά μοι λέγοντα, καὶ μίαν ὥραν οὐκ ἐνδίδωσί μοι. Διὰ τοῦτο οὖν, Πάτερ, θέλω ἀπελθεῖν, ἵνα ὑπὲρ τοῦ παιδὸς ἀποθάνω. Μάτην γὰρ ἐφόνευσα τὸ παιδίον. Λαβὼν οὖν τὰ ἱμάτια, καὶ φορέσας ἐξῆλθεν ἐκ τῆς λαύρας, καὶ ὑπάγει εἰς τὴν Διόσπολιν, καὶ τῇ ἑξῆς ἡμέρᾳ κρατηθεὶς ἀπεκεφαλίσθη.

abbatem Zosimum Cilicem, et rogabat senem, dicens: Fac charitatem, per Deum te precor, quia multis homicidiis obnoxius sum. Fac me monachum, ut jam tandem desistam a sceleribus meis. Senex vero exhortans illum, fecit monachum, et sanctum ei habitum dedit. Post modicum vero temporis dixit ad illum senior: Crede mihi, fili, non potes hic habitare; nam si audierit princeps, tenebit te; similiter autem et adversarii tui necabunt te. Sed audi me, et ducam te in cœnobium abbatis Dorothei prope Gazam et Majumam. Illuc igitur ivit. Ubi cum moratus esset annis novem, didicissetque psalterium, et cunctam monasticam observationem, rediit rursus in Firmini monasterium, ad senem, et ait illi: Fac misericordiam mecum, Pater, et da mihi vestimenta mea sæcularia, et recipe monastica. Senior autem tristis effectus ait illi: Cur, fili? Qui respondens ait: Ecce novem (ut nosti, Pater) annos egi in cœnobio, et quantum potui jejunavi, et continenter vixi, et cum omni quiete, et timore Dei fui in subjectione, et scio quia illius infinita bonitas multa peccata mea remisit mihi; verumtamen aspicio sæpius puerulum astantem, et dicentem mihi: Cur me occidisti? Hunc autem aspicio in somnis, et in ecclesia, et cum ad communionem pergo, et in refectorio hæc eadem mihi dicentem; et vel una hora non sinit me quiescere. Ideo itaque, Pater, ibire volo, ut pro puerulo moriar. Frustra enim, et sine ulla causa occidi puerulum ipsum. Sumptis ergo vestimentis suis, exiit. Et cum sic indutus pergeret Diospolim, tentus est, et sequenti die decollatus.

CAPUT CLXVII.

Vita et mors abbatis Pœminis solitarii.

Ἔλεγεν ὁ ἀββᾶς Ἀγαθόνικος ἡγούμενος τοῦ κοινοβίου τοῦ καστελλίου τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Σαβᾶ, ὅτι Ἐν μιᾷ κατῆλθον εἰς τὴν Ῥουβᾶν παραβαλεῖν τῷ ἀββᾷ Ποιμένι τῷ βοσκῷ. Καὶ δὴ εὑρὼν αὐτὸν, εἶπον αὐτῷ τοὺς λογισμούς μου. Ὡς οὖν ὀψία γέγονεν εἰασέ με εἰς σπήλαιον. Ἦν δὲ χειμὼν, καὶ γέγονεν κατ' ἐκείνην τὴν νύκτα κρύος μέγα, καὶ πάνυ ἐρίγωσα. Ἐλθὼν οὖν τῷ πρωῒ γέρων λέγει μοι, Τί ἐστι, τέκνον; Λέγω αὐτῷ, Συγχώρησόν μοι, Πάτερ, χαλεπὴν ἐποίησα νύκτα ἐκ τοῦ κρύους. Λέγει μοι καὶ αὐτὸς, Φύσει, τέκνον; Ἐγὼ οὐκ ἐρίγωσα. Ἐθαύμασα δὲ ἐγὼ ἀκούσας· ἦν γὰρ γυμνός. Καὶ λέγω αὐτῷ· Ποίησον ἀγάπην, πῶς οὐκ ἐρίγωσας; Ὁ δὲ λέγει· Λέων ἐλθὼν, πλησίον μου κεκοίμηται, καὶ αὐτός με ἐθέρμανεν. Πλὴν λέγω σοι, ἀδελφὲ, ὑπὸ θηρίων ἔχω βρωθῆναι. Λέγω αὐτῷ· Διὰ τί; Ὁ δὲ λέγει μοι, Ὅτι εἰς τὴν χώραν ἡμῶν ὅτε ἦμην (ἦσαν δὲ καὶ οἱ ἀμφότεροι Γαλάται), ποιμὴν προβάτων ἦμην, καὶ παρεῖδον ξένον παροδίτην, καὶ ἔφαγον αὐτὸν τὰ κυνάρια τὰ ἐμὰ, καὶ δυνάμενος σῶσαι αὐτὸν, οὐκ ἔσωσα, ἀλλ' εἴασα αὐτὸν, καὶ ἀπέκτειναν αὐτὸν οἱ κύνες. Καὶ οἶδα, ὅτι κἀγὼ οὕτως ἔχω ἀποθανεῖν. Καὶ μετὰ τρεῖς χρόνους ἐβρώθη ὑπὸ θηρίων κατὰ τὸν λόγον αὐτοῦ ὁ γέρων.

Dicebat abbas Agathonicus, antistes cœnobii castelli sancti Patris nostri Sabæ: Descendi die quadam in Ruba, ut pergerem ad abbatem Pœmenem solitarium. Cum ergo reperissem eum, et dixissem illi cogitationes meas, sero dimisit me in unam speluncam; erat autem hiems; fuitque nocte illa frigus maximum, ac nimia vi algoris obrigui. Veniens ergo ad me mane senior, ait mihi: Quid est, fili? Aio ad illum: Ignosce mihi, Pater, duram pertuli noctem ex frigore. Dixit autem mihi: Ego, fili, frigus nullum sensi. Miratus sum valde hoc audiens, erat quippe nudus. Et dixi ad eum: Fac charitatem, quomodo tantam frigoris asperitatem non sensisti? Dixit autem mihi: Venit leo, et obdormivit juxta me, et ipse me calefecit. Verumtamen dico tibi, frater, quoniam a feris devorandus sum. Aio ad illum: Cur, quæso? Et dixit mihi: In provincia nostra cum essem (erant autem ambo Galatæ) pastor ovium eram, et contempsi transeuntem peregrinum, et a canibus comestus est. Cum enim illum salvare possem, non feci; sed dimisi eum, et a canibus discerptus est, scioque quia et ego ita mori debeo. Quod et factum est; post tres enim annos a bestiis, ut dixerat, et ipse discerptus est.

Digitized by Google

CAPUT CLXVIII.

Dicta abbatis Alexandri senis.

Dicebat abbas Alexander senex fratribus: Patres nostri deserta et tribulationes persequebantur, nos autem civitates et requiem sequimur.

Dixit iterum senex: Sub Patribus nostris virtutes istæ vigebant, nuditas et humilitas; in nobis autem avaritia et superbia regnat.

Ait rursus: Patres nostri nunquam facies suas lavabant; nos autem lavacra publica balneaque frequentamus.

Dixit iterum senex: Heu mihi, filii, quia conversationem vere angelicam destruximus. Ait autem ad illum abbas Vincentius discipulus ejus: Infirmi profecto sumus, Pater. Dicit ei senex: Quid dicis, Vincenti, quia infirmi sumus? Crede mihi, fili, Olympici corpore et robusti sumus, sed anima nostra imbecilla est.

Dixit iterum: Multum comedere et bibere, et bene vestiri possumus; abstinere autem et humiliari non valemus.

Rursus dixit: Væ tibi, Alexander, væ tibi; quanta erit confusio tua quando cæteri coronabuntur.

A Ἔλεγεν ὁ ἁββᾶς Ἀλέξανδρος ὁ γέρων, ὁ τοῦ ἁββᾶ Βικεντίου, τοῖς ἀδελφοῖς· Οἱ Πατέρες ἡμῶν ἐδίωκον τὰς ἐρήμους καὶ τὰς θλίψεις· ἡμεῖς δὲ διώκομεν τὰς πόλεις καὶ τὴν ἄνεσιν.

Εἶπεν πάλιν ὁ γέρων· Ἐπὶ τῶν Πατέρων ἡμῶν, αὗται αἱ ἀρεταὶ ἤκμασαν, ἡ ἀκτημοσύνη, καὶ ἡ ταπείνωσις· σήμερον δὲ πολιτεύεται ἡ φιλοχρηματία [63] καὶ ἡ ὑπερηφανία.

Εἶπεν πάλιν· Οἱ Πατέρες ἡμῶν οὐδέπω τὴν ὄψιν αὐτῶν ἔνιπτον· ἡμεῖς δὲ καὶ τὰ λουτρὰ τὰ δημόσια ἀνοίγομεν.

B Εἶπεν πάλιν ὁ γέρων· Οὐαί μοι, τέκνα, πολιτείαν ἀγγελικὴν ἠφανίσαμεν. Λέγει αὐτῷ ὁ μαθητὴς αὐτοῦ ὁ ἁββᾶς Βικέντιος· Ἀσθενεῖς ἐσμεν ἀληθῶς, Πάτερ. Λέγει ὁ γέρων· Τί λέγεις Βικέντιε, Ἀσθενεῖς ἐσμεν; Πίστευέ μοι, τέκνον, ὡς Ὀλυμπικοί [64] ἐσμεν τῷ σώματι, ἀλλ' ἡ ψυχὴ ἡμῶν ἐστιν ἡ ἀσθενοῦσα.

Εἶπεν πάλιν· Φαγεῖν καὶ πιεῖν πολλά, καὶ φορέσαι καλῶς δυνάμεθα· ἐγκρατεύσασθαι δὲ καὶ ταπεινοφρονῆσαι οὐ δυνάμεθα.

Εἶπεν πάλιν ὁ γέρων· Οὐαί σοι, Ἀλέξανδρε, οὐαί σοι· πῶς ἔχεις καταισχυνθῆναι, ὅταν ἄλλοι στεφανοῦνται!

CAPUT CLXIX.

Vita senis cujusdam capti oculis in monasterio abbatis Sisci.

Erat senex quidam in Scythi captus oculis in monasterio abbatis Sisci. Distabat autem cella ipsius a puteo fere mille passibus, et nunquam passus est ut sibi alius afferret aquam, sed facto fune, unum ipsius caput ad puteum ligavit, et alterum in cella sua. Jacebat autem funis in terra. Quando ergo pergebat haurire sibi aquam, supra funem ambulabat. Hoc autem faciebat senex, ut inveniret puteum. Cum autem arena propter ventum operuisset funem, tenebat ipsum manu, et excutiebat, et rursus illum in terra ponebat, et super eum ambulabat. Frater autem quidam rogabat senem, ut se permitteret illi afferre aquam. Cui respondit senex: Fili, viginti jam et duo anni sunt ex quo mihi semper ita hausi aquam, et laborem meum tu modo auferre vis?

C Ἦν τις γέρων ἀπὸ ὀμμάτων εἰς τὴν Σκῆτιν, ἐν τῇ λαύρᾳ τοῦ ἁββᾶ Σισοῖ· ἀπεῖχεν δὲ τὸ κελλίον αὐτοῦ ἐκ τοῦ φρέατος ὡσεὶ δίμοιρον μιλίου. Καὶ οὐκ ἠνέσχετό (*l*) ποτε, ἵνα ἄλλος αὐτῷ γεμίσει ὕδωρ· ἀλλὰ ποιήσας σχοινίον, τὴν μίαν αὐτοῦ ἀρχὴν εἰς τὸ φρέαρ ἔδησεν, καὶ τὴν ἄλλην εἰς τὸ κελλίον αὐτοῦ, καὶ ἔκειτο εἰς τὴν γῆν. Ὅτε οὖν ὑπῆγεν γεμίσαι ἑαυτῷ ὕδωρ ἐπάνω τοῦ σχοινίου περιεπάτει. Τοῦτο δὲ ὁ γέρων ἐποίησεν, ἵνα κατ' αὐτοῦ τοῦ φρέατος εὑρίσκηται. Ὅτε οὖν ἡ ψάμμος ἐκ τοῦ ἀνέμου, ἐκάλυψεν τὸ σχοινίον, ἐκράτει τῇ χειρὶ τὸ σχοινίον, καὶ ἐκτίνασσεν αὐτὸ, καὶ ἐτίθη αὐτὸ πάλιν εἰς τὴν γῆν, καὶ ἐπάνω αὐτοῦ περιεπάτει. Ἀδελφὸς οὖν παρεκάλεσεν τὸν γέροντα, ἵνα φέρῃ αὐτῷ ὕδωρ. Καὶ ἀπεκρίθη ὁ γέρων· Φύσει, ἀδελφὲ, ἔχω οὕτως γεμίζων ἐμαυτῷ ἔτη εἰκοσιδύο, καὶ θέλεις τὸν κόπον μου λαβεῖν;

CAPUT CLXX.

Vita cujusdam sanctæ mulieris in eremo defunctæ.

Distabat ab Jerosolymis fere viginti passuum millibus monasterium quoddam, quod Sampsonis dicitur. Ex hoc monasterio duo Patres abierunt ad mon-

D Μοναστήριόν ἐστιν ἀπέχον ἀπὸ Ἱεροσολύμων . . . ἐπιλεγόμενον Σαμψῶ. Ἐκ τούτου τοῦ μοναστηρίου δύο τῶν Πατέρων ἀπῆλθον ἐπὶ τὸ Σινὰ ὄρος, εὐχῆς

VARIÆ LECTIONES.

[63] al. πολυκτημοσύνη. [64] al. παγκρατιασταὶ καὶ πύκται.

NOTÆ.

(*l*) Ἠνέσχετο. Hom. 25, Paschali sancti Cyrilli, p. 299 C: Οἱ γὰρ ἀκάθεκτοι πρὸς πλεονεξίαν, ἀεὶ τοῖς οὖσι προστιθέναι σπουδάζοντες τὰ οὐκ αὐτοῖς μᾶλλον, τοῖς δὲ πέλας προσήκοντα, τάχα που καὶ μόνοι τὴν γῆν οἰκήσιμον ἔχειν ἐπείγονται, γειτόνων οὐκ ἀνεχόμενοι. Non ἀπεχόμενοι· *Qui enim immoderata cupiditate habendi laborant, semper iis quæ possident adjicere studentes ea quæ ad vicinos potius, quam ad ipsos spectant, quodammodo soli habitare terram conantur, qui finitimos pati non possint.*

Digitized by Google

ἕνεκα. Καὶ ἐπανελθόντες ἐν τῷ μοναστηρίῳ διηγήσαντο ἡμῖν, λέγοντες· Μετὰ τὸ προσκυνῆσαι ἡμᾶς εἰς τὸ ἅγιον ὄρος, ἐπανερχομένοις συνέβη κατὰ τὴν ἔρημον πλανηθῆναι· καὶ ἐφερόμεθα ὡς ἐπὶ πελάγους ἐν τῇ ἐρήμῳ ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας. Ἐν μιᾷ οὖν θεωροῦμεν μικρὸν σπήλαιον μακρόθεν, καὶ ὡρμήσαμεν ἐπ' αὐτό. Πλησιάσαντες δὲ τῷ σπηλαίῳ, θεωροῦμεν περὶ αὐτὸ πηγάδιον πάνυ μικρὸν, καὶ περὶ τὸ πηγάδιον ὀλίγα βοτάνια, καὶ ἴχνη ἀνθρώπου· καὶ λέγομεν πρὸς ἑαυτοὺς, ὅτι Ἀληθῶς ὧδε Θεοῦ δοῦλός ἐστιν. Εἰσελθόντες οὖν, οὐδένα ἐθεωρήσαμεν, μόνον δὲ ἠκούομέν τινος βρυχομένου. Ὡς οὖν ἐπὶ πολὺ ἐζητήσαμεν τόπον, εὑρίσκομεν ὡς ἐν τάξει φάτνης, καί τινα ἀνακείμενον ἐπ' αὐτῷ· καὶ πλησιάσαντες πρὸς τὸν δοῦλον τοῦ Θεοῦ, παρεκαλοῦμεν αὐτῷ λαλῆσαι ἡμῖν. Ὡς οὖν οὐκ ἀπεκρίθη ἡμῖν, τότε κρατήσαμεν αὐτόν. Καὶ τὸ μὲν σῶμα αὐτοῦ θερμὸν ἦν ἔτι, ἡ δὲ ψυχὴ αὐτοῦ πρὸς Κύριον ἀπεληλύθει. Τότε ἐγνωμεν ὅτι ἐν τῷ εἰσελθεῖν ἡμᾶς εἰς τὸ σπήλαιον, ἀνεπάη. Λαβόντες οὖν τὸ σῶμα αὐτοῦ ἐκ τοῦ τόπου ὅπου ἔκειτο, ὠρύξαμεν ἐν αὐτῷ τῷ σπηλαίῳ, καὶ εἷς ἐξ ἡμῶν, ὃ περιβέβλητο παλλίον ἀφελόμενος, εἰς αὐτὸ ἐνετυλίξαμεν τὸ σῶμα τοῦ γέροντος, καὶ ἐν αὐτῷ τοῦτο ἐκηδεύομεν. Ηὕρομεν [δὲ] ὅτι γυνὴ ὑπῆρχεν. Καὶ ἐδοξάσαμεν τὸν Θεόν. Καὶ ποιήσαντες τὸν κανόνα ἐπάνω αὐτῆς, ἐθάψαμεν αὐτήν.

A tem Sina orationis gratia, reversique in monasterium narraverunt nobis dicentes : Cum adoravissemus in sancto monte, et jam reverteremur, contigit nos eremi devia errando sequi, ferebamurque sicut in pelago per mediam solitudinem dies plurimos. Die vero quadam aspicimus de longinquo speluncam brevem, ad quam tendentes, cum jam speluncæ propinquaremus, cernimus exiguum fontem, et circa fontem herbas modicas, et vestigia hominis; dicebamusque apud nos ipsos : Vere hoc in loco servus Dei est. Ingressi igitur neminem vidimus; solummodo autem cujusdam vagientis vocem audiebamus. Cum ergo diu quæsissemus, invenimus veluti præsepium, et in eo jacentem quemdam, appropinquantesque servo Dei, rogabamus ut loqueretur nobis. Cum vero nihil B responderet nobis, tunc accedentes tenuimus eum, et corpus quidem ipsius adhuc erat calidum, anima autem ad Dominum migraverat. Tunc vero agnovimus, quia in ingressu nostro intra speluncam requieverat. Fodimus ergo in ipsa spelunca, unusque ex nobis pallium, quo erat indutus, accepit, ut in ipso senis corpus involveret. Sumentes autem illud de loco in quo jacebat, cum ipsum ex more curaremus, invenimus esse mulierem, et glorificavimus Deum. Completoque super illud officio, sepelivimus.

CAPUT CLXXI.

Vita duorum mirabilium virorum, Theodori philosophi et Zoili lectoris.

Ἐν Ἀλεξανδρείᾳ δύο ἦσαν ἄνδρες θαυμαστοὶ καὶ ἐνάρετοι, ὁ ἀββᾶς Θεόδωρος ὁ φιλοσόφος, καὶ Ζώϊλος ὁ ἀναγνώστης· ἡμεῖς δὲ καὶ ἀμφοτέρων πολλὴν C ἐσχήκαμεν συνήθειαν· τοῦ μὲν διὰ τὰ μαθήματα, τοῦ δὲ διὰ τὸ κοινὴν ἔχειν τὴν πατρίδα καὶ τὴν ἀναστροφήν. Καὶ ὁ μὲν ἀββᾶς Θεόδωρος ὁ φιλόσοφος, οὐδὲν ἐκέκτητο, εἰ μὴ στιχαροφελόνιον καὶ ὀλίγα πάνυ βιβλία, ἐκοιμᾶτο δὲ ἐν σκαμνίῳ εἰς οἷαν ὥραν εὕρισκεν ἐκκλησίαν· ὕστερον δὲ καὶ ἀπετάξατο εἰς τὸ τοῦ Σαμαλᾶ κοινόβιον, κἀκεῖσε τὸν βίον ἐπλήρωσεν. Ὁ δὲ ἀναγνώστης ὁ Ζώϊλος, καὶ αὐτὸς τὴν ἴσην εἶχεν ἀκτημοσύνην. Οὐδὲν γὰρ οὐδὲ οὗτος ἐκέκτητο, εἰ μὴ στιχαροφελόνιον, καὶ αὐτὸ πάνυ παλαιὸν, καὶ ὀλίγα βιβλία· ἐσχόλαζεν δὲ εἰς τὰ καλιγραφία (*m*). Καὶ αὐτὸς δὲ τελειωθεὶς ἐν Κυρίῳ ἐτάφη εἰς τὸν Λιθαζόμενον, ἐν τῷ μοναστηρίῳ τοῦ ἀββᾶ Παλαδίου.

Erant in Alexandria duo viri mirabiles, magnæque virtutis, abbas scilicet Theodorus philosophus et Zoilus lector. Fuit autem nobis cum utroque summa familiaritas, cum altero quidem disciplinæ et studiorum gratia; cum altero vero, quod communis nobis esset patria et educatio. Atque abbas quidem Theodorus nihil possidebat, nisi penulam, et paucos libros: dormiebat autem in scabello, ac in quamcunque ecclesiam ingrediebatur. Ad ultimum vero etiam sæculo renuntiavit in cœnobio Salcime, ibique vitam glorioso fine conclusit. Lector autem Zoilus et ipse æqualem præferebat paupertatem. Nihil enim ipse quoque possidebat præter vetustam penulam et paucos libros; exercebat autem se in scribendo libros. Et ipse autem consummatus in Domino, sepultus est in monasterio abbatis Palladii.

Περὶ τούτου τοῦ ἀββᾶ Θεοδώρου τοῦ φιλοσόφου, καὶ τοῦ ἀναγνώστου Ζωΐλου, παραβαλόντες τινὲς τῶν Πατέρων τῷ κυρῷ Κοσμᾷ τῷ σχολαστικῷ, ἠρώτησαν αὐτὸν, λέγοντες· Τίς τῶν ἀμφοτέρων μᾶλλον ἐν τοῖς τῆς ἀσκήσεως πόνοις ἐνεκαρτέρησεν; Ὁ δὲ πρὸς αὐτοὺς ἔφη· Κοινὰ μὲν ἐπ' ἀμφοῖν τὰ ἐδέσματα, τὰ στρώματα, τὰ ἐσθήματα, καὶ ἡ πάντων τῶν περιττῶν

D De duobus istis, Theodoro scilicet philosopho et Zoilo lectore, pergentes quidam Patrum ad dominum Cosmam scholasticum, interrogaverunt eum, dicentes: Quis eorum magis in spirituali exercitio laboravit? Qui ait ad illos : Similia quidem fuerunt utriusque et alimenta, et stramenta, et indumenta, rerumque omnium superfluarum abstinentia, et nuditas, et humi-

NOTÆ.

(*m*) Ἐσχόλαζεν εἰς τὰ καλιγραφία. Infra Balsamon, *De jejuniis*, n. 21 : Ποῖος κανὼν ταύτας ἐκαλλιγράφησε; Καλλιγραφίας δυσδιόρθωτον τέχνην appellat auctor *Vitæ Nili junioris*, p. 37. Et in Anastasii *Hodego*, p. 204, ubi habetur : Πρὸς Γεώργιον τὸν πρεσβύτερον, καὶ λογογράφον τῆς ἐκκλησίας αὐτῶν, τὸν λεγόμενον Κλειδοποιόν. Exemplar Regium 1052 καλλιγράφον exhibet atque καθιδοποιόν; *Juris Græco-Romani* p. 1, p. 470, καλλιγραφήσαντας ἢ κακιγραφήσαντας; actione 14 sextæ synodi, καλῶς καλλιγραφεῖ.

Digitized by Google

lus, et frugalitas : sed abbas Theodorus philosophus discalceatus in magna imbecillitate oculorum vetus omne novumque Testamentum didicit. Habuit tamen consolationem fratrum, contubernium et visitationes amicorum, avocationemque multam, cum doceret, et cum operaretur. Zoili vero lectoris non solum hospitalitas laudanda, verum etiam solitudo ejus et immensa fatigatio, orisque custodia digna commendatione est. Ille enim sine amicorum familiariumque contubernio atque commercio, ab omni sæcularium rerum actione feriatus, nulli seipsum refrigerio et oblectationi permisit, ne minimum quidem ab ullo ministerium admittens; ipse enim coquebat, ipse lavabat, nulla lectionum capiens solatia, paratus semper aliis obsequi, nullamque habens curam æstus aut frigoris, aut corporeæ infirmitatis, mundus semper a risu, et tristitia, et effusione, et angore existens, qui præter indumenti asperitatem, etiam a multitudine pediculorum indesinenter consumebatur. Habuit tamen et iste plus quam prior ex processibus non mediocre refrigerium, habens facultatem liberam quocunque vellet, die noctuque procedere, quamvis hanc libertatem et laboris magnitudo retundebat, et raro processu sæcularium familiaritatem excludebat. Unusquisque igitur mercedem propriam accipiet, et secundum labores proprios, et juxta resurrectionis mensuras, et intellectualis spiritalisque munditiæ et ministrationis, et timoris Dei, ac charitatis, et compunctionis, et jugis psalmodiæ, et orationis, et intentissimæ fidei, et occultæ hominibus latentisque virtutis.

ἀποχὴ, καὶ ἡ ταπείνωσις, καὶ ἡ ἀκτημοσύνη, καὶ ἡ αὐτάρκεια. Ἀλλ' ὁ ἀββᾶς Θεόδωρος ὁ φιλόσοφος, ἀνυπόδετος, ἐνἀσθενείᾳ πολλῇ τῶν ὀφθαλμῶν, τὴν παλαιὰν καὶ νέαν ἐξέμαθεν· πλὴν ἔσχεν παραμυθίαν τὴν τῶν ἀδελφῶν συνδιαίτησιν, καὶ τῶν φίλων ἔντευξιν, καὶ ἀπαγωγὴν πολλὴν, ὅτε ἔπραττεν, καὶ ὅτε ἐξηγεῖτο. Τοῦ δὲ ἀναγνώστου Ζωΐλου, οὐ ξενιτεία μόνον ἐπαίνου ἀξία, ἀλλὰ καὶ ἡ ἐρημία, καὶ ὁ ἄμετρος κόπος, καὶ ἡ τοῦ στόματος φυλακὴ, καὶ ὅτι ἄφιλος, ἀνίδιος, ἀσυναλάλητος, ἐν πάσῃ κοσμικῇ ἀπραξίᾳ, καὶ πρὸς οὐδεμίαν παραθυμίαν ἐκδέδωκεν, καὶ μηδὲ ψιλῆς παρ' οὐδενὸς ὑπηρεσίας ἀνεχόμενος· αὐτὸς ἥψει (*n*), αὐτὸς ἔπλυνεν, μηδὲ τὴν ἐκ τῶν ἀναγνωσμάτων ἔχων παραψυχήν· ἕτοιμός τε καὶ ἄλλοις ὑπηρετεῖν, μηδεμίαν ἔχων φροντίδα κρύους ἢ θάλπους ἢ ἀῤῥωστίας σωματικῆς, καθαρεύων ἀεὶ καὶ γέλωτος καὶ στυγνίας καὶ ἀκηδίας καὶ διαχύσεως, πρὸς τῇ τοῦ ἱματίου τραχύτητι, καὶ ὑπὸ πλήθους φθειρῶν ἀταπείνωτος ἀναλισκόμενος. Ἀλλ' ἔσχεν καὶ οὗτος παρὰ τὸν πρῶτον, ἐκ τοῦ προϊέναι οὐ μετρίαν ψυχαγωγίαν, πᾶσαν ἄδειαν ἔχων εἰς παννύχιον καὶ πανημέριον πρόοδον· ἀλλὰ καὶ ταύτην τὴν ἄδειαν ἡ ἀμετρία τοῦ κόπου παρεκρούετο, καὶ πολλῇ τῇ συναναστροφῇ τὸ ἐξῃρημένον πρὸς κοσμικοὺς ἐπεδείκνυτο. Ἕκαστος οὖν τὸν ἴδιον μισθὸν λήψεται, κατὰ τὸν ἴδιον κόπον, καὶ κατὰ τὰ μέτρα τῆς ἀναστάσεως, καὶ τῆς νοερᾶς καὶ τῆς κατὰ νοῦν καθαρότητος, καὶ φόβου Θεοῦ, καὶ ἀγάπης, καὶ λειτουργίας, καὶ κατανύξεως, καὶ ἀμετεωρίστου ψαλμῳδίας τε καὶ εὐχῆς, καὶ τῆς ἐκτενοῦς πίστεως, καὶ τῆς κεκρυμμένης ἀπὸ ἀνθρώπων καὶ λεληθυίας εὐαρεστήσεως τοῦ Θεοῦ.

CAPUT CLXXII.

Vita prædicti Cosmæ scholastici.

De isto domno Cosma scholastico, multi quidem multa, et alia alii, et plurimi plurima nobis retulerunt. Quæ vero nos vidimus, et quæ diligenter assecuti sumus, ea tantum pro legentium utilitate conscribimus. Erat enim vir iste humilis, misericors, abstinens, virgo, quietus, sine ira, socialis, peregrinorum susceptor, amator pauperum. Plurimum itaque nobis utilitatis contulit vir iste mirabilis, non solum ex aspectu, sed etiam ex doctrina sua, et quod magnam haberet librorum copiam super omnes qui erant in Alexandria, eosque prompte ac libenter volentibus accommodaret. Erat autem et nihil possidens; in tota namque domo ejus nihil vidisses aliud quam libros, et scabella, et lectulum, et mensam. Licebat vero omnibus ingredi, et interrogare quæ ad utilitatem pertinerent, et legere. Diebus autem singulis intrabam ad eum ipse, et, teste veritate, nunquam ad illum ingressus sum, quin ipsum aut legentem, aut scribentem contra Judæos invenirem. Magno enim fervebat zelo convertendi gentem illam ad veritatem. Ideo et sæpe misit me ad Hebræos quosdam, ut per

Περὶ τούτου δὲ κυροῦ Κοσμᾶ τοῦ σχολαστικοῦ, πολλοὶ μὲν πολλὰ, ἄλλοι δὲ ἄλλα, καὶ πλεῖστοι πλεῖστα ἡμῖν διηγήσαντο. Ὧν δὲ ἡμεῖς αὐτόπται ἦμεν, καὶ οἷς ἀκριβῶς παρηκολουθήσαμεν, ταῦτα γράφομεν, πρὸς τὴν τῶν ἐντυγχανόντων ὠφέλειαν. Ἦν γὰρ ὁ ἀνὴρ ταπεινόφρων, ἐλεήμων, ἐγκρατὴς, παρθένος, ἥσυχος, ἀόργητος, φιλοέταιρος, φιλόξενος, φιλόπτωχος. Πολλὴν οὖν ἡμῖν ὁ θαυμάσιος οὗτος ἀνὴρ ὠφέλειαν ἐνεποίει, οὐ μόνον θεωρούμενος καὶ διδάσκων, ἀλλὰ καὶ διὰ τὸ εἶναι αὐτὸν πολύβιβλον ὑπὲρ πάντας τοὺς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ὄντας, καὶ προθύμως παρεῖχεν τοῖς θέλουσιν. Ἦν δὲ καὶ ἀκτήμων· ἐν ὅλῳ γὰρ τῷ οἴκῳ αὐτοῦ, ἕτερον οὐδὲν ἦν θεωρῆσαι, εἰ μὴ βιβλία, καὶ κλίνην, καὶ τράπεζαν. Ἐξὸν δὲ ἦν παντὶ ἀνθρώπῳ εἰσιέναι, καὶ ἐπρωτᾷν τὰ πρὸς ὠφέλειαν, καὶ ἀναγινώσκειν. Καθ' ἑκάστην δὲ ἡμέραν εἰσερχόμην πρὸς αὐτὸν, καὶ ὡς ἐπὶ τῆς ἀληθείας, οὐδέποτε εἰσῆλθον, καὶ οὐχ εὗρον αὐτὸν ἢ ἀναγινώσκοντα, ἢ κατὰ Ἰουδαίων συγγραφόμενον· πολὺν γὰρ ζῆλον εἶχεν εἰς τὸ ἐπιστρέφειν Ἑβραίους ἐπὶ τὴν ἀλήθειαν. Διὸ καὶ πολλάκις με ἔπεμψεν

NOTÆ.

(*n*) Αὐτὸς ἥψει. Doctrina 11 Dorothei, ante medium : Μὴ, τὸ ἔψῃ τὸ καλῶς. Leg. Μὴ τὸ ἔψητο καλῶς· *Non illud recte coctum fuerat.* Scribi etiam posset, ἑψηνόν, *res cocta.*

Digitized by Google

πρός τινας Ἑβραίους ἵνα ἀπὸ Γραφῆς αὐτοῖς διαλεχθῶ, διὰ τὸ αὐτὸν μὴ ταχέως ἐξέρχεσθαι τοῦ οἴκου αὐτοῦ. A

Τούτῳ τῷ κυρῷ Κοσμᾷ τῷ σχολαστικῷ παρέβαλον ἐν μιᾷ, καὶ ἔχων πολλὴν παῤῥησίαν πρὸς αὐτὸν, λέγω αὐτῷ· Ποίησον ἀγάπην, πόσον χρόνον ἔχεις ἡσυχάζων; Σιωπῶντι δὲ καὶ μηδὲν ἀποκρινομένῳ, πάλιν λέγω αὐτῷ· Διὰ τὸν Κύριον, εἰπόν μοι. Ὁ δὲ μικρὸν ἐπισχὼν λέγει μοι· Ἔχω τριάκοντα τρεῖς χρόνους. Ἐγὼ δὲ ἀκούσας, ἐδόξασα τὸν Θεόν.

litteras illis colloquerer. Non enim facile domo egrediebatur ipse.

Ad hunc domnum Cosmam scholasticum die quadam profectus sum; cumque mihi magna ad illum esset fiducia, interrogavi eum, dicens: Fac charitatem, die mihi quantum temporis habes in hoc instituto. Tacenti vero, et nihil respondenti, rursum dixi illi: Per dominum dic mihi. Cum autem se ille paulum sub silentio continuisset, ait mihi: Triginta et tres annos habeo. Quod ego audiens, glorificavi Deum.

Ἄλλοτε πάλιν παραβαλὼν αὐτῷ, ἐπερώτησα αὐτὸν λέγων· Ποίησον τελείαν τὴν ἀγάπην, εἰδὼς ὅτι δι' ὠφέλειαν ψυχῆς ἐπερωτῶ σε· λέγε μοι, ἐν τοσούτῳ χρόνῳ τῆς ἡσυχίας καὶ τῆς ἐγκρατείας, τί κατόρθωσας; Ὁ δὲ μέγα στενάξας ἐκ τοῦ βάθους τῆς καρδίας, λέγει μοι· Τί ἀνὴρ κοσμικὸς ἔχει κατορθῶσαι καὶ μάλιστα ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ καθεζόμενος; Ἐγὼ δὲ πάλιν παρεκάλουν αὐτὸν, λέγων· Διὰ τὸν Κύριον εἰπόν μοι, καὶ ὠφέλησόν με. Τότε πολλὰ βιασθεὶς παρ' ἐμοῦ, λέγει μοι· Συγχώρησόν μοι, τὰ τρία ταῦτα οἶδα, ὅτι κατόρθωσα, τὸ μὴ γελᾶσαι, τὸ μὴ ὀμόσαι, τὸ μὴ ψεύσασθαι. B

Alias iterum accessi ad illum, et interrogavi eum, dicens: Fac perfectam charitatem, sciens quia propter utilitatem animæ interrogo te. Dic mihi, quæso, in tanto tempore instituti tui, quietis et continentiæ, quid adeptus es? Ille vero ingemiscens, et ex intimo corde suspirans, ait mihi: Quid potest sæcularis homo virtutis adipisci, et maxime residens in domo sua? Ego autem rursus illum rogabam, dicens: Per Dominum dic mihi, ut ipse quoque proficiam. Tunc vero multum coactus a me, dixit: Ignosce mihi; tria ista consecutus sum, non jurare, non mentiri, non ridere.

CAPUT CLXXIII.

Factum mirum Theodori anachoretæ, qui oratione sua in mari dulcem aquam effecit.

Ἦν τις ἀναχωρητὴς εἰς τὰ μέρη τοῦ ἁγίου Ἰορδάνου, ὀνόματι Θεόδωρος, εὐνοῦχος. Οὗτος ἠναγκάσθη διὰ χρείαν τινὰ κατελθεῖν ἐν Κωνσταντινουπόλει· καὶ δὴ εἰσῆλθεν ἐν πλοίῳ. Καὶ χρονοτριβησάντος τοῦ πλοίου εἰς τὸ πέλαγος, ἔλειψεν τὸ ὕδωρ, καὶ ἐν πολλῇ ἀθυμίᾳ καὶ ἀμηχανίᾳ ἦσαν οἱ ναῦται καὶ ἐπιβάται. Ἐγερθεὶς δὲ ὁ ἀναχωρητὴς, καὶ ἐκτείνας τὰς χεῖρας εἰς τὸν οὐρανὸν πρὸς τὸν Θεὸν σώζοντα ἐκ θανάτου τὰς ψυχὰς ἡμῶν· καὶ ποιήσας εὐχὴν, καὶ σφραγίσας τὴν θάλασσαν τῷ σημείῳ τοῦ σταυροῦ, λέγει τοῖς ναύταις, Εὐλογητὸς Κύριος· ἀντλήσατε ὅσον δεῖσθε ὕδωρ. Καὶ ἐγέμισαν ὅλα τὰ ἀγγεῖα τοῦ ἐκ τῆς θαλάσσης γλυκέος ὕδατος, καὶ πάντες ἐδόξασαν τὸν Θεόν. C

Anachoreta quidam erat in partibus Jordanis, nomine Theodorus, eunuchus. Hic necessitate quadam compulsus est Constantinopolim pergere, ingressusque est navem. Cum vero navis diutius detineretur in pelago, defecit aqua, erantque nautæ et vectores in magna anxietate et desperatione. Surgens autem anachoreta, et expandens in cœlum manus suas ad Deum, qui salvat de morte animas nostras, facta oratione, signavit mare signo crucis, et ait nautis: Benedictus Dominus, haurite quantum aquæ opus habetis. Impleveruntque omnia vasa sua de mari aqua dulci; et omnes glorificaverunt Deum.

CAPUT CLXXIV.

Factum nauclerl viri religiosi, qui pluviam a Domino impetravit.

Ὁ ἀββᾶς Γρηγόριος ἀναχωρητὴς διηγήσατο ἡμῖν, λέγων, ὅτι Κατερχόμενος ἐκ τοῦ Βυζαντίου εἰς πλοῖον, εἰσῆλθεν δὲ καὶ εἰς σκριβῶν μετὰ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ, ὃς ὤφειλεν εὔξασθαι ἐν τῇ ἁγίᾳ πόλει. Ἦν δὲ ὁ ναύκληρος πάνυ εὐλαβὴς, καὶ νηστευτής. Ὡς οὖν ἐπλέομεν, ἀφειδῶς ἐδαπάνων τὸ ὕδωρ οἱ παῖδες τοῦ σκριβῶνος. Ἐλθόντες δὲ εἰς τὸ μεσοπέλαγος ἔλειψεν ἡμῖν τὸ ὕδωρ, καὶ ἦμεν ἐν πολλῇ ἀνάγκῃ, καὶ ἦν θέαμα ἰδεῖν ἐλεεινὸν, γυναῖκας, καὶ παῖδας, καὶ παιδία μικρὰ τῇ δίψῃ ἐκλελοιπότα, καὶ κειμένους ὡς νεκρούς. Ποιησάντων δὲ ἡμῶν ἐν τῇ τοιαύτῃ ἀνάγκῃ ὡς ἡμέρας γ', καὶ λοιπὸν ἐλπίδα ζωῆς μὴ ἐχόντων, ὁ σκριβὼν μὴ φέρων τὴν θλῖψιν, ἐξήνεγκεν τὸ ξίφος αὐτοῦ, θέλων ἀποκτεῖναι τόν τε ναύκληρον, καὶ τοὺς ναύτας. Ἔλεγεν γὰρ, ὅτι Οὗτοί εἰσιν αἴτιοι τοῦ ἀπολέσθαι ἡμᾶς, ἐπειδὰν οὐκ ἐγέμισαν εἰς τὴν χρείαν ἡμῶν ὕδωρ. Ἐγὼ δὲ τὸν σκριβῶνα παρα- D

Abbas Gregorius anachoreta narravit nobis, dicens: Cum ex Byzantio descenderem, ingressus sum navim: intravit autem et scriba quidam cum uxore sua, profecturus ad sanctam civitatem orationis causa. Erat autem nauclerus religiosus valde, multumque jejunans. Cum ergo navigaremus, scribæ servi frustra consumebant aquam. Postquam vero in medium pelagus venimus, defecit nobis aqua, eramusque in magna tristitia. Et erat miserabile spectaculum, videre mulieres, et pueros, et infantes siti arescentes, et veluti mortuos jacentes. Cum ergo dies tres in hac necessitate fecissemus, scriba ipse tribulationem non sustinens, educto gladio, et nautas et nauclerum volebat occidere. Dicebat enim: Hi sunt nostræ perditionis auctores, quia non sumpserunt aquam ad sufficientiam. Ego autem orabam scribam dicens: Noli hoc facere, sed magis deprecemur Dominum nostrum

Digitized by Google

Jesum verum Deum, qui facit magna et mirabilia, quorum non est numerus. Ecce enim et nauclerus, ut vides, tertium hunc agit diem, jejunio et orationi vacans. Cumque acquievisset scriba, quarta die circa sextam horam surgens nauclerus, clamavit voce magna, dicens: Gloria tibi, Christe Deus noster, ita ut omnes miraremur in voce ipsius. Dixitque nautis: Submittite membranas (35). Et cum explicuissent eas, ecce nubes supra navem veniens, tantum pluit aquæ, donec impleverunt vasa ad necessitatem nostram. Erat autem miraculum grande et terribile, quod velificante nave, nubes illa consequeretur nos, et extra navem non plueret.

A καλέσας, ἔλεγον, Μὴ ποιήσῃς τοῦτο, ἀλλὰ μᾶλλον δεηθῶμεν τοῦ Κυρίου ἡμῶν, Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ ἡμῶν, τοῦ ποιοῦντος μεγάλα, καὶ ἀνεξιχνίαστα, ὧν οὐκ ἔστιν ἀριθμός. Ἰδοὺ γὰρ καὶ ὁ ναύκληρος, ὡς ὁρᾷς, τρίτην ταύτην ἡμέραν ἔχει τῇ νηστείᾳ καὶ τῇ εὐχῇ σχολάζων. Καὶ ἡσυχάσαντος τοῦ σκριβῶνος, τῇ τετάρτῃ ἡμέρᾳ ὡς περὶ ὥραν ἕκτην, ἐγερθεὶς ὁ ναύκληρος, μεγάλῃ τῇ φωνῇ ἐκέκραγεν, λέγων· Δόξα σοι, Χριστὲ, ὁ Θεὸς ἡμῶν, ὥστε ἡμᾶς καταπλαγῆναι ἐπὶ τῇ φωνῇ αὐτοῦ. Καὶ λέγει τοῖς ναύταις· Χαλάσατε τὰς διφθέρας, καὶ ὡς ἐφήπλωσεν αὐτὰς, ἰδοὺ νεφέλη ἐλθοῦσα ἐπάνω τοῦ πλοίου, τοσοῦτον ὕδωρ ἔβρεξεν ἕως οὗ ἐγέμισεν πᾶσαν τὴν χρείαν ἡμῶν. Ἦν δὲ τὸ θαῦμα μέγα καὶ φοβερὸν, ὅτι ἀνεμίζοντος τοῦ πλοίου συνηκολούθει ἡμῖν ἡ νεφέλη, καὶ ἔξωθεν τοῦ πλοίου οὐκ ἔβρεξεν.

CAPUT CLXXV.

Relatio de Zenone imperatore, viro eleemosynario.

Narravit nobis quidam Patrum de Zenone imperatore, dicens quod mulierem quamdam in filia ipsius injuriose tractavit. Hæc autem vacabat in templo Dominæ nostræ sanctæ Dei genitricis, orans eam et deprecans, et cum lacrymis dicens: Vindica me de Zenone imperatore. Cum ergo multis diebus hoc faceret, apparuit ei sancta Dei genitrix, dicens: Crede mihi, mulier, ultionem tuam sæpe facere volui, sed manus ejus prohibet me. Erat enim valde misericors, et eleemosynas faciens

B Διηγήσατο ἡμῖν τις τῶν Πατέρων περὶ Ζήνωνος τοῦ βασιλέως, λέγων, ὅτι γυναῖκα ἠδίκησεν εἰς τὴν θυγατέρα αὐτῆς. Ἡ δὲ ἐσχόλαζεν εἰς τὸν ναὸν τῆς παναγίας Δεσποίνης ἡμῶν τῆς Θεοτόκου Μαρίας παρακαλοῦσα αὐτὴν, καὶ λέγουσα μετὰ δακρύων· Ἐκδίκησόν με ἀπὸ Ζήνωνος τοῦ βασιλέως. Ὡς οὖν ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας τοῦτο ἐποίει, φαίνεται αὐτῇ ἡ παναγία Θεοτόκος, λέγουσα· Πίστευσόν μοι, γύναι, πολλάκις ἤθελον ποιῆσαι τὴν ἐκδίκησίν σου, ἀλλ' ἡ δεξιὰ χεὶρ αὐτοῦ κωλύει με. Ἦν γὰρ ἐλεήμων πάνυ.

CAPUT CLXXVI.

Pulchra relatio abbatis Andreæ de decem viris peregrinantibus, inter quos fuit et adolescens Hebræus.

Abbas Andreas Octavi decimi, cum essemus in Alexandria, narravit nobis, dicens: Cum essem juvenis, indisciplinatus valde et inquietus fui. Die ergo quadam persecutionem passi pro nostra inquietudine, fugimus in Palæstinam ego et novem alii; inter quos unus quidam erat industrius, alius autem Hebræus. Cum ergo venissemus in eremum, infirmatus est Hebræus usque ad mortem, et Deo teste, in magno mœrore constituti eramus, nescientes quid illi faceremus. Verumtamen ut est consuetudo socialis charitatis, non illum deseruimus, sed unusquisque nostrum pro viribus ferebat eum, volentes vel in civitatem, vel in emporium illum ducere, ne moreretur in eremo. Cum vero adolescens ex inedia et vehementissima febre, immoderatoque labore et siti præ solis æstu totus jam fere resolutus esset atque deficeret, propinquans ad exitum, neque portari posset, decrevimus cum multis lacrymis illum dimittere in eremo, et abscedere, metuentes ne nos ipsi quoque siti deficeremus. Cum igitur illum in arena plorantes posuissemus, videretque nos abire velle, cœpit nos adjurare, dicens: Per Deum qui fecit cœlum et terram, per Deum qui inclinavit cœlos, et descendit pro salute humani generis, per Deum qui judicaturus est vivos et mortuos, nolite pati ut Hebræus moriar, sed tanquam Christiani facite mecum misericordiam, et baptizate me, ut Christianus de hac vita exeam, et ad Dominum pergam. Nos vero dicebamus ei: Vere, frater, non licet nobis hoc facere, sæculares enim

C

D

Διηγήσατο ἡμῖν ὁ ἀββᾶς Παλλάδιος, ὅτι Ἀκήκοα διηγουμένου τινὸς τῶν Πατέρων, ὀνόματι Ἀνδρέα, ᾧ καὶ ἡμεῖς συνετύχομεν, ὅτι Ὡς ὑπῆρχον νεώτερος, γέγονα ἄτακτος πάνυ. Καὶ πολέμου καὶ ἀταξίας γενομένης, ἐγὼ καὶ ἄλλοι ἐννέα ἐφύγομεν ἐπὶ Παλαιστίνην, ὧν ὁ εἷς μὲν φιλόπονος ἦν, καὶ ὁ ἕτερος Ἑβραῖος. Ἐλθόντων δὲ ἡμῶν ἐπὶ τὴν ἔρημον, ἠσθένησεν ὁ Ἑβραῖος μέχρι θανάτου, καὶ ἐν ἀθυμίᾳ ἦμεν πολλῇ, μὴ εἰδότες τί ποιῆσαι αὐτῷ. Πλὴν οὐκ εἰάσαμεν αὐτὸν, ἀλλ' ἕκαστος ἡμῶν κατὰ τὴν ἑαυτοῦ δύναμιν ἐβάσταζεν αὐτόν. Θέλοντες δὲ ἀγαγεῖν αὐτὸν εἰς πόλιν, ἢ εἰς ἐμπορεῖόν, ἵνα μὴ ἐν τῇ ἐρήμῳ ἀποθάνῃ, ἐπειδὴν ὁ νεώτερος, ἐκ τῆς ἀσιτίας καὶ τοῦ σφοδροτάτου πυρετοῦ καὶ τοῦ ἀμέτρου κόπου καὶ τῆς ἐκ τοῦ καύματος δίψης, ὅλως διελύθη, καὶ ἤμελλεν ἐκλείπειν (λοιπὸν γὰρ καὶ πρὸς τὴν ἔξοδον ἦν, καὶ οὐδὲ βασταχθῆναι ἴσχυεν), ἐβουλευσάμεθα μετὰ πολλῶν δακρύων ἐᾶσαι αὐτὸν εἰς τὴν ἔρημον, καὶ ἀπελθεῖν, ὑφορώμενοι τὸν ἐκ τῆς δίψης θάνατον καὶ εἰς ἡμᾶς γενησόμενον. Ὡς οὖν ἐθήκαμεν αὐτὸν εἰς τὴν ἄμμον, κλαίοντες, καὶ εἶδεν ἡμᾶς ἀπιέναι μέλλοντας, ἤρξατο ὁρκοῦν ἡμᾶς λέγων· Τὸν Θεὸν τὸν μέλλοντα κρῖναι ζῶντας καὶ νεκροὺς, μὴ ἐάσητέ με Ἰουδαῖον ἀποθανεῖν, ἀλλ' ὡς Χριστιανόν. Ποιήσατε οὖν ἔλεος μετ' ἐμοῦ, καὶ βαπτίσατέ με, ἵνα κἀγὼ Χριστιανὸς ὑπεξέλθω τοῦ βίου τούτου, καὶ πρὸς Κύριον ἀπέλθω. Ἡμεῖς δὲ ἐλέγομεν αὐτῷ· Οὕτως, ἀδελφὲ, οὐκ ἔξεστιν ἡμῖν τι τοιοῦτον ποιῆσαι· κοσμικοὶ γάρ ἐσμεν· τοῦτο γὰρ τὸ ἔργον ἐπισκόπων ἐστι,

Digitized by Google

καὶ πρεσβυτέρων· πλὴν οὐδὲ ὕδατά εἰσιν ὧδε. Ὁ δὲ ἐπέμεινε τοῖς αὐτοῖς ἡμᾶς ὅρκοις μετὰ δακρύων ἐνορκῶν, καὶ λέγων· Μὴ στερήσητέ με τῆς τοιαύτης δωρεᾶς, Χριστιανοί. Ἐν πλείστῃ οὖν ἀπορίᾳ ὄντων ἡμῶν, θεόθεν ὁ φιλόπονος κινηθεὶς λέγει ἡμῖν· Ἐγείρατε αὐτὸν, καὶ ἐκδύσατε. Καὶ μετὰ πολλοῦ κόπου ὄρθιον αὐτὸν στήσαντες ἐξεδύσαμεν. Ὁ δὲ φιλόπονος πληρώσας ψάμμου τὰς χεῖρας αὐτοῦ, ἐπὶ τρὶς κατέχεεν αὐτοῦ τῇ κεφαλῇ, λέγων, Βαπτίζεται Θεόδωρος εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ἡμῶν ὑπακουσάντων τὸ Ἀμὴν, καθ' ἕκαστον ὄνομα τῆς ἁγίας καὶ ὁμοουσίου καὶ προσκυνητῆς Τριάδος, καὶ ὡς ἐπὶ τοῦ Κυρίου, ἀδελφοὶ, οὕτως αὐτὸν ἰάσατο, καὶ ἐνίσχυσεν ὁ Χριστὸς ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος, ὡς μηκέτι φανῆναι ἐν αὐτῷ λείψανον ἀῤῥωστίας· ἀλλ' ὑγιῶς καὶ ἐῤῥωμένως ἐν πάσῃ προθυμίᾳ τὸ λοιπὸν τῆς ἐρήμου προέτρεχεν ἡμῶν. Ἐλθόντες δὲ ἐν Ἀσκαλῶνι, ἀνηγάγομεν τὰ περὶ τούτου τῷ μακαρίῳ καὶ ἐν ἁγίοις Διονύσῳ τῷ ταύτης ἐπισκόπῳ, τὸ ὅπως συνέδῃ τῷ ἀδελφῷ κατὰ τὴν ὁδόν. Ὁ δὲ ὅσιος ὄντως Διονύσιος τούτων ἀκούσας, ἐννεὸς ἐπὶ τῷ παραδόξῳ τούτῳ γέγονε θαύματι, καὶ τὸν κλῆρον ἅπαντα συγκαλεσάμενος, ἀνατίθεται αὐτῷ τὸ πρᾶγμα, καὶ εἰ ἄρα ὤφειλεν αὐτῷ λογισθῆναι εἰς βάπτισμα ἡ τῆς ψάμμου ἐπίχυσις ἢ οὔ. Καὶ οἱ μὲν ἔλεγον, ὅτι, ὤφειλεν αὐτῷ λογισθῆναι διὰ τὸ παράδοξον τοῦ θαύματος· οἱ δὲ ἔφασκον, Οὔ. Καὶ γὰρ ὁ θεολόγος Γρηγόριος πάντα ἐξαριθμεῖται τὰ βαπτίσματα, βάπτισμα λέγων Μωσαϊκὸν, ἀλλ' ἐν ὕδατι, καὶ πρὸ τούτου δὲ ἐν νεφέλῃ καὶ θαλάσσῃ βάπτισμα· καὶ τὸ Ἰωάννου οὐκέτι μὲν Ἰουδαϊκόν. Οὐ γὰρ ἐν ὕδατι μόνον, ἀλλὰ καὶ εἰς μετάνοιαν· βαπτίζει καὶ Ἰησοῦς, ἀλλ' ἐν Πνεύματι· τοῦτο ἡ τελειότης. Οἶδα καὶ τέταρτον βάπτισμα τὸ διὰ μαρτυρίου καὶ αἵματος, οἶδα καὶ πέμπτον ἔτι τὸ τῶν δακρύων. Ποῖον οὖν τούτων ἐβαπτίσατο, ἵνα καὶ κυρώσωμεν αὐτό; Καὶ μάλιστα τοῦ Κυρίου πρὸς Νικόδημον λέγοντος, Ἐὰν μήτις γεννηθῇ ἐξ ὕδατος καὶ Πνεύματος, οὐ μὴ εἰσέλθῃ εἰς βασιλείαν τῶν οὐρανῶν· οἷς καὶ ἀντέλεγον ἕτεροι· Τί οὖν; ἐπειδὴ οὐ γέγραπται περὶ τῶν ἀποστόλων, ὅτι ἐβαπτίσθησαν, οὐκ εἰσέρχονται εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν; Πάλιν δὲ τούτοις ἄλλοι ἀντεφέροντο λέγοντες· Ναὶ, ἀληθῶς ἐβαπτίσθησαν, καθὼς Κλήμης ὁ Στρωματεὺς, ἐν τῷ πέμπτῳ τόμῳ τῶν ὑποτυπώσεων μέμνηται· Φησὶ γὰρ, τὸ ἀποστολικὸν ῥητὸν ἐξηγούμενος τὸ λέγον· « Εὐχαριστῶ, ὅτι οὐδένα ὑμῶν ἐβάπτισα. » ὁ Χριστὸς λέγεται Πέτρον μόνον βεβαπτικέναι, Πέτρος δὲ Ἀνδρέαν, Ἀνδρέας Ἰάκωβον καὶ Ἰωάννην, ἐκεῖνοι δὲ τοὺς λοιπούς. Τούτων δὲ καὶ ἑτέρων πλειόνων λαληθέντων, ἔδοξε τῷ μακαρίῳ Διονυσίῳ τῷ ἐπισκόπῳ ἀποστεῖλαι τὸν ἀδελφὸν εἰς τὸν ἅγιον Ἰορδάνην, κἀκεῖσε βαπτίζεσθαι. Τὸν δὲ φιλόπονον ἐκεῖνον διάκονον ἐχειροτόνησε.

A sumus; hoc autem episcoporum et presbyterorum opus est; sed neque aqua hic est. Ille vero persistebat similiter adjurans nos, et plura etiam cum lacrymis adjiciens, ac dicens: Nolite, Christiani, me privare hoc divinitus indulto munere. Cum ergo in magna hæsitatione essemus, industrius ille divinitus inspiratus ait nobis: Erigite illum, et exuite. Ereximus itaque cum magno labore illum, erectumque tenentes exuimus. Industrius autem ille implens ambas manus suas arena (56), tertio effudit super caput ejus, dicens ita: Baptizatur Theodorus in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti. Nobis vero per singula nomina sanctæ et consubstantialis et adorandæ Trinitatis respondentibus Amen (Dominus Deus testis est, fratres), ita continuo sanavit et corB roboravit eum Christus Deus noster, ut nullum jam in eo pristinæ infirmitatis remaneret indicium, vel qualiscunque passionis; sed sanus et valens cum omni alacritate et florido aspectu, quod reliquum erat itineris, per eremum ambulavit semper nos præcedens, ita ut admirantes talem et tam subitam mutationem, omnes laudaverimus et glorificaverimus ineffabilem majestatem et benignitatem Christi Dei nostri. Venientes autem Ascalonem, adduximus eum ad beatum ac sanctum Dionysium ejus urbis episcopum, narrantes quæ fratri in via contigissent. Quibus auditis, sanctus admirandusque Dionysius, stupens ad tam novum inauditumque miraculum, convocato clero exposuit ei totum negotium, ut decernerent, utrum effusio illa arenæ reputanda esset C fratri in baptismum, an non. Et alii quidem dicebant debere reputari illi in baptismum propter inauditam miraculi magnitudinem; alii vero dicebant, Non. Theologus quippe Gregorius omnia baptismata dinumerat (*Gregor. Nazianz. orat.* 39, quæ est, *In sancta Lumina*): Baptizabat, inquiens, Moyses, sed in aqua, et antea in nube, et in mari. Baptizavit et Joannes non jam quidem Judaice; non enim in aqua solum, sed et in pœnitentia. Baptizat autem et Jesus, sed in Spiritu sancto. Istud perfectio est. Scio et quartum baptismum per martyrium et sanguinem. Scio et quintum, lacrymarum scilicet. Hæc ille. Quo igitur horum, illi inquiebant, iste baptizatus est, ut etiam ipsius baptisma roboremus, maxime cum Dominus D ad Nicodemum dicat: Nisi quis natus fuerit denuo ex aqua et Spiritu, non intrabit in regnum Dei (*Joan.* III)? His alii contradicebant sic: Quid ergo? Quia scriptum de apostolis non est, quod baptizati sint, idcirco non intrant in regnum Dei? Alii rursus econtra inferebant, dicentes: Ita sane, illi baptizati sunt, sicut et Clemens Stromateus meminit in quinto Hypotyposeon [a], apostolicum enim illud dictum exponens, quo dicitur, Gratias ago Deo, quia neminem vestrum baptizavi (*I Cor.* I): Christus, inquit, dicitur Petrum solum baptizasse, Petrus Andream, Jacobum et Joannem, illi autem reliquos. Hæc igitur et alia plurima cum dicta essent, visum est beato Dionysio mittere fratrem illum ad sanctum Jordanem, illicque baptizari; industrium autem illum ordinavit diaconum.

Digitized by Google

CAPUT CLXXVII.

Mala mors monachi Ægyptii, qui habitare voluit in cella Evagrii hæretici.

Dicebat abbas Joannes Cinx commorantibus nobis in Nono Alexandriæ : Venit ad nos Ægyptius monachus, narravitque nobis, dicens : Ad monasterium Cellularum frater ex longinqua regione perveni, volens ibi habitare, prostratusque presbytero orabat, ut in Evagrii cella moraretur. Presbyter autem dicebat non posse eum illic habitare, recedensque presbyter, ait fratri : Fili, dæmon acerrimus illic habitat; qui enim seduxit Evagrium, et a vera fide removit, immisitque illi scelerata dogmata, ille non permittit aliquem ibi morari. Frater autem persistebat, dicens : Profecto si hic maneo, in illa moraturus sum. Tunc presbyter coactus dixit ei : Judicio tuo vade, et eam accipe. Sedit igitur frater in cellula una hebdomada; venienteque Dominico die, perrexit ad sanctam ecclesiam : videns autem illum presbyter consolatus est; sollicitus enim pro illo erat. Veniente autem alio die Dominico, non venit ad ecclesiam. Cumque illum non videret presbyter, misit duos fratres, ut viderent cur non venisset ad ecclesiam. Qui venientes ad cellulam, invenerunt fratrem injecto fune seipsum suffocasse.

Ἔλεγεν ὁ ἀββᾶς Ἰωάννης ὁ Κίλιξ, ὅτι Καθημένων ἡμῶν εἰς τὸ Ἔννατον Ἀλεξανδρείας, παρέβαλεν ἡμῖν ὁ Αἰγύπτιος μοναχὸς, καὶ διηγήσατο λέγων, ὅτι ἦλθεν εἰς τὴν λαύραν τῶν κελλίων ἀδελφὸς ἀπὸ ξένης, θέλων καθίσαι· καὶ βαλὼν μετάνοιαν τῷ πρεσβυτέρῳ, παρεκάλει, ἵνα εἰς τὸ κελλίον Εὐαγρίου καθίσῃ. Ὁ δὲ πρεσβύτερος ἔλεγεν αὐτῷ μὴ δύνασθαι καθίσαι ἐκεῖ. Ὁ δὲ ἀδελφὸς ἔλεγεν, ὅτι Ἐὰν μὴ μείνω ἐκεῖ, πάντως ἀναχωρῶ. Λέγει αὐτῷ ὁ πρεσβύτερος· Φύσει τέκνον, χαλεπὸς δαίμων οἰκεῖ ἐκεῖ. Ὁ γὰρ πλανήσας Εὐάγριον, καὶ ἀποστήσας αὐτὸν ἐκ τῆς ὀρθῆς πίστεως, καὶ ἐμβαλὼν αὐτῷ τὰ μυσαρὰ δόγματα, οὐκ ἐᾷ ἐκεῖ καθίσαι τινά. Ὁ δὲ ἀδελφὸς, ἐπέμενεν λέγων, ὅτι Ἐὰν ὧδε μένω, ἐκεῖ ἔχω καθίσαι. Τότε λέγει ὁ πρεσβύτερος· Τῷ κρίματί σου ὕπαγε, κάθου. Καὶ δὴ ἀπελθὼν ὁ ἀδελφὸς ἐκάθισεν μίαν ἑβδομάδα, καὶ ἐλθούσης τῆς ἁγίας Κυριακῆς, ἦλθεν εἰς τὴν ἐκκλησίαν. Καὶ ἰδὼν αὐτὸν ὁ πρεσβύτερος, παρεκλήθη. Τῇ δὲ ἐρχομένῃ Κυριακῇ οὐκ ἦλθεν εἰς τὴν ἐκκλησίαν· καὶ παρακαλεῖ δύο ἀδελφοὺς ὁ πρεσβύτερος, ἵνα ἀπελθόντες μάθωσι διατί οὐ παρεγένετο εἰς τὴν ἐκκλησίαν· καὶ ἀπελθόντες οἱ ἀδελφοὶ ἐν τῷ κελλίῳ, εὗρον τὸν ἀδελφὸν βαλόντα σχοινίον εἰς τὸν τράχηλον, καὶ ἀπαγξαμενον.

CAPUT CLXXVIII.

Vita senis cœnobii Scholarium, viri simplicis.

Narravit nobis abbas Gregorius presbyter cœnobii Scholarium, quod ibi senex magnus, magnæque abstinentiæ moratus sit : erat autem simplex circa fidem, et ubicunque eum esse contigisset, indiscrete communicabat. Quadam igitur die apparuit ei angelus Dei, dicens : Die, senex, si mortuus fueris, quomodo vis sepeliamus te? ut Ægyptii monachi faciunt, an ut Jerosolymitæ? Senex autem respondit ei : Nescio. Tunc ait angelus : Cogita, et delibera; post tres autem hebdomadas veniam, et dices mihi. Pergens ego senex ad alium, narravit ei quæ sibi dixerat angelus. Quod cum audisset senex, stupefactus ex auditu, diutiusque intendens in eum, ac divinitus inspiratus dixit ei : Ubi sumis sancta mysteria? Respondens ille ait : Ubicunque invenio. Tunc ait illi senex : Non tibi ultra contingat ut extra sanctam catholicam et apostolicam Ecclesiam communices, ubi nominantur sanctæ quatuor synodi, Nicæna, trecentorum decem et octo Patrum; Constantinopolitana, centum et quinquaginta; Ephesina prima, ducentorum; Chalcedonensis, sexcentorum et triginta. Cum autem venerit angelus, dic ei : Sicut Jerosolymitæ sepeliri volo. Post tres igitur hebdomadas

Διηγήσατο ἡμῖν ὁ ἀββᾶς Γεώργιος ὁ πρεσβύτερος τοῦ κοινοβίου τῶν Σχολαρίων, ὅτι εἰς τὰ Μονίδια γέρων μέγας πονικὸς ἐκαθέζετο, ἦν δὲ ἁφελὴς [65] περὶ τὴν πίστιν, καὶ ὅπου ηὗρισκεν, μετελάμβανεν ἀδιακρίτως. Ἐν μιᾷ οὖν ὤφθη αὐτῷ ἄγγελος Θεοῦ, λέγων· Εἰπὲ, γέρων, ἐὰν ἀποθάνῃς, πῶς θέλεις ἵνα ἐνταφιάσωμέν σε; ὡς οἱ Αἰγύπτιοι μοναχοὶ ἐνταφιάζουσιν, ἢ ὡς οἱ Ἱεροσολυμῖται; Ὁ δὲ γέρων ἀπεκρίθη αὐτῷ, λέγων· Οὐκ οἶδα. Τότε λέγει αὐτῷ ὁ ἄγγελος· Σκέψαι, καὶ ἔρχομαι μετὰ τρεῖς ἑβδομάδας, καὶ λέγεις μοι. Ἀπελθὼν οὖν ὁ γέρων πρὸς ἄλλον [66], διηγήσατο αὐτῷ ἅπερ ἤκουσε παρὰ τοῦ ἀγγέλου. Ὡς οὖν ἤκουσεν ὁ γέρων, ἐννεὸς γέγονεν ἐπὶ τῇ ἀκοῇ· καὶ ἀτενίσας εἰς αὐτὸν ἐπιπολὺ, θεόθεν κινηθεὶς, λέγει αὐτῷ· Ποῦ μεταλαμβάνεις τῶν ἁγίων μυστηρίων; Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς λέγει αὐτῷ· Ὅπου εὕρω. Τότε λέγει αὐτῷ ὁ γέρων· Μηκέτι δόξῃ σοι ἔξωθεν τῆς ἁγίας καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς Ἐκκλησίας κοινωνῆσαι, ἔνθα ὀνομάζονται αἱ ἅγιαι [67] τέσσαρες σύνοδοι, ἡ ἐν Νικαίᾳ τῶν τιη', καὶ ἡ ἐν Κωνσταντινουπόλει τῶν ρν', καὶ ἡ ἐν Ἐφέσῳ πρώτη τῶν σ', καὶ ἡ ἐν Καλχηδόνι [68] χλ' (*o*). Καὶ ὅταν ἔλθῃ ὁ ἄγγελος, λέγε αὐτῷ· Ὡς οἱ Ἱεροσολυμῖται θέλω.

VARIÆ LECTIONES.

[65] al. ἀμελής. [66] al. add. γέροντα διακριτικόν. [67] al. infer. οἰκουμενικαί. [68] al. Χαλκηδόνι.

NOTÆ.

(*o*) Nactus sum ista in codice Regio 1026, f. 188 : Ὅρος τῆς ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς τετάρτης συνόδου Πατέρων ἁγίων ἐν Χαλκηδόνι, οἷς ἦν ἀριθμὸς ἑπτὰ συνθέτους ἔχων δραμούσας εἰς ἑαυτὸν ἐννάδας. Hoc est : *Definitio sanctæ et œcumenicæ quartæ synodi Patrum sanctorum apud Chalcedonem, quorum numerus septem compositos continebat in se recurrentes novenarios.* Ex hac ergo opinione fuerunt Patres Chalcedonenses numero duntaxat 567.

Digitized by Google

Μετὰ οὖν τρεῖς ἑβδομάδας ἦλθεν ὁ ἄγγελος, καὶ λέγει τῷ γέροντι· Τί ἔνι γέρων; ἐσκέψω; Ὁ δὲ γέρων λέγει αὐτῷ· Ὡς Ἱεροσολυμῖται θέλω. Λέγει αὐτῷ ὁ ἄγγελος· Καλῶς, καλῶς. Καὶ εὐθέως παρέδωκεν τὴν ψυχήν. Τοῦτο δὲ ὅλον γέγονεν, ἵνα μὴ τοὺς κόπους αὐτοῦ ἀπολέσῃ ὁ γέρων, καὶ μετὰ αἱρετικῶν κατακριθῇ.

A venit angelus, et dixit seni: Quid est senex? cogitasti? Dixit autem illi senex: Sicut Jerosolymitæ volo. Dicit ei angelus: Bene, bene. Et continuo reddidit spiritum. Hoc autem totum factum est, ne labores suos perderet, et cum hæreticis condemnaretur.

CAPUT CLXXIX.

Vita sanctimonialis feminæ, quæ erat ex sancta civitate.

Παρεβάλομεν τῷ ἁββᾷ Ἰωάννῃ τῷ ἀναχωρητῇ τῷ λεγομένῳ Ῥουβῷ, καὶ διηγήσατο ἡμῖν, λέγων, ὅτι Ἤκουσα λέγοντος τοῦ ἁββᾶ Ἰωάννου τοῦ Μωαβίτου, ὅτι Μονάστριά τις ἦν ἐν τῇ ἁγίᾳ πόλει, πάνυ εὐλαβὴς καὶ κατὰ Θεὸν προκόπτουσα. Φθονήσας οὖν ὁ διάβολος τῇ παρθένῳ, ἐμβάλλει νέῳ τινὶ σατανικὸν εἰς αὐτὴν ἔρωτα. Ἡ δὲ θαυμασία ἐκείνη παρθένος θεωρήσασα [69] τῆς τοῦ δαίμονος ἐπιβουλῆς καὶ τῆς τοῦ νέου ἀπωλείας, λαβοῦσα εἰς ἓν μαλάκιον ὀλίγα βρεκτὰ (*p*), ἔρχεται εἰς τὴν ἔρημον· καὶ τῷ νέῳ διὰ τῆς ἀναχωρήσεως τὸ ἀνενόχλητον καὶ τὴν σωτηρίαν πραγματευομένη, καὶ ἑαυτῇ τὴν ἐκ τῆς ἐρημίας ἀσφάλειαν. Μετὰ πολὺν οὖν χρόνον, κατ' οἰκονομίαν Θεοῦ, ἵνα μὴ ἄγνωστος ἡ ἐνάρετος αὐτῆς μείνῃ πολιτεία, θεωρεῖ αὐτὴν ἀναχωρητής τις ἐν τῇ ἐρήμῳ τοῦ ἁγίου Ἰορδάνου, καὶ λέγει αὐτῇ· Ἀμμᾶ, τί ποιεῖς εἰς τὴν ἔρημον ταύτην; Ἡ δὲ λαθεῖν θέλουσα τὸν ἀναχωρητήν, λέγει αὐτῷ· Συγχώρησόν μοι, ὅτι ἐπλανήθην τὴν ὁδόν· ἀλλὰ ποίησον ἀγάπην, Πάτερ, διὰ τὸν Κύριον, καὶ δεῖξόν μοι αὐτήν. Ὁ δὲ θεόθεν γνοὺς τὰ κατ' αὐτὴν, λέγει αὐτῇ· Πίστευσόν μοι, ἀμμᾶ, οὔτε πεπλάνησαι τὴν ὁδὸν, οὔτε ὁδὸν ἐπιζητεῖς· ἀλλ' ὡς γινώσκουσα ὅτι τὸ ψεῦδος ἐκ τοῦ διαβόλου ἐστὶν, εἰπέ μοι τὴν αἰτίαν ἐν ἀληθείᾳ, δι' ἣν ἦλθες ἐνταῦθα. Τότε λέγει αὐτῷ ἡ παρθένος· Συγχώρησόν μοι, ἁββᾶ, νεώτερός τις ἐσκανδαλίσθη εἰς ἐμὲ, καὶ διὰ τοῦτο ἦλθον εἰς τὴν ἔρημον ταύτην, κρίνασα μᾶλλον ὧδε ἀποθανεῖν, ἢ πρόσκομμά τι (*q*) τινι γενέσθαι, κατὰ τὴν τοῦ Ἀποστόλου φωνήν. Λέγει αὐτῇ πάλιν ὁ γέρων· Καὶ πόσον χρόνον ἔχεις ὧδε; Ἡ δὲ λέγει αὐτῷ· Ἔχω χάριτι Χριστοῦ ἔτη ιζ'. Πάλιν λέγει αὐτῇ ὁ ἀναχωρητής· Καὶ πόθεν ἐσθίεις; Ἡ δὲ ἐκβαλοῦσα τὸ μαλάκιον καὶ τὰ βρεκτὰ ἐν αὐτῷ, λέγει τῷ ἀναχωρητῇ· Ἴδε τοῦτο τὸ μαλάκιον ὃ βλέπεις, μετ' ἐμοῦ ἐξῆλθεν ἐκ τῆς πόλεως, ἔχον καὶ τὰ μικρὰ ταῦτα βρεκτὰ, καὶ οἰκονομίαν τοιαύτην εἰς ἐμὲ τὴν ταπεινὴν ἐποίησεν ὁ Θεὸς, ὅτι χρόνον τοσοῦτον ἐξ αὐτῶν ἐσθίω, καὶ οὐκ ἠλαττώθησαν. Καὶ τοῦτο δὲ γίνωσκε, Πάτερ, ὅτι οὕτως με ἡ αὐτοῦ ἀγαθότης ἐσκέπασεν, ὅτι τὰ ιζ' ἔτη ταῦτα, οὐκ ἴδεν με ἄνθρωπος, εἰ μὴ σὺ μόνος σήμερον· ἐγὼ δὲ πάντας ἐθεώρουν. Καὶ ταῦτα μαθὼν ὁ ἀναχωρητὴς, ἐδόξασεν τὸν Θεόν.

Perreximus ad abbatem Joannem anachoretam, qui appellatus est Rutilus, narravitque nobis, dicens: Audivi abbatem Joannem Moabitam narrantem, ac dicentem: Sanctimonialis quædam erat in sancta civitate, religiosa valde, et secundum Deum proficiens. Invidit ergo diabolus virgini, immisitque juveni cuidam impurum et diabolicum in eam amorem. Virgo autem illa mirabilis cum diaboli sensisset insidias, perditionem adolescentis miserata, sumpto cilicio uno, paucisque infusis cibariis, venit ad eremum, adolescenti ex recessu suo quietem a tentatione ac salutem parans, et sibi ipsi ex solitudine securitatem et augmenta meritorum. Post multum vero temporis per dispensationem Dei, ne ipsius excellens conversatio maneret incognita, vidit eam anachoreta quidam in solitudine Jordanis, et ait illi: Quid, mater, in hac solitudine facis? Illa vero latere anachoretam cupiens, ait illi: Ignosce mihi, quia erravi de via; sed per Dominum, Pater, fac charitatem, et ostende illam mihi. Ille vero divinitus de illa admonitus, ait ei: Crede mihi, mater, non tu errasti de via, neque viam requiris. Itaque sciens quia mendacium de diabolo est (*Joan.* VIII), dic mihi veritatem causæ propter quam huc venisti. Tunc ait illi virgo: Ignosce mihi, abba: adolescens quidam scandalizatus est in me, et propterea veni in hanc eremum, melius existimans hic mori, quam offendiculum cuiquam fieri, juxta Apostoli vocem (*II Cor.* VI). Dicit illi iterum senior: Et quantum temporis hic habes? Quæ ait illi: Habeo gratia Christi annos decem et septem. Rursum ait ad illam anachoreta: Et unde nutriris? Illa vero cilicium et infusa (37) proferens, dixit anachoretæ: Ecce cilicium istud, quod vides, mecum de civitate exiit et ista pauca infusa. Talemque dispensationem in me humilem ostendit Deus, ut tanto tempore istis nutriar, neque imminuta sint. Et hoc autem scito, Pater, quia sic me ipsius benignitas protexit, ut per istos decem et septem annos nullus homo me viderit, nisi tu solus hodie; ego autem aspiciebam omnes. Et hæc audiens anachoreta, magnifice glorificavit Deum.

VARIÆ LECTIONES.

[69] al. αἰσθομένη.

NOTÆ.

(*p*) *Βρεκτά.* Ordo monasterii Casulorum laudatus per Allatium, *De missa præsanctificatorum*, n. 7: Ἐσθίομεν ἄρτον, καὶ φάβα βρεκτόν. *Comedimus panem, et fabam aqua maceratam.* Moschi nostri, cap. 163, Ἄρτον καὶ βρεκτά· interpres, *panem et cicer infusum*; e mss. Καὶ ἐρεβίνθια βρεκτά.

(*q*) *Πρόσκομμά τι.* Supposititius Chrysostomus in Christi Nativitatem, apud Savilium, t. VII,

Digitized by Google

CAPUT CLXXX.

Vita Joannis (38) *anachoretæ, qui in spelunca villæ Suchus morabatur.*

Narravit nobis sanctissimus Dionysius presbyter sanctæ eccle-iæ Ascalonitarum, et sacrorum vasorum cu-tos, de abbate Joanne anachoreta, dicens : Quasi vere magnus in generatione ista fuit, atque ad commendationem summorum illius apud Deum meritorum, hoc de ipso miraculum narrabat : In spelunca, inquit, morabatur senex in partibus villæ quæ dicitur Sochus, viginti fere milliaribus ab Jerusalem. Habebat autem senex in spelunca imaginem immaculatæ Dominæ nostræ Dei genitricis, semperque virginis Mariæ, in ulnis ferentem Jesum Christum Dominum et Salvatorem nostrum. Quoties igitur abire volebat ad locum aliquem, vel per vastam solitudinem, sive Jerosolymam ad adorandam sanctam crucem et venerabilia loca, vel in Sinai montem orationis gratia, sive ad martyres distantes ab Jerosolymis multis prolixisque intervallis (erat enim senex martyrum reverentiæ mirabiliter deditus, et nunc quidem pergebat Ephesum ad sanctum Joannem, nunc autem Euchaitam ad sanctum Theodorum, nunc vero ad sanctam Theclam in Seleuciam Isauriæ, nunc ad sanctum Sergium in Saraphas, et modo ad istum, modo ad illum sanctum), reficiebat candelam, et accendebat, ut sibi consuetudo erat, atque ad orationem stans, et Deo ut suum iter dirigeret supplicans, dicebat ad Dominam, intendens in imaginem ipsius : Sancta Domina nostra Dei genitrix, quia longum iter iturus sum diebus multis perficiendum, candelæ tuæ tu curam habe, eamque ne exstinguatur juxta propositum meum serva ; ego enim adjutorio tuo comitante iter arripio. Hisque ad imaginem dictis, egrediebatur, peractoque proposito itinere, revertebatur, aliquando post mensem, sæpe etiam post duos vel tres menses, nonnunquam post quinque vel sex, et ita reperiebat integram candelam et ardentem, sicut eam, cum iter arriperet, dimiserat, et nunquam hanc a seipsa exstingui vidit neque de somno surgens, neque a peregrinatione rediens, neque ex eremo in speluncam pergens.

Διηγήσατο ἡμῖν ὁ ὁσιώτατος Διονύσιος, ὁ πρεσβύτερος καὶ σκευοφύλαξ τῆς τῶν Ἀσκαλονιτῶν ἁγιωτάτης Ἐκκλησίας, περὶ τοῦ ἀββᾶ Ἰωάννου τοῦ ἀναχωρητοῦ, λέγων, ὅτι Ὄντως μέγας ἐν τῇ παρούσῃ γενεᾷ κατὰ Θεὸν γέγονεν ἄνθρωπος· καὶ πρὸς σύστασιν τῆς αὐτοῦ πρὸς Θεὸν εὐαρεστήσεως, τοῦτο τὸ θαῦμα περὶ αὐτοῦ διηγεῖτο. Ἐν σπηλαίῳ, φησὶν, ὁ γέρων ἐκάθητο εἰς τὰ μέρη Σοχοῦς τοῦ κτήματος ἀπὸ μιλίων μικρῷ πρὸς Ἱεροσολύμων κ'· εἰκόνα δὲ εἶχεν ὁ γέρων ἐν τῷ σπηλαίῳ αὐτοῦ τῆς παναγίας ἀχράντου Δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου καὶ Ἀειπαρθένου Μαρίας, ἐν ἀγκάλαις φέρουσαν τὸν Θεὸν ἡμῶν. Καθότι οὖν ἐβούλετο ἀπελθεῖν εἰς τόπον τινὰ, ἢ εἰς ἐρήμους μακρὰς, ἢ εἰς Ἱεροσόλυμα, πρὸς τὸ προσκυνῆσαι τὸν ἅγιον σταυρὸν καὶ σεβαστοὺς τόπους, ἢ καὶ εἰς τὸ Σιναῖον ὄρος, πρὸς τὸ εὔχεσθαι, καὶ εἰς μάρτυρας ἀφεστῶτας Ἱεροσολύμων πολλοῖς καὶ μακροῖς διαστήμασιν (ἦν γὰρ φιλομάρτυς ὁ γέρων, καὶ νῦν μὲν ἀπίη πρὸς τὸν ἅγιον Ἰωάννην εἰς Ἔφεσον, νῦν δὲ εἰς τὸν ἅγιον Θεόδωρον εἰς Εὐχάϊταν [70], καὶ ἄρτι μὲν εἰς τὴν τῶν Ἰσαύρων εἰς τὴν ἁγίαν [71] Θέκλαν εἰς Σελεύκειαν, ἄρτι δὲ εἰς τὸν ἅγιον Σέργιον εἰς τὸ Σαφᾶς· καὶ ποτὲ μὲν εἰς τοῦτον, ποτὲ δὲ εἰς ἐκεῖνον τὸν ἅγιον ὥδευσεν), ἐσκεύαζεν τὴν κανδήλαν (r), καὶ ἥπτεν ὡς εἶχεν συνήθειαν, καὶ πρὸς ἱκεσίαν στὰς, καὶ τὴν πορείαν αὐτῷ κατευθυνθῆναι τὸν Θεὸν ἱκετεύσας, ἔλεγεν εἰς τὴν Δέσποιναν, εἰς τὴν εἰκόνα αὐτῆς προσέχων· Ἁγία Δέσποινα Θεοτόκε, ἐπειδὴ ὁδὸν μέλλω βαδίσαι μακρὰν, πολλῶν ἡμερῶν προθεσμίαν ἔχουσαν, τῆς κανδήλας σου φρόντισον, καὶ σβεννυμένην αὐτὴν κατὰ τὴν ἐμὴν πρόθεσιν φύλαξαι· ἐγὼ γὰρ τὴν σὴν βοήθειαν συνοδοιπόρον ἔχων ἀπέρχομαι. Καὶ ταῦτα πρὸς τὴν εἰκόνα φήσας, ἐξήρχετο. Καὶ τὴν προτεθεῖσαν πορείαν ποιήσας, ὑπέστρεφεν, ποτὲ μὲν διὰ μηνὸς, ποτὲ δὲ διὰ δύων καὶ τριῶν, ἔστιν δὲ ὅτε καὶ διὰ πέντε καὶ ἕξ· καὶ οὕτως εὕρισκεν τὴν κανδήλαν ἐσκευασμένην τε καὶ ἁπτομένην, καθάπερ αὐτὴν πρὸς τὴν ὁδοιπορίαν ἐξερχόμενος εἶασεν, καὶ οὐδέποτε αὐτὴν ἀφ' ἑαυτῆς σβεσθεῖσαν ἑώρακεν, οὔτε ἐξ ὕπνου ἀνιστάμενος, οὔτε ἐξ ἀποδημίας ἐπαναστρέφων, οὔτε ἐξ ἐρήμου φοιτῶν εἰς τὸ σπήλαιον.

CAPUT CLXXXI.

De eodem.

Dicebat nobis et hoc de ipso idem venerabilis Dionysius presbyter, quod die quadam ambulabat senex in finibus villæ Sochus, ubi erat spelunca ipsius, ambulansque leonem vidit ingentem e regione venientem. Pergebat autem in via valde angusta inter duas sepes posita, quibus agricolæ rura sua munire consueverunt, spinosas frutices plantantes. Tantam vero

Ἔλεγεν δὲ ἡμῖν καὶ τοῦτο περὶ τοῦ αὐτοῦ ὁ αὐτὸς Διονύσιος ὁ πρεσβύτερος, ὅτι Ἐν μιᾷ περιεπάτει ὁ γέρων ἐν τοῖς ὁρίοις Σοχοῦς τοῦ κτήματος· ἔνθα ἦν αὐτοῦ καὶ τὸ σπήλαιον· καὶ περιπατῶν μέγαν ἐθέασε λέοντα ἐξ ἐναντίας ἐρχόμενον, καὶ πλησίον γινόμενον. Περιεπάτει δὲ ἐν ὁδῷ πάνυ στενῇ μεταξὺ δύο προκειμένῃ φραγμῶν, οἷς οἱ γεωργοὶ περιφράττειν

VARIÆ LECTIONES.

[70] al. Εὐχαΐτας. [71] al. ὁσιομάρτυρα.

NOTÆ.

p. 369, l. III, IV : Ἐξ ἐκείνης ὁ θάνατος τὸν κόσμον διατρέχων, εἰς σὲ δὲ προσκόψας πεσεῖται. Intolerabilis menda προσμόψαν nec quidquam præter solitum Boisius.

(r) *Κανδήλαν.* Ad *Glossarium* Joannis Meursii adde vocem κανδηλάριος, ex Theodori Studitæ *Catechesibus* in *Bibliotheca Scorialensi*, ubi catechesis 2 libri I est : Περὶ τῆς μερίμνης τοῦ κανονάρχου, κανδηλαρίου, καὶ νοσοκόμου.

Digitized by Google

αὐτῶν τὰς ἀρούρας εἰώθασιν, τὰ τῶν ξύλων ἀκανθώδη φυτεύοντες· καὶ τοσαύτην ἡ ὁδὸς ἐκ τῶν ἀκάνθων εἶχεν στένωσιν, ὡς μόλις ἕνα τινὰ μηδὲν ἐπιφερόμενον ἐν αὐτῇ πεζεύοντα δέχεσθαι, καὶ ἀκωλύτως μὴ συγχωρεῖσθαι βαδίζειν τὸν ἐν αὐτῇ πορευόμενον. Ὡς δὲ ἀλλήλοις προσήγγισαν, ὅ τε γέρων καὶ ὁ λέων, οὔτε ὁ γέρων ὑπέστρεψεν εἰς τὸ ὀίσθον δοῦναι τῷ λέοντι, οὔτε διὰ τὸ πάνυ στενὸν τῆς ὁδοῦ ὁ λέων ὑποστρέφειν ἐδύνατο, οὔτε παρελθεῖν ἀμφοτέρους ἐνεδέχετο. Θεωρήσας οὖν ὁ λέων τοῦ Θεοῦ τὸν θεράποντα προβαίνειν βουλόμενον, καὶ μηδαμῶς ὑποστρέφειν θέλοντα, εἰς τοὺς ὄπισθεν πόδας στὰς, καὶ γενόμενος ὀρθιος ἐπὶ τῶν ἐξ ἀριστερῶν τοῦ γέροντος ἀνεκλίθη φραγμῶν, καὶ τῷ βάρει, καὶ τῇ δυνάμει τοῦ σώματος μικρὰν εὐρυχωρίαν ποιήσας ἀνεμπόδιστον τῷ δικαίῳ τὴν πορείαν παρέσχεν· καὶ οὕτω παρῆλθεν ὁ γέρων τὸ ὀπίσθιον προσφαύων τοῦ λέοντος· καὶ τότε μετὰ τὴν αὐτοῦ πάροδον ὁ λέων ἐξαναστὰς τοῦ φραγμοῦ, τὴν οἰκείαν ὁδὸν παρελήλυθεν.

A semita illa præ sentibus angustiam habebat, ut vix unum aliquem vacuum et expeditum pedibus incedentem susciperet, et ne illum quidem sine impedimento libere transire permitteret. Cum ergo sibi invicem appropinquassent senex et leo, neque senex retro rediit, ut leoni transitum liberum daret, neque propter nimias semitæ angustias leo reverti poterat, neque utrumque simul transire omnino possibile erat. Videns igitur leo Dei servum procedere volentem, et nequaquam retro redire sustinentem, erexit se in posteriores pedes, erectusque stans ad lævam senis, pondere ac viribus corporis repulsa maceria, modicam seni latitudinem præstitit, iter sine impedimento justo viro præbens; atque ita transivit senior dorsa leonis perfricans. Post cujus transitum exsurgens de sepi leo, peregit et ipse iter suum.

Τῷ ἀββᾷ Ἰωάννῃ παρέβαλεν ἀδελφὸς, καὶ οὐδὲν εὗρεν ἐν τῷ σπηλαίῳ αὐτοῦ. Καὶ λέγει αὐτῷ, Πῶς κάθῃ ὧδε, Πάτερ, μὴ ἔχων τὰς χρείας σου; Ἀπεκρίθη ὁ γέρων· Τὸ σπήλαιον τοῦτο, τέκνον, κήρωμά ἐστι· δὸς, λάβε.

Ad hunc abbatem Joannem pergens frater quidam, cum nihil in spelunca illius invenisset, ait seni: Quomodo hic moraris, pater, non habens quæ sunt necessaria? respondit senex, et ait: Spelunca ista, fili, spiritualis mercatura est; dat, et accipit.

CAPUT CLXXXII.

Vita abbatis Alexandri Cilicis, qui prope mortem a dæmone arreptus est.

Μοναστήριόν ἐστι πλησίον τῆς ἁγίας Βηθλεὲμ, τοῦ ἁγίου Σεργίου, ὡς ἀπὸ σημείων δύο, τὸ ἐπονομάζομενον Ξηροπόταμος. Ἐν τούτῳ ἡγούμενος ἦν εὐλαβὴς πάνυ ὁ ἀββᾶς Εὐγένιος ὀνόματι, ὕστερον δὲ γέγονεν ἐπίσκοπος Ἑρμοπόλεως τῆς κατ' Αἴγυπτον· ἥτις διάκειται ἐν μεθορίοις τῆς πρώτης Θηβαΐδος. Οὗτος διηγήσατο ἡμῖν παραβαλοῦσιν ἐν τῷ μοναστηρίῳ περὶ τοῦ ἀββᾶ Ἀλεξάνδρου τοῦ Κίλικος, ὅτι μετὰ τὸ καταγηρᾶσαι αὐτὸν ἐν τοῖς σπηλαίοις τοῦ ἁγίου Ἰορδάνου, ἔλαβεν αὐτὸν ἐν τῷ μοναστηρίῳ ἑαυτοῦ· καὶ περὶ τὰ τελευταῖα αὐτοῦ, κλινήρης γέγονεν ἐπὶ μῆνας τρεῖς. Καὶ πρὸ δέκα ἡμερῶν τοῦ πρὸς Κύριον ἐκδημῆσαι αὐτὸν, ἐδαιμονίσθη ἐκ φθόνου διαβολικοῦ. Ἤρξατο οὖν ὁ γέρων πρὸς τὸν δαίμονα λέγειν· Πρὸς ἑσπέραν ἦλθες, ἄθλιε. Τοῦτο μέγα οὐκ ἔστιν· ὅτι ἐν κλίνῃ λέλυμαι, καὶ ἀκίνητος ὑπάρχω. Ἔδειξας πάνυ, ἄθλιε, τὴν ἀσθένειάν σου, καὶ μὴ θέλων. Εἰ γὰρ ἦς δυνατὸς καὶ ἴσχυες, ὤφειλες ἐλθεῖν πρὸ ἄλλων πεντήκοντα ἢ ἑξήκοντα ἐτῶν ἐγγύς μου, ἵνα διὰ τοῦ ἐνδυναμοῦντός με Χριστοῦ, ἔδειξά σοι τὴν ἀσθένειάν σου, καὶ κατέβαλόν σου τὸ φρύαγμα, καὶ συνέτριψά σου τὸν ἀκαμπῆ αὐχένα. Νῦν δὲ οὐκ ἐμή ἐστιν ἀσθένεια, ἀλλ' ἡ καταπονοῦσά με. Πλὴν εὐχαριστῶ τῷ Θεῷ, πρὸς ὃν ἀπερχόμενος ἐνδείξομαι τὴν ἀδικίαν ἣν ὑπέστην ὑπὸ σοῦ, ὅτι μετὰ τὴν ἐν τῇ ἀσκήσει τῶν τοσούτων ἐτῶν κακοπάθειαν, περὶ τὴν ἔξοδον ἐπέβης μοι ἀνελεημόνως. Ταῦτα καθ' ἑκάστην ἡμέραν μετὰ καὶ ἄλλων πλειόνων λέγων, τῇ δεκάτῃ ἡμέρᾳ μετὰ πάσης ἡσυχίας τῷ Δεσπότῃ Χριστῷ παρέδωκεν τὸ πνεῦμα αὐτοῦ ἐν εἰρήνῃ.

Prope sanctam Bethleem monasterium est sancti Sergii, quod duobus circiter milliaribus distat, et cognominatur Xeropotamus: in hoc antistes fuit valde religiosus abbas Eugenius, qui postmodum episcopus Hermopolis factus est in Ægypto, quæ est in finibus sita Thebaidis. Hic, cum ad eum venissemus, narravit nobis de abbate Alexandro Cilice, quod cum inter speluncas sancti Jordanis senuisset, accepit illum in monasterio suo. Qui circa finem vitæ suæ lectulo decubuit quasi menses tres. Ante decem vero dies quam migraret ad Dominum, a dæmone arreptus est. Et cœpit senex ad dæmonem dicere: Ad vesperam venisti, miser, hoc magnum non est; quoniam in lectulo devinctus sum, et moveri non possum; ostendisti, miserrime, imbecillitatem tuam. Nam si potens et valens esses, ante hos quinquaginta, vel sexaginta annos debueras appropinquare mihi, ego enim per confortantem me Christum ostendissem tibi infirmitatem tuam, ac dejecissem rugitum tuum, atque contrivissem rigidam illam tuam inflexamque cervicem. Nunc autem non mea est imbecillitas, sed infirmitas est quæ premit me. Gratias tamen ago Deo, ad quem proficiscens, ostendam injuriam quam abs te passus sum, quia post tot annorum labores et fatigationem, circa exitum sic atrociter in me invasisti. Ista et alia plurima horis singulis dicens, decima die cum omni quiete Domino Christo spiritum in pace reddidit.

CAPUT CLXXXIII.

Mirabile factum senis Ægyptii, nomine David.

Ἔλεγεν ὁ ἀββᾶς Θεόδωρος ὁ Κίλιξ, ὅτι Καθημένου

Dicebat abbas Theodorus Cilix: Cum adhuc mo-

Digitized by Google

rarer in Scythi, erat illic senex Ægyptius, nomine David, qui die quadam ad metendum profectus est. Habent enim consuetudinem Scythiotæ, ut abeant ad villas, et metant. Ascendit ergo senex in villam, et sub mercede operabatur. Conduxit autem illum agricola quidam. Cum itaque meteret senex, die quadam circa horam septimam æstus magnus factus est. et abiit senex in quoddam tugurium, et sedit. Veniens autem agricola, et videns sedentem senem, dicit ei cum iracundia : Cur non metis, senex? nescis quia mercedem tibi reddo. Dixit ei : Ita sane; sed quia æstus magnus est, et grana tritici de spicis decidunt, idcirco paululum exspecto, donec transeat æstus, neque damnum patiaris. Dicit ad eum agricola : Surge, labora, et ardeant omnia. Cui respondit senex : Et vis ut ardeant? Dixit ille cum iracundia : Ita plane. Tunc surrexit senior, et ecce continuo ardere cœpit ager. Currens autem agricola venit ad alios senes, qui in alia parte agri operabantur, et orabat eos ut venirent et deprecarentur senem ut oraret et ignem exstingueret. Venientes autem senes prostraverunt se humi; ille autem dixit eis : Dixit ipse ut arderet. Exoratus tamen ab eis abiit, et stans medius inter ea quæ arserant, et ea quæ non arserant, oravit, et continuo exstinctus est ignis, et salvata est pars reliqua ruris.

μου ἐν τῇ Σκήτει, ἦν ἐκεῖ τις γέρων ὀνόματι Δαβίδ. Ἐν μιᾷ οὖν ἀπῆλθεν θερίσαι μετὰ καὶ ἄλλων μοναχῶν. Τοῦτο δὲ ἔθος ἐστὶ ἐπὶ τοῖς Σκητιώταις; ἀπέρχεσθαι εἰς τὰ κτήματα, καὶ θερίζειν. Ἀνῆλθεν οὖν ὁ γέρων εἰς κτῆμα, καὶ ἡμερομίσθει. Εἷς δὲ γεωργὸς ἐμισθώσατο αὐτόν. Ὡς οὖν ἐθέριζεν ὁ γέρων, γέγονεν ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ περὶ ὥραν ἕκτην καύσων πολὺς, καὶ ἀπῆλθεν ὁ γέρων εἰς μίαν καλύβην, καὶ ἐκάθισεν. Ἐλθὼν δὲ ὁ γεωργὸς, καὶ ἰδὼν αὐτὸν καθήμενον, λέγει αὐτῷ μετ' ὀργῆς· Διότι οὐ θερίζεις, γέρων; Οὐκ οἶδας, ὅτι μισθόν σοι παρέχω; Λέγει αὐτῷ, Ναὶ, ἀλλ' ἐπειδὴ καύσων ἐστὶν πάνυ, καὶ οἱ κόκκοι τοῦ σίτου ἐκ τῶν σταχύων ἐκπίπτουσι, διὰ τοῦτο μικρὸν ἀναμένω, ἵνα παρέλθῃ ὁ καύσων, καὶ μὴ ζημιοῦσαι. Λέγει αὐτῷ ὁ γεωργός· Ἐγείρου, κάμνε, κἂν καῇ ὅλα. Λέγει αὐτῷ ὁ γέρων· Καὶ θέλεις ἵνα καῇ; Λέγει αὐτῷ ὁ γεωργὸς μετὰ θυμοῦ· Ναὶ, εἶπόν σοι. Τότε ἀνέστη ὁ γέρων, καὶ ἰδοὺ ἄφνω ἤρξατο καίεσθαι ὁ ἀγρός. Τότε φοβηθεὶς ὁ γεωργὸς, ἦλθεν εἰς τὸ ἄλλο μέρος, ὅπου οἱ ἄλλοι γέροντες ἐθέριζον, καὶ παρεκάλεσεν αὐτοὺς, ἵνα ἐλθόντες παρακαλέσωσι τὸν γέροντα, ἵνα εὔξηται καὶ καταπαύσῃ τὸ πῦρ. Ἐλθόντων δὲ αὐτῶν ἔβαλον μετάνοιαν τῷ γέροντι. Ὁ δὲ εἶπεν, Αὐτὸς εἶπεν καῆναι. Ὅμως δὲ παρακληθεὶς ὁ γέρων ὑπ' αὐτῶν, ἀπῆλθεν, καὶ στὰς μεταξὺ τῶν ἤδη καυθέντων, καὶ τῶν μὴ καυθέντων; ηὔξατο, καὶ παραχρῆμα ἐσβέσθη τὸ πῦρ τῆς ἀρούρας, καὶ ἐσώθη τὸ λοιπὸν, καὶ ἐθαύμασαν οἱ πάντες, καὶ ἐδόξασαν τὸν Θεόν

CAPUT CLXXXIV.

Vita abbatis Joannis Eunuchi, nec non juvenis, monachi, qui nunquam bibere statuerat, atque alterius senis valde orationibus dediti.

Eramus in Nono Alexandriæ, cum accessimus ad monasterium abbatis Joannis eunuchi utilitatis gratia. Invenimus autem ipsum senem qui egerat in habitu monastico annos octoginta, ita misericordem, ut alium neminem illi similem viderimus; non solum enim ad homines, verum et ad bruta animalia misericors erat. Quid ergo faciebat senex? Nullum opus aliud habebat, nisi hoc : Surgens de mane ibat ad canes omnes qui erant in monasterio, et cibum præbebat illis. Similiter et parvis formiculis farinam apponebat, triticumque majoribus formicis. Madefaciebat et paximatia, et ea super tecta projiciebat, ut volucres comederent. Ita degens jugiter, nihil cum moreretur in suo monasterio dimisit, non portam, non fenestram, non spetlum (39), non candelam, non tabulam, et ne singulis immorans prolixior sim, non dimisit omnino terrenum aliquid. Nunquam vel una hora tenuit vel librum, vel pecuniam, vel indumentum, sed omnia egenis dabat, omnem curam suam ad futura transferens.

Narrabant autem et hoc de ipso, misericordiam ejus et compassionis affectum commendare volentes. Die quadam venit ad eum agricola quidam, petens ut aureum nummum illi mutuo daret. Cum vero ille non haberet (nec enim unquam aurum tenebat senex) misit continuo, et mutuavit a monasterio numisma, et dedit homini qui id a se petierat, pollicenti post unum mensem hoc se illi redditurum. Cum vero præteris-

Accersivit itaque Nomicum (44) seu dispensatorem sanctissimæ ecclesiæ, seorsumque illum alloquens, dixit ei : Potes mihi servare secretum, domne dispensator : Qui ait : Spero, domine, in Filium Dei, quia quodcumque mihi jusseris, nemini dicam, neque discet unquam id aliquis ex me quod mihi servo tuo aperueris. Tunc ait ad illum episcopus Apollinaris : Vade, conscribe chirographum debiti quinquaginta librarum auri, quæ a sanctissima ista ecclesia Macario illius miseri adolescentis patri debebantur, et appone testes et stipulationem et rata, et affer illud mihi. Dispensator continuo, quod sibi fuerat a pontifice injunctum, cum omni celeritate peregit, attulitque chirographum, et dedit illi. Cum itaque pater adolescentis ante decem annos defunctus esset, chartaque chirographi nova videretur, ait illi pontifex : Vade domne dispensator, chirographum istud vel in tritico vel in hordeo absconde, et post paucos dies affer illud ad me : quod ille cum fecisset, præfinito die chirographum retulit quasi subvetustum, deditque pontifici. Tunc ait ille : Perge modo, domne dispensator, et dicito adolescenti : Quid mihi daturus es, si tibi dedero chirographum magnæ pecuniæ quæ debetur tibi? Et cave, ne plus quam tria numismata ab illo accipias, et præbe illi chirographum. Respondens autem dispensator : Vere, mi domine, si jusseris, nihil accipiam. Dixit ei ille : Volo omnino ut tria numismata accipias. Perrexit autem ille ad juvenem sicut ipsi jussum fuerat, et dixit ei : Dabis mihi tria numismata, si ostendero tibi aliquid magnæ utilitatis tuæ? Ille vero pollicitus est illi quidquid vellet se daturum. Fingens autem dispensator, ait illi : Ante quinque vel sex dies evolvens instrumenta ecclesiastica, reperi chirographum istud, et memini, quia Macarius pater tuus mihi multum confidens, ipsum mihi diebus aliquot permisit. Defunctoque ipso, contigit illud apud me usque hodie manere ; oblivione enim subreptum mihi est, nec unquam venit in mentem ut illud redderem tibi. Ait illi adolescens : Nosti an locuples sit persona illa quæ debet? Dixit ei dispensator : Ita sane locuples, et grata est, potesque ab illo debitum sine labore recipere. Dixit ei junior. Novit Deus quia modo nihil habeo ; sed si recepero, quod meum est, quidquid petiisti, dabo tibi, ultra tria etiam numismata. Tunc dedit ei dispensator instrumentum quinquaginta librarum.

Digitized by Google

Suscepto itaque chirographo, perrexit ad sanctissimum pontificem, prostratusque ante illum dedit ei chirographum. Cum ergo accepisset ille instrumentum ipsum, ac legisset, cœpit se ipsum turbatiorem ostendere, dixitque ei : Et ubi fuisti usque modo ? Pater tuus ante decem annos defunctus est. Pergę, nolo tibi nunc respondere. Qui dixit illi : Veraciter, mi domine, non ego illud habui, sed dispensator illud habebat, et nesciebam. Sed Deus ipsius misereatur, quia modo ipsum mihi reddidit, dicens se illud inter chartas suas domi invenisse. Pontifex vero illum interim remisit, dicens : Deliberabo mecum, servato apud me chirographo. Post unam igitur hebdomadam rediit ad episcopum junior, iterumque deprecabatur eum. Ille autem quasi nihil ei dare vellet, dicebat : Quare tantum distulisti proferre chirographum? Dixit illi adolescens : Mi domine, scit Deus quia non habeo unde familiam meam nutriam ; itaque, si Deus inspirat vobis, miseremini mei. Tunc dixit illi sanctus Apollinaris, fingens se illius precibus cedere : Summam quidem integram ego tibi restituam ; hoc autem obsecro, mi domine frater, ne a sancta hac ecclesia usuras exigas. Tunc procidens illi adolescens ait : Quidquid voluerit et jusserit mihi dominus meus, hoc faciam ; et si ex principali summa placet minuere aliquid, minue. Dixit illi episcopus : Non id quidem ; satis est, si nobis usuras dimittis. Tunc proferens quinquaginta auri libras, dedit ei, et dimisit eum, orans eum pro usuræ remissione. Hoc opus summi Apollinaris, ista sancta illius ars atque misericordia. Ita vero Deus juveni cooperatus est per sanctam ejus benedictionem, ut ex tanta inopia emergeret, atque in priorem suum statum ordinemque remearet, plusque etiam quam parentes sui opum ac pecuniarum copia excelleret, ac præterea magna lucra animæ consequeretur.

A Λαβὼν οὖν τὸ γραμμάτιον ἀνέρχεται πρὸς τὸν ἁγιώτατον πάπαν, καὶ βάλλει αὐτῷ μετάνοιαν, καὶ ἐπιδίδωσιν αὐτῷ τὸ γραμμάτιον. Ὡς οὖν ἔλαβεν ὁ πάπας, καὶ ἀνέγνω αὐτὸ, ἤρξατο ποιεῖν ἑαυτὸν ταρασσόμενον. Καὶ λέγει αὐτῷ · Καὶ ποῦ ἦς ἕως ἄρτι ; Ὁ πατήρ σου πλέον τῶν δέκα χρόνων τελευτήσας, ὕπαγε, κύριε, οὐ ποιῶ σοι ἀπόκρισιν. Ὁ δὲ λέγει τῷ πάπᾳ · Ὄντως, δέσποτα, οὐκ εἶχον αὐτὸ ἐγὼ, ἀλλ' ὁ νομικὸς εἶχεν, καὶ οὐδὲ ἤδειν, ἀλλ' ὁ Θεὸς αὐτὸν ἐλεήσῃ, ὅτι ἄρτι μοι αὐτὸ δέδωκεν, εἰρηκὼς, ὅτι Ζητῶν χάρτας εὗρον αὐτό. Ὁ δὲ πάπας ἀπεπέμψατο αὐτὸν, τέως λέγων, Σκέψομαι, πάλιν κρατήσας τὸν χάρτην παρ' ἑαυτῷ. Μετὰ οὖν μίαν ἑβδομάδα ἀνῆλθεν ὁ νεώτερος πρὸς τὸν πάπαν. Καὶ πάλιν ὁ πάπας ἐγκαλεῖ αὐτῷ, Διατί ἐβράδυνας, λέγων, προσ- B αγαγεῖν τὸ γραμμάτιον ; ὡς ὄῆθεν μὴ θέλων δοῦναι αὐτῷ τίποτε. Λέγει αὐτῷ ὁ νεώτερος, Δέσποτά μου, οἶδεν ὁ Θεὸς, ὅτι οὐκ ἔχω, ἵνα θρέψω τοὺς ἐμούς · εἴ τι οὖν ὁ Θεὸς ἐμβάλοι ὑμῖν, ἐλεήσατέ με. Τότε λέγει αὐτῷ ὁ ἐν ἁγίοις Ἀπολινάριος, σχηματισάμενος ὅτι εἶξεν τῇ παρακλήσει αὐτοῦ · Εἰς πλήρεις σοι παρέχω, τοῦτο δὲ παρακαλῶ, κύριέ μου ἀδελφὲ, μὴ ἀπαιτῆσαι τὴν ἁγίαν Ἐκκλησίαν τόκους. Τότε ἔβαλεν μετάνοιαν ὁ παῖς, λέγων· Εἴ τι βούλεταί μου ὁ δεσπότης καὶ κελεύει, τοῦτο ποιῶ, καὶ ἐκ τοῦ κεφαλαίου ἐὰν κελεύῃς μειῶσαι, μείωσον. Ὁ δὲ πάπας, λέγει, Οὐκ · ἀλλ' ἀρκεῖ μοι, ἵνα τοὺς τόκους ἡμῖν παραχωρήσῃς · τότε ἐξενέγκας δέδωκεν τὰς πεντήκοντα τοῦ χρυσίου λίτρας, καὶ ἀπέλυσεν αὐτόν, εἰπὼν καὶ ἐπευξάμενος ὑπὲρ τῆς παραχωρή- C σεως, φησὶν, τῶν τόκων. Αὕτη ἡ ἐργασία ἡ κρυπτὴ τοῦ θείου Ἀπολιναρίου, αὕτη ἡ καλλίστη πρᾶξις αὐτοῦ, καὶ ἡ συμπάθεια. Οὕτως δὲ ὁ Θεὸς καὶ τῷ νεωτέρῳ συνέφθασεν διὰ τῆς αὐτοῦ εὐλογίας, ὅτι ἐξανέστη ἐκ τῆς τοσαύτης πτωχείας, καὶ εἰς τὴν προτέραν αὐτοῦ τάξιν ἦλθεν, καὶ τῶν γονέων αὐτοῦ ἐν πλούτῳ καὶ περιουσίᾳ χρημάτων διέπρεψεν, μετὰ καὶ τοῦ μεγάλως ὠφεληθῆναι τὴν ψυχήν.

CAPUT CXCIV.

Admonitio senis qui morabatur in Scythi, facta cuidam monacho ne ingrederetur tabernas.

Senex quidam morabatur in Scythi : hic die quadam venit Alexandriam, ut opus manuum suarum venderet, viditque ibi juniorem monachum ingressum esse cauponam. Qua re senex vehementer afflictus, manebat foris exspectans, donec egredienti juveni colloqueretur. Quod et factum est. Mox enim D ut egressus est juvenis, tenuit illum senior per manus, et seorsum illum ducens, dixit ei : An nescis, domine frater, quia habitum angelicum fers ? ignoras, quia juvenis es? Non nosti quia multi sunt inimici nostri laquei? Nescis quia et per oculos, et per aures, et per figuras varias et habitus, monachi in civitatibus læduntur? Tu autem in cauponas intrepide ingrederis, et quæ non vis audis, et quæ sunt noxia vides, inhonestisque et viris et mulieribus conjungeris. Noli itaque, fili mi, noli, obsecro, sic agere, sed fuge in eremum, ubi cum Dei adjutorio salvari potes. Respondit ei junior : Perge senior, Deus non quærit nisi cor mundum. Tunc expandens in cœlum ambas manus

Γέρων τις ἐκάθητο ἐν Σκήτει, καὶ ἀνέβη ἐν τῇ Ἀλεξανδρείᾳ τὸ ἐργόχειρον αὐτοῦ πωλῆσαι, καὶ θεωρεῖ νεώτερον μοναχὸν εἰσελθόντα εἰς τὸ καπηλεῖον. Ἐπὶ τούτῳ ὁ γέρων ἐθλίβη, καὶ ἀνέμεινεν ἔξω, ἵνα ὅταν ἐξέλθῃ, συντύχῃ αὐτῷ · ὅπερ καὶ γέγονεν. Μετὰ γοῦν τὸ ἐξελθεῖν τὸν νεώτερον, κρατήσας τῆς χειρὸς αὐτοῦ ὁ γέρων, ἔλαβεν αὐτὸν κατ' ἰδίαν, καὶ λέγει αὐτῷ · Κύρι ἀδελφὲ, οὐκ οἶδας, ὅτι τὸ σχῆμα τὸ ἅγιον περιβέβλησαι ; οὐκ οἶδας ὅτι νεώτερος εἶ ; οὐκ οἶδας, ὅτι πολλαί εἰσιν αἱ παγίδες τοῦ διαβόλου ; οὐκ οἶδας ὅτι καὶ δι' ὀφθαλμῶν, καὶ δι' ἀκοῆς, καὶ διὰ σχημάτων οἱ μοναχοὶ βλάπτονται, ἐν ταῖς πόλεσι διάγοντες ; Σὺ δὲ εἰς τὰ καπηλεῖα ἀδεῶς εἰσερχόμενος, καὶ ἃ οὐ θέλεις, ἀκούεις, καὶ ἃ οὐ θέλεις, θεωρεῖς, καὶ ἀσέμνως καὶ γυναιξὶ συναναστρέφῃ. Μὴ, παρακαλῶ, ἀλλὰ φύγε εἰς τὴν ἔρημον, ὅπου δύνῃ ὡς θέλεις σωθῆναι. Ἀπεκρίθη αὐτῷ ὁ νεώτερος · Ὕπαγε, καλόγηρε, ὁ Θεὸς οὐ χρῄζει, εἰ μὴ καρδίαν καθαράν. Τότε ἐκτείνας τὰς χεῖρας εἰς τὸν οὐρανὸν, εἶπεν ὁ γέρων· Δό-

Digitized by Google

ξα σοι ὁ Θεὸς, ὅτι ἔχω ἐν τῇ Σκήτει πεντήκοντα ἔτη καὶ καρδίαν καθαρὰν οὐκ ἐκτησάμην· καὶ οὗτος εἰς τὰ καπηλεῖα ἀναστρεφόμενος καρδίαν καθαρὰν ἐκτήσατο. Καὶ στραφεὶς πρὸς τὸν ἀδελφὸν, λέγει· Ὁ Θεὸς καὶ σὲ σώσαι, καὶ ἐμὲ μὴ καταισχύνῃ ἀπὸ τῆς ἐμαυτοῦ ἐλπίδος.

A suas senex ait : Gloria tibi, Deus ; ecce enim ego habeo in Scythi annos quinquaginta quinque, et mundum cor non habeo; hic autem in tabernis conversans cordis munditiam possidet. Et ad fratrem conversus dixit : Deus et te servet, et me non confundat a spe mea.

CAPUT CXCV.

Vita Evagrii philosophi a Synesio Cyrenes episcopo ad Christi fidem conversi.

Ὄντων ἡμῶν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, Λεόντιος Ἀπαμεὺς ἀνὴρ φιλόχριστος καὶ εὐλαβὴς, ἦλθεν ἀπὸ Πενταπόλεως· ἐκεῖσε γὰρ ἐν Κυρηνίᾳ ἀπὸ χρόνων ἱκανῶν ἐποίει τὴν οἴκησιν. Ἦλθεν δὲ ἐπὶ τοῦ ἐν ἁγίοις πάπα Ἀλεξανδρείας τῆς αὐτῆς πόλεως Κυρήνης, καὶ ἐν συντυχίᾳ γεγονότων ἡμῶν, διηγήσατο ἡμῖν, λέγων, ὅτι Ἐπὶ Θεοφίλου τοῦ μακαρίου πάπα Ἀλεξανδρείας γέγονεν ἐπίσκοπος ἐν Κυρήνῃ Συνέσιος ὁ φιλόσοφος· ὅστις ἐλθὼν ἐν Κυρήνῃ εὗρεν ἐκεῖ φιλόσοφόν τινα Εὐάγριον ὀνόματι ἑταῖρον αὐτοῦ, ἐν τοῖς παιδευτηρίοις γινόμενον, καὶ φίλον αὐτοῦ γνήσιον ὄντα, καὶ ἐμμανῶς περὶ τὴν τῶν εἰδώλων λατρείαν ὑπάρχοντα· ὃν ὁ ἐπίσκοπος Συνέσιος μεταθεῖναι ἐβούλετο καὶ οὐ μόνον ἐβούλετό τε καὶ ἔσπευδεν, ἀλλὰ καὶ ἀγῶνα πολὺν ἔσχεν καὶ μέριμναν, διὰ ἣν πρὸς αὐτὸν ἀρχῆθεν ἐκέκτητο. Ὁ δὲ οὐκ ἠνείχετο, οὐδὲ παρεδέχετο αὐτοῦ παντελῶς τὴν διδασκαλίαν. Πλὴν ὁ ἐπίσκοπος ἐκ τῆς πολλῆς πρὸς αὐτὸν φιλίας οὔτε ἐδειλίασεν, οὐδὲ ἀπέσχετο τοῦ καθ' ἑκάστην ἡμέραν διδάσκειν καὶ παρακαλεῖν, καὶ νουθετεῖν ὅπως εἰς Χριστὸν πιστεύσας δέξηται αὐτοῦ τὴν ἐπίγνωσιν. Ὥστε ἐν μιᾷ καὶ τοῦτο εἰπεῖν πρὸς αὐτὸν τὸν φιλόσοφον· Ὄντως, κύριε ὦ ἐπίσκοπε, μετὰ πάντων καὶ τοῦτό μοι ἀπαρέσκει, ὃ λέγετε οἱ Χριστιανοὶ, ὅτι καὶ συντέλεια τοῦ κόσμου τούτου γίνεται, καὶ μετὰ τὴν συντέλειαν πάντες οἱ ἐξ αἰῶνος γενόμενοι οἱ ἄνθρωποι ἐν τούτῳ τῷ σώματι ἀνίστανται, καὶ τὴν σάρκα ταύτην ἄφθαρτον ἔχοντες καὶ ἀνώλεθρον, εἰς αἰῶνας βιώσουσιν, τὰς ἀμοιβὰς ἀπολήψονται, καὶ ὅτι ὁ ἐλεῶν πτωχὸν, Θεῷ δανείζει, καὶ ὁ σκορπίζων εἰς πτωχοὺς καὶ πένητας χρήματα, ἐν οὐρανοῖς θησαυρίζει καὶ ἑκατονταπλασίονα αὐτῷ μετὰ ζωῆς αἰωνίου ἀπὸ Χριστοῦ ἐν τῇ παλιγγενεσίᾳ κομίζεται, ἅπερ ἅπαντα ἀπάτη μοι, καὶ χλεύη, καὶ μῦθος γίνεται, καὶ λεγόμενα φαίνεται. Ὁ δὲ Συνέσιος ὁ ἐπίσκοπος διεβεβαιοῦτο, πάντα τῶν Χριστιανῶν ἀληθῆ εἶναι, καὶ μηδὲν ἔχειν ψεῦδος, ἢ ἀληθείας ἀλλότριον, καὶ διὰ πολλῶν ἀποδείξεων ταῦτα οὕτως ἔχειν ἐπειρᾶτο δεικνύειν.

Cum Alexandriæ essemus, Leontius Apamiensis, vir religiosus ac fidelissimus, venit ex Pentapoli ; multis enim jam annis Cyrene moratus fuerat. Venit autem diebus Eulogii sancti Alexandrini patriarchæ, ejusdem Cyrenensis urbis futurus episcopus. Cumque in familiari colloquio essemus, narravit nobis, dicens : Fuit temporibus Theophili beatissimi patriarchæ Alexandrini Cyrene episcopus Synesius philosophus. Qui cum venisset Cyrenem, reperit illic philosophum quemdam, Evagrium nomine, qui sodalis suus in studiis liberalibus fuerat, amicum sibi charissimum, sed religione gentilem, et culturæ idolorum maxime deditum, eum episcopus Synesius ab idololatria transferre ad culturam Christi satagebat, curamque ingentem ejus rei sibi assumpserat pro charitate quam erga ipsum a principio habuerat. Ille vero minime id patiebatur, neque illius doctrinam admittere volebat : episcopus tamen præ nimio ad illum amore ne sic quidem tædio victus desistebat diebus illum singulis hortari, et instruere, ac inducere ut Christo crederet, ipsiusque sacramenta susciperet. Cumque illi quotidie ista monita dare persisteret, dixit ad eum semel philosophus : Vere, mi domine episcope, cum cæteris quæ mihi displicent in Christianis hoc est, quod consummationem sæculi istius futuram dicunt, et post consummationem omnes qui ab initio sæculi fuerunt homines, in isto corpore resurrecturos, carnemque hanc incorruptibilem recepturos, et immortalem, atque ita in perpetuum victuros, sicque eorum quæ in corpore gesserunt præmia percepturos : eum etiam qui misereatur pauperis, fenerari Deo, et qui dispergit in pauperes et inopes, in cœlo sibi thesauros reponere, et centuplicata quæ erogaverit in regeneratione cum æterna vita a Christo esse reddenda. Quæ omnia cum dicuntur, deceptio, et irrisio, et fabula mihi videntur : episcopus autem Synesius asseverabat omnia Christianorum vera esse, nihilque omnino habere falsum vel veritati contrarium, idque multis documentis asserebat, et persuadere illi nitebatur.

Καὶ δὴ μετὰ πολὺν χρόνον ποιήσας αὐτὸν γενέσθαι Χριστιανὸν, βαπτίζει καὶ αὐτὸν, καὶ τὰ τέκνα αὐτοῦ, καὶ πάντας τοὺς ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ. Μετὰ οὖν χρόνον τινὰ τοῦ βαπτισθῆναι, δίδωσι τῷ ἐπισκόπῳ χρυσίων μὲν δηνάρια τρία εἰς λόγον τῶν πτωχῶν, λέγων· Δέξαι τὰ τρία κεντηνάρια καὶ δίδος πτωχοῖς καὶ ποίησόν μοι γραμμάτιον, ὅτι ταῦτά μοι ἀποδώσει Χριστὸς ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι. Ὁ δὲ τὸ χρυσίον δεξάμενος, προθύμως ἐποίησεν αὐτῷ τὸ γραμμάτιον ὡς ἤθελεν.

Post multum vero temporis, cum illum induxisset Christianum fieri, baptizavit ipsum et filios ejus, cunctosque domesticos illius. Cæterum non multo postea quam baptizatus fuerat, dedit episcopo auri tria centenaria in usum pauperum, dicens : Accipe aurum istud, et distribue illud pauperibus, et fac mihi cautionem manu tua, quod Christus mihi ipsum reddet in futuro sæculo. Qui suscepto auro, prompte illi, ut petebat, cautionem fecit.

Ζήσας δὲ χρόνους τινὰς μετὰ τὸ ἅγιον βάπτισμα ἠσθένησεν τὴν ἐπὶ θάνατον ἀσθένειαν· καὶ μέλλων

Vixit itaque post baptismum annos aliquot philosophus, ac tandem infirmatus est ad mortem. Cum vero

Digitized by Google

morti proximus esset, dixit filiis suis : Quando curabitis funus meum, chartam istam in meis manibus ponite, et me cum illa sepelite. Mortuo autem illo, fecerunt filii sicut eis ipse præceperat, sepelieruntque eum cum chirographo. Tertia vero post sepulturam die apparuit episcopo Synesio nocte quiescenti, dicens : Veni ad sepulcrum, ubi jaceo, et accipe chirographum tuum; accepi enim debitum, satisfactumque mihi est, atque ut certior ejus rei fias, propria mea subscripsi manu. Ignorabat autem episcopus quod chirographum illud consepelissent ei.

A τελευτᾷν λέγει, τοῖς τέκνοις αὐτοῦ, ὅτι Ὡς κηδεύετέ μοι, τοῦτον τὸν χάρτην θέτε εἰς τὰς χεῖράς μου, καὶ οὕτως μετ' αὐτοῦ θάψατέ με. Οἱ δὲ τελευτήσαντος αὐτοῦ καθὼς ἐνετείλατο αὐτοῖς, καὶ πεποιήκασι, καὶ θάπτοντες αὐτὸν μετὰ τοῦ ἰδιοχείρου κατώρυξαν· καὶ τῇ τρίτῃ τῆς ταφῆς ἡμέρᾳ φαίνεται τῷ ἐπισκόπῳ Συνεσίῳ νυκτὸς καθεύδοντι, λέγων· Ἐλθὲ εἰς τὸν τάφον ἔνθα κατάκειμαι, καὶ λάβε σου τὸ ἰδιόχειρον. Ἔλαβον γὰρ τὸ χρέος, καὶ ἐπληρώθην, καὶ οὐδένα λόγον ἔχω πρὸς σὲ, καὶ, πρὸς τὴν πληροφορίαν σου, ἰδιόχειρον ἐν αὐτῷ καθυπέγραψα. Ἠγνόει δὲ ὁ ἐπίσκοπος, ὅτι συνετάφη τῷ φιλοσόφῳ τὸ αὐτοῦ ἰδιόχειρον.

Mane autem facto, accersitis filiis ejus dixit : Num aliquid cum patre vestro in monumento posuistis? Illi putantes quod eos de pecuniis interrogaret, dixerunt ei : Nihil, domine, præter pannos consuetos. Quid igitur? Nunquid vel chartam aliquam consepelistis ei? Tunc recordati illi (ignorabant enim quod de chirographo diceret) dixerunt ei : Ita sane, domine; chartam enim quamdam moriens dedit nobis, et ait : Quando sepelietis me, chartam istam mihi in manibus date, nullo penitus sciente. Tunc dixit illis episcopus somnium quod nocte illa viderat, sumensque illos cum clericis ac primariis civitatis accessit ad philosophi tumulum. Quo aperto, inveneruntjacentem philosophum, chirographumque manu episcopi conscriptum suis manibus tenentem. Accipientes autem chirographum ex illius manibus, aperuerunt, inveneruntque in eo noviter manu philosophi subscriptum ita : « Ego Evagrius philosophus tibi, sanctissimo domino Synesio episcopo salutem. Accepi debitum in his litteris manu tua conscriptum, satisfactumque mihi est, et nullum contra te habeo jus propter aurum quod dedi tibi, et per te Christo Deo et Salvatori nostro. » Qui vero convenerant, hoc videntes obstupuerunt, et per multas horas clamaverunt, Kyrie eleison, glorificantes Deum qui facit mirabilia, talemque ac tantam promissionum suarum evidentiam dat servis suis.

B Καὶ πρωΐας μεταστειλάμενος τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ, εἶπεν αὐτοῖς, Τί ποτε κατεθήκατε μετὰ τοῦ φιλοσόφου ἐν τῷ τάφῳ ; Οἱ δὲ ἐνόμιζον, ὅτι περὶ χρημάτων αὐτοῖς λέγει, καὶ εἶπον αὐτῷ, Οὐδὲν, δέσποτα, πλὴν τῶν ἐνταφίων αὐτοῦ. Τί οὖν, φησὶν, οὐδὲ χάρτην τινὰ συνεθάψατε αὐτῷ ; Οἱ δὲ ἀναμνησθέντες (ἠγνόουν γὰρ, ὅτι περὶ χάρτου λέγει) λέγουσιν αὐτῷ· Ναὶ, δέσποτα, χάρτην τινὰ τελευτῶν δέδωκεν ἡμῖν, λέγων· Ὡς θάπτετέ με, τοῦτόν μοι τὸν χάρτην δότε κρατεῖν εἰς τὰς χεῖρας, μηδενὸς τὸ παράπαν γινώσκοντος· τότε εἶπεν αὐτοῖς ὁ ἐπίσκοπος τὸν ὄνειρον ὃν κατὰ τὴν νύκτα ἐκείνην θεασάμενος ἦν· καὶ λαβὼν αὐτοὺς μετὰ τῶν κληρικῶν καὶ τῶν κτητόρων, καί τινας ἀπὸ τῆς πόλεως, ἀπίη ἐπὶ τὸν τάφον τοῦ φιλοσόφου. Τοῦτον ἀνοίξαντες εὑρίσκουσιν τὸν φιλόσοφον κείμενον, καὶ τὸ ἰδιόχειρον τοῦ ἐπισκόπου C ταῖς οἰκείαις χερσὶν κατέχοντα, καὶ λαβόντες ἐκ τῶν αὐτοῦ χειρῶν τὸ ἰδιόχειρον ἤνοιξαν, καὶ εὗρον αὐτὸν νεωστὶ γεγραμμένον τῇ χειρὶ τοῦ φιλοσόφου, οὕτως· Ἐγὼ Εὐάγριος φιλόσοφός σοι τῷ ὁσιωτάτῳ κυρίῳ Συνεσίῳ ἐπισκόπῳ χαίρειν. Ἔλαβον τὸ ἐν τούτῳ τῷ πιττακίῳ σου γεγραμμένον, καὶ ἐπληρώθην, καὶ οὐδένα λόγον ἔχω πρὸς σὲ, ἕνεκα οὗ δέδωκά σοι χρυσίου, ἤγουν διὰ σοῦ, Χριστῷ τῷ Θεῷ καὶ Σωτῆρι ἡμῶν. Κατεπλάγησαν δὲ οἱ βλέποντες, καὶ ἐπὶ ὥρας πολλὰς, τὸ, Κύριε ἐλέησον, βοῶντες, ἐδόξαζον τὸν Θεὸν ποιοῦντα θαυμασίαν, καὶ τοιαύτην ἀεὶ πληροφορίαν διδόντα τοῖς δούλοις αὐτοῦ.

Asserebat autem et hoc idem dominus Leontius, cautionem illam manu philosophi subscriptam servari usque hodie, atque in sacrario sanctæ Cyrenensis ecclesiæ custodiri; et quicunque sacrarii custos D ingrederetur, hanc illi cum cæteris vasis sacris assignari custodiendam cum omni diligentia, atque eum deinceps successori suo integram illam inviolatamque reconsignare.

Διεβεβαιοῦντο δὲ καὶ τοῦτο ὁ αὐτὸς κύριος Λεόντιος, ὅτι τὸ ἰδιόχειρον τὸν ἔχον τὴν ὑπογραφὴν τοῦ φιλοσόφου σώζεται μέχρι τῆς σήμερον, καὶ ἐν τῷ κειμηλιαρχείῳ τῆς ἐκκλησίας Κυρήνης κεῖται· οἷος ἂν προβληθῇ κειμηλιάρχης ἐκεῖ, μετὰ τῶν ἱερῶν σκευῶν, καὶ αὐτὸ παραλαμβάνει, καὶ φυλάττει αὐτὸ ἐπιμελῶς, καὶ μετ' αὐτῶν σῶον καὶ ἀβλαβὲς ἐπιδίδοται.

CAPUT CXCVI.

Miraculum, quod pueris Apamensibus contigit, qui joco verba sanctæ consecrationis protulerunt.

Narravit nobis Gregorius Africanæ provinciæ præfectus, fidelis vir, et monachorum ac pauperum amator, bonisque omnibus semper congaudens :

Διηγήσατο ἡμῖν ὁ Γεώργιος ὁ τῆς Ἄφρων χώρας ὕπαρχος γεγονὼς, ὁ φιλόχριστος καὶ φιλομόναχος καὶ φιλόπτωχος, ὁ πᾶσι χαίρων τοῖς ἀγαθοῖς οἷς ἀγαπᾷ ὁ Θεός.

In provincia, inquit, mea (erat autem Apamensis secundæ Syrorum provinciæ, ex oppido quod dicitur Thorax) ager est ab urbe quasi quadraginta milliaribus distans, qui Gonagus dicitur; in hoc, sive in

Ὅτι ἐν τῇ χώρᾳ μου (ἦν δὲ τῶν μερῶν Ἀπαμείας τῆς δευτέρας τῶν Σύρων ἐπαρχίας)· ὅτι χωρίον ἐστὶν ἀπὸ μιλίων τῆς πόλεως τεσσαράκοντα, τὸ Γοναγὸν καλούμενον. Ἐν τοῖς ὄρεσιν οὖν τοῦ αὐτοῦ κτή-

Digitized by Google

ματος ὡς ἀπὸ μιλίου ἑνὸς παιδία ἕβοσκον θρέμματα. Καὶ οἷα συμβαίνει, καὶ ὀφείλει γίνεσθαι παιδίοις, ἠθέλησαν παῖξαι κατὰ τὴν τῶν παίδων συνήθειαν. Καὶ ὡς ἔπαιζον, λέγουσι πρὸς ἀλλήλους· Δεῦτε, ποιήσωμεν σύναξιν, καὶ προσενέγκωμεν προσφοράν· καὶ τούτου πᾶσιν ἀρέσαντος, προεβάλοντο ἐξ αὐτῶν ὡς ἐν τάξει πρεσβυτέρου, καὶ ἄλλους δύο, ὡς ἐν τάξει διακόνων. Καὶ ἔρχονται εἰς μίαν πέτραν ὁμαλήν· καὶ γὰρ ἔπαιζον. Καὶ ἐπὶ τῇ πέτρᾳ, ὡς ἐν τάξει θυσιαστηρίου διεθήκασι τοὺς ἄρτους, καὶ ἐν καυκίῳ ὀστρακίνῳ οἶνον. Καὶ παρίστανται, ὁ μὲν ὡς πρεσβύτερος, οἱ δὲ ὡς διάκονοι, ἔνθεν καὶ ἔνθεν. Καὶ ὁ μὲν τὴν προσκομιδὴν ἔλεγεν, οἱ δὲ τοῖς φακιολίοις ἐῤῥίπιζον. Εὑρέθη δὲ ὁ ῥηθεὶς πρεσβύτερος τὴν ἀναφορὰν ἐπιστάμενος· ἐπειδὴ καὶ ἡ συνήθεια ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ παρέδραμεν, ὥστε τοὺς παῖδας ἔμπροσθεν τοῦ ἁγίου ἱερατείου ἵστασθαι ἐν ταῖς ἁγίαις συνάξεσιν, καὶ πρώτους μετὰ τοὺς κληρικοὺς τῶν ἁγίων μεταλαμβάνειν μυστηρίων. Ἐπειδὴ δὲ ἔν τισι τόποις ἐκφωνεῖν μεγάλως εἰώθασιν οἱ πρεσβύτεροι, εὑρέθησαν τὰ παιδία, τὴν εὐχὴν τῆς ἁγίας ἀναφορᾶς ἐκμανθάνοντα, ἐκ τοῦ συνεχῶς αὐτὴν ἐκφωνεῖσθαι.

ejus finibus pueri pascebant pecora, et ut solet pueris contingere, puerili consuetudine voluerunt ludere. Cumque luderent, dixerunt ad invicem: Venite celebremus missam, et offeramus sacrificium, et communicemus, sicuti semper in sancta ecclesia presbyter facit. Quod cum placuisset omnibus, constituunt ex eis unum in ordine presbyteri, duosque alios pueros in ministrorum officio, veniuntque ad saxum quoddam (erant enim in planitie) ac supra saxum in morem altaris apponunt panem, et vas testeum cum vino: assistuntque, unus quidem coram altari, qui fungebatur officio presbyteri, medius, duo vero alii hinc atque hinc veluti ministri. Et ille quidem sanctæ oblationis verba dicebat, illi vero fasciolis quæ ferebantur, pro flabellis utentes, auram faciebant. Qui vero presbyteri fungebatur officio, ideo sanctæ oblationis verba sciebat, quia consuetudo fuit in ecclesia, ut pueri in missis ante sacrarium assisterent, primique post clericos communicarent sanctis Christi Dei nostri venerandisque mysteriis. Quoniam vero quibusdam in locis alta voce consueverunt presbyteri sancti sacrificii orationes pronuntiare, pueri ut propius astantes sæpius eas audiendo didicerant.

Ὡς οὖν πάντα πεποιήκασιν κατὰ τὴν ἐκκλησιαστικὴν συνήθειαν, πρὶν τοὺς ἄρτους μελίσωσιν, πῦρ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ κατελήλυθεν, καὶ τὰ προσκομισθέντα πάντα κατέφαγεν, καὶ τὴν πέτραν κατέκαυσεν ἅπασαν· ὡς μηδὲ τὸ παράπαν μήτε τῆς πέτρας, μήτε τῶν ἐν αὐτῇ προσενεχθέντων καταλειφθῆναι μνημόσυνον. Καὶ τοῦτο ἀθρόως γενόμενον θεασάμενοι οἱ παῖδες, εἰς τὴν γῆν ἀπὸ φόβου κατέπεσαν, καὶ ἡμιθανεῖς μεμενήκασιν, ῥῆξαι φωνὴν ἢ ἀναστῆναι ἐκ τῆς γῆς μὴ δυνάμενοι. Μὴ εἰσελθόντων δὲ αὐτῶν εἰς τὸ κτῆμα τῇ ὥρᾳ ᾗ εἶχον ἔθος εἰσέρχεσθαι, ἀλλ' ἐκπλήκτων κειμένων εἰς τὸ ἔδαφος, ἐξῆλθον οἱ τούτων γονεῖς ἐκ τοῦ κτήματος ἰδεῖν τίνος χάριν κατὰ τὸ ἔθος οὐ παρεγένοντο. Καὶ ἀναζητοῦντες, εὗρον αὐτοὺς κειμένους, μήτε τινὰ τῶν παρόντων γινώσκοντας, μήτε λαλῆσαι τοῖς λαλοῦσιν ἰσχύοντας. Οὕτως ἡμιθανεῖς αὐτοὺς οἱ γονεῖς θεασάμενοι, ἕκαστος τὸ ἴδιον παιδίον βαστάσας εἰς τὸ κτῆμα ἀπήνεγκεν· καὶ ἐν ἐκστάσει τοιαύτῃ τὰ τέκνα ὁρῶντες ἐξίσταντο· τὴν τῆς ἐκστάσεως αἰτίαν μαθεῖν μὴ δυνάμενοι. Καὶ πολλάκις αὐτοὺς δι' ὅλης τῆς ἡμέρας ἐρωτῶντες, ἀποκρίσεως παρ' αὐτῶν οὐκ ἐτύγχανον, καὶ τῶν συμβεβηκότων αὐτοῖς οὐδὲν ὅλως μαθεῖν ἠδυνήθησαν, ἕως οὗ ἡ ἡμέρα ἐκείνη πᾶσα καὶ ἡ νὺξ παρῆλθεν. Τότε γὰρ οἱ παῖδες εἰς ἑαυτοὺς κατ' ὀλίγον ἐλθόντες, ἅπαντα αὐτοῖς διηγήσαντο, ὡς ἐπράχθη τε καὶ γεγένηται. Καὶ λαβόντες αὐτοὺς οἱ γονεῖς, καὶ τοὺς τοῦ αὐτοῦ κτήματος κτήτορας, ἐξῆλθον, καὶ τὸν τρόπον ὑπέδειξαν, ἐν ᾧ τὸ παράδοξον τοῦτο θαῦμα ἐγένετο, ἴχνη τινὰ τοῦ καταβάντος πυρὸς ὑποφαίνοντες.

Cum igitur omnia secundum ecclesiasticam consuetudinem fecissent, priusquam panes frangerent ac communicarent, ignis cœlitus delapsus, quæ proposita erant consumpsit omnia, saxumque totum combussit, ita ut nihil omnino neque saxi, neque eorum quæ fuerant superposita relinqueretur. Hoc repente factum cum pueri vidissent, in terram omnes præ timore corruerunt, ac diutius semivivi permanserunt, neque erumpere vocem, neque de terra surgere valentes. Cum vero non redirent domum hora qua consueverant reverti, sed pavidi in pavimento jacerent, exierunt e villa parentes eorum, ut viderent cujus rei gratia consueto legitimo tempore non revertissent. Egressi autem pueros omnes humi jacentes invenerunt, neque agnoscentes aliquos, neque loqui se alloquentibus valentes. Parentes itaque semivivos eos aspicientes, unusquisque filium suum assumentes, domum retulerunt, videntesque pueros in hujusmodi excessu diutius durantes, mirabantur nimium, causam stuporis eorum omnino ignorantes, nec discernere valentes, sæpiusque illos per totum diem interrogantes, responsum nullum accipere ab eis potuerunt, et quæ illis acciderant scire omnino nequiverunt, donec dies illa et nox tota præteriit. Tunc enim et pueri paulatim in se ipsos reversi, cuncta ipsis retulerunt quæ gesta fuerant, et quæ illis contigerant. Assumentes vero parentes suos et omnes loci ipsius habitatores, egressi sunt, et locum eis ostenderunt, in quo mirabiliter ista contigerant, vestigia quædam elapsi ignis indicantes.

Οἵτινες τῶν γεγονότων ἀκούσαντες, καὶ ἐξ αὐτοῦ πεισθέντες τοῦ πράγματος, εἰς τὴν πόλιν εἰσέδραμον, καὶ πάντα τῷ ἐπισκόπῳ τῆς πόλεως καθ' ἑξῆς ἀνήγαγον. Ὁ δὲ θαυμάσας τῶν λεγομένων τὸ μέγε-

Audientes vero quæ facta fuerant, et ipsis indiciis rerum admoniti, in civitatem cucurrerunt, cunctaque episcopo civitatis nuntiaverunt: qui perculsus magnitudine et novitate miraculi, cum omni clero

Digitized by Google

festinus accurrit, vidensque pueros, et rursus ab eis quæ evenerant audiens, et cœlestis ignis vestigia intuens, pueros quidem omnes continuo in monasterium immisit, locum vero monasterium fecit latissimum, supra locum autem ignis ecclesiam construxit, et sanctum erexit altare,

A θος, ἐν τῷ τόπῳ σὺν παντὶ τῷ κλήρῳ ἐξῆλθεν, καὶ τοὺς παῖδας ἰδὼν, καὶ ἐπ' αὐτῶν ἀκηκοὼς τὰ γενόμενα, καὶ τὰ σημεῖα τοῦ οὐρανίου πυρὸς θεασάμενος, τοὺς μὲν παῖδας εἰς μοναστήριον ἔβαλεν, τὸν δὲ τόπον εὐαγὲς μοναστήριον πεποίηκεν· ἐπάνω τοῦ τόπου τοῦ πυρὸς τὴν ἐκκλησίαν ᾠκοδόμησε, καὶ τὸ ἅγιον στήσας θυσιαστήριον.

Dicebat autem ipse domnus Gregorius fidelissimus vir, unum se istorum puerorum aspexisse, ejusque monasterii ubi miraculum acciderat, monachum ipsum cognovisse. Et istud quidem magnum revera ac divinum stupendumque miraculum Gregorius venerabilis nobis ætate nostra contigisse enarravit.

Ἔλεγεν δὲ ἡμῖν ὁ αὐτὸς κῦρος Γεώργιος, ὅτι ἕνα ἐξ αὐτῶν τῶν παίδων ἦν θεασάμενος ἐν αὐτῷ τῷ μοναστηρίῳ, ἔνθα τὸ τοιοῦτον θαῦμα γέγονεν, καὶ τοῦτο μὲν τὸ θεῖον καὶ ἀγγελικὸν θαῦμα διηγήσατο Γεώργιος ὁ φιλόχριστος.

CAPUT CXCVII.

Relatio Ruffini de sancto Athanasio et aliis pueris sodalibus.

Ruffinus autem qui ecclesiasticam conscripsit historiam, simile quiddam priori ætate gestum a pueris ludentibus narrat. Ait enim, cum puerilia conscriberet Athanasii sanctissimi, magni propugnatoris ac præconis veritatis magnæque Alexandrinæ civitatis episcopi, et orbis totius doctoris inclyti, quomodo scilicet ipsius promotio ad episcopatum ex præscientia divina initium sumpsisset. Consequens autem mihi videtur esse, pauca de viri antiquitate repetere, et qualis a puero fuerit vitæ qualisve instituti, meminisse, quemadmodum ab his qui cum illo familiarissime vixerunt, accepimus (*Ruff.*, l. I *Hist. c.* 14). Eo igitur tempore quo Alexander sanctissimus Alexandrinæ Ecclesiæ post Achillam præerat, juxta prædictionem sancti Petri archiepiscopi et martyris, qui impium Arium damnavit; cum die quadam ex eminentiore loco mare intueretur, aspexit pueros in littore ludentes, ut consuetudo pueris est, episcopumque imitantes, ac ecclesiasticos ritus omnes. Cum ergo pueros illos diutius intueretur, majora quædam et sacratiora illos aggredi mysteria videt. Turbatus itaque continuo, clericos advocans eis ostendit, quæ ipse conspexerat, præcepitque ut irent et pueros omnes apprehenderent, atque ad se adducerent. Venientes igitur pueros interrogat quis eis ludus fuerit, quidve, et quomodo gesserint. Illi vero, utpote pueri, perterriti, ab initio quidem negare cœperunt, postea vero totam seriem exposuerunt, confessique sunt se quosdam baptizasse catechumenos per Athanasium, quem sibi pueri episcopum fecerant. Tunc igitur diligenter inquirens ab iis, et quinam baptizati fuissent, et quid, et quomodo interrogati, quidve respondissent; cum ab eo qui interrogaverat, cuncta didicisset, comperto quod omnia juxta ritum religionis nostræ peregissent, rem in commune cum clericis agitans, definivit ut dicitur, eos qui baptismo consecrati fuerant, cum omnia circa se solemniter peracta fuissent per interrogationes et responsiones, secundo quidem non oportere baptizari, sed impleri ea quæ solent a sacerdotibus fieri. Porro Athanasium, et cæteros, quos ille ut sacerdotes et diaconos habuerat in ministerio, convocatis eorum paren-

B Ῥουφῖνος δὲ ὁ τὴν ἐκκλησιαστικὴν ἱστορίαν γεγραφηκὼς, ὅμοιόν τι κατὰ τοὺς πάλαι καιροὺς ὑπὸ παίδων παιζόντων πραχθὲν, ἀνεγράψατο. Φησὶ γὰρ περὶ τοῦ ἁγίου Ἀθανασίου τοῦ μεγάλου μὲν τῆς ἀληθείας προμάχου καὶ κήρυκος, τῆς δὲ μεγάλης τῶν Ἀλεξανδρέων προεδρεύσαντος πόλεως, καὶ πάντας νηφαλίως, καὶ κατὰ τὸ Θεῷ δοκοῦν ποιμάναντος, τὰ παιδικὰ διηγούμενος, καὶ ὅτι θεόθεν αὐτῷ ἡ εἰς τὴν προεδρίαν προέλευσις προγνώσει θείᾳ τὴν ἀρχὴν ἐκομίσατο, τῆς ἀρχαιολογίας τοῦ ἀνδρὸς ἀναλαβεῖν, καὶ οἷου ἐκ παιδὸς γέγονεν βίου, καὶ ποίας ἀναγωγῆς μνησθῆναι, καθὰ παρελάβομεν· καὶ ἡμᾶς εἰσενεγκεῖν τῷ ἀκροατῇ. Ὁ ἐν ἁγίοις Ἀλέξανδρος ὁ πάπας τῆς Ἀλεξανδρείας, μετὰ Ἀχιλλᾶν γενόμενος, κατὰ τὴν τοῦ ἁγίου Πέτρου τοῦ ἀρχιεπισκόπου καὶ μάρτυρος πρόῤῥησιν, τοῦ τὸν δυσσεβῆ Ἄρειον κατακρίναντος, ἐν μιᾷ παρακύπτων, καὶ θεωρῶν τὴν θάλασσαν βλέπει παρὰ τὸν αἰγιαλὸν παίζοντας, ὡς ἔθος ἐστὶ τοῖς παιδίοις, καὶ μιμουμένους ἐπίσκοπον, καὶ τὰ τῆς ἐκκλησίας ἐξ ἔθους γινόμενα ἅπαντα. Προσέχων δὲ ἐπὶ πολὺ εἶδεν ὅτι πράττονταί τινα παρ' αὐτῶν ἀπόκρυφα τῶν μυστηρίων. Ταραχθεὶς τοίνυν, καὶ παραχρῆμα τοὺς κληρικοὺς καλέσας, ὑπέδειξεν ἅπερ ἔπραττον, καὶ προσέταξεν ἀπελθεῖν, καὶ κατασχεῖν πάντας τοὺς παῖδας, καὶ πρὸς αὐτὸν ἀγαγεῖν. Παραγενομένους δὲ ἠρώτα τί ἦν αὐτῶν τὸ παίγνιον, καὶ τί ἔπραττον. Ἐκεῖνοι δὲ πτοηθέντες, ἅτε παῖδες ὄντες, ἅπαν τὸ πρᾶγμα κατ' ἀξίαν αὐτῷ διηγοῦνται, ὅτι καὶ ἐβάπτισάν τινας κατηχουμένους δι' Ἀθανασίου, ὃν κατέστησαν ἑαυτοῖς οἱ παῖδες ἐκεῖνοι ὡσανεὶ ἐπίσκοπον. Τότε τοίνυν ἐπιμελῶς ἐπιζητήσας παρ' αὐτῶν ὁ Ἀλέξανδρος, τίνας ἐβάπτισαν, καὶ μαθὼν, καὶ εὑρὼν, ὅτι κατὰ τὸ ἔθος τῆς ἡμετέρας θρησκείας πάντα ἐκεῖνα ἐτέλεσαν, ἀνακοινωσάμενος τοῖς ἑαυτοῦ κληρικοῖς, ὥρισεν τοὺς ἀξιωθέντας τοῦ ἁγίου λουτροῦ ἐκ δευτέρου μὴ χρῆναι βαπτισθῆναι· Ἀθανάσιον δὲ καὶ τοὺς ἄλλους τοὺς καταλεγέντας κληρικοὺς τοῖς γονεῦσι παρηγγύησεν τοῦ ἀνάξαι ἐν νουθεσίᾳ καὶ παιδείᾳ Κυρίου, μάλιστα Ἀθανάσιον, ὃν μετ' οὐ πολὺ τῷ Θεῷ καθιέρωσεν. Θείοις δὲ χαρίσμασι κατα-πλουτῶν παρὰ τοῦ ἀρχιερέως τοῦ τηνικάδε ἐν μείζονι βαθμῷ προβιβασθεὶς διέπρεψεν. Ἀθανάσιον δὲ καὶ τοὺς ἄλλους, οὓς ἐν ἐκείνῃ τῇ παιγνίᾳ πρεσβυ-

Digitized by Google

τέρους ἔδοξεν ἔχειν ἢ διακόνους, προσκαλεσάμενος αὐτῶν τοὺς γονεῖς, ὑπὸ μαρτυρίᾳ Θεοῦ παρέδωκεν τῇ Ἐκκλησίᾳ, ὥστε ἐκεῖ αὐτοὺς τρέφεσθαι.

A tibus, sub Deo teste ecclesiæ tradidit, ut illic nutrirentur.

Μικροῦ δὲ διαδραμόντος χρόνου, ὅτε καὶ παρὰ τοῦ σημειογράφου (s) τελείως, καὶ παρὰ τοῦ γραμματικοῦ αὐτάρκως Ἀθανάσιος ἐπαιδεύθη, παραχρῆμα ὡς πιστὴ τοῦ Θεοῦ παραθήκη παρὰ τῶν γονέων παραδίδοται τῷ ἱερεῖ, καὶ ὡσανεί τις Σαμουὴλ ἐν τῷ ναῷ τοῦ Θεοῦ ἐτρέφετο. Καὶ ἡνίκα πρὸς τοὺς ἐπισκόπους Ἀλέξανδρος ἐπορεύετο ἐν τῇ γήρᾳ, ἐπελέγετο εἰς τὸ ἀκολουθεῖν αὐτῷ, καὶ βαστάζειν τὸ τῆς ἱερωσύνης περιβόλαιον, ὃ προσηγορεύετο Ἐφοὺδ τῇ παρ' Ἑβραίων φωνῇ.

Modico itaque transacto tempore, cum et a notario perfecte, et a grammatico sufficienter (45) Athanasius jam instructus esset, continuo quasi fidele depositum Dei, sacerdoti a parentibus traditur, et veluti Samuel quidem in templo nutritur. Quoties vero Alexander in senectute ad episcopos proficisceretur, iste sequebatur eum, ferens sacerdotii amictum, qui Hebraice appellabatur Ephod.

Τοσοῦτοι δὲ ἐγένοντο τοῦ Ἀθανασίου τούτου ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ πρὸς τοὺς αἱρετικοὺς ἀγῶνες, ὥστε δοκεῖν περὶ τούτου γεγράφθαι ἐκεῖνο τὸ εἰρημένον· « Ἐγὼ ἐπιδείξω τούτῳ, ὅσα αὐτὸν ὑπομεῖναι χρὴ ὑπὲρ τοῦ ἐμοῦ ὀνόματος. » Εἰς γὰρ τὸν τούτου διωγμὸν πᾶσα ἡ οἰκουμένη συνεφράξατο [72], καὶ ἐκινήθησαν καὶ βασιλεῖς τῆς γῆς, καὶ βασίλεια καὶ στρατὸς συνῆλθον κατ' αὐτοῦ· ἐκεῖνος δὲ τὸ τοῦ Θεοῦ λόγιον ἐφύλαττεν, τὸ λέγον· « Ἐὰν οὖν στῶσιν κατ' ἐμοῦ παρεμβολαί, οὐ φοβηθήσεται ἡ καρδία μου· ἐὰν ἐπαναστῇ μοι συμβουλὴ [73], ἐν ταύτῃ ἐγὼ ἐλπιῶ. » Πλὴν ἐπειδὴ τοιαῦται καὶ τοσαῦται αὐτοῦ φέρονται πράξεις, ὥστε τὸ μὲν μέγεθος τῶν πραγμάτων μηδέν μοι συγχωρεῖν παρελθεῖν, τὸ δὲ πλῆθος τῶν πράξεων ἀναγκάζει με πολλὰ σιωπᾷν, ἐν ἀδήλῳ κάμνει μου ὁ λογισμὸς, τὸ μὴ δύνασθαι ἐπιδέξασθαι, τί μὲν δεῖ κρατῆσαι, τί δὲ δεῖ παραλείπειν. Καὶ διὰ τοῦτο ὀλίγων μνημονεύωμεν τῶν ἀνηκόντων τῷ πράγματι· τὰ δὲ ὑπόλοιπα ἡ φήμη διηγήσεται. Πάντως δὲ ἐλάττονα τῆς ἀληθείας ἀπαγγελεῖ ἡ φήμη· προσθεῖναι γάρ τι τῇ ἀληθείᾳ οὔτε δυνήσεται, οὔτε εὑρήσει.

Tanta vero et tam præclara contra hæreticos Athanasii in sancta Ecclesia fuere certamina, ut illud de eo scriptum esse videatur, quod dictum est : Ego ostendam ei, quanta pro nomine meo illum oporteat pati. Nam in ejus persecutionem totus conspiravit orbis, commoti sunt reges terræ et gentes, et regna exercitusque contra illum convenerunt. Porro ipse divinum illud eloquium opere implebat, quo dicitur : Si consistant adversum me castra, non timebit cor meum ; si exsurgat adversum me prælium, in hoc ego sperabo (*Psal.* XXVI). Vere enim tanta illius ac talia feruntur opera, ut magnitudo quidem rerum nihil me præterire persuadeat, multitudo vero gestorum plurima tacere compellat. Fluctuat itaque ambigua mens, neque plane dignoscere valet quid conscribere, quid omittere debeat. Atque ideo paucorum meminimus, quæ ad rem pertinent ; reliqua vero fama enarrabit, quæ profecto minora quam se habeat veritas enuntiabit, veritati quippe nihil addere poterit.

CAPUT CXCVIII.

Responsio sancti Athanasii episcopi Alexandrini, num quis sine fide baptizari possit.

Ἠρωτήθη ποτὲ ὁ ἅγιος Ἀθανάσιος ὁ πάπας Ἀλεξανδρείας, εἰ δύναται βαπτισθῆναι μήτε πιστεύων κατὰ τὴν πίστιν τῶν Χριστιανῶν καὶ τὸ κήρυγμα· καὶ εἰ βαπτισθῇ δι' ἄλλας τινὰς προφάσεις πιστεύειν ὑποκρινόμενος, τί ἄρα ἔσται, ἢ πως αὐτὸν δέχεται ὁ Θεός. Καὶ ἀπεκρίθη λέγων· Ἠκούσατε ἀπὸ τῶν παλαιῶν, ὡς τῷ μακαρίῳ Πέτρῳ καὶ μάρτυρι, θνήσεως γενομένης, καὶ ἁπλῶς πολλῶν ἐπιτρεχόντων τῷ βαπτίσματι φόβῳ τοῦ θανάτου, ὤφθη τις αὐτῷ, ἐν ἀγγέλου μορφῇ, λέγων· Ἕως πότε ἀποστέλλετε ἐνταῦθα βαλάντια ἐσφραγισμένα μὲν, κενὰ δὲ πάντη, καὶ οὐδὲν ἔχοντα ἔσωθεν ; Τοιγαροῦν ὅσον ἐκ τῆς τοῦ ἀγγέλου φωνῆς ἔνι στοχάσασθαι, τὴν μὲν σφραγῖδα τοῦ βαπτίσματος ἔχοντες, ἐπειδὴ ὅλως εὐεργετηθῆ-

Interrogatus est aliquando prædictus sanctus Athanasius postquam Alexandriæ episcopus constitutus fuit, an posset quispiam sine fide baptizari secundum ritum et prædicationem Christianorum ; aut si credere se simulans, aliquibus aliis occasionibus baptizatus fuisset, quid de illo sentiendum, aut quomodo suscipiat illum Deus. Et respondit, dicens : Audivi aliquando a senioribus nostris quod beato Petro episcopo et martyri, cum facta esset mortalitas, et plerique ad baptisma mortis timore confugerent, apparuerit Angelus humana specie, dicens : Quandiu huc mittitis marsupia ista, signata quidem, inania autem prorsus et vacua, et nihil intus habentia ? Erunt itaque, quantum ex angeli voce conjicere licet, signum habentes

VARIÆ LECTIONES.

[72] f. συνεφρυάξατο. [73] f. συμβολή.

NOTÆ.

(s) *Σημειογράφου.* Invenies in Lexicis, ut et σημειογραφεῖν. At σημειογραφεῖον non invenies, quod legitur pag. paulo ante citata *Hodegi* Anastasiani, statim post verba relata : Συγκαθεζομένων ἡμῶν ἐν τῷ σημειογραφείῳ τοῦ Καισαρίου. Apud Allatium, *De perpetua consensione*, etc., col. 674 : Ἀπὸ τῶν σιγνογραφιῶν. Theodorus Studita, *De sancto Platone*, n. 16 : Ἐσυρμαιογράφησεν. Ἐσπουδαιογράφησεν ; Aristeas, χρυσογραφία ; Syncellus, βίβλοι κεχρυσογραφημέναι

Digitized by Google

baptismi, quoniam et beneficium aliquod existimarunt se consequi, si baptisma susciperent, atque idcirco baptizati (46) sunt.

A ναί τι νομίζοντες, εἰ τὸ βάπτισμα λάβοιεν, ἐβαπτίσθησαν.

CAPUT CXCIX.

Relatio de sene quodam simplice, qui cum sacramentum offerret, angelos videbat.

Narravit quidam Patrum, quod senex quidam mundus et sanctus existens, cum offerret sacramentum, videbat angelos sibi dextra lævaque assistentes. Porro hic ab hæreticis consecrationis ritum perceperat, et veluti simplex et rudis divinorum dogmatum, quando offerebat, in simplicitate et innocentia dicebat quæ non decebant secundum rectam fidem, ignorans quod falleretur.

Διηγήσατό τις τῶν Πατέρων, ὅτι τις τῶν γερόντων καθαρὸς καὶ ἅγιος ὤν, ἐν τῷ ποιεῖν αὐτὸν τὴν προσκομιδήν, ἀγγέλους ἔβλεπεν ἐκ τῶν δεξιῶν αὐτοῦ καὶ ἐξ εὐωνύμων ἱσταμένους. Ἦν δὲ οὗτος ἐξ αἱρετικῶν παραλαβὼν τὴν προσκομιδήν, καὶ ὡς ἄπειρος τῶν θείων δογμάτων, ἐν τῷ προσφέρειν ἐν ἁπλότητι καὶ ἀκακίᾳ, ἔλεγεν, ἀγνοῶν ὅτι σφάλλεται.

Per divinam igitur dispensationem perrexit ad eum diaconus quidam peritissimus divinorum dogmatum. Contigit autem sanctum senem, præsente illo, sacrificium offerre. Dixit autem ei diaconus : Verba, quæ in offerendo dixisti, rectæ fidei non sunt, sed hæreticorum et pravæ opinionis hominum. Senex autem confidens, quoniam videbat angelos dum offerebat, non intendit his quæ dicebantur a diacono, sed contempsit. Diaconus autem persistebat, dicens : Falleris, abba; non enim admittit fides catholica ista quæ dicis, neque mater Ecclesia. Cum autem videret diaconi constantiam in se arguendo senex, atque in oblatione salutari sanctos angelos, ut consueverat, intueretur, ait eis : Diaconus iste mihi hæc et ista dicit : quomodo se habet veritas? Dicunt ei angeli : Ausculta ei, nam vera loquitur, et recte ista prosequitur. Dixit autem eis senex : Quare vos non dixistis mihi? Dixerunt autem illi angeli : Deus ita disposuit, ut homines ab hominibus corrigantur. Et fratri.

Κατ' οἰκονομίαν δὲ παρέβαλεν αὐτῷ τις ἀδελφὸς, πεῖραν ἔχων τῶν θείων δογμάτων. Συνέβη δὲ τὸν γέροντα ἐπὶ αὐτοῦ ποιῆσαι τὴν προσφοράν· καὶ εἶπεν ὁ ἀδελφὸς (διάκονος γὰρ ἦν)· Ταῦτα ἃ εἶπας, Πάτερ, εἰς τὴν προσκομιδήν, οὐκ εἰσὶ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως, ἀλλὰ κακοδόξου. Ὁ δὲ γέρων ὡς ὅτι ἀγγέλους βλέπει ἐν τῷ προσφέρειν, οὐ προσέσχεν τοῖς λεχθεῖσιν, ἀλλὰ κατεφρόνησεν. Ἐπέμενεν δὲ ὁ διάκονος λέγων· Σφάλλῃ, καλόγηρε· οὐ γὰρ παραδέχεται ταῦτα ἡ Ἐκκλησία. Ὡς οὖν εἶδεν ἑαυτὸν ὁ γέρων οὕτως ἐγκαλούμενον, καὶ ἐλεγχόμενον ὑπὸ τοῦ διακόνου, εἶδεν συνήθως τοὺς ἀγγέλους, καὶ ἠρώτησεν αὐτούς· Ἐπειδὴ ὁ διάκονος οὕτως μοι λέγει, τί ἐστιν ὃ λέγει; Εἶπον δὲ αὐτῷ· Ἀνάσχου, καλῶς σοι λέγει. Εἶπεν δὲ αὐτοῖς ὁ γέρων· Καὶ διὰ τί οὐκ εἴπατέ μοι ὑμεῖς; Εἶπον δὲ αὐτῷ· Ὅτι ὁ Θεὸς οὕτως ᾠκονόμησεν, ἄνθρωπον δι' ἀνθρώπων διορθοῦσθαι. Καὶ ἀπὸ τότε διωρθώσατο εὐχαριστῶν τῷ Θεῷ καὶ τῷ ἀδελφῷ.

CAPUT CC.

Quomodo juvenis aurifex a viro patricio sit in filium adoptatus.

Narravit nobis quidam sanctorum Patrum, quod juvenis quidam ingeniosus se ad aurificem pro discenda arte contulerit, quam dum solerter addisceret, unus ex patriciis injunxit eis, ut crucem auream lapidibus pretiosis ornatam facerent, quo illam ecclesiæ offerret. Et quoniam valde ingeniosus erat adolescens, injunxit illi magister ejus id opus. Cœpit ergo adolescens cogitare intra se, ac dicere : Si iste tantas offert pecunias Christo, cur non et ego mercedem meam in istam crucem conferam, ut eam mihi, tanquam duo minuta viduæ, computet Christus? Cogitans igitur quantum mercedis esset accepturus, mutuatur id, et in crucem mittit. Veniens itaque patricius ponderat crucem, priusquam in illa lapides includerentur, invenitque plus habere ponderis quam constituerat. Cœpit itaque minitans urgere adolescentem, quasi fraudem fecisset, aurumque adulterasset. Tunc ait illi adolescens : Novit ille qui solus cordium scrutatur arcana, quia nihil tale feci. Sed cum viderem te tantum pecuniarum Christo Domino obtulisse, cogitavi immittere mercedem meam, ut et ego partem habeam tecum, utque me suscipiat Christus, quemadmodum duo minuta viduæ illius accepit. Stu-

Διηγήσατο ἡμῖν τις τῶν Πατέρων, ὅτι ὁ νεώτερός τις εὐφυὴς ἀπελθὼν ἐμαθητεύθη τινὶ χρυσοχόῳ, καὶ μανθάνει τελείως τὴν τέχνην. Ἐπιτάσσει οὖν αὐτῷ τις τῶν πατρικίων ποιῆσαι σταυρὸν διάλιθον, ἵνα προσενέγκῃ αὐτὸν τῇ Ἐκκλησίᾳ· καὶ ἐπειδὴ πάνυ εὐφυὴς ἦν ὁ νεώτερος, παραχωρεῖ αὐτῷ τοῦτο ἔργον ὁ ἐπιστάτης. Λογίζεται οὖν ὁ νεώτερος, ὅτι οὗτος τοσαῦτα χρήματα προσφέρει τῷ Χριστῷ, διὰ τί οὐ κἀγὼ μίξω τὸν μισθόν μου εἰς τὸν σταυρὸν, ἵνα με λογίζηται Χριστὸς ὡς δύο λεπτὰ τῆς χήρας ἐκείνης; Λογίζεται οὖν πόσον μισθὸν λαμβάνειν μέλλῃ, καὶ κιχρᾶται, καὶ βάλλει εἰς τὸ σταύρινον. Ἐλθὼν οὖν ὁ πατρίκιος σταθμίζει τὸν σταυρὸν πρὸ τοῦ κλεισθῆναι τοὺς λίθους, καὶ εὑρίσκει αὐτὸν πρὸς τὴν ὁλκὴν ἣν δέδωκεν, ἔχον περισσόν. Ἤρξατο ἀπειλεῖν, ὅτι δόλον ἐποίησεν κυβεύσας τὸν χρυσοῦν. Τότε λέγει αὐτῷ ὁ νεώτερος· Ὁ μόνος γινώσκων τὰ ἐγκάρδια, ἐπίσταται ὅτι οὐδὲν τοιοῦτον ἐποίησα. Ἀλλὰ ἰδὼν πόσα χρήματα προσήνεγκας τῷ Χριστῷ, ἐλογισάμην βαλεῖν τὸν μισθόν μου, ἵνα κἀγὼ ἔχω μέρος μετὰ σοῦ, καὶ προσδέξηταί με ὁ Χριστὸς, ὡς τὰ δύο λεπτὰ τῆς χήρας ἐκείνης. Ἐκπλαγεὶς οὖν ἐπὶ τοῦτο ἐκεῖνος, εἶπεν· Ναὶ, τέκνον, οὕτως ἐλόγισας; Λέγει αὐτῷ·

Digitized by Google

Ναί. Ἔφη αὐτῷ· Ἐπειδὴ τοῦτο ἐλόγισας, καὶ ὅλην A τὴν προαίρεσίν σου ἐκαίνωσας τῷ Χριστῷ, θελήσας μέρος ἔχειν μετ' ἐμοῦ, ἰδοὺ ἀπὸ τῆς σήμερον ποιήσω σε υἱὸν καὶ κληρονόμον. Καὶ ἔλαβεν αὐτὸν μεθ' ἑαυτοῦ, καὶ ἐποίησεν αὐτὸν κληρονόμον.

pefactus ille dixit juveni : Itane, fili, cogitasti? Ait ille : Ita sane. Patricius vero dixit illi : Quoniam ita cogitasti, totamque voluntatem tuam obtulisti Christo, volens habere partem mecum, ecce ex hodierna die suscipio te mihi in filium, hæredemque constituo. Et assumpsit eum secum, atque hæredem suum fecit.

CAPUT CCI.

Vita viri Constantinopolitani nobilissimi, cui pater moriens Dominum Jesum Christum reliquit curatorem.

Διηγήσατό τις τῶν Πατέρων, ὅτι ποτὲ διὰ χρείαν τινὰ ἀνῆλθον ἐν Κωνσταντινουπόλει. Ὡς δὲ κάθημαι εἰς τὴν ἐκκλησίαν, εἰσέρχεταί τις τῶν κατὰ κόσμον λαμπρῶν, πάνυ φιλόχριστος, καὶ θεασάμενός με ἐκάθισεν· καὶ ἤρξατο ἐρωτᾷν περὶ σωτηρίας ψυχῆς. Ὡς οὖν εἶπον αὐτῷ, ὅτι τοῖς καλῶς διοικοῦσιν τὰ ἐπίγεια τὰ οὐράνια δίδοται, ἔλεγεν· Καλῶς εἶπας, Πάτερ, ὅτι μακάριος ὁ ἔχων τὴν ἐλπίδα B πρὸς Θεὸν, καὶ ἑαυτὸν ἔκδοτον δίδωσι τῷ Θεῷ. Καὶ ἔλεγεν· Ἐγὼ τέκνον εἰμί τινος τῶν κατὰ τὸν κόσμον πολὺ ἐνδόξων. Ἦν δὲ ὁ πατήρ μου πολὺ ἐλεήμων, καὶ πολλὰ παρεῖχεν τοῖς πτωχοῖς. Μιᾶς οὖν τῶν ἡμερῶν καλεῖ με, καὶ δεικνύει μοι ὅλα τὰ χρήματα, καὶ λέγει μοι· Τέκνον, τί ἡδέως ἔχεις; ἀφήσω σοι τὰ χρήματα ἢ τὸν Χριστὸν κουράτορᾶ; Ἐγὼ δὲ οἰκοδομούμενος, εἰς ἃ ἐποίει, εἶπον αὐτῷ· Τὸν Χριστὸν μᾶλλον· ταῦτα γὰρ πάντα σήμερον αὔριον παρέρχονται. Λοιπὸν ἐξ ὅτε ἤκουσεν τῶν παρ' ἐμοῦ, ἀφειδῶς παρεῖχεν, ὥστε αὐτὸν τελευτήσαντα ὀλίγα ἀφιέναι. Ἐγὼ δὲ πτωχὸς ὢν, ταπεινὸς προηρχόμην, ἔχων τὴν ἐλπίδα εἰς Θεὸν, ᾧ καταλέλοιπέν με.

Narravit quidam Patrum, dicens : Ascendi aliquando Constantinopolim cujusdam necessitatis gratia ; cumque in ecclesia sederem, ingressus est quidam sæcularis, maxime illustris atque fidelissimus. Is cum aspexisset me, accedens salutavit cum omni charitatis officio. Et post salutationem sedit juxta me, et cœpit interrogare de his quæ pertinent ad animæ salutem. Cumque ego illi dicerem quod his qui rite terrena disponunt, cœlestia quoque donantur : Bene, inquit, pater, dixisti. Nam vere beatus est, qui spem suam in Deum ponit, et se ipsum totum committit Deo. Et dicebat : Ego filius sui cujusdam sæcularis gloria clarissimi. Erat autem ipse pater meus eleemosynis maxime deditus, et plurima pauperibus distribuebat. Die ergo quadam vocavit me, et ostendit mihi omnes pecunias, dicens : Fili, quid tibi gratius est, ut dimittam tibi pecunias istas, an Christum curatorem tuum? Ego, cum placerent mihi quæ faciebat, respondi me Christum malle. Ista enim omnia prætereunt, et hodie sunt, et cras non erunt? Christus autem manet in æternum. Quod ille cum audisset, omnia jam libere et larga manu pauperibus erogabat, ita ut moriens pauca admodum mihi relinqueret. Ego autem jam pauper effectus, humilis procedebam, spem meam habens in Christum, cui me ille reliquerat.

Ἦν δέ τις πλούσιος πάλιν καὶ τῶν μεγάλων, C ἔχων γυναῖκα φιλόχριστον καὶ φοβουμένην τὸν Θεόν· εἶχεν δὲ θυγατέρα μονογενῆ. Λέγει οὖν αὐτῇ ἡ γυνὴ τῷ ἀνδρὶ αὐτῆς· Ταύτην μονογενῆ τὴν θυγατέρα ἔχομεν, καὶ τοσαῦτα ἀγαθὰ ἐδωρήσατο ἡμῖν ὁ Κύριος· τίνος οὖν χρήζει; Ἐὰν ἐπιζητήσωμεν δοῦναι αὐτὴν τινι ὁμοτίμῳ ἡμῶν, οὐ καλῷ δὲ τοῖς τρόποις, θλίβει αὐτὴν ἀεί· ἀλλὰ μᾶλλον ζητήσωμεν αὐτῇ ἄνθρωπον ταπεινὸν, καὶ φοβούμενον τὸν Κύριον, ἵνα κατὰ Θεὸν ἀγαπᾷ αὐτὴν καὶ θάλπῃ. Λέγει αὐτῷ· Καλῶς ἐβούλευσας· ὕπαγε οὖν εἰς τὴν ἐκκλησίαν, καὶ εὖξαι ἐκτενῶς, καὶ κάθισον ἐκεῖ, καὶ ὅστις εἰσέρχεται πρῶτος, οὗτός ἐστιν ὁ ἀποσταλεὶς παρὰ Κυρίου. Ἐποίησεν οὖν οὕτως, καὶ μετὰ τὸ εὔξασθαι, καὶ καθίσαι, εὑρέθην ἐγὼ εὐθὺς εἰσερχόμενος. Πέμπει οὖν παραχρῆμα δοῦλον, καὶ καλεῖ με, καὶ ἤρξατο ἐρωτᾷν με· Πόθεν εἶ; Ἐγὼ δὲ εἶπον αὐτῇ· Ἐκ τῆς πόλεώς εἰμι τῆσδε, καὶ τοῦδε υἱός. Ἡ δὲ εἶπεν· Ἐκείνου τοῦ ἐλεήμονος; Καὶ λέγει μοι· Ἔχεις γυναῖκα; Εἶπον δὲ αὐτῇ· Οὔ. Εἶπον δὲ αὐτῇ ἃ ἐλάλησέν μοι ὁ πατήρ μου, καὶ ἃ εἶπον αὐτῷ. Καὶ δοξάσασα τὸν Κύριον, εἶπεν· Ἰδοὺ ὁ καλὸς κουράτωρ σου ὃν ἐξελέξω, ἔπεμψέν σοι γυναῖκα καὶ χρήματα, ἵνα χρήσῃ ἀμφοτέροις μετὰ φόβου τοῦ Θεοῦ. Καὶ εὔχομαι τὴν ὁδὸν τοῦ πατρός μου μέχρι τέλους ὁδεῦσαι.

Erat autem alius quidam dives valde, et primarius, habens uxorem fidelem Christo, et timentem Dominum, habebat autem et filiam unicam. Dixit ergo illa viro suo : Hanc solam habemus filiam, tantaque bona nobis largitus est Deus; cujus ergo rei indiget? Si quæsierimus dare illam alicui primario, et diviti, qui non sit bonis moribus, affliget eam semper. Quæramus illi virum humilem, et timentem Dominum qui secundum Deum illam diligat et foveat. Qui dixit illi : Recte dixisti. Perge ergo in ecclesiam, et ora intentissime, atque illic reside, et qui primus ingressus fuerit, hic illi a Domino missus est sponsus. Fecit igitur ut jusserat vir ejus ; cumque orasset, et sederet, ingressus sum ego primus. Mittens ergo illa servum suum, continuo accersivit me, cœpitque interrogare, dicens : Unde es? Ego autem dixi illi : Ex hac civitate sum talis filius. Dixit autem mihi : Illius eleemosynarii? Et dixi : Ita illius sum filius. Tunc ait mihi : Habes uxorem? Et dixi : Non. Narravique illi quæ mihi dixerat pater meus, et quæ ego responderam ipsi. Illa vero glorificans Dominum, ait : Ecce bonus curator tuus misit tibi uxorem, et pecunias, ut utaris utrisque cum timore Dei. Deditque mihi filiam suam et pecunias. Ego autem oro ut patris mei viam usque in finem teneam.

Digitized by Google

CAPUT CCII.

Vita Abibæ sæcularis hominis filii, servi Dei.

Narravit aliquis Patrum, quod sæcularis quidam habuerit filium pium, religiosum, virginem, et ab ipsis annis puerilibus continentiæ rerum omnium assuetum, adeo ut vinum jam non biberet. Habebat autem in votis sedere in solitudine : pater vero ejus volebat illum sæculi obligare negotiis, neque poterat ; nam hoc ille minime patiebatur. Erant et illi alii fratres, ipse autem major natu omnibus. Cum autem illius institutio a patris voluntate esset remotissima, objurgabat illum assidue pater, exprobrans illi ipsam continentiam, et dicens : Cur similis non es fratribus tuis, nec te ipsum negotiis exponis? Ille vero sustinebat tacens. Omnes vero diligebant eum pro illius religione et modestia.

Cum vero pater ejus moriturus esset, quidam ex genere ipsius, et alii Abibæ (hoc enim erat filio nomen) amantissimi, putantes quod illum odisset pater ejus propter assiduas illius objurgationes, convenerunt, dicentes : Ne forte privet hæreditate servum Dei pater, pro illo deprecemur. Erat enim dives valde. Pergunt itaque ad eum, et dicunt : Convenimus aliquid abs te precaturi. Quibus ille ait : Quid vultis a me petere? Pro domno Abiba oramus, ne illum negligas. Tum pater : Pro illo rogatis me? Dicunt ei : Utique. Qui ait : Vocate illum huc. Putaverunt autem quod juxta consuetudinem objurgare eum vellet. Cumque ingressus fuisset, ait illi pater : Appropinqua mihi. Et cum appropinquasset ei, tenuit pedes ejus plorans, et dicens : Ignosce mihi, fili mi, et ora Deum, ne mihi imputet quoniam afflixi te. Tu enim quærebas Christum, et ego sæculariter movebar. Vocat autem et alios filios, et ait illis : Hic dominus vester et pater est; quidquid dixerit, facite, et quod vos habere voluerit, in ipsius potestate erit. Admiratique sunt omnes. Statim vero ut mortuus est pater ipsorum, distribuit fratribus partes. Ipse vero sumens partem suam, dedit eam pauperibus, nihil sibi omnino reservans. Fecit autem sibi parvam cellulam, ut solitarius degeret; moxque cum consummasset cellam infirmatus est atque ad finem pervenit.

Aderat autem illi frater ejus, cui dixit : Vade, frater, fac domui tuæ consolationem. Aderat quippe celebritas sanctorum apostolorum. Dixit ei frater ejus : Quomodo dimittam te, et abibo? Ait illi : Vade, et cum venerit hora mea, ego te vocabo. Cum ergo venisset hora, surrexit ad fenestram, et pulsavit. Intendit autem in eum frater ejus. Et ille ipsi annuit, dicens : Veni. Statim vero ut venit frater ejus, tradidit spiritum Domino. Omnesque mirati sunt, et glorificaverunt Deum, dicentes : Eximia charitate, qua dilexit Christum, dignum invenit finem.

A Διηγήσατό τις τῶν Πατέρων, ὅτι κοσμικός τις εἶχεν υἱὸν εὐλαβῆ καὶ παρθένον ἐγκρατῆ εἰς πάντα, καὶ ἀπὸ μικρόθεν λοιπὸν οὐκ ἔπινεν οἶνον · εἶχεν δὲ σκοπὸν τοῦ ἀναχωρῆσαι. Ὁ δὲ πατὴρ αὐτοῦ ἤθελεν αὐτὸν ἐμβαλεῖν εἰς τὰ πράγματα, καὶ οὐκ ἠνείχετο · εἶχεν δὲ καὶ ἄλλους ἀδελφοὺς, αὐτὸς δὲ ἦν ὁ μείζων. Καὶ ἐπειδὴ οὐχ ἥρμοζεν ὁ σκοπὸς αὐτοῦ τῷ σκοπῷ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, ἀεὶ ὠνείδιζεν ὁ πατὴρ αὐτοῦ, ἐπιπλήττων αὐτῷ διὰ τὴν ἐγκράτειαν, λέγων · Διατί οὐκ εἶ ὅμοιος τῷ ἀδελφῷ [a] σου, καὶ ἐπιδιδοῖς σεαυτὸν εἰς τὰ πράγματα; Ὁ δὲ ἐκαρτέρει σιωπῶν. Πάντες δὲ ἠγάπων αὐτὸν διὰ τὴν εὐλάβειαν αὐτοῦ καὶ τὴν σωφροσύνην.

corde suo de me, ut sobrius ac vigilans sim, et de cætero custodiam me ipsum, et istud ultra non faciam : sed tu, infelix anima, dum dicis, Non feci hanc rem, innumera mala gessisti, et latent te. Ubi sunt quæ fecisti heri, vel nudiustertius, vel ante decem dies? recole ea si potes. Et hoc itaque fecisti, sicut et illa, et latet te similiter ut illa. Sic itaque animo affectus, quasi revera id fecissem, sed inter cætera oblitus essem, cœpi gratias referre Deo et diacono, quoniam per ipsum Dominus dignum me fecisset recognoscere peccatum meum, et pœnitentiam de ipso agere. Surgens igitur perrexi ad diaconum ut pœnitentiam agerem, et illi referrem gratias. Ut ergo pulsavi ipsius januam, continuo aperiens, primus se mihi prostravit, dicens Ignosce mihi, nam a dæmonio mihi suggestum est, ut rem illam falso de te suspicarer. In veritate enim Deus me certum reddidit innocentiæ tuæ, neque omnino permisit ut illi satisfacerem, dicens mihi : Non est necesse. Ego igitur maxime ædificatus, glorificavi Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum incommutabilem atque individuam Trinitatem, cui est honor, et imperium, et magnificentia, et gloria in sæcula sæculorum. Amen.

A μυρία κακὰ οὐ πέπρακταί σοι, καὶ ἔλαθες αὐτά; Ποῦ εἰσιν τὰ |*al.* ἃ] ἐποίησας χθὲς ἢ πρόχθες, ἢ πρὸ δέκα ἡμερῶν; μέμνησαι αὐτῶν; οὐκοῦν καὶ τοῦτο ἐποίησας ὡς ἐκεῖνα, καὶ ἔλαθες, ὡς καὶ τὰ πρῶτα. Καὶ οὕτως διέθηκα τὴν καρδίαν μου, ὅτι ἐν ἀληθείᾳ ἐποίησα αὐτό, ἀλλ' ὥσπερ ἔλαθον τὰ πρῶτα, οὕτως καὶ τοῦτο. Ἠρξάμην οὖν εὐχαριστεῖν τῷ Θεῷ, καὶ τῷ διακόνῳ, ὅτι δι' αὐτοῦ κατηξίωσέν με ὁ Κύριος ἐπιγνῶναι τὸ σφάλμα μου, καὶ μετενόησα περὶ αὐτοῦ. Ἀναστὰς οὖν ἐν τοιούτοις λογισμοῖς, ἦλθον μετανοῆσαι τῷ διακόνῳ, καὶ εὐχαριστῆσαι αὐτῷ, ὅτι δι' αὐτοῦ ἔγνων τὸ σφάλμα μου. Καὶ ὡς ἤκρουσα εἰς τὴν θύραν αὐτοῦ, ἀνοίξας βάλλει μοι μετάνοιαν πρῶτος, λέγων· Συγχώρησόν μοι, ὅτι ἀπὸ δαιμόνων ἐχλευάσθην, ὑπονοήσας περὶ σοῦ εἰς τὸ πρᾶγμα B ἐκεῖνο. Ἐν ἀληθείᾳ γὰρ ἐπληροφόρησέν με ὁ Θεὸς, ὅτι οὐκ ἔχεις πρᾶγμα. Καὶ ἔλεγεν ὅτι οὐδὲ ἀφῆκέν με πληροφορῆσαι αὐτὸν, λέγων· Οὐκ ἔστιν χρεία. Καὶ μεγάλως ὠφεληθείς, ἐδόξασα Πατέρα, καὶ Υἱὸν, καὶ ἅγιον Πνεῦμα· ᾧ πρέπει κράτος, καὶ μεγαλοπρέπεια, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ROSWEYDI NOTÆ.

(1) *Nudam eam sancto oleo inungere.*] Obtinuit olim tam viros quam feminas nudas corporibus baptizare, itaque inungere.

(2) *Saracenos.*] De monachis a Saracenis interfectis Martyrologium Romanum 19 Februarii : « In Palæstina commemoratio sanctorum monachorum, et aliorum martyrum, qui a Sarracenis sub duce Alamundaro ob fidem Christi sævissime cæsi sunt. » Ubi Baronius notat : Iisdem cæsi sunt hi Sarracenorum incursionibus, quarum mentio habetur in rebus gestis sancti Joannis Silentiarii, quas refert Metaphrastes die 13 Maii, itemque in Vita sancti Sabæ abbatis apud eumdem die 5 Decembris, ac in Actis etiam sancti Euthymii abbatis, quæ idem recitat die 20 Januarii. Consentiunt iisdem quæ habentur in Prato spirituali, cap. 21 et 99. Una eademque persecutio Sarracenorum santos monachos diversisque diebus occidit, ut non mireris si inferius de monachis cæsis a Sarracenis sæpe agatur. Hactenus Baronius.

(3) *Ex scholaribus.*] In Græco est, ἀπὸ Σχολαρίων. Hervetus verterat *scholasticus*. Ex militiæ ordine scholares sunt.

(4) *Verba sanctæ oblationis.*] Infra, cap. 196, habes item verba oblationis a puero prolata, et panem una cum saxo, quod pro altari erat, igne cœlesti consumptum ; quod reverentiæ causa factum credo, ne videlicet tam sanctum mysterium puerilibus ludicris exponeretur.

(5) *Babylæ.*] Ut hic ecclesiam ingrediens, audita fortuita Evangelii sententia ad meliorem frugem convertitur, idem pluribus aliis contigit. Vide dicta ad Vitam sancti Antonii cap. 2, n. 9.

(6) *Eliæ.*] De Elia in exsilium misso exstat mentio in Vita sancti Sabæ, auctore Cyrillo, 5 Decemb. Vide Baronium, tomo VI, anno Christi 513, Symmachi papæ 15, Anastasii imp. 23, et Theodorici regis 21.

Quod vero hic habetur, *post duos dies*, monet Baronius tomo eodem, anno Christi 518, Hormisdæ papæ 5, Anastasii imp. 28, Theodorici regis 26, duos, inquiens, nimirum dies a scriptis litteris, non autem ab obitu Anastasii numerandos. Certe in Vita sancti Sabæa Cyrillo monacho conscripta, 5 Decembris, Elias ipse ex visione et revelatione narrat se decimo die Anastasium ea hora mortuum seculturum.

(7) *Accendamus ignem.*] Frequens ea in causa fidei ad ignem provocatio. Exempla aliquot congessi in dissertat. de Fide hæreticis servanda cap. 12.

(8) *Anastasii.*] Baronius, tomo VI, anno Christi 495, Gelasii papæ 4, Anastasii imp. 5, Theodorici regis 3, agit de Euphemio in exsilium misso ab Anastasio ; anno vero Christi 514, Symmachi papæ 13, Anastasii imp. 21, Theodorici regis 19, de Macedonio in exsilium ab eodem Anastasio pulso.

Quæ hic habes de *quatuordecim* deletis, intellige de annis. Zonaras, tomo III, in Anastasio : καὶ αὖθις ὄναρ ἰδεῖν λέγεται ὁ βασιλεὺς ἑκεῖνος, ἄνδρα τινὰ φοβερὸν, τόμον κατέχοντα, καὶ λέγοντα πρὸς αὐτόν· Ἰδοὺ διὰ τὴν κακοπιστίαν σου, ἀπαλείφω τῆς ζωῆς σου ἔτη τεσσαρεσκαίδεκα : « Denuo aliud vidisse somnium memoratur rex, virum terribilem, qui librum manu gestaret et diceret : Ecce ob perversitatem fidei tuæ, annos XIV vitæ duæ deleo. » Vide Baronium, tomo VI, anno Christi 518, Hormisdæ papæ 5, Anastasii imperatoris 20, Theodorici regis 26.

(9) *Minutorum viginti.*] Existimo in Græco fuisse λεπτῶν vel φολεῶν, nam deest hic nobis ille textus. Infra, cap. 151 : « Accipiebatque quotidianum stipendium novem minuta. »

(10) *Et de adoratione.*] Septima synodus generalis, quæ est secunda Nicæna, actione 4 et 5 exemplum hoc ex hoc libro Græce citat.

(11) *Lictores qui assistebant.*] Græce φραγγελιβαί. Intelligit lictores ducis. Hervetus verterat, *et cæteri qui assistebant.*

(12) *Ut canonarchæ.*] Hoc Herveto deerat. Appositum ex Græco, in quo κανόναρχος, id est, qui canoni psalmorum cantandorum præest.

(13) *Senum gesta.*] In Græco est βιβλίον Γεροντικόν. Ita liber ille appellabatur. Ex Gerontico ms. quædam vertit Raderus noster parte III Viridarii sui. Sic *Verba Seniorum* dicebantur quæ Patres illi scite proferebant.

(14) *Mittite thymiama in thuribulum.*] Jam olim in honorem sanctorum thymiama incendi solitum.

(15) *Thalelæi.*] Raderus noster, Viridarii parte I, putat hunc eumdem cum Thalelæo martyre tempore Numeriani, de quo Menæa, 20 Maii. Sed vereor ut ratio temporis aliud suadeat : siquidem Moschus audivit ex Petro, quæ de hoc hic habentur ; at Petrus centenis annis a Numeriani imperio distat. Alter

Digitized by Google

opinandi occasio forte fuit, quod hic dicatur Cilix ; et alter in Menæis dicatur Azarbi in Cilicia abditus. Sed ibidem dicitur profectus a Libano ; quare Libanites est.

Verisimilius hunc eumdem esse cum Thalelæo Theodoreti, cap. 28 Philothei, quia uterque Cilix, et idem de pœnitentia dictum habent. Theodoretus eum vidit, et Moschus audivit narrari ex Petro. Sic tempora convenire poterunt.

(16) *Per Serapim facite.*] Ita locus hic nunc restitutus ex Græco. Ante nullo sensu erat, *Serapim facite.*

(17) *Carabum.*] Ex sequentibus intelligitur quid *carabus* sit. Dicitur enim : *Produc scaphum.*

(18) *Tetrapylum.*] Porticus vel templum quatuor columnarum ordinibus constans. In Græco omittitur, *ad Orientem juxta Tetrapylum ;* ejus loco est, τὸν ἐπονομαζομένην τῆς Δωροθέας : *quæ cognominabatur Dorotheæ*, de beatæ Virginis æde. *Tetrapyli* Alexandrini meminit Sophronius archiepiscopus Jerosolymitanus, agens de miraculis Joannis et Cyri martyrum : Εἴσειθι γοῦν εἰς Ἀλεξάνδρειαν, καὶ ἐν τῷ μεγάλῳ Τετραπύλῳ νήστης καθεύδησον : « Ingredere itaque Alexandriam, et in magno Tetrapylo jejunus dormi. » Quæ citantur in septima synodo, act. 4.

(19) *Epitimia.*] Retinui Græcam vocem ἐπιτίμια, id est, *multas.* Ecclesiastici quidam scriptores Latini hoc usurpant vocabulum. Vide Onomasticon.

(20) *Quibus manibus.*] Manibus olim viri, feminæ linteolo Eucharistiam excipiebant et sumebant.

(21) *Apocrisiarii.*] Infra, cap. 145, *misso quodam apocrisiario suo.* Est fere *apocrisiarius*, Græcis ἀποκρισιάριος, legatus ecclesiæ negotia tractans.

(22) *Templum sancti Quirici.*] Videndum an non hic ipse, qui *sanctus Quiriacus* in Romano Martyrologio dicitur, 29 Septembris : « In Palæstina sancti Quiriaci anachoretæ, » cujus Vitam a Metaphraste descriptam apud Laurentium Surium eo mense habes.

(23) *Sarraceni.*] Vide hic dicta supra, ad cap. 21, de Sarracenorum incursionibus, et martyribus sub iis passis.

(24) *Responsum.*] Quid hic *responsum* sit, jure hæreas. Suspicor in Græco fuisse προσφωνάριον, quod interpres prima et obvia notione *responsum* vertit. Videndum tamen num hic vertendum sit, *sportam*, vel simile quid. Suggerebat videlicet monacho cogitatio, ut non adoraret crucem, sed in cellam rediret, et sportas texeret. Vide dicta sup., ad lib. v, libel. x, n. 18.

Quod si *responsum* hic communi notione intelligitur, cape fratrem hunc missum pro responsis cœnobii. Sic infra, cap. 205 : « aliquis manens in cœnobio missus est pro responsis cœnobii. »

(25) *Canthelium.*] Sunt *canthelia*, καυθήλια, onera asinis imponi solita.

(26) *Sibino.*] Idem mox accurrit caput 123 : « vestitum colobio de sibino. » Quid *sibinum* sit, nondum mihi lectum.

(27) *Burdones.*] Vide dicta ad Vitam Simeonis Stylitæ, cap. 20, n. 24.

(28) *In sancta Christi Dei nostri resurrectione.*] Hoc loco *Resurrectio* est templum Christi resurrectioni dicatum.

(29) *Syncello seu assessori suo.*] Servavi Græcum vocabulum *syncellus*, qui apud Græcos est proximus a patriarcha.

(30) *In membranis valde pulchrum.*] Græce est : ἐν σώματι πολὺ καλῷ.

(31) *Zachariæ.*] Zachariam non perfecte credidisse angelo, Lucas, cap. I, testatur. Non dubitavit Zacharias de Dei potentia, qui noverat Isaacum de sterili Sara et Abrahamo genitum, sed de voluntate Dei. Quare in supplicium dubitationis cessit illi taciturnitas. Augustinus lib. L Homiliarum, homil. 44 : « Accepit Zacharias supplicium taciturnitatis, merito infidelitatis : quia non credidit, tacuit ; sic enim recte dictum est psalmo CXV : *Credidi, propter quod locutus sum ;* quia Zacharias non credebat, merito non loquebatur. » Ambrosius, lib. II in Lucam : « Incredulitas Zachariæ affatum eripuerat et auditum. »

(32) *Leone.*] Baronius, tomo VI, anno Christi 449, Leonis papæ 10, Theodosii 42, Valentiniani 25, impp., ad hanc de Leonis encyclica (quæ inter epistolas Leonis est 10) visionem notat : Sed præstat, inquit, audire potius sententiam Petri, quam visionem Petri, dicentis : *Firmiorem quavis visione habemus sermonem propheticum* (*II Pet.* I), etc. Etenim majorem sibi ea epistola fidem vindicat ex divinis Scripturis, traditionibusque sanctæ Ecclesiæ, et communi sanctorum Patrum consensu, quam ex recensita modo visione. Hactenus Baronius.

Qui ad sequentis capitis visionem de sancto Eulogio defensore epistolæ sancti Leonis ista quoque addit : At certioris fidei certiorisque quoque testimonii apud me est de epistola sancti Leonis publica concilii œcumenici Chalcedonensis assertio et prædicatio, quam quælibet privatæ hujusmodi visiones. Ita Baronius. Vide apud eumdem plura de hac Leonis encyclica elogia.

Ad sequens caput 149, de Leone ita notat Baronius anno 461, Hilarii papæ 1, Leonis 5, et Severi 1, inpp. Sed quid est : *Omnia tibi sunt dimissa peccata, præter manuum impositionem?* Num peccata ex parte dimitti possunt? Minime gentium, si ad culpam referas. Cæterum quoad pœnam dici debent dimissa fuisse sancto Leoni peccata. Quod enim facile sit in his peccare etiam prudentem episcopum, jure sanctus Apostolus monet ita Timotheum : *Nemini cito manus imposueris, neque communicaveris peccatis alienis* (*I Tim.* V). Illis ergo remanebat sanctus Leo delictorum pœnis obligatus, quæ illi perpetrassent, qui ab eo indigne promoti fuissent ad ordines. Tunc namque dicuntur præsules communicare peccatis alienis, dum indignis conferunt honores et ministeria. Hinc sibi timens Propheta rex, ait : *Ab alienis parce servo tuo* (*Psal.* XVIII). Quod si hæc fiunt in viridi, quid fiet in arido (*Luc.* XXIII)? Leone quis sanctior atque prudentior, ut tantum periculum liber transiliat?

(33) *Flabellum.*] Græce ῥιπίδιον. Ejus in sacro faciendo usus, quod diaconus gestat.

(34) *Conopionem.*] Servavit interpres Græcam inflexionem, quod nunc κωνωπεῖον, nunc κωνωπεών dicitur, *conopeum* Latinis usitatum, pro textili tentorio culicibus arcendis comparato.

(35) *Membranas.*] Ut hic membranas ad aquam pluviam excipiendam explicant, sic alii nautæ vellera et pelles exponunt, tum ad pluviam tum ad rorem colligendum.

(36) *Arena.*] Nec arena littoralis, nec quocunque modo madefacta potest esse materia baptismi ; siquidem materia baptismi aqua esse debet, qua quis ablui possit. Vide Scholasticos in III partem divi Thomæ, et in primis Franciscum nostrum Suarez, t. III, in III partem, ad q. 66, art. 4, disp. 20, sect. 1.

(37) *Infusa.*] Quæ hæc infusa sint, difficile divinare. Nam varii cibi infundi possunt et macerari. Hic ante : « paucisque infusis cibariis. » Aliquoties in Theodoreto supra habens « lentem aqua madefactam. » Hic infra, cap. 184. « Infundebat et paximatia seu madefaciebat. »

(38) *Joannis.*] Citatur hæc historia in septima synodo generali, quæ est II Nicæna, act. 5, ubi pro *Saraphus* habetur *Araphas.*

(39) *Spetlum.*] Reposui hoc ex Græco textu σπίτλον, quod interpres omiserat, videtur fenestra intelligi ex speculari lapide.

(40) *Miliarisia.*] Retinui Græcam vocem μιλια-

Digitized by Google

ρισια, quod certi nummi genus. Interpres *numismata* A verterat.

(41) *Apparentiam.*] Græce est, φαντασίαν, id est, cupiditas se ostentandi

(42) *Chrysostomus.*] Henricus Savilius, notis suis ad tomum VIII Chrysostomi Græce a se editi, existimat non indignum observatu temporibus inter quintam synodum, anno 553, et sextam, anno 680 celebratam (quibus Georgium Vitæ Chrysostomi scriptorem vixisse probabile esse ait) *Chrysostomi* cognomen ignotum fuisse. Sed refellit eum Joan. Moschus seu Sophronius hic, qui temp re Georgii istius vixere, et hujus cognominis Chrysostomi meminere.

(43) *Gregorii.*] Habetur hæc narratio in Vita sancti Gregorii, lib. II, cap. 45 per Joannem Diaconum scripta, qui eam citat ex libro, qui a Græcis Λειμών dicitur, a Latinis vero intelligitur *Campus* vel *Pratum*. Qui hic ipse liber est, quem præ manibus habemus. Citat ille ex interpretatione præceptoris sui, B ubi quod hic est, *tunicam non habeo*, vertit ille, *casulam non habeo*. Eodem modo idem, lib. IV, c. 63: « Et jussit mihi dari casulam, et necessitates meas omnes. » Ubi noster interpres Ambr. Camaldulensis hic, cap. 181 : « Jubens mihi dari quæcunque erant necessaria, » decurtate. Omisit enim illud de *casula* seu *tunica*.

(44) *Nomicum seu dispensatorem.*] Varia *Nomici*, Νομικοῦ, ut hic in Græco textu, est significatio. Hic dispensatorem significat.

(45) *A notario perfecte, et a grammatico sufficienter.*] *Notarius* hic est qui præest pueris ad prima elementa et litteras formandas. Vide Onomasticon.

(46) *Idcirco sunt baptizati.*] Baronius, tomo III, anno Christi 310, § 13. Significat nimirum ejusmodi sacramentum consecutos, non autem, quod aiunt, rem sacramenti, ipsam gratiam abluentem peccata.

(47) *Mulier.*] Joannes Cassianus, collat. XVIII, cap. 14, simile exemplum religiosæ feminæ, quæ patientiæ acquirendæ intenta erat, narrat.

ANNO DOMINI DCXL.

S. SOPHRONIUS

HIEROSOLYMITANUS PATRIARCHA.

NOTITIA.

(FABRIC. *Biblioth. Græc.* ed. Harles. IX, p. 162.)

Sophronius, Damascenus, Joannis Moschi familiaris, ex sophista (*a*) monachus S. Sabæ, ac denique post Modestum ab a. C. 629 ad 638 (*b*) *patriarcha Hierosolymitanus*. Vide Papebrochium in *Actis SS.* ad 11 Martii, tom. II, pag. 65 seq. Sergii, Cyrique, Monothelitarum constans adversarius, de quo Combefisius in *Historia Monothelitarum*, pag. 22 seq. Sub ejus nomine feruntur :

1. Fragmentum hypomnematum *De laboribus, certaminibus et peregrinationibus apostolorum Petri et Pauli*, Lat. in *Bibl. Patrum*, Paris. 1575, tom. II, et 1589, et 1654. tom. VII, col. 107 et 108; col. 1618, tom. IV, et Lugd. 1677, tom. V. pag. 1123. Incipit : *Petrus genere fuit Hebræus*. Elogium Sophronii in Petrum et Paulum apostolos, Græce incipit : Πάλιν ἡμῖν δυὰς ἀδιάλειπτος. FABR. Sophronii *Oratt.* Latine in *Bibl. maxima Patrum*, Lugd. tom. XII, p. 206-214. — *Homiliæ*, Gr. in cor. Escorial. *V.* Plüer, *Itiner. per Hispan.* p. 190. — It. in bibl. Vaticana, teste Montfauc. in *Bibl. biblioth.* I, p. 134, B. — In cod. Coislin. 282, in Marci Monachi Collectione dictorum adversus Barlaam et Acindynum, loca quoque Sophronii nostri adducuntur. *V.* Montfauc. *Bibl. Coisl.* pag. 404 seq. — In bibl. Vaticana Sophron. *De vita et martyrio SS. apostolor. V.* Montfauc. *Bibl. biblioth.* I, p. 101 *A*. Et conf. infra, vol. IX, p. 135 ed. vet. HARL.

2. Fragmentum *De baptismate apostolorum*, Græce et Lat. apud Lambecium, III, p. 52 seq. [p. 138 seqq. ed. Kollar.], et ad calcem Pseudo-Dorothei, Tyrii, (*c*) quem cum

NOTÆ.

(*a*) *Sophistam* Sophronium appellat Jo. Moschus. cap. 92, et in Præfat. [*V.* inf. vol. IX, p. 22 ed. vet.)

(*b*) Alii 636, quorum sententiam Papebrochius loco laudato oppugnat probabilibus argumentis. FABR. Saxius in Onom. lit. II, pag. 75, prodit, Sophronium ab a. 633 fuisse patriarcham Hierosolymitanum, laudatque Pagii Critic. Baron. 633, VI, VII, p. 274-276, a. 636 (quo Sophronius e vita decessit), III, IV, p. 314. 315, tom. IX, atque in *Analectis* Moshemii, *Hist. ecclesiast.* sæc. VII, part. II, cap. 2, § 5. (0) — Caveus, in *Hist. litterar. script. eccl.* I, p. 579, ad a. 629. Hoc demum anno, n. 629, Sophronium scribit, patriarchæ Hierosolymitani dignitatem esse consecutum, et, indefessus, ait, orthodoxæ veritatis vindex, qui præsens Alexandriæ factus a. 633, Cyrum sub obtentu pacis ineundæ hæresin in Ecclesiam invexisse strenue exclamavit, et communionem ei renuntiavit, etc. Tum recenset ejus scripta. Add. Lambec. *Comm. de Cæsar.* III, p. 137 seq. not. 2, ubi is de Sophronio ejusque ætate agit, aliosque laudat VV. DD. de illo disputantes, et supra, vol. VIII, p. 553, not. q. HARL.

(*c*) Vid. supra, vol. VII, p. 455. HARL.

Digitized by Google

libris de vita Moysis, a Gaulmino illustratis, edidi Hamb. 1714, 8, pag. 552 seq. Sub Theodoreti nomine ex cod. Regio Symeonis Logothetæ Gr. ac Lat. exstat in Appendice Cangiana ad *Chron. paschale*, pag. 438 Fabr. Lambec. III, cit. p. 138 seqq. not. 1-3. Atque Kollar. not. A; et ad cod. 30, p. 123; et in additam., p. 542 seqq. de singularibus quibusdam Sophronii narrationibus atque opinionibus disserit. (Sed conf. Cavei judicium, p. 579.) Præterea Kollar. ad pag. 137, notat id Fragmentum ex Sophronio decerptum esse a Theodoreto, Cyri episcopo; ideoque in cod. Regio huic Theodor. id tribui: atque consulere jubet Epiphan. in hæresi Antidicomarianitarum, n. 17; Petrum Siculum in *Historia Manichæorum*, pag. 183 et Glycam in *Annalibus*, pag. 209, etc. — Idem Fragm. ex Sophronii Hypomnematibus desumptum est Vindob. in cod. Cæsar. 320, n. 3. *V.* Lambec. V, p. 589 seq. Harl.

3. Fragmentum ex *Encomio S. Joannis, theologi et evangelistæ*, Græce et Lat. apud Cotelerium ad *Constitutt. apostol.* III, 6. Aliud apud Lambecium, III, pag. 100 (*d*). Meminit et hujus encomii Hippolytus Thebanus in *Chronico*: Ἐγκωμιάζων δὲ τὸν εὐαγγελιστὴν Ἰωάννην ὁ ἁγιώτατος πατριάρχης Ἱεροσολύμων ὁ μέγας Σωφρόνιος, διδάσκει τὴν τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίαν, ὅτι Πατὴρ τοῦ Θεολόγου Ζεβεδαῖος ἦν, Σαλώμη δὲ ἡ μήτηρ αὐτοῦ, etc.

4. *In S. Joannem Præcursorem.* Latine in *Bibl. concionatoria* Combefisii. Incipit: Δίδου ἡμῖν ἡ φωνὴ τοῦ λόγου, τὴν φωνήν. [Conf. infra, vol. IX, p. 99, vet. ed.]

5. *In S. Joannem Chrysostomum.* Memoratur ab anonymo Saviliano Fabr. *V.* Lambec. comm. VIII, pag. 635 sqq. de cod. Cæsar. 27, cum Kollarii nota, et supra. vol. VIII, p. 457 et 458. Harl.

6. *Laudes Joannis Eleemosynarii.* Meminit Leontius. Fabr. Conf. Lambec. VIII, pag. 575 sqq. de Cod. 19 s. *Menologio Græcor.*, etc. Harl.

7. *In Christi Natalitia*; sermo habitus a. C. 638, Hierosolymis jam per Saracenos captis. Exstat Latine in *Bibliothecis Patrum*, ut tom. XII, edit. Lugd. pag. 206. Fabr. In cod. bibl. publ. Paris. 1171, n. 20. — Vindobon. in eod. 303, n. 1, *Menologio Græcorum* in Sept. inserta sunt *Troparia Sophronii Hieros. in Vigilia natalis Christi cantari solita*, et n. 3; ejusdem *Horologium magnæ Parasceves*, cum antiquis notis musicis. *V.* Lambec. V, p. 568 seq. — Add. infra, vol. XIII, p. 806, not. Harl.

8. *Sermo de Hypapante Domini*, e ms. Mediceo versus et Latine editus a Bollando in *Actis SS.* tom. I Februarii, pag. 274 seq. Fabr. Vindobon. in cod. Cæs. 39, n. 1, Excerpta ex Sophr. *Orat. in Annuntiatione Deiparæ. V.* Lambec. VIII, p. 818. — Oratio ipsa in cod. Coislin. 274. V. Montfauc. *Bibl. Coisl.* p. 389. — Paris. in bibl. publ. cod. 1184, n. 3, *Orat. in Præsentationem*; et cod. 1452, 3, *Hom. in Purificationem.* Add. infra, vol. IX, p. 114 ed. vet. Harl.

9. *In SS. quadraginta duos martyres* (*f*) Amorienses, Latine in *Bibl. concionatoria* Combefisii. Incipit: Ἐπὶ τὰ μαρτυρικὰ ἔπαθλα. Fabr. Græce in cod. Paris. bibl. 1447 n. 3. Conf. infra, vol. IX, p. 121 vet. ed. Harl.

10 *Encomium SS. Cyri et Joannis.* Citat Joannes Damascenus, l. III *De imaginibus*, tom. I edit. novæ p. 387; et septima synodus act. 4, ubi Fragmenta duo exinde afferuntur tom. III Binii, p. 561 seq. Edere promisit integrum Græce et Latine Papebrochius ad 11 Martii tom. II, p. 67. Laudat Allatius, *contra Creyghtonum*, pag. 517 seq. Incipit: Ἄλλοι μὲν ἄλλως τοὺς ἁγίους τιμήτωσαν. Fabr. Conf. infra, vol. IX, pag. 70. Harl.

11. *Vita S. Mariæ Ægyptiacæ* Latine ex Pauli, diaconi Neapolitani, versione [Ap. R. Heribert. Rosweid. *De vitis Patrum*, pag. 381. *V.* infra, vol. IX, pag. 28 vet. ed.] Apud Surium ad 2 April. et Græce in *Actis. SS.* ad calcem tom. I Aprilis. pag. XIII. Licet Sophronium auctorem esse neget Papebrochius, tom. I April. pag. 69, Græce tamen sub Sophronii nomine exstat MS. in bibl. Cæsarea. Vide Lambecium IV, pag. 128 [p. 294, Koll. cod. 151 n. 13], et V, pag. 27 [p. 62. Koll. cod. 210, n. 32]; lib. VIII, pag. 231 [p. 491. Koll. cod. 15, n. 28.] Etiam in Montfauc. *Bibl. Coisliniana*, p. 126. [Add. p. 121 ad. calcem cod. 58, — pag. 196 cod. 121, n. 34; — p. 401, cod. 284, fol. 148; et p. 149, cod. 304, n. 25. *H.*] Incipit: Μυστήριον βασιλέως κρύπτει καλόν. Citatur et a Damasceno, III, *De imag.* pag. 388. Fabr. Add. codd. Monach. in bibl. elect. 27 et 75. (*V.* Cat. codd. Gr. Bavar. p. 7 et 24.) — Venet. Nanian. 59, n. 5; et 96, n. 3. (Cat. codd. Gr. Nanian. p. 66 et 138. — In bibl. Bodlei. n. 290, inter codd. Gr. Oliv. Cromvell. — In tom. II Catal. codd. Angliæ, etc. n. 6157, inter codd. Thomæ Gale. — Taurini in bibl. Regia, codd. 21 et 320. *V.* Cat. codd. Gr. Taur. p. 92 et 402 (*g*). Florentiæ, in bibl. Laurent. Med. cod. 34, n. 11, plut. 7. *V.* Bandin. Cat. Gr. codd. Laur. I. p. 294 seq., qui præter alia laudat Gudii *Epistolas*, p. 278. Rosweidum habuisse Vitam Mariæ Ægyptiacæ, a Metaphraste Græce scriptam, et adnotat Papebrochium Mariam illam ad a. Chr. 421 revocare. — Ibid. in cod.

NOTÆ.

(*d*) Cod. 59, n. 13, pag. 264 seq. ed. Kollar. — Paris. in bibl. publ. cod. 186, n. 2, excerpta ex illo encomio. Harl.

(*e*) Hallucinatur Harlesius; etenim sive in volumine septimo, ubi Patrum sermones de Præcursore, sive etiam in aliis Combefisii tomis, hunc frustra quæres. Edit.

(*f*) Sophronii esse non potest. Vid. infra Ang. Mai præfationem historiæ Cyri et Joannis. Edit.

(*g*) In ejusd. bibl. Taur. cod. 105, fol. 414, est ex Sophronii *Synodica*, cap. 35, *De hæreticis atque hæresiarchis*; atque in cod. 271, fol. 76, Sophronii *De interpunctione*. *V.* Cat. cit. pag. 198 et 375. Harl.

Digitized by Google

35, n. 12; et Bandin. l. c. p. 459, observat, ac alia, sed antiqua, manu litteris rubris ascriptum fuisse : συγγραφεὺς παρὰ Σωφρονίου Ἱεροσολυμίτου. — In cod. bibl. Sfortianæ, teste Montfauc. in Bibl. biblioth. *mss.* I, pag. 699 A. — Paris. in bibl. publ. codd. triginta. — Mosquæ in bibl. synod. cod. 39, fol. 201, sub nomine Sophronii ; at sine auctoris nomine in cod. 41, n. 5. *V.* Matthæi *Notit. codd. Mosq.* pag. 61 ; add. eumdem V. D. in Præf. ad Euthymii Zigabeni *Comment. in IV Evangelia*, tom. I, p. 37 ; et infra vol. IX vet. ed. HARL.

12. *SS. archangelorum et angelorum Encomium.* Exstat Latine ex versione Theodori Peltani in bibliothecis Patrum, ut tom. XII edit. Lugd. pag. 209. FABR. Græce Monachii in cod. elect. 114, fin. *V.* Cat. codd. Gr. Bavar. p. 45. — Paris. in bibl. publ. cod. 137, n. 4. Sic. citatur in Cat. codd. Paris. II, p. 22. Chrysostomi, vel Sophronii potius *Oratio in laudem S. Michaelis archangeli ;* pari modo, ibid. n. 5. *Orat. in festo angelorum dicta.* (*V.* supra, vol. VIII, p. 469, et pag. 508.) HARL.

13. *In exaltationem venerandæ crucis, et in sanctam* ἀνάστασιν. Sermo Græce et Latine editus a Jacobo Gretsero tom. II *De cruce*, pag. 88. Hinc Latine in *Bibl. Patrum*, tom. XII edit. Lugd. pag. 212. Incipit : Σταυροῦ πανήγυρις, καὶ τίς οὐ σκιρτήσειε ; Verterat et ante Gretserum Achilles Statius. FABR. In codd. quinque bibl. Paris. publ. *Orat. in S. crucem.* — Oxon. in cod. Barocc. n. 234. — Florent. in bibl. Laur. Med. cod. 4, n. 6, plut. 4, *Sermo in exaltationem crucis. V.* Bandin. Cat. codd. Gr. Laur. I, p. 520. — In cod. Vaticano 903 *De veneratione crucis, in media Dominica Quadragesimæ*, teste Montfauc. *Bibl. biblioth. mss.* I, p. 33, C. — Inter codd. bibl. Sfortianæ *Encomium in exaltationem crucis*, teste eodem, l. c. pag. 701 A. Add. infra, vol. IX, pag. 93 ed. vet. HARL.

14. *In adorationem sanctæ crucis et de jejunio.* Lat. ab eodem Gretsero pag. 283 edit. primæ ; et in *Bibl. Patrum*, tom. XII edit. Lugd. pag. 213. Incipit : Καὶ οἱ ἰατροὶ μέν. Vertit Godfridus Tilmannus. FABR. *V.* infra vol. IX, p. 91, vet. edit. HARL.

15. *Carmen Anacreonticum de Simeone sene Christum suscipiente*, quod melle ipso, ut ait, suavius Græce edidit Allatius in *Diatriba de Simeonibus*, pag. 5 seq. Incipit : Ἀπὸ βηθλεὲμ παρέλθω.

16. *Epistola synodica ad Sergium, patriarcham CPol.* quæ incipit : Βαβαὶ, βαβαὶ μακάριστοι, atque exstat Latine (non integra quidem) apud Baronium tom. VIII, ad. a. 633, n. 8 seq. ; ubi testatur, in codice alio Græco non ad Sergium, sed ad Honorium papam inscribi. Græce et Latine integra in Actis sextæ synodi, habitæ adversus Monothelitarum hæresin CPoli a. C. 680, act. 10, tom. III edit. Binianæ, pag. 113-132. In hac Synodica legitur longa illa enumeratio hæreticorum, quam dedi volumine superiore, pag. 483 seq. FABR. ; seu vol. VIII nostræ edit. p. 353 sqq., ubi in not. *q* plures memoravi codd. quibus addes cod. Laurent. 12, n. 35, plut. 6, ubi est particula ex confessione fidei S. Sophronii, Hierosolym., quam misit ad œcumenicam sextam synodum : eaque, ut ait Bandin. Cat. codd. Gr. Laur. I, p. 122, in Actis concilii CPolitani III, act. 11. Et est pars Epistolæ ejusdem Sophronii, *Sergio, patriarchæ CPolitano*, inscriptæ, Labbeanæ *Concil.* editionis tom. VII, p. 887. — Ibid. in cod. 8, n. 55, plut. 9, inter definitiones breves Patrum de substantia et natura, hypostasi et persona legitur, p. 305, ex Sophronii Hieros. epistola ad Honorium, Romæ pontificem. (Bandin. I, p. 402.) — In cod. Barocciano 185, e Sophronii Hier. Synodicis scriptis, Romam missis, excerpta ; et ejusdem (ut videtur confectori Cat. mss. Angliæ, etc. I, p. 24) : *Confessio de incarnatione Christi ;* et in cod. 197, e Synodico Sophronii *De S. Trinitate ;* id. *De incarnatione Christi.* — In vol. II Catalogi mem. inter codd. Vossian. n. 2138, Sophronii Συνοδικαὶ διατάξεις. — Et inter codd. Th. Gale, n. 5838, Cat. de hæresibus et hæresiarchis, ex Sophronii Synodicis. — An ex hac epistola est Sophronii opusc. *De illis, qui officium ecclesiasticum non recitant ?* quod est in cod. Paris. bibl. publ. 1632, n. 12.

Quæ Fabricius, infra XI. p. 45 ed. vet. scripserat, huc reducam : « Sophronii, patriarchæ Hierosol., a. C. 638 defuncti, Collectio ex synodis ms. in bibl. Galliar. reginæ matris, in 4, memoratur a Petro Pithœo, nec aliunde mihi nota est. » Imprimis, quæ Fabricius infra de scriptoribus, in Photii *Biblioth.* censuræ subjectis, in vol. XI, pag. 484 seqq. vet. ed. litteris consignarat, ad h. loc. commodiorem referenda arbitror. Ita vero Fabric : « Cod. 231 Sophronii, patriarchæ Hierosol., Synodica missa ad Honorium (*h*), qui episcopus Romanus fuit ab a. 626 ad 638. Eadem est haud dubie, quæ, missa ad Sergium, CPol. patriarcham (ab a. 610 ad 639) ; servata exstat integra in actione undecima synodi sextæ, CPoli in Trullo habitæ, a. 680, tom. III ed. Binianæ, et Labbeanæ VI ; et novissimæ Harduinianæ, tom. III, p. 1257—1296. Nam in eadem leguntur, quæ Photius adnotavit, omnia, Magnus cum Apollinario percussus anathemate, Theodoreti contra Cyrillum scripta reprobata ; duo distincti Origenes, vetustior alter, et alter cognomine Adamantius : nec non Jacobus, Syrus, a quo Acephali Jacobitæ dicti, cum aliis hæreticis condemnatus. Ex hac Synodica locum, ubi hæreses et hæreticos anathemati subjicit exhibui (*i*) [vol. VIII, pag. 353 seqq.] Satis autem constat vel ex ipsis Honorii et Sergii nominibus, recentius

NOTÆ

(*h*) Fugit hic locus Photii Combefisium in *Histor. Monothelitarum*, p. 31, ubi tamen recte conjicit, hanc Synodicam a Sophronio missam ad Honorium, non ad Joannem papam, uti tradunt Cedrenus et Zonaras.

(*i*) Conf. Oudin. *De scriptor. eccles.* I, col. 1605 seq. ubi quoque codd. in quibus Sophronii libelli *De Trinitate et incarnatione Christi* ex synodico occurrunt, memorantur. HARL.

Digitized by Google

esse et subditititium additamentum, quod post verba [p. 357, lin. 15], καὶ τὴν ἀσέβειαν σύστοιχοι exhibent Cotelerius tom. I, p. 528 : Πρὸς τούτοις ἀνάθεμα ἔστωσαν καὶ κατάθεμα Κῦρος, ὁ τῆς Ἀλεξανδρέων μοιχὸς ἀθεσμότατος, Θεόδωρος Φαρανίτης, Σέργιος Κωνσταντινουπόλεως, Ὑπάριος Ῥώμης, οἱ τῆς τῶν Μονοθελητῶν αἱρέσεως ἀρχηγοὶ καὶ συνήγοροι, Πύῤῥος, Παῦλος, Πέτρος, οἱ τῆς βασιλίδος πρόεδροι, τῆς ἀσεβείας δὲ πρόβολοι, ἑαυτοῖς καὶ τῇ ἀληθείᾳ μαχεσάμενοι, Μακάριος Ἀντιοχείας καὶ Στέφανος ὁ τούτου μαθητὴς καὶ ἀπονοίας διδάσκαλος Πολυχρόνιος, νέος Σίμων Μάγος, καὶ ὁ κατὰ τὴν Ἀλεξάνδρειαν, μέχρι νῦν τῇ ἀληθείᾳ μαχόμενος Ἀρμάσιος τὸ κάθαρμα, οἵ τε σὺν αὐτοῖς αἱρετικοὶ καὶ τῆς ὀρθοδοξίας πολέμιοι, Σαῤῥακηνικῷ φρυάγματι σεμνυνόμενοι. *Præter hos anathema sit et catathema Cyrus, Alexandriæ Ecclesiæ sceleslissimus adulter ; Theodorus, Pharanita ; Sergius, CPolitanus ; Honorius, Romanus, Monotheletarum hæresis duces et patroni : Pyrrhus, Paulus, Petrus, regiæ quidem urbis antistites, verum impietatis propugnatores, secum et cum veritate pugnantes ; Macarius, Antiochenus, ejusque discipulus simulque amentiæ magister, Stephanus, Polychronius, novus Simon Magus ; et, qui Alexandriæ veritatem adhuc oppugnat, Harmasius, piacularis homo, quique cum illis hæretici atque orthodoxæ fidei hostes, Saracenico fastu elati.* » Hactenus Fabricius. HARL.

17. In Actis synodi septimæ, sive Nicænæ secundæ (a. C. 787 celebratæ), aliquoties laudatur Sophronius, afferunturque loca sub illius nomine ἐκ τοῦ Λειμωναρίου. Vide tom. III, edit. Binianæ, pag. 562, 613, 614 et 615. Etiam apud Jo. Damascenum, lib. I *De imaginibus*, tom. I, pag. 328 edit. novæ ; II, pag. 344. Et Sophronio tribuit Nicephorus, lib. VIII *Hist.* cap. 41. At constat auctorem Λειμωναρίου, sive *Prati spiritualis*, quo vita et dicta solitariorum describuntur, non esse Sophronium, sed Sophronii amicum, Joannem Moschum (*j*), qui opus illud Sophronio dedicavit, quemque in præf. ἱερὸν καὶ πιστὸν τέκνον, alibi, ut cap. 92, 102, 135, fratrem vocat. Meminit et Sophronii cap. 21, 69, 110, 111, 113, 157, 162 et 77, ubi nomen auctor ipse suum ponit : *Dixit mihi Sophronius : Vere, abba Joannes, hodie nihil ultra studeamus.* Et Stephanum sophistam se cum illo refert frequentasse. Sophronium etiam ipsum sophistam appellat cap. 92 ; abbatem vero, cap. 102. Non diffitetur hic scriptor, qui κανονάρχης inter monachos fuit (cap. 50) ; et temporibus Tiberii II imp. Oasin Ægypti petiit (c. 112) ; præ manibus se habuisse *Vitas Patrum* et *sententias* ante ipsum, nescio quibus auctoribus, descriptas, cap. 212, βιβλίον γεροντικὸν (*k*), cujus meminit p. 50. Ex his credibile est fabulas, quas non paucas habet, cum bona fide transcripsisse. Palladii abbatis, velut æqualis sui, meminit cap. 176 ; passimque invehitur in hæresin Severi Acephali. Cum Italice modo typis excusum exstaret hoc opus, Latine ex Ambrosii Camaldulensis versione primus edidit Aloysius Lipomannus, Venet. 1558, 4. Deinde post editionem Coloniensem, 1583 (et Bigneanam in *Bibliotheca Patrum*, Paris. 1575, tom. II ; et 1589, tom. VII). Heribertus Rosweidus, in *Vitis Patrum* Antwerp. 1617, 1628, fol. lib. X, additis etiam brevibus notis. Aliam Paschasii Auriaci, ordinis Minorum Insulani versionem, dubito, an editam, memorat Possevinus, tom. II *Apparatus sacri*, p. 426. Hinc Græce et Latine in *Auctario Bibl. Patrum* edidit Fronto Ducæus, tom. II, p. 1057, Paris. 1624, fol. Lacunas ex codice 2466 bibl. Regiæ Paris. et tribus bibl. Colbertinæ supplevit ; multaque emendavit Cotelerius, tom. II *Monument. Ecclesiæ Græcæ*, Paris. 1681, 4. p. 341-456. Exstat quoque Græce et Latine in *Bibl. Patrum*, Paris. 1654, tom. XIII. FABR.] Plura leges infra, vol. IX, lib. V, cap. 32, § 11, 12 et 13, pag. 21 seqq. ed. vet. Adde Oudin. l. c. pag. 1607 ; et infra, vol. X, p. 205 ed. vet. — In cod. Coislin. 369 ; Λειμὼν Ἰωάννου καὶ Σωφρονίου, πατριαρχῶν, etc., constat capp. 296, et in fine deficit. V. Montfauc. in *Bibl. Coisl.* p. 573. — In cod. 3585, Sophronii, patriarchæ, *Pratum spirituale*, teste Montfauc. in *Bibl. biblioth. mss.* I, p. 123 *A*. Add. Lambec. comm. VIII, pag. 575, not. 3. — Dublini inter cod. Narcissi, Dublin. archiepiscopi, n. 1262 Catal. etc., est Sophronii *Hortus monasticus*, seu *Pratum spirituale*, Arabice. HARL.

18. *Acta S. Anastasii* Persæ, Sophronium auctorem, habere conjicit Baronius ad a. C. 627, n. 1.

De sermone supposititio *De Assumptione Mariæ*, vide Lambec. Comm. VIII, p. 316 seqq. in primis p. 322-326 seqq. — Ex eo quoque in cod. Selden. 53 in bibl. Bodlei. Cat. codd. Angl. etc. n. 3383. — In ead. bibl. n. 272, Sophron. patriarcha *De moribus et consuetudinibus*. — In eod. Cat. codd. inter codd. bibl. publ. Cantabrig. n. 2331, *Pars prima glossarum* ab Eusebio, Hieronymo, Sophronio (forsan Hieronymi amico), Hebr. Græce, Lat. composita et exposita.

Hymnos aliaque poemata confecit. Vide paulo ante ad n. 7. — In codd. Naniano 154, n. 33, Ποίημα Σωφρονίου, etc. inc. Δοξάζομέν σε, Δέσποτα φιλάνθρωπε, etc. *V.* Catal. codd. Gr. Nan. p. 349. — In cod. Barroc. 96, sec. Catal. codd. Angliæ, etc. I, p. 11, occurrit et citatur Sophronii, patr. Hierosol. *Carmen in Thermas* ; idem cum illo, quod circumfertur in Appendice *Anthologiæ Gr.* conf. supra, vol. IV, p. 432, 487, seqq. ; vol. VII, p. 170, sect. 24.

NOTÆ.

(*j*) Τοῦ Μόσχου, vide Photium cod. 190, et Heriberti Rosweidi Prolegomena ad Vitas Patrum, pag. 20 seq. Pro *Joanne Evirato*, ut habet Lipomanni editio, Græcus codex, quem Cotelerius inspexit, habet Ἰωάννου τοῦ Εὐκρατᾶ, *Joannis Eucratæ*, tom. II *Monument.* p. 341, 655. Lambecium, VIII, pag. 599 [p. 854. seq. ed. Koll.]

(*k*) Nonnulli hoc Joannis Moschi Λειμωνάριον appellant νέον πατερικὸν, alii νέον παράδεισον, respectu vetustioris Λειμωναρίου nempe, de quo Photius. 198.

Digitized by Google

ANG. MAII PRÆFATIONES.

I.

Script. Vet. Collect. X, p. XXIV.

Cogitanti mihi de Sophronii, viri sanctissimi, ante medium sæculum septimum patriarchæ Hierosolymorum, tum insignibus erga Ecclesiam meritis, tum etiam non paucis scriptis, permirum videri solet, nondum hæc, in tanto typorum apud nos usu fuisse collecta, neque idoneo voluminis apparatu conjunctim edita ; imo vero complura in codicibus mss. ad hanc usque diem indecore prorsus retineri. Quæ igitur sparsim sunt vulgata, veluti in concilio generali sexto, in sanctorum Actis, in Patrum Lugdunensi Bibliotheca, apud Gretserum, *De cruce;* apud Combefisium in *Bibliotheca PP. concionatoria*, atque apud Allatium, non ignoro ; sed præterquam quod pars illorum nonnisi Latine exstat, sine Græco originali; ea sane incommode sus deque quæruntur, et illustratione debita carent ; atque, ut dixi, fraternorum librorum adhuc latentium comitatum desiderant. Itaque cepi consilium instruendi mediocrem tomum, quem postea in lucem emittam, quo cuncta Sophronii opera, cum Hesychii etiam presbyteri Hierosolymitani non paucis scriptis haud pœnitendis, complexurus sum. Et sane apud me habeo Græcos utriusque auctoris textus complures : Sophronii autem studeo pene præ cæteris divulgare copiosissimam, quam præ manibus habeo, de SS. Cyro et Joanne historiam, genuinum certissimumque beati Patris fœtum, et diu nimis in Græcorum Latinorumque codicibus pressum. Interim vero nihil vetat, quominus hic duo collocem in antecessum S. Sophronii scripta : primo videlicet in SS. Petrum et Paulum AA. panegyricam orationem, quam veluti gemmulam in Vaticano codice Græcam reperi, brevique hora Latinam feci ; deinde typici quoddam fragmentum, sacris quos superius descripsi, hymnis quodammodo consonum, cum finalibus regi et sacrorum antistiti acclamationibus : nam officii quoque divini ordinem a S. Sophronio nostro fuisse instauratum, testatur auctor priscus Simeon Thessalonicensis apud Allatium in Dissert. de ecclesiasticis Græcorum libris quam nunc rem Vaticanus codex confirmat.

II.

Spicileg. Rom. IV, p. v.

1. Ex Sophronianis lucubrationibus primam pono in sanctum Domini Præcursorem luculentam laudationem, quam ff. 20, longius quoque se fuisse producturum dicit Sophronius, nisi corporis infirmitas, et instans sacræ liturgiæ tempus finem dicendo imposuisset. Hæc est de illarum homiliarum numero, quas ecclesiastici patres, ac præcipue episcopi, Græci atque Latini, per anni circulum sive de sanctis, sive de tempore, sive de sacris Libris, aliisve argumentis, in concione populi recitabant. Prorsus autem hallucinatur Theophilus Harlesius, *Biblioth. gr.* ed. nov. t. IX, p. 163, dum ait Sophronii de Præcursore Domini sermonem exstare Latine editum a Combefisio in *Bibliotheca concionatoria.* Etenim sive in volumine septimo, ubi Patrum sermones leguntur de Præcursore, sive etiam in aliis Combefisii tomis, hunc frustra quæres. Quia vero Combefisius tom. I, in Præf. p. 41, ait, Allatium habuisse inter cæteros hunc quoque Sophronii sermonem (quem quidem nunquam edidit, præter hæc initialia verba δίδου ἡμῖν ἡ φωνὴ τοῦ λόγου φωνήν), idcirco Harlesius, Combefisii verbis perperam intellectis, putavit eum exstare apud ipsum Combefisium, quod secus omnino est. Cæteroquin hanc Sophronii orationem in Præcursorem, necnon duas ejusdem alias in occursum Jesu infantis ac Simeonis, et in sanctos angelos, possedit mss. Holstenius, teste ipsomet in Epistolis ed. Boissonadi, p. 210. Sed enim quod aiunt Fabricius, Harlesius et Combefisius, habuisse Allatium apud se sermonem Sophronii de XL matyribus (am oriensibus), is non prædictorum tantummodo, verum etiam Allatii error fuit, a falso codicum titulo obtrusus : etenim ego in pala tino Vat. codice (quem ipsum Allatius, ut puto, vidit) sermonem illum Sophronio inscriptum vidi ; sed tamen prima statim lectione comperi, compositum esse vivente Theophilo imperatore, ideoque duobus post Sophronium sæculis, quæ ipsa martyrum amoriensium ætas est.

2. Insperatum aliud Sophronii scriptum in Ottoboniano Vat. codice nactus sum, quo sacrosanctæ liturgiæ instrumenta, vestes, ministrorum officia, sacri operis ordo, etc., recensentur atque explicantur. Utilis sane doctrina atque pretiosa ! quanquam opusculum in medio abrumpitur, atque haud scio an uspiam integrius aliquando occursurum sit. Interim moneo, diversum plane ab hoc Sophroniano esse opusculum ejusdem ferme tituli, quod sub Germani Byzantini patriarchæ nomine prodiit Græce Parisiis typis Morellianis anno 1560.

3. Sequuntur venustissima Sophronii carmina Anacreontica ; quorum laus tota merito pertinet ad ingeniosissimum Siculum sacerdotem Petrum Matrangam, Athanasiani Græcorum collegii in alma urbe prorectorem. Itaque ipse verbis suis in præfatione atque in scholiis a se additis Spartam hanc pro dignitate exornabit.

4. Dum Sophronii scripta in Vaticanis præsertim codicibus vestigarem, incidi in amplum *triodium* quoddam, pulcherrimis litteris antiqua manu descriptum, atque ab hactenus editis totum differens, optimi generis et prorsus orthodoxi. Melodi in eo loquuntur Antonius monachus, Clemens quidam (*a*) Joannes monachus (scilicet Damascenus), Josephus, Leo despota, Sergius, Sophronius, atque studita Theodorus ; copiosissimi quidem omnium Sophronius ac Theodorus. Ego vero, reliquis omissis, Sophronii tamen

NOTÆ.

(*a*) Ex ascetico Clementis serm. 27 vidi excerptum in cod. Vat. cujus initium : Ἐν τῇ κάτωμὲν βίῳ.

Digitized by Google

gratia non recusavi laborem omnia excerpendi, quæ nomine ejus inscripta erant. Pium sane opus, et religionis dulcedine delibutum, quod auctoris animum cœlestibus affectibus inflammatum demonstrat. Jam Sophronium alias quoque ecclesiastici officii partes composuisse, notum est; nominatimque de *typico* admonet nos codex bibliothecæ Coislinianæ apud Montfauconium. p. 591: Ἀρχὴ τυπικοῦ τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἀκολουθίας τῆς ἐν Ἱεροσολύμοις ἁγίας λαύρας τοῦ ὁσίου καὶ θεοφόρου Πατρὸς ἡμῶν Σάβα συντεθὲν καὶ συγγραφὲν παρὰ τοῦ ἁγιωτάτου Πατρὸς καὶ ἱερομοναχοῦ κυροῦ Σωφρονίου· αὕτη ἡ ἀκολουθία γίνεται καὶ ἐν ταῖς λοιπαῖς τῶν Ἱεροσολύμων ἁγίαις μοναῖς. Sophronii fragmentum dogmaticum habes a me impressum in tomo VII *Script. vet.* p. 22, idque arbitror pertinere ad ejus de Trinitate et Incarnatione Opusculum, quod in codd. aliquot superesse creditur. Insuper in cod. Vat. 483, f. 158. Σωφρονίου παράφρασις εἰς τὸ περὶ μνήμης, καὶ ἀναμνήσεως, καὶ ὕπνου, καὶ ἐγρηγόρσεως, καὶ τῆς καθ' ὕπνον μαντικῆς. Denique in miscello codice Vat. Fragmentum quoddam Sophronii legebam, de laude virginitatis, quod hic ascribo. Σωφρονίου Ἱεροσολύμων. Ὅσον δὲ παρθενίας καὶ σωφροσύνης τὸ μεταξὺ, αὐτὰ βοᾷ τὰ τῶν ἀρετῶν ἀξιώματα· καὶ ὁ κρείττων υἱῶν καὶ θυγατέρων τόπος, ὁ μόνοις ἐκεῖσε διδόμενος τῆς ψυχῆς ὁμοῦ καὶ σαρκὸς τὴν ἐν Χριστῷ παρθενίαν τιμήσασι, καὶ μιμηταῖς τῆς τοῦτον τεκούσης ἀχράντου Παρθένου γενομένοις τε καὶ ὑπάρξασι· τοῦτο δὲ καὶ αὐτὸς ὁ Σωτὴρ πᾶσιν ἐπιφανὴς ἐφανέρωσε, μὴ πάντας εἰπὼν τούτου τυγχάνειν χωρητικοὺς, τοῦ τῆς παρθενίας λέγω χαρίσματος, ἀλλὰ μόνους ἐκείνους οἷς ὁ Ἰησοῦς ὡς ἀξίοις κατὰ θείαν ἠὐτρέπισε πρόγνωσιν.

5. De duabus SS. Cyri et Joannis historiis earumque interpretationibus, accurate infra locuti sumus in monito p. 226-229; quare nunc verbis temperandum est. Illud apprime gratulor et gaudeo, quod tres Græcos magni Cyrilli, etsi brevissimos sermones modo mihi divulgare datum sit, a Sophronio biographo nobis conservatos, quorum nemo tamen meminerat, nedum aliqua editio exstabat; hique item in Latino Anastasii textu recurrunt.

6. Inter eos qui Sophronii de SS. Cyro et Joanne opus legebant, Petrus Parthenopensis erat, non illepidus sæculi undecimi desinentis scriptor, cujus notitiam, p. 267, exhibuimus. Id apprime demonstrat primi postremique miraculi interpretatio, quæ est in cod. Vat. 6075. Sed insuper studio proprio prædictorum martyrum historiam scripsit Petrus cum critico prologo, qui non sine fructu legetur. Sanctorum scilicet Cyri et Joannis jam temporibus illis celebris fuisse cultus videtur in urbe Neapoli; quem cultum, sancti Cyri scilicet, felicissime ibidem suscitavit atque restituit nostra haud procul ætate sanctus Franciscus de Hieronymo S. I., perque ejus reliquias prodigia plurima edidit, quo fit ut veterum abs Sophronio narratorum fama, his recentibus confirmetur: præsertim quia, æque ac Sophronius, ipsius Cyri M. adhortatione aut visione ad eum honorandum videtur Franciscus fuisse impulsus (*b*). Est autem Petrus biographus non ignobilis; quare et sanctæ Julianæ, Coronatorum quatuor, et sanctæ Catharinæ passiones ab eo scriptas in eodem codice vidi, quarum tamen nonnisi prologos dedi, qui aliqua se commendant eruditione, auctorisque ætatem declarant.

NOTÆ.

(*b*) Vide ejusdem sancti Francisci Vitam auctore Longaro Oddo, lib. II, 4.

SANCTI SOPHRONII HIEROSOLYMORUM PATRIARCHÆ

VITA EX VARIIS COLLECTA.

(Bollandist. *Acta sanct. Mart.* t. II, p. 65.)

CAPUT I.

Communia cum magistro suo Joanne Moscho studia Alexandriæ; unde Prati spiritualis auctor dictus.

1. Sophronium, Hierosolymitanæ Ecclesiæ episcopum sexagesimum secundum, ex civitate Damasco, multiplici eruditione, divinarum Litterarum scientia et pietate insignem natum esse, asserit Græcorum *Menologium* hoc die: assentiuntur et Meneæ: a quibus parentum nomina proferuntur, quæ patri Plintas, matri Myro fuere. Sacrarum doctrinarum studium in eo ingens fuisse, nec minorem studio peritiam posterioris vitæ Acta luculenter probant: dialecticarum quoque præceptionum atque rhetoricæ artis professionem in adolescentiori, et necdum monasticam vitam professo, indicat honorifica Sophistæ appellatio; sub qua ejus nomini Pratum spirituale inscribit Joannes Moschus: siquidem Sophronius Joannis discipulus sociusque A hic est, de quo agimus. Esse autem maxima cum probabilitate creditur S. Joanni Damasceno, τὸ Λειμωνάριον τοῦ ἁγίου Πατρὸς ἡμῶν Σωφρονίου ἀρχιεπισκόπου Ἱεροσολύμων citanti ac producenti, in fine libri quem pro imaginibus conscripsit, altero duntaxat a morte Sophronii sæculo, eadem autem in Palæstina vivens.

2. At qua ratione, qui Joannis Moschi certo esse cognoscitur tam ex Photio vol. 199 quam ipsa prologi ad Sophronium inscriptione; Sophronio ipsi tribuitur a Damasceno, necnon a Nicæna secunda synodo ad sacrarum imaginum cultum restituendum, non multo postquam Damascenus scripserat, celebrata? In hujus enim actione 4, suggerente Eustachio, hegumeno mansionis Maximi, B Stephanus monachus e Limonario Patris nostri Sophronii legit ad verbum ea, quæ cap. 45 *Prati*, ut diximus, *spiritualis* continentur. Respondet Aloy-

Digitized by Google

sius Lipomannus, Veronensis episcopus, cujus studio præclarum illud opus ex Hieronymi Camaldulensis versione primum Latinis typis subjectum fuit : « Sophronio his de causis attribui ; vel quia ad ipsum per charissimum socium inscribitur ; quemadmodum et rhetorica Ciceronis ad Herennium, et ejusdem ad Atticum epistolæ, ad Herennium et ad Atticum libri appellantur : sic Sophronii liber hic dicatur, quia ad Sophronium dirigitur : atque ex eo maxime, quod ad usum illius in primis conscriptus est. Namque auctor ipse in epistola, quam libro præmittit, fatetur se ex hoc Prato coronam Sophronio contexuisse, ac per eum aliis deinceps obtulisse. »

3. Seu quia in hoc libro dicta et gesta ipsius Sophronii pro majori parte continentur : nam is totius itineris libri hujus auctoris fuit individuus comes ; et quæcunque ambobus ambulantibus occurrerunt, vel quærentibus responderi contigit, diligentissime descripta sunt. Quare etiam hæc verba sæpissime iterata videbis : Venimus ego et dominus meus Sophronius sophista ad abbatem talem, etc. Et ideo semper etiam plurali locutione utitur, dicens : Perreximus, accessimus, vidimus, narravit nobis senex monasterii dux. Per quæ omnia conspici datur, scriptorem nunquam solum fuisse in his quæ narrat perquirendis. Sicut ergo Platonis Phædrus, Timæus, Gorgias, et Parmenides, et Tullii liber de senectute Cato Major inscribuntur a personis, quæ ibi colloquentes et disputantes inducuntur ; quid obstabit huic libro, quin Sophronii dicatur ; cum in eo is ambulans, visitans, operans, interrogans et respondens ubique fere asseratur ? Aut demum ex illa causa Sophronio ascribitur, quoniam una cum Joanne prædicto conscriptor, ut ita dicam, forte ejusdem libri fuit. Lege hujus voluminis caput 77 et in ejus principio ita scriptum reperies : « Ego et dominus meus Sophronius perreximus ad philosophi Stephani domum doctrinæ gratia ; » etc. Deinde in fine ejusdem capitis hoc modo scriptum legitur : « Ista cum audivimus, innuit mihi dominus meus Sophronius, et recessimus, et dixit mihi : Vere, Abba Joannes, hodie nihil ultra studeamus ; satis enim ædificati sumus. » Hæc ergo scripsimus, ut et vos pariter ædificemini.

4. « Una ergo ex his rationibus, seu potius omnibus simul accedentibus, jure meritoque liber iste Sophronii nomine inscriptus videtur ; » quibus Lipomanni rationibus hæc quoque adjungatur si placet : quod Sophronii opera vulgari liber ac celebrari primum cœperit, quem ipse a magistro Romæ, ubi perfectus demum est, moriente, velut testamento acceptum, una cum defuncti cadavere in Palæstinam attulerat, quemadmodum paulo post videbimus. Quod tamen pro secunda ratione assumit Aloysius, fuisse Sophronium individuum auctoris comitem, id post ea intelligendum est tempora, quibus hic illi sese in Ægypto conjunxit : nam credibile non est omnibus iis quæ in Palæstina Syriaque narrata fuere, audiendis (quamvis comites adfuisse indicet Joannes pluraliter loquens), comitem semper habuisse Sophronium qui necdum monasticæ professionis voluntatem susceperat, et nusquam in iis nominatur. Dicunt quidem Græcorum Menæa quod « ad Magni Theodosii cœnobium se conferens, ibi in quiete et silentio divinarum Litterarum meditatione roborarit animum : et præterea (cum majori adhuc studio discendæ philosophiæ arderet) Alexandriam navigarit ; » verum perturbatis rebus temporibusque, in eo elogio memorantur plura ; et quod a viro factum mox constabit, adolescenti tribuitur, siquidem de suscepto habitu monastico intelligere Menæa volumus : nam alioqui sciendi proficiendique avidum adolescentem patriæ suæ vicina monasteria non infrequenter adiisse, ipsumque illud S. Theodosii, et in eo jam tum famosum Joannem, Limonarii postea auctorem cognovisse, colligitur ex hoc initio capitis 91 : « Narravit nobis venerabilis Pater noster abbas Gregorius archimandrita monasterii S. P. N. Theodosii, mihi scilicet et fratri Sophronio Sophistæ. »

5. Ubi quod eum appellet fratrem, haud aliter potest accipi quam per anticipationem quamdam ejus vocis, qua inter se utebantur Romæ, cum ista scriberentur : alias Dominum appellat capite 69. « Perreximus una ergo et dominus Sophronius, priusquam sæculo renuntiaret, in Alexandriam ad abbatem Palladium. » Et expressius cap. 77 supra citato, et cap. 110 : « Assumpsi, inquiens, dominum meum Sophronium, et perreximus in monasterium, quod ab Alexandria decem et octo passuum millibus distat, ad senem quemdam magnæ virtutis, Ægyptium genere, dixique seni : Dic nobis verbum, Pater, quomodo debemus simul habitare : quia dominus Sophista voluntatem sæculo renuntiandi habet. Ait senex : Bene facis, fili, renuntians sæculo, salvansque animam tuam ; sedete igitur in cella, ubi vultis, sobrie et vigilanter, quietem ac silentium servantes, et sine intermissione orantes. »

6. His porro aliisque similibus monitis excitatum Sophronium credo monasticum habitum assumpsisse : atque huc spectare, quod de versione eidem oblata per viam legitur cap. 102. « Cum interrogatus esset abbas Sophronius Sophista, frater meus, assistebamus prope illum ego et abbas Joannes Scholasticus, et abbas Quiricus et alii quidam ex Patribus, dixitque nobis : Pergebam modo in via et ante me adolescentulæ choream agebant, tripudiabantque dicentes : Bene veniat Sophronius : coronatus est Sophronius. » An autem deinceps quoties Limonarii auctor in plurali dicit : « ivimus, perreximus, » etc., intelligi debeat Sophronius adfuisse, etiamsi hoc non exprimatur, ambigi merito potest ; nec enim de nihilo esse videtur quod cap. 262 tam clare hoc

Digitized by Google

addat: « Vidimus abbatem Theodorum Pentapolitanum (erat autem nobiscum Sophista Sophronius) et interrogavimus eum, » etc.

7. Atque ex his, historiæ elucidandæ causa hic prolatis, alterum quoque intelligi potest: videlicet, quale studium fuerit, cujus in utroque cupiditas par tam arcta illos inter se necessitudine copularit: hoc agebant nempe ut ex iis, quæ ubique videdant audiebantque, selectiores, ut sic loquar, flosculos carperent, et in illud quod meditabantur pratum transferrent, ad suum aliorumque profectum: cujus rei exempla possent ex nominato libro proferri varia: unum hic pro omnibus est, quod capite undecimo reperitur, his verbis: « Ego et sodalis meus Sophronius cum in Alexandria essemus, die quadam perreximus ad Theodosii ecclesiam, obviumque in via habuimus in vico virum quemdam calvum, indutum sacco usque ad genua: videbatur autem quasi fatuus et amens. Dixit igitur mihi abbas Sophronius: Da mihi nummos, et videbis virtutem venientis. Dedi ego illi quinque nummos; qui acceptos dedit illi, qui videbatur ut amens: accepit autem eos ille, nihil omnino loquens: nos autem clam illum secuti sumus e vestigio: ille vero cum flexisset a via, extendit in cœlum manum suam dexteram habentem nummos, et post hæc postravit se coram Deo, positisque in terra nummis abiit. »

8. Circuibant nempe tanquam apes argumentosæ æque discipulus atque magister: et in spirituales favos junctim referebant quæ collegerant. Eoque alludit pars illa hymni a Græcis soliti hoc die decantari, cujus initiales litteræ hunc versum constituunt:

Σωφροσύνης μέλπω τὸν ἐπώνυμον, αἴσιμα ῥέζων·

Sapientiæ nomen ferentem cano, quod æquum est [*faciens:*

hujus, inquam, hymni versus a fine decimus tertius huc alludit, cum dixit: Ὅλος ἀνάθημα Θεὸς τὰς τῶν ἀσκητῶν φυτουργίας περιπτάμενος, σοφὲ, λειμῶνα τὸν σὸν κατεφύτευσας, ἀρετῶν ἐμμελέτημα τῷ Θεῷ τῷ ἐν ὑψίστοις καθιερώσας. « Totus Deo devotus, ascetarum circumvolitans plantationes, limona, id est, pratum tuum consevisti, studiosam exercitationem virtutum Deo, qui est in altissimis, offerens: » Ut hic Limonarii opus Sophronio non obscure tribuatur, tanquam alteri illius auctori.

9. Primi porro auctoris elogium (quod bona ex parte Photius Bibliothecæ suæ inseruit, integreque ex MS. codice Vaticano antiquo a Francisco Olivarii Latine redditum, Heribertus noster Rosweydus edidit inter vitas Patrum) hic juvat proferre; quoniam ad res discipuli illustrandas non parum conducere videtur, ut ejus magistri historia cognita ex parte aliqua habeatur. Sic igitur habet: « Conscriptus est hic liber Prati, seu Vitæ sanctorum ac virtute præditorum Deoque placentium Patrum, qui in ipso continentur, reliquæque perutiles ani- A mæ narrationes, ac scite dicta sacrorum justorum, Christique amantium Patrum et Fratrum, a Joanne sanctæ memoriæ presbytero, et monacho cognomento Moscho: qui principio quidem sæculo renuntiavit in monasterio sancti Patris nostri Theodosii, abbatis et archimandritæ omnium, quæ sunt Hierosolymis, cœnobiorum sive monasteriorum: cum autem in deserto ad sanctum Jordanem non exiguo tempore versatus esset cum sanctis Patribus, qui illic degunt, eorumque virtutes collegisset, eas huic operi inseruit. Cumque habitaret in Novo, quod dicitur, monasterio, quod a sancto et magno Patre nostro Saba ejusque discipulis constructum ad hoc usque tempus permanet, audiens qua tyrannide Persæ Romanos oppressissent, occasione cædis Mauritii imperatoris ejusque liberorum, a Novo monasterio secedens, perrexit ad partes Antiochiæ magnæ. »

10. « Atque inde rursus, cum prævalere gentem videret, Alexandriam se contulit; et tota quæ circa illam est solitudine peragrata (fuerat enim jam a principio imperii Tiberii missus in Ægyptum ad ministerium obeundum) et usque ad Oasim, proximamque illi solitudinem perveniens; postquam eos qui illic erant Patres invisit, atque inde rursus audivit sancta loca fuisse occupata, et Romanos metu correptos; Alexandria relicta, ad magnam Romanorum urbem navigio appulit una cum charissimo discipulo suo Sophronio. Dum autem essent in itinere, diversas insulas lustrarunt. Tali vero donatus a Domino gratia fuit vir beatus, ut si quid de vita rebusque gestis virtute insignium virorum audisset vel vidisset, id scriptis mandaret: quo factum est, ut et Romæ cum esset, idem consilium sit exsecutus. » Hactenus elogium, cujus pars altera propius Sophronii vitam attingens sequenti paragrapho proferetur. Hic tantum observo Tiberium, quo regnare incipiente, visendi Ægypti occasionem Moschus habuit, æræ Christianæ anno 579 exeunte, imperii habenas suscepisse: Mauritium autem, cujus mortem secutæ clades eidem Moscho necessitatem attulere Palæstinæ deserendæ, ex vita sublatum circa finem anni 602.

11. Quod autem Antiochiam discedens socium Sophronium duxerit, atque adeo testem habuerit multorum, quæ visa a se auditaque scribit a Patribus circa Antiochiam degentibus; ab eoque adhuc sæculari sumptibus ad iter necessariis adjutus sit, suspicari possumus, affirmare nequaquam; cum Menæa dicant ipsum Alexandriæ inventum a Sophronio: quod tamen magnam apud nos vim non habet propter alios in isto elogio, quod ex Menæis inferius subjiciemus, parachronismos: aliud autem nullum in contrarium est argumentum: neque ratio ulla temporum repugnat, quominus jam tum Moscho potuerit adhærere: nam si annos saltem sexaginta vixisse Sophronium concedas, fuit ille, moriente Mauritio, viginti trium amplius annorum:

Digitized by Google

quæ sane ætas itinerum studiorumque laboribus maxime est opportuna.

CAPUT II.

Sanctorum Cyri et Joannis miracula scribit, sancto Joanni Eleemosynario familiaris; Romam abit; redit in Palæstinam.

12. Omissis igitur conjecturis, hoc certi habemus ex præcedentibus, Moschi contubernio usum esse Sophronium in Ægypto, primum quidem sæcularem, deinde monachum: item utrumque simul obiisse regionis illius monasteria, atque in ipsa usque deserta penetrasse: quid autem Alexandriæ speciatim egerit Sophronius, partim ex argumento *Prati spiritualis* liquet, maxime ex capitibus præcitatis 77, 110, 111 aliisque: partim ex D. Joannis Eleemosynarii Vita, insignique de SS. Cyro et Joanne volumine, ibidem per Sophronium scripto; quod ad XXXI Januarii, quo die sancti isti coluntur, frustra desideratum, et periisse creditum, feliciter reperimus in Romano itinere nostro, et quidem utraque lingua, servamusque ingentis thesauri vice suo tempore proferendum, cum supplementum operi semper crescenti non contemnendum adjiciemus: illius autem scribendi occasionem et præscriptionem comitata sunt mirabilia, ex protheoria seu præfatione cognosce:

13. Propter ægritudinem oculorum ad Cyrum et Joannem martyres accurrentes apud eorum basilicam morabamur, miraculorum exundantiam intuentes, hæc memorantia scripta volebamus legere, quæ nos martyrum certamen instruerent, quæve de præcedentibus miraculis prædicarent: nihilque invenientes quæ diximus, nisi tantum duos breves sermones magni Cyrilli, qui propugnator et præco exstitit veritatis, ad zelum sumus intolerabilem excitati. Si pagani quippe falsa conscribentes, cum nihil verum nec fabulis liberum dicant, tot libros super dæmoniis conscripserint: nos ad instar quadrupedum, secundum amicos justi Job, tacebimus tanta ac talia veritatis, quæ Christus Deus noster est, opera magnifica contuentes per veros famulos ejus effecta?... idcirco et nos flagrantiori zelo ferventes ad confessionem sanctorum cucurrimus pie procidentes in faciem, totoque animo devoventes, ut si nobis concesserint visionis officium, de certamine eorum, quæque ab eis fiunt, eorum miracula conscriberemus, divina gratia cooperante nobis...,

14. Unde assurgentes, et apud nos postmodum recollecti; hinc quidem martyrum celsitudinem spectabamus, et miraculorum quæ fiebant multitudinem cernebamus, inde imbecillitatem nostram. .. unde recusare hanc, quæ in votis Deo et martyribus ejus a nobis promissa est, redemptionis oblationem voluimus: sed hæc nos agere volentes Salomon coercebat, dicens: « Juxta quod vovisti Deo, votum tuum ne tardaveris exsolvere. » .... His igitur viris obstrictus, interdum quidem scribere propter priora perterritus, interdum non scribere propter sequentia contremiscens, et quid agerem nesciens, atque ad eosdem martyres confugiens, quid agendum esset ab eorum sanctimonia deposcebam. Illi vero affectus suscipientes propositum, scribere præcepere, præsidium et consilium suum conferre pollicentes. Multoties itaque scribentibus nobis apparuere, quod repromiserant adimplentes: nunc quidem atramentum et calamum porrigentes, nunc vero quaternionem sumentes, et quæ nos fefellerant corrigentes: interdum, utpote narrationibus gaudentes, vultus hilaritate monstrabant ea se cum delectatione discutere: quod et nos sæpius patimur, dum lætis oculis pervenerimus ad loca gratiam relationis habentia. Millies quippe nobis, dum in aliis occuparemur, conquesti sunt, et tanquam negligentem increpavere, dicentes: Quousque non perficis veritatem? hæc de scriptura et laude sui nominis defendentes: quæ omnia si scribere velimus, eos qui lecturi sunt onerabimus. Sufficit autem per hæc modo, sæpius nobis ab eis collatum præsidium, dum scriberemus, astruere; Deumque atque eos testes veritatis, quæ in his est, habentes.

15. In primis ergo horum martyriale certamen conscripsimus, et quod in templo sint venerabilis Marci depositi, et quomodo demum in ædem Evangelistarum sunt deinde transpositi: horum occasiones et semina ex vocibus sancti Cyrilli colligentes. Post quæ, has septem decadas miraculorum conscripsimus; millia decadum multarum habentes describere; si utique nos dicere possemus, audire vero, qui hæc lecturi sunt, valuissent.... et harum quidem septem decadum tres primariæ ea, quæ post martyriale certamen sepulturamque et translationem gesta sunt, continent; sed et quartæ dimidium Cyri et Joannis, quæ in Alexandrinis factæ sunt virtutes, enumerat; quartæ vero residuum et decas quinta ea, quæ in Ægyptiis et Lybicis acta sunt, prædicant; sexta autem et septima beneficia, quæ advenis concessa sunt, intimant.... Nos autem non ignoramus quod sacris miraculorum narrationibus mollis stylus magis congruat et solutus: sed nos hunc relinquentes, extensum suscepimus, ut per hunc concitum sanctorum fervorem et ad curas egentibus conferendas, designemus instantiam. »

16. Hæc ibi atque alia plura, brevitatis causa hic prætermissa, punctique signata: in ipso vero de laudibus dictorum sanctorum sermone, qualis fuerit oculorum infirmitas et quomodo ab ea curatus sit, clarius sic exponit: « Nos quippe oculis infirmati, nos Salvator totius corporis appellavit lucernam.... et cæcitatem afferre infirmitatem hanc a medicis audientes, quorum alii quidem vitium hoc effusionem, alii vero platycorian, seu pupillæ dilationem nominabant; ad nos bene operantes sanctos, Cyrum scilicet et Joannem, profecti sumus, omnem nostram vivendi spem in divinitus illis data gratia suspendentes, et humanum

Digitized by Google

auxilium, tanquam infirmum et contra passionem minus validum, repellentes : at illi fidem admittentes.... celerem præbuere sanitatem languoris, et de futuris, quod hinc nihil essemus passuri, quæ Asclepiadæ nos passuros dixere, certos reddidere : Homericam nostram cæcitatem per visiones et ænigmata, ut illis gratum est effugantes. »

17. Sed hæc privata Sophronii studia fuere, quæ nemo mirabitur alienis sæpe occupationibus fuisse interrupta : qui modo legerit quanto, tam ipse quam ejus magister Joannes, in pretio fuerint apud sanctum Joannem Eleemosynarium, Alexandrinæ urbis archiepiscopum : et quanta publicarum curarum pars ad eos pertinuerit. De quibus hæc Leontius num. 60, in Vita a nobis edita ad 23 Januarii. « Misit ei Deus viros sapientes et semper memorandos, Joannem et Sophronium : consiliarii enim erant veraciter boni, quibus et tanquam patribus indiscrete obediebat, et gratias agebat tanquam constantibus maxime et viriliter agentibus militibus pro pietate religionis. Etenim sancti Spiritus virtute freti, cum Severianitis ac cæteris circa regionem nostram existentibus immundis hæreticis sapientia sua ac disputationibus pugnas habentes et conflictum, multa quidem castella pluresque ecclesias, similiter et monasteria ab ore talium bestiarum, tanquam boni pastores, evellere studuerunt : propter quod et maxime plurimum honorabat sanctos hos ille vere sanctissimus. »

18. Imo domesticos illos videtur habuisse : ita familiariter in Vita per Metaphrasten conscripta num. 9, eum sub vesperam domi suæ mœstum interrogat, quod alius audebat nemo, « divinus qui aderat Sophronius : Quid est, inquiens, o vir divine, quod te afficit molestia?... Ille autem miti et leni voce : Hodie, inquit, miserandus Joannes non ab aliquo ullam accepit mercedem, neque illum vel minimum piaculum potuit offerre Christo pro multis et magnis suis delictis.... Cum itaque sacrosanctus intellexisset Sophronius, quid sibi vellet, quod ab eo dictum fuerat : Te potius, inquit, lætari oportet et non tristitia affici, o beatissime domine, quod tibi commissum gregem feceris vivere in tanta pace, ut nullus de re aliqua cum vicino habeat controversiam : sed tanquam angeli aliqui absque ulla lite et contentione homines vivant in terra. »

19. Quem igitur habuit in hierarchico munere ministrum probatissimum, et suarum virtutum arcanorumque conscium dum viveret, eumdem etiam habuit a funere laudatorem : « In ejus enim (ut testantur Menæa) beata pace sopiti mortem hic Sophronius de immenso ipsius eleemosynarum thesauro excellentissimaque virtute funebrem laudationem scripsit, ipseque multis lacrymis obitum ejus est prosecutus. » Hujus laudationis Leontius meminit num. 2 : « Jam quidem, inquit, et alii ante nos de hoc admirabili viro et summo sacerdote Joanne philosophati sunt, potentes exsistentes in opere et in sermone. Dico enim Joannem et Sophronium Dei cultores, et amatores virtutum, et pietatis propugnatores : attamen quamvis tales essent, de dignitate et merito viri istius multa omiserunt..., deinde vero, quia sapientes et potentes in opere et sermone, amatores historiæ erant, sapienter et sublimiter materiam depinxerunt. »

20. Prius tamen, quam emigraret e vivis antistes sanctissimus, Alexandriam reduces Joannes atque Sophronius, peragrata interiori Ægypto, invenere turbata omnia : « Dum Persæ Jordanis loca, Palæstinam et sanctam civitatem armorum vi subegerunt. Capto vero Hierosolymorum patriarcha Zacharia, pretioso etiam et vivifico Crucis ligno locis illis erepto, captivorum hominum multitudinem innumeram in Persidem abduxerunt » et universam populati sunt Syriam. « Qui autem eorum manus effugere potuerunt (ut ex Metaphraste describit Baronius, quamvis auctores confundens Leontium nominet) et laici, tam ii, qui magistratum gerebant quam privati ; et clerici cum episcopis confugerant Alexandriam. » Sed nec illic diu tutis esse licuit : anno enim sequenti Persæ Ægyptum, Alexandriam, et Libyam ad usque fines Æthiopiæ subegerunt. Id, futurum Joannes Moschus prævideRat : ergo cum Sophronio cæterisque discipulis navim conscendens Romam navigat, et in Cyprum quidem una cum Joanne patriarcha recepisse se, eoque defuncto, per Ciliciam aliosque Asiæ tractus, qui in Limonario memorantur, Samumque, et Archipelagi insulas, demum in Italiam pervenisse facile crederem, si quod pro ea opinione argumentum offeretur.

21. Nunc autem in alto auctorum silentio divinare non licet : quod tamen inter tam multa, quæ in Cypro facta auditaque narrat Moschus, nulla sit mentio discessus ab Alexandria in comitatu patriarchæ, non me commovet : video enim, quod toto illo opere ne semel quidem Joannes patriarcha nominetur : ideo fortassis, quod quæcunque de eo commemoranda noverant Moschus et Sophronius, retulerint in Vitam ejus a se conscriptam Romæ : quod si ab hac diversa fuit Laudatio funebris per Sophronium, eamque constaret in exsequiis dictam, tum vero certum pene foret simul cum episcopo in Cypro adfuisse Sophronium. Verum de his nihil liquet. Fortassis etiam Limonarii opus non integrum ad nos pervenit ; sed bona parte mutilum : nam ut Photius ait : « Non eumdem narrationum numerum servatum in omnibus libris deprehendas : cum in quibusdam ad duo et quadraginta supra trecentas sese extendant (hodie autem solum novemdecim supra ducenta capita numerantur), idque vel ex capitum quorumdam divisione, vel certe aliorum interjectione adaucto numero. »

22. In exitu erat papæ Deus-dedit pontificatus, vel Bonifacii Vinchoatus, quando Romam cum suis

Digitized by Google

Joannes appulit, ubi credibile est, non infructuosam tantorum virorum fuisse præsentiam, ut de gliscentibus repullulantibusque in dies per Orientem hæresibus Romana sedes plenius informaretur: quas Sophronii præcipue partes fuisse existimo; nam devexa magistri senectus quietem potius postulabat: qui interim, ne posteritati esset inutile senile otium suum, ex omnibus quæ viderat, audierat, adnotarat ad ædificationem profutura, Limonarium seu *Pratum spirituale* conscripsit, cum « suæ ad Deum migrationis tempus prævidisset, » inquit Elogii superius prolati auctore, quod in hunc modum prosequitur: « Non tamen juxta ordinem eorum, quæ audita vel spectata a se fuerant; sed ut paria erant inter se, tam quæ audita quam quæ spectata fuerant, sibi invicem copulata scriptis mandavit. Cum autem ab his terrestribus secessurus esset tumultibus, atque ad tranquillam et quietam vitam transiturus, advocato charissimo suo discipulo librum hunc ei tradidit, quo sanctorum Patrum Vitæ ac res gestæ Deo acceptæ continentur: eique mandavit, ut reliquias suas ne Romæ relinqueret, sed arca lignea inclusas ad montem Sinæum transferre conaretur, quantum in eo situm esset, ut cum sanctis, qui illic sunt, Patribus deponerentur. Quod si quem exoriri barbaricum tumultum accideret, quo id fieri prohiberetur: in monasterio S. Theodosii, in quo ab initio sæculo nuntium remiserat, ipsas deponi. »

23. Hoc igitur implere mandatum cum studeret charissimus discipulus, assumpto secum Joanne cum suis discipulis (erant quippe duodecim numero) magnum Joseph imitatus est, qui cum fratribus suis Israelem sumens ex Ægypto transtulit ad patres suos, quemadmodum ipsi fuerat a genitore mandatum. Cum autem ille Ascalonem appulisset, et fieri non posse didicisset, ut ad sanctum montem Sina perveniret, propter tyrannicas incursiones eorum, qui vocantur Agareni; assumptis B. Joannis reliquiis, initio octavæ indictionis Hierosolymam venit; et invento antistite magni monasterii sancti Patris nostri Theodosii Georgio presbytero, postquam illi cuncta renuntiavit, quæ fuerant a sene præcepta, cum illis Fratribus monasterii, qui tum inventi in urbe fuerunt, et monachis, qui cum ipso degebant, B. Joannem devexerunt: et sicut jusserat, in S. Theodosii cœmeterio deposuit, una cum sanctis Patribus qui illic jacent, reliquumque vitæ suæ tempus in eodem cœnobio transegit. » Hactenus præfixum *Prato spirituali* elogium, cujus postrema verba, nisi alium a Sophronio Hierosolymitano Moschi socium fuisse velimus credere (contra totius pene Græcæ antiquitatis consensum, quem sequitur auctor Menæorum), necesse est benignius interpretemur de longe maxima vitæ reliquæ parte, cujus tredecim omnino anni in cœnobio acti sint; tres autem duntaxat in patriarchatu.

24. Annum reversionis significat octavæ indictionis character vicesimum supra sexcentesimum fuisse; quod sane admiratione non caret: cum non minus de hoc quam sequenti anno credibile sit verum fuisse, quod ait Theophanes ad annum Heraclii 11, Chrosroem dominationis suæ jugum omnibus intolerabile per crebras cædes atque vectigalia fecisse. Ad annos porro in monasterio traductos a Sophronio potius quam ad breve tempus episcopatus, pleraque illius, quæ nunc periisse dolemus, opera existimo pertinere: necnon sanctorum Vitas: si quidem præter taxatas hactenus, scripsit aliquas: prout S. Mariæ Ægyptiacæ Vitam, quæ nunc in manibus est ab eo descriptam Nicephorus Callistus auctor est, *Historiæ eccles.* lib. 17, cap. 5; idemque de Anastasii Persæ Vita suspicatur ad annum 622 eminentissimus Baronius: quam utramque talem esse fatemur, ut nihil contineat, unde Sophronii esse vel non esse certo possit negari vel affirmari: multum alioqui diversus est stylus ab eo, quo SS. Cyri et Joannis laudationem atque miracula descripta per eumdem auctorem gaudemus nos reperisse, et quidem indubitata.

CAPUT III.

Patriarchatus Sophronii et certamina adversus Monothelitas.

25. Gemebat interim sub immani Persarum servitute captiva Hierosolyma et cum ea Syria universa, donec injurias suas ulciscens Deus, blasphemum Chosroem ter prælio victum, per parricidales filii Sirois manus vita simul et regno expulit; redditisque utrinque captivis pax inter Heraclium Siroemque coaluit, anno Christianæ æræ 628, captivi Zachariæ locum implente Modesto cum vicarii nomine (episcopum quidam minus recte scribunt statim ab urbe capta) monasterii Theodosiani abbate, qui difficillimo tempore afflictissimæ diœcesos curas sustinens monachorum regimen transtulerat in Georgium: quamvis illi ex cœnobio, ut ea ferebant tempora, nec murato, nec adversus quotidianas Persarum infestationes ulla ex parte tuto, intra urbem se receperant: quæ Sophronio Roma revertenti cum magistri corpore ejusque sociis causa fuit veniendi Hierosolymam, et, ut mihi quidem videtur, ibidem remanendi usque ad conclusam pacem; quando licuit monachis ad veteres sedes aut potius vetustarum sedium ruinas remigrare, et episcopatui suo restitutus Zacharias est ab Heraclio imperatore, salutiferæ crucis lignum ad suum locum referente.

26. Hæc anno 629 contigere, quando etiam existimo Sophronium, ex Zachariæ pontificis, vicariique Modesti mandato, sacris codicibus restituendis, in ordine ad divinum Officium toto Hierosolymitano patriarchatu prisco more decoreque concinendum, intendisse: id enim ex Simeonis Thessalonicensis verbis constat, citatis a Leone

Digitized by Google

Allatio dissert. 1 de libris Græcorum, pag. 7, qui eum auctorem hactenus ineditum, et ante sexcentos annos clarum, in dialogo contra hæreses sic loquentem inducit. « Ordinatior et suavior.... ex Hierosolymitano monasterii S. Sabæ typico ordo præscribitur, qui etiam ab uno eoque solo perfici potest.... et absque cantu.... Etenim S. P. N. Saba eum ordinem præscripsit a sanctis Euthymio et Theoctisto acceptum : hi porro a majoribus et homologeta Charitone desumpserunt. Sacri vero Sabæ constitutionem, ut audivimus, locis illis irruptione Barbarorum vastatis deperditam, Sophronius sanctæ civitatis patriarcha studio laboreque restituit : et post eum rursus... Joannes Damascenus renovavit, scriptoque demandatam tradidit : » quia scilicet Saraceni fidem Sophronio datam non servantes, simul et sancto patriarchæ, sancta a canibus conculcata videre non sustinenti, vivendi finem ex mœrore attulerant ; et libris quoque ac rebus omnibus sacris vastitatem maximam, primo barbaricæ irruptionis impetu : nam postea, constabilito in Syria ac Palæstina Saracenorum imperio, egere modestius et facile Damasceno fuit deperdita instaurare. Et hæc quidem diu in sola Hierosolymitana Ecclesia fuere usurpata : nunc autem postquam exstincta propemodum est Orientalis Ecclesia, sub imperio Turcarum, « reliquis aliarum Ecclesiarum ritibus ob mutescentibus, inquit Allatius, ille qui S. Sabæ fuisse dicitur, uti melius et rebus accommodatior, ideoque plausibilior apud Græcos invaluit : quo non tantum qui S. Sabæ regulis nomina dedere, sed cæteri etiam aliorum Ordinum sectatores, et sacerdotes in sæculo vitam agentes, et quod maximum est, universa fere Græcia ad recitanda divina officia diriguntur. »

27. Anno 630 imperatorem adhuc Hierapoli morantem convenit Athanasius, Jacobitarum patriarcha, et simulans Chalcedonensem se admittere synodum, duas in Christo naturas profitendo, vafra sua interrogatione circumvenit quærens unicave an gemina in Christo operatio atque voluntas dicenda foret : incautumque in Monothelitarum protraxit hæresim, cujus incendium totum fere orientale conflagravit imperium : ne autem deflagraret, Sophronii potissimum opera factum, catholici omnes scriptores agnoscunt. Ipse enim tectos primus dolos aperuit, latebrasque quærentem hæresim in lucem protraxit, prout ad hunc annum quo perniciosam scintillam in animum Heraclii Athanasius injecit, refert Theophanes, totam Monothelicæ flammæ historiam sub unum hic aspectum ponens, et quæ annis pluribus quam quinquaginta gesta sunt, usque ad 682 scilicet, continua narratione pertexens ; ut nemo existimare debeat ex mente Theophanis principium sedentis Hierosolymæ Sophronii ad hunc annum esse referendum, quamvis id dici videatur, quo adjuncte tabulæ chronographicæ Zachariam pontificem exhibent, uti et anno sequenti.

28. Anno autem 632 habemus in iisdem tabulis episcopum ecclesiæ Hierosolymitanæ Modestum : eum qui Zachariæ vicarius antehac fuerat, et duobus annis sedisse indicatur, Hujus quoque antistitis patriarchatus omnino turbulentus fuit novis ex Arabia motibus per Saracenos, contra quos per suos duces pugnans Heraclius, alternante fortuna victus victorque aliquoties, tandem anno 634, substituti in locum mortui Modesti Sophronio, « quasi rebus in desperatis Syria relicta, et venerandis lignis Hierosolyma asportatis, Constantinopolim recessit, » ut inquit ad hunc annum Theophanes. Interim vivente adhuc Modesto, quem ex die cultus sacri eidem in Menæis delati 18 Decembris mortuum suspicamur ; adeoque anno 634 apud Græcos jam a trimestri inchoato : Modesto, inquam, adhuc vivente, Cyrus Alexandrinus patriarcha collegit Alexandriæ synodum mense Maio, ut ex sextæ synodi Actis docemur ; et Monothelitarum hæresi, hactenus clam gliscenti, viam aperuit ; eo simulato prætextu, quod hæreticos omnes in Egypto positos Ecclesiæ catholicæ jungere posset, si duarum voluntatum et operationum voces silentio supprimeret : satis esse dicens, si in Christo tantum theandrica voluntas et operatio diceretur, ex qua duarum in Christo naturarum exacta satis professio ederetur ; eo quod, etsi non voces, res ipsæ tamen expressæ haberentur.

29. « Res visa est, inquit ad hunc annum Baronius, speciem præferens pietatis et charitatis ; si (ut dicebant) absque detrimento catholicæ fidei, voces interdum tacerentur, quibus discordiæ nutrirentur. Verum dolo malo cuncta tunc acta esse, exitus declaravit : » nec fraudulenter agi Sophronium latuit : « Gloriabantur siquidem inde Jacobitæ et Theodosiani, inquit Teophanes, palam jactantes se non quidem cum Chalcedone, ac Chalcedonem secum doctrina communicare : et una quoque admissa, unicam quoque Christi naturam docere. » Itaque agnoscens hæreticorum dolos atque fallacias pacis involucro tectas, scripsit ad Sergium Constantinopolitanum patriarcham ; qui catholicam simulans pietatem, etsi occultum in pectore venenum foveret, orthodoxus ab omnibus habebatur, miroque plausu exceperat missum ad se Alexandrinæ pseudosynodi decretum et unionem aqua male tinctam, ut loquitur Theophanes ; rogans ut illud de unica operatione capitulum synodi Alexandrinæ deberetur : imo et Constantinopolim ea de causa ad eumdem Sergium profectus est, ut ipse Sergius testatur in Epistola ad Honorium papam. Cujus ex sextæ synodi actione 12 hic proferimus verba.

30. « Sophronius venerabilis monachus apud Alexandriam tum temporis positus, cum præfato sanctissimo Papa (Cyrum intelligit) quando, ut diximus, admirabilem illam circa eos, qui dudum hæretici fuerant, Dei beneplacito unitatem componebat ; atque cum eo de iisdem capitulis pertra-

Digitized by Google

ctabat, adversatus est; et contra dixit ad unius operationis capitulum, duas omnino operationes Christi Dei nostri dignum inquiens censeri... Quia igitur per hoc cum litteris ejusdem sanctissimi comministri ad nos conjunxit, de hoc quoque apud nos sermonem movendo insistens, ut de talibus adimeretur capitulis, post factam unitionem, vox unius operationis : durum nos hoc arbitrati sumus : quomodo enim non esset durum et valde onerosum, quando hoc resolvere, evertere erat futuram quidem omnem illam concordiam, quæ bene fuerat effecta, tam apud Alexandrinam civitatem quam per universas sub ea provincias; quæ nullo tempore acquieverant usque nunc, nomen saltem simplex divini atque laudabilis Patris Leonis, aut sancti et magni atque universalis Chalcedonensis concilii mentionem facere. Multis igitur a nobis de hoc motis sermonibus, ad prænominatum venerabilem Sophronium, postremo adhortati eum sumus, testimonia nobis proferre sanctorum ac probabilium Patrum, illorum videlicet, quos omnes communiter doctores confitemur, et quorum dogmata legem sanctæ Dei cognoscunt Ecclesiæ, duas nominatim et ipsis verbis operationes in Christo dicendas tradentia. Ille autem hoc facere penitus non valuit....

31. Hanc igitur contentionem incipientem accendi videntes, necessarium judicavimus attritas potius sanctorum Patrum voces et synodice definitas semper sequi : et neque quæ raro a quibusdam Patribus dicta sunt, et non circa hæc intentionem habentibus, quasi planam et inambiguam de eis doctrinam exponerent, ad regulam et legem per omnia dogmaticam reducere; quale est et quod de una operatione ab eis dictum est : neque iterum quæ nullatenus dicta sunt a probabilibus Patribus, nunc vero ab aliquibus proferuntur, duas, inquam, operationes proferre. Et ad ultimum stetit ac placuit, quatenus prædictus Sophronius venerabilis nullum sermonem de cætero, de una sive duabus operationibus movere debeat : sed ei sufficiat præfata cautaque ac trita sanctorum Patrum recta traditio atque doctrina. His itaque contentus sæpe nominatus venerabilis vir, et hæc custodire certificans, petimus nos etiam per epistolam de his ei præbere responsum; quatenus hujusmodi epistolam (ut ait) ostendat iis, qui forsitan interrogare eum de prædicta quæstione voluerint : quod et alacriter egimus, et ille quidem in his hinc enavigavit. Hactenus Sergius caute ac vafre : qui et sensa sua in sequentibus Romani Pontificis judicio subjicit : et utrique duntaxat parti indicat indicendum silentium : licet obscure innuat primas ac potiores partes eorum esse, qui unicam asserebant operationem in Christo.

32. Sophronius autem quamprimum Constantinopoli rediit in Palæstinam (quod vix ante finem Julii vel etiam Augusti vel Septembris factum possumus arbitrari) et Modestus morte sua vacuam sedem patriarchalem reliquit, ad eamdem evectus est; id quod in supra citata epistola Sergius auditu se didicisse commemorat, necdum autem de ordinatione illius Synodicas litteras suscepisse. Suscepit autem non multo post: nam ut Theophanes ait: « Sophronius Hierosolymorum episcopus institutus, congregatis quibus præerat episcopis, Monotheliticum dogma condemnavit, synodicaque Acta Sergio Constantinopoleos et Joanni » (Honorium voluit dicere : nam Joannes eo nomine Tertius ante annos sexaginta duos vita functus erat, cum forte adhuc puer esset Sophronius : quartus vero nonnisi triennio post Sophronii mortem elapso electus fuit; et tamen hunc calami seu memoriæ lapsum ex Theophane Anastasius bibliothecarius transcripsit, ex Anastasio *Historiæ miscellæ* auctor, ex his aliisque pari errore seductis Baronius in notis ad *Martyrologium:* sed ipse se in *Annalibus* correxit) : Acta, inquam, synodica Sergio Constantinopoleos et Honorio Romæ episcopo transmisit per procuratorem Leontium, Sanctæ Resurrectionis diaconum, et secretarii cancellarium, primumque notarium; eique additum socium Polyeuctum litteras Sophronii deferentes. Quæ quidem litteræ in Actis sextæ synodi integræ recitantur : « in quibus, ut ait Photius, orthodoxam sententiam accurate expendit, et sacrorum dogmatum doctrinam minime vulgarem demonstrat... rogat autem corrigi si quid in epistola vel omissum vel aliter dictum quam par sit. »

33. Nempe de Sergio nihil sinistri adhuc suspicabatur Sophronius, ideoque de novis vocibus silentium optanti sive fuco fallaciisque consentiens, ab eo discesserat, et nunc ad eumdem litteras bona fide mittebat : quod idem et Honorius Pontifex fecerat : atque ad priorem Sergii respondens epistolam : « Litterarum, inquit, ad eumdem Sophronium directarum suscipientes exemplar, et intuentes satis provide circumspecteque fraternitatem vestram scripsisse, laudamus novitatem vocabuli auferentem, quod posset scandalum simplicibus generare : nos enim in quo pervenimus oportet ambulare... confitentes Dominum Jesum Christum operatum divina, media humanitate, Verbo Dei naturaliter unita; eumdemque operatum humana, ineffabiliter atque singulariter assumpta carne discrete, inconfuse atque inconvertibiliter plena divinitate. » Hæc Honorius pacis atque tranquillitatis ecclesiasticæ causa, nec ipse de Sergio quidquam suspicans mali; verum ejus iniquitatem retexit tempus, et synodus œcumenica prædicta multoties condemnavit : Actione autem 13 hoc de Sophronio testimonium Patres congregati tulere : « Pertractavimus autem et Synodica Sophronii venerabilis memoriæ, quondam archiepiscopi sancti Dei Hierosolymorum civitatis, et hæc reperientes cum vera fide convenientia, Apostolicisque et sanctorum atque probabilium Patrum doctrinis paria, utpoteque sunt orthodoxa, recepimus, et ut salubria sanctæ Catholicæ Ecclesiæ

Digitized by Google

susceptimus, et nomen ejus inseri sanctis diptychis sanctarum ecclesiarum justum esse judicavimus. »

CAPUT IV.

Romam mittitur Stephanus a Sophronio : hic urbe a Saracenis capta moritur.

34. Cæterum cum minime quiesceret Cyrus illiusque asseclæ, unam prædicare in Christo voluntatem non amplius indicti a Sergio silentii legibus se teneri Sophronius credidit, eorumque temeritati obviam ire volens, « dedit in duobus libris sexcenta testimonia ad evictionem impietatis eorum et veritatis ostentionem, » ut in concilio Lateranensi sub Martino I pontifice testatus est Stephanus, olim super hisce legatus ad Honorium missus ab ipso Sophronio, qui « Revocare, inquit, minime eos valuit: commovit autem contra se ad insidias et B malignam detractionem; » dum scilicet omnium turbarum in ecclesia per ipsum exsurgentium causam esse clamitant Sophronium; qui (ut Pyrrhus Constantinopolitanus post illius mortem in disputatione cum sancto Maximo ait) « tempore inopportuno sermonem de operationibus excitavit; » a qua calumnia egregie idem Maximus Sophronium vindicavit, ostenditque omnem culpam refundendam in Sergii « mutabilitatem et inconstantiam, in alias alio tempore transeuntis sententias, et nullo sensu permanentis, » dum scilicet vult orthodoxus videri: nec tamen ab ea, quam Heraclio instillaverat, opinione recessisse.

35. Quid autem Sophronius? pergit Stephanus: « Nullo modo propter hoc reveritus est omnino ille, C nec timuit timorem ubi non erat timor: quoniam justus sicut leo, confidit [1]. Zelo autem Dei et fiducia repletus, duxit me indignum et statuit in sanctæ Calvariæ loco, ubi propter nos, ipse qui super nos secundum naturam Deus est, Dominus noster Jesus Christus sponte crucifigi secundum carnem dignatus est; et ibi alligavit me vinculis insolubilibus dicens: Tu dabis rationem ipsi, qui propter nos secundum carnem in hoc sancto loco sponte crucifixus est Deus, quando cum gloria in terribili ejus adventu judicaturus est vivos et mortuos, si distuleris et postposueris fidem ejus periclitantem: licet ego hoc facere corporaliter, ut nosti, propter emersam ex nostris peccatis incursionem Saracenorum præpedior. Quantocius ergo de finibus terræ ad terminos ejus deambula, donec ad apostolicam Sedem, ubi orthodoxorum dogmatum fundamenta exsistunt, pervenias, non semel, non bis, sed multo sæpius; aperiens sacris viris ibidem consistentibus omnia secundum veritatem, quæ in istis partibus mota sunt: et non quiescas instantius expetens atque exorans eos, donec ex apostolica prudentia, quæ in Deo est, ad victoriam judicium perducere debeant, et noviter introductorum dogmatum perfectam faciant secundum canones destructionem.... »

36. Hac sui patriarchæ adjuratione adactus Stephanus, quid egerit passusque sit, pergit in hunc modum synodo explicare: « Igitur in his pertimescens ego atque perterritus, propter impositam mihi terribilem in tremendo ac venerabili loco conjurationem, necnon et creditum mihi ex Dei permissu episcopale ministerium (Dorensis Ecclesiæ videlicet) considerans, sed et supplicationem omnium pene habitantium orientalem tractum reverendissimorum episcoporum, et Christianorum populorum consonanter prædicto beatæ memoriæ Sophronio ad hoc me invitantium, utpote primum Hierosolymitanæ diœceseos (sacerdotali scilicet in officio cum a Sophronio adjuraretur, prout præfatur in principio) non dedi secundum Scripturam somnum oculis meis, et palpebris meis dormitationem, et requiem temporibus meis, quatenus adimplere debuissem ejusmodi desiderabilem jussionem. Sed absque ulla mora propter hoc ipsum tantummodo huc properavi: a quo tempore tertio visus sum vestris apostolicis adesse vestigiis, expetens ac deprecatus, quod ille et omnes libenter postulare noscuntur, hoc est, fidei Christianorum periclitanti manum porrigere.

37. Quod addiscentes contrarii, non levibus me implicuerunt afflictionibus, præceptiones propter me per loca et provincias dirigentes, quatenus comprehendi, et ferris constrictus ad eos deberem destinari, sicut omnes cognoscunt: sed Dominus auxiliatus est mihi, et liberavit me ab omnibus persequentibus me, ad propositum currentem, et ad bravium properantem vestræ apostolicæ sedis. Neque despexit Deus preces cum lacrymis oblatas supplicum suorum, sed excitavit non equidem mediocriter præcessores apostolicosque præsules in commotione, necnon contestatione prædictorum virorum. » Hos apostolicos præsules arbitramur fuisse Severinum, Joannem et Theodorum, quorum primus non modo non suscepit Heraclii imperatoris a Sergio sociisque concinnatam ecthesim, ad quod per Isacium Italiæ exarchum coactum illum esse mendaciter gloriatur Cyrus, in epistola ad Sergium, in concilii Lateranensis secretario 3 producta : sed, ut ibidem ait Martinus, « eam condemnavit et anathematizavit. » — « Joannes, quoque teste Theophane, convocata episcoporum synodo, Monothelitarum sectam inflicto anathemate damnavit; » atque, ut ex S. Maximo docet Baronius, ad annum 640 operam dedit, ut requisitus is qui Honorii primam epistolam scripserat, illius sensum dilucide interpretaretur ad imperatorem Constantem scribens, ut sic ansa tolleretur hæreticis calumniose ventilandi nomen Romani Pontificis, velut pro se facientis. Theodorus denique, qui Pyrrhum, S. Maximi disputatione conversum, benigne exceperat, ejusdem, mox ubi Ravennam appulit, ad vomitum reversi, cætero-

[1] Prov. xxviii, 1.

Digitized by Google

rumque, qui cum eo communicaverant, abdicationem et condemnationem propria manu exaravit; ex vivifico Christi sanguine stillam excutiens in atramentum, idque ad coryphei apostolorum sepulcrum inter missarum solemnia calice afferri jusso, atque in universo ecclesiæ conventu ad id convocato, » ut habemus ex Theophane.

38. Cum autem Paulum æque hæreticum Constans fecisset patriarcham, eique adhærens Joppensis episcopus Sergius (qui patriarchalem auctoritatem jam inde a Persarum recessu, vivente videnteque Sophronio, sæculari potestate nixus arrogarat, et episcopos sibi consentientes sacrilege ordinarat) iisdem adjutoribus mire turbaret subjectas Hierosolymitano patriarchatui ecclesias; tum denuo Orthodoxorum rogatu secunda vice (nam prima ad indictum a Joanne concilium venisse crediderim anno 640) Romam appulit, causaque exposita, loci sacri servator ordinatus a Theodoro papa, de mandato ejus in hæresi pertinaces deposuit, eosque recepit tantum, « qui libellum pœnitentiæ obtulerunt, quorum libellos, » inquit in concilio Lateranensi, « nuper deferens obtuli sacratissimæ præsidenti Sanctitati vestræ, Martino ter beatissimo papæ anno 649 : atque hæ tertiæ vices fuerunt, quibus se dicit Stephanus apostolicis Patrum Romæ congregatorum vestigiis adesse, ex quo tempore fuerat a S. Sophronio adjuratus : atque huc eæ insidiæ pertinent, quas sibi Romam venturo positas, superius est conquestus.

39. Verum hæc ad posteriora pertinent tempora et S. Sophronii mortem secuta, ad illius autem historiam pertinet propius, quod anno 635 Saraceni, cæsis duobus prætoribus, Sacellario et Bahane, quadraginta millia militum ducentibus; splendide triumphantes, Damascum, Sophronii patriam, bene composito exercitu aggressi, eamque potiti sint, et reliqua simul Phœniciæ provincia : in qua cum proprias sedes constituissent, mox in Ægyptum tendunt, et ipsam quoque sibi subjiciunt: sequenti autem anno Umarus in Syriam destinavit Jasdium, et totam Saracenio adjunxit imperio : per se vero expeditionem suscepit in Palæstinam; in qua cum omnia passim oppida præsidiis occuparet; agros vero viasque haberet latrociniis infestas, non potuerunt sanctæ civitatis incolæ diem natalem Domini in Bethleem solita pietate peragere; sed ad eos Saracenorum metu intra urbem conclusos, habuit orationem Sophronius quæ in *magna Patrum Bibliotheca* exstat, et illius temporis calamitates graphice enarrat : nusquam tamen obsidionis vel oppugnationis in ea fit mentio, eoque magis movemur, ut credamus nonnisi post Januarium anni 636 datum esse obsidioni principium, qua per biennium continuata, hoc scilicet anno, et 37 fortassis toto (saltem juxta Græcos annum a Septembri inchoantes) Urbem fide data Umarus obtinuit, ut narrat Theophanes, Umari ingressum, et secutam Sophronii mortem describens his verbis :

40. « Sophronius autem Hierosolymorum antistes fidem ab eo pro totius Palæstinæ incolumitate acceperat. Umarus itaque cilicinis camelorum vestibus, iisque laceris et sordidis opertus, et hypocrisim plane diabolicam pietatis velamine ostentans, sanctam civitatem ingreditur; et mox templum a Salomone constructum, in impietatis et blasphemiæ oratorium illud conversurus, sibi ostendi postulavit. Hunc cum Sophronius vidisset : Hæc est vere, inquit, abominatio desolationis a propheta Daniel prænuntiata, quæ modo stat in loco sancto : multaque simul lacrymarum copia insignis ille pietatis propugnator Christianam gentem deflebat. Intra templi igitur septa dum ille moraretur, precibus apud eum agebat patriarcha, ut acceptam a se sindonem ac vestem indueret : quam cum assumere detrectasset, episcopus vix exoravit, ut ista gestaret, donec solita indumenta lavarentur; et propriis resumptis, statim ista Sophronio restituit.

41. « In ea rerum calamitate Sophronius præclaris verbis et gestis Hierosolymorum Ecclesiam olim amplificans, de Heraclio et Monothelitarum ipsi addictorum pravitatibus et commentis, deque Sergio et Pyrrho confutatis clarissima tropæa referens, defunctus est, » magno utique rei catholicæ detrimento, quæ fortissimum pugilem amisit eo tempore, quo Antiocheno, Alexandrino, Constantinopolitanoque patriarchis una cum Heraclio contra ipsam certantibus, maxime vacillabat : cum Pyrrho tamen necdum patriarcha Sophronio fuit, si qua fuit, contentio : hujus namque annus primus cum 29 Heraclii componitur a Theophane, atque adeo cum anno Christi 639; cum intra paucos ab urbe dedita menses exspiravit Sophronius, mense, ut credimus, Martio anni præcedentis : neque enim Baronio possumus assentiri ad annum Heraclii 15 cœptam obsideri urbem statuenti : nam quod ad annum 26 Heraclii Theophanes susceptam referens in Palæstinam expeditionem, etiam sanctæ civitatis deditionem et Sophronii mortem narret, id non alia facit de causa, quam quod hujus expeditionis historiam noluerit per plures annos distrahere satisque habuerit indicasse, hoc anno sic cœptam obsideri Hierosolymam, ut nonnisi sequenti, id est biennii spatio, capta sit : quo posito omnino consequens est, ut Sophronius (siquidem est Martio mense, eo, quo colitur die, ex hoc sæculo translatus) annum 38 vivendo ingressus sit tribus integris in patriarchatu expletis : quibus additi menses vel hebdomades non multæ eorum quibus ordinatus mortuusque est annorum fortassis vix dimidium annum aut etiam trimestre constituent : namque contra Cyrum post Alexandrinam synodum Sophronius egisse legitur, dum eunt redeuntque nuntii totum fere annum 634 abstulere.

Digitized by Google

42. Hierosolymitanorum patriarcharum catalogus, apud Nicephorum Constantinopolitanum patriarcham, finem accipit in Sophronio: post cujus mortem pastore viduatam remansisse Ecclesiam quidam ex Zonara colligunt, qui sub Constantino Pogonato œcumenici concilii, anno 689 celebrati, principes enumerans, et excusans cur Hierosolymitanus et Alexandrinus patriarchæ non adfuerint, ait: «Neque Alexandria neque Hierosolyma patriarcham habebant a Saracenis occupatæ; » sed ut tunc nulli in iis ecclesiis fuerint: non tamen recte dixeris nullos omnino sub Saracenis fuisse, cum varii in historiis nominentur: qua de re pluribus ad Acta martyrum Sabaitarum 20 Martii, ubi de Elia ejusque successoribus. Quare nihil vetat Theodorum, Theodori pontificis Romani anno 641 electi patrem, sancto Sophronio suffectum credere, quem Florarium sanctorum ms. 15 Kal. Aprilis divis addit his verbis: « Item sancti Theodori Hierosolymorum episcopi, patris sancti Theodori Papæ. » Neque refragantur pontificum Romanorum catalogi, sive in antiquissimis olim Palatinæ, nunc Vaticanæ bibliothecæ membranis, sive apud Anastasium Bibliothecarium; qui simili fere exemplo usus, ita de hoc pontifice scribit: « Theodorus natione Græcus, ex patre Theodoro, episcopo de Hierosolyma, » sive « de civitate Jerusalem, » ut est in præcitatis membranis. Sed nec filium nec patrem alibi reperimus sanctis annumeratos.

42. Celebris autem sancti Sophronii cultus hoc die apud Latinos æque ac Græcos est atque in Martyrologiis Galesinii, Molani secundæ editionis, Baroniique Romano recensetur hoc die: a Græcis autem in Anthologio, Menologio, majoribusque Menæis, ex quibus hoc vitæ compendium damus, quamvis rerum ordine nonnihil perturbato conscriptum, maxime ubi de Hierosolymitano patriarchatu agitur, velut ante captam a Persis sanctam civitatem suscepto, quod, ut jam vidimus, ad ultimos vitæ annos pertinet: commoratio vero Alexandrina cum Joanne Eleemosynario ad mediæ ætatis annos, ut ex hactenus deductis clare liquet.

VITÆ EPITOME.

Ex Mœneis Græcorum.

Sic hominum animæ permanent incorruptæ, sic angeli immortales perseverant, non naturam revera, sicut asserui, incorruptam proprieve immortalem habentes essentiam, sed gratiam a Deo sortiti sunt, quæ immortalitatem largitur, et incorruptionem eis providet. Sed non idcirco quod hominum animæ gratia Dei corruptionem repulerunt, quæ omnibus creaturis naturaliter insidet, ideo et ante corpora eas fuisse suspicabimur, vel ante B hujus visibilis mundi productionem, atque compaginem in sempiterna quadam vita positas arbitrabimur, vitamve habuisse cœlestem asseremus, incarneam seu incorpoream vitam viventes perpetuam in cœlo aliquando non exsistenti, sicut Origenes erroneus constituit, et hujus complices, atque consentanei Didymus, et Evagrius, et reliqua earum fabularum excogitatrix sodalitas; qui quidem non hoc solum errando pronuntiant Paganorum concreti dogmatibus [similia docentes], et Christianorum nobilitatem sordidantes, sed et istorum corporum, quibus nunc sumus amicti, imprudenter perimunt resurrectionem, multa callide balbutientes impiissimis eorum et fabulosis figmentis condigna, quibus ad castigationem suffi- C cit, quod a Paulo ad Corinthios dictum est : « Quod si mortui non resurgunt, neque Christus resurrexit [26], » et reliqua : ita eorum cogitationibus [et ita iam cog.] vanescentibus, illud adjicietur : Ergo vana est fides vestra; annon est pars vobis nostræ adorandæ confessionis, et carnis istius resurrectio? Nam et carnis resurrectionem exquirimur confiteri, ad salutarem baptismum accedentes, juxta quod quidam sapientium contemplatus est, quod cunctum Unigeniti præclaræ insignisque dispensationis præclarum mysterium erat, et negotium, ut imaginem salvet, et carnem immortalem efficiat. Non solum autem in hoc desipientes falluntur, et a recto itinere divagantur (esset nam- D que eorum tanquam in comparatione malorum tolerabilis impietas), sed et alia multa extra apostolicam atque paternam nostram traditionem asseruerunt, paradisi plantationem projicientes, in carne Adam formatum fuisse nolentes, ex eo Evam formatam fuisse vituperantes, serpentis sonitum refutantes, cœlestium officiorum [ordinum] principatus ita quidem principio a Deo creatos fuisse prohibentes, ex condemnatione vero pristina et transgressione eos confingentes. Sicut in unitate autem mentium omnia rationabilia fuisse producta,

[26] II Cor. xv, 16.

VARIÆ LECTIONES.

[26] L. ἄφθαρτον. [27] L. κτιστοῖς φυσικῶς. [28] φήσομεν. [29] καὶ ἄρα ματαία. [30] κεκτῆσθαι.

Digitized by Google

impie simul et fabulose somniantes, super cœlestium aquarum creaturam pessimantes (9), [improbantes], finem esse volentes supplicii et omnium quidem sensibilium omnimodam corruptionem subintroducentes, omnium vero rationabilium, angelorum, hominum, dæmonum restaurationem adstruentes, et iterum in unitatem fabulosam horum differentias profundentes, cum et nihil a nobis differre Christum, quem ipsi delirando perdocent, non quem nos pie prædicamus, gloria seu honore, sive regno sive dominatione dæmoniose scaturiunt, millia quædam proferentes de diabolico cordis eorum et impio thesauro, non una fæculenta subversione tantummodo, sed millibus proximos potantes, et animas hominum mortificantes, miseri, pro quibus Christus mori dignatus est, et pro quorum redemptione suum divinum sanguinem fudit, et munus præ omni dignitate divinius suam animam posuit. Nos vero rectæ immaculatæque fidei ac pudicæ lacte potati rationali et sine dolo, et bonum verbum degustantes, universa eorum tenebrosa dogmata repellentes, et omnibus horum nefandorum vaniloquiis liberi, et paternis nostris superincedentes vestigiis, et præsentis sæculi consummationem dicimus, et vitam illam, quæ post præsentem vitam futura est, credimus æternum permansuram; et immortale habemus supplicium; illam quidem indesinenter exhilarantem laudabilium operum patratores, istud vero incessabiliter affligens, necnon et crucians eos, qui hinc affectatores malorum effecti sunt, et pœnitentiam agere noluerunt, priusquam hinc evaderent, et exirent: « Vermis enim eorum non morietur, » inquit Christus judex et veritas, « et ignis eorum non exstinguetur [27]. »

Hæc sapere atque credere, sapientissimi, ex apostolica et evangelica, atque prophetica et legali, et ex paterna et doctrinali prædicatione percepimus, et manifesta vobis prudentissimis fecimus, nihilque vobis occultavimus. Consequens cæterum exsistit, et competens, ac pristinæ traditioni conveniens, sacratissima concilia paternorum nostrorum, atque sacratissimorum conventuum manifesta litteris facere, quæ tanquam lustrantia nostras animas confovemus, et per sæcula habere nos exoramus, quatenus cum eis et beatam vitam participemus, uti eorum filii nobiles, ac successores. Quatuor itaque in divinis Ecclesiæ dogmatibus magna sacraque et universalia concilia suscipimus, evangelicis illustrata fulgoribus, et splendificata evangelicarum configurationum, et speciminum quantitate. His principari dicimus Nicænum trecentorum decem et octo Deum gerentium patrum conventum, qui ex divino nutu concitus, Arianæ rabiei dejecit contagia. Post illum vero tempore, non gloria sive gratia, secundus congregatur conventus, qui in regiam convocatus est civitatem. Quinquaginta vero et centum a Deo instituti Patres exsti-

A των, δαιμόνων ἀποκατάστασιν φάσκοντες, καὶ πάλιν εἰς ἑνάδα μυθικὴν τὰς τούτων διαφορὰς ἀναχέοντες ὅτε καὶ μηδὲν ἡμῶν διαφέρειν τὸν Χριστὸν, ὃν αὐτοὶ ληρῳδῶς δογματίζουσιν, οὐχ ὃν ἡμεῖς εὐσεβῶς προσκηρύττομεν, δόξῃ, ἢ τιμῇ, ἢ βασιλείᾳ, ἢ δεσποτείᾳ δαιμονιωδῶς ἀναβράττουσι· καὶ μυρία ἄττα προφέροντες πρὸς τοῦ διαβολικοῦ καὶ δυσσεβοῦς τῆς καρδίας αὐτῶν θησαυρίσματος, οὐ μιᾷ μόνον ἀνατροπῇ θολερᾷ, ἀλλὰ μυρίαις τὸν πλησίον ποτίζοντες, καὶ ψυχὰς ἀνθρώπων θανατοῦντες οἱ δείλαιοι, ὑπὲρ ὧν Χριστὸς ἀποθανεῖν κατηξίωσε, καὶ λύτρον αὐτοῦ τὸ αἷμα τὸ θεῖον ἐξέχεε, καὶ δῶρον ὑπὲρ πᾶσαν ἀξίαν θειότατον τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν κατεβάλετο. Ἡμεῖς δὲ πίστεως ὀρθῆς καὶ ἀμωμήτου καὶ σώφρονος τὸ λογικὸν ποτισθέντες γάλα καὶ ἄδολον, καὶ καλὸν Θεοῦ
B ῥῆμα γευσάμενοι, ἅπαντα τὰ ἐκείνων σκοτεινὰ διωσάμενοι δόγματα, καὶ τούτων ὄντες ἀπάντων τῶν ἀθέσμων αὐτῶν φληνάφων ἐλεύθεροι, καὶ τοῖς πατρῴοις ἡμῶν ἐπιβαίνοντες ἴχνεσι, καὶ τοῦ παρόντος κόσμου συντέλειαν λέγομεν, καὶ τὴν ζωὴν ἐκείνην τὴν μέλλουσαν τὴν μετὰ τὴν παροῦσαν ζωὴν διαιωνίζειν πιστεύομεν, καὶ τὴν κόλασιν ἀτελεύτητον ἔχομεν· τὴν μὲν ἀλήκτως εὐφραίνουσαν τῶν ἀρίστων ἔργων τοὺς πράκτορας, τὴν δὲ ἀπαύστως ἀλγύνουσαν, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ κολάζουσαν τοὺς ἐνθάδε γεγονότας ἐραστὰς τῆς φαυλότητος, καὶ μετανοεῖν οὐ θελήσαντας πρὸ τῆς ἐντεῦθεν ἐκδρομῆς καὶ ἐκβάσεως. « Ὁ γὰρ σκώληξ αὐτῶν οὐ τελευτήσει, » φησὶ Χριστὸς ὁ κριτὴς, ἡ ἀλήθεια· « καὶ τὸ πῦρ αὐτῶν οὐ σβεσθήσεται. »

C Ταῦτα φρονεῖν καὶ πιστεύειν, σοφώτατοι, ἔκ τε ἀποστολικῆς καὶ εὐαγγελικῆς, ἔκ τε προφητικῆς καὶ νομικῆς, ἔκ τε πατρῴας καὶ διδασκαλικῆς παρειληφότες κηρύξεως, καὶ δεδρακότες ὑμῖν τοῖς πανσόφοις κατάδηλα, καὶ μηδὲν ὑμᾶς ἀποκρύψαντες· ἀκόλουθον λοιπόν ἐστι καὶ ἁρμόδιον· καὶ τῇ παλαιᾷ παραδόσει κατάλληλον, τὰς ἱερὰς συνόδους τῶν πατρικῶν ἡμῶν καὶ πανιέρων ἀθροίσεων δήλας ποιεῖν ἐπὶ γράμματος, ἃς ὡς φωταγωγοὺς ταῖς ἡμετέραις ψυχαῖς περιέπομεν, καὶ δι' αἰῶνος ἔχειν εὐχόμεθα, ὅπως αὐταῖς καὶ τῆς μακαρίας ζωῆς κοινωνήσαιμεν, ὡς παῖδες αὐτῶν εὐγενεῖς καὶ διάδοχοι. Τέτταρας τοίνυν ἐπὶ τῶν ἐνθέων τῆς Ἐκκλησίας δογμάτων μεγάλας καὶ ἱερὰς οἰκουμενικὰς συνόδους δεχόμεθα, εὐαγγελικαῖς φαιδρυνομένας λαμπρότησι, καὶ χα-
D ρακτήρων εὐαγγελικῶν ἀγλαΐζομένας ποσότητι· τούτων πρωτεύειν φαμὲν τὸ ἐν Νικαίᾳ τῶν τριακοσίων δέκα καὶ ὀκτὼ θεοφόρων Πατέρων συνέδριον, ὅπερ ἐκ θείας ἀθροισθὲν ἐπινεύσεως τῆς Ἀρείου λύττης καθαιρεῖ τὰ μιάσματα. Μετ' ἐκεῖνο δὲ τῷ χρόνῳ, οὐ δόξῃ καὶ χάριτι, συναθροίζεται δεύτερον ἄθροισμα τὸ ἐν τῇ βασιλίδι συνειλεγμένον τῶν πόλεων. Πεντήκοντα δὲ καὶ ἑκατὸν θεόσοφοι Πατέρες ἐτύγχανον, οἱ

[27] Isa. LXVI, 24; Marc. IX, 43.

NOTÆ.

(9) Ms. noster, *vituperantes*. HARD.

Digitized by Google

καὶ τοῦτο πληροῦν θεόθεν ἠγμένοι τὸ ἄθροισμα, ὃ τὴν τρικέραυνον Μακεδονίου, Ἀπολλιναρίου τε καὶ Μάγνου σβεννύει δυσσέβειαν, καὶ τῆς τοσαύτης χαλεπῆς πυρακτώσεως τῶν εὐσεβούντων τὰ συστήματα ῥύεται. Τρίτον μετὰ τοῦτο μόνῳ τῷ χρόνῳ δοξάζω συνέδριον τὸ ἐν Ἐφέσῳ τὸ πρότερον ἐκ θείας ἐνεδρεῦσαν βουλήσεως· τὸ γὰρ Διοσκόρου λεγόμενον δεύτερον τῆς Εὐτυχοῦς ἀδοκίμου γνώμης πεφώραται σύστοιχον· ὅπερ πρῶτον συνέδριον διακοσίων μὲν ἁγίων Πατέρων ἐγνωρίζετο πλήρωμα, καταβάλλει δὲ τὸν ἀνθρωπολάτρην Νεστόριον, καὶ πᾶσαν αὐτοῦ τὴν Χριστομάχον ἀσέβειαν. Καὶ τέταρτον μετὰ τὰ τρία τῷ χρόνῳ μόνῳ θεόσοφον ἀθροίζεται σύνταγμα τῶν ἑξακοσίων ἁμοῦ καὶ τριάκοντα πανυμνήτων Πατέρων, καὶ δαδούχων τῆς πίστεως, ὅπερ ἐν Χαλκηδόνι μὲν τὴν θείαν ποιεῖται θεόθεν συνέλευσιν, καὶ συναθλοῦσαν εἶχεν Εὐφημίαν τὴν μάρτυρα, τὴν καὶ μέχρι τῆς σήμερον προμαχοῦσαν αὐτῶν τοῦ ὅρου τῆς πίστεως, καὶ τῆς αὐτῶν περιφήμου καὶ μεγίστης ἀθροίσεως λόγον πολὺν ποιουμένην καὶ ἄπαυστον.

terunt, qui et hoc implere concilium divinitus ducti sunt, quod trifulgurem Macedonii, Apollinarisque, et Magni impietatem exstinxit, et de tam magna atque difficili inflammatione cœtus piorum eripuit. Tertium post hoc tempore solo concilium glorifico, quod in Epheso prius ex divina voluntate consedit (nam secundum quod Dioscori dicitur, illius reprobæ intelligentiæ Eutychetis comprehenditur consonum) quod primum concilium ducentorum quidem sanctorum Patrum plenitudo noscebatur: dejecit autem hominicolam Nestorium, et omnem ejus Christo rebellem impietatem. Quartus quoque post hæc tria tempore tantum a Deo instructus congregatur conventus sexcentorum simul et triginta laudabilium Patrum, et illustratorum fidei, qui in Chalcedone quidem divinum divinitus fecit conventum, et concertantem habuit Euphemiam martyrem; quæ et usque hactenus super fidei eorum definitione pugnat, et pro opinatissimo eorum maximoque conventu verbum plurimum, et incessabile facit.

Κατασφάττει δὲ τὴν ξυνωρίδα τὴν βέβηλον, Εὐτυχῆ φημι καὶ Διόσκορον, καὶ τὴν τούτων ἀποῤῥάττει θεομάχον κακόνοιαν ἐκ τῆς Ἀπολλιναριανῆς ὥσπερ πηγῆς καταῤῥέουσαν, καὶ πληροῦσαν πάντας τῆς ἀσεβείας τοὺς ῥύακας. Ἐκβάλλει δὲ μετὰ τῆς τούτων ἀσεβεστάτης αἱρέσεως διὰ τῶν αὐτῆς ὀρθοδόξων προῤῥήσεων καὶ τὴν Νεστορίου τοῦ θεομάχου παμμίαρον αἵρεσιν· καὶ κατὰ ταύτης γὰρ ὡς ἔτι τῇ ἀναιδείᾳ σπαιρούσης ἠθροίζετο. Ὅθεν καὶ τελείως αὐτὴν ἀπενέκρωσε, καὶ τῶν ἐκκλησιαστικῶν αὐλῶν ἐξωστράκισεν. Ἐπὶ ταύταις δὲ ταῖς μεγάλαις καὶ οἰκουμενικαῖς πανσέπτοις τε καὶ πανιέροις τῶν ἁγίων καὶ μακαρίων Πατέρων ὁμοτίμοις ἀθροίσεσι τέσσαρσι, καὶ πέμπτην ἁγίαν ἄλλην παρὰ ταύτας καὶ μετὰ ταύτας συστᾶσαν, οἰκουμενικὴν δέχομαι σύνοδον, τὴν ἐν τῇ βασιλίδι καὶ αὐτὴν γενομένην τῶν πόλεων, Ἰουστινιανοῦ τοῦ τότε τὰ σκῆπτρα τῆς Ῥωμαϊκῆς βασιλείας διέποντος, καὶ πάντα αὐτῆς τὰ λαμπρὰ διορίσματα· ἥτις κυροῦσα [31] μὲν τὴν ἐν Χαλκηδόνι περιώνυμον ἤθροισται σύνοδον· ἀναιρεῖ δὲ καὶ ἐκρίπτει πρὸς ὅλεθρον πρωτοτύπως μὲν Ὠριγένην τὸν ἄφρονα, καὶ πάντα αὐτοῦ τὰ ὀνειρώδη κομψεύματα, καὶ πολυειδοῦς ἀσεβείας πλήρη συγγράμματα· Εὐαγρίου δὲ σὺν αὐτῷ καὶ Διδύμου τὰ δόγματα· καὶ πάντα αὐτῶν τὰ Ἑλληνικὰ καὶ τερατώδη, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ μυθώδη ληρήματα· μεθ' οὓς τὸν Μοψουεστίας ἐκτίλλει Θεόδωρον, τὸν Νεστορίου τοῦ θεομάχου διδάσκαλον, καὶ ὡς μυσαρὸν σὺν τοῖς αὐτοῦ βλασφήμοις συγγράμμασι τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας ἐκρίπτει ζιζάνιον· Θεοδωρίτου δὲ τὰ κακῶς κατὰ τοῦ τῆς εὐσεβείας προμάχου Κυρίλλου καὶ δυσσεβῶς γεγονότα συντάγματα, καὶ ὅσα κατά γε τῶν δώδεκα τοῦ αὐτοῦ θεσπεσίου Κυρίλλου κεφαλαίων, τῆς τε πρώτης ἁγίας ἐν Ἐφέσῳ συνόδου καὶ τῆς ὀρθῆς ἡμῶν κατηγόρησε πίστεως, Νεστορίῳ τῷ δυσσεβεῖ χαριζόμενος· κἀκεῖνα ταύτης ποιεῖ τῆς κα-

Perimit vero profanam dualitatem, Eutychen, inquam, et Dioscorum, et eorum obturat Deo rebellem malitiam, ex Apollinarii unda tanquam fonte defluentem, et replentem omnes impietatis rivulos, ejecitque cum istorum impiissima hæresi per suas orthodoxas assertiones, et Nestorii Deo rebellis immundissimam hæresim. Nam et contra hanc, adhuc impudenter respirantem convenerat. Unde et eam perfecte interemit, et ab ecclesiasticis atriis expulit. Super his autem magnis, et universalibus, venerandis quoque ac sacratissimis sanctorum beatorumque Patrum honore coæquandis quatuor conventibus, etiam quintum sanctum, præter istos, et post istos aliud concilium universaliter constitutum suscipio, quod in regia urbe etiam id celebratum est, Justiniano tunc sceptra Romani imperii dispensante, omnesque ejus præclaras definitiones, quod ad confirmationem quidem nominatissimi Chalcedonensis concilii congregatum est. Perimit autem, et in interitum projicit principaliter quidem Origenem insanum, et omnes ejus pomposas somnolentias, et plena multæ impietatis commenta; Evagrii quoque cum eo, et Didymi dogmata omnia eorum pagana, atque prodigiosa, nec non et fabulosa deliramenta. Post quos et Mopsuestenum evellit Theodorum magistrum Deo rebellis Nestorii, et ut immundum zizanium cum suis blasphemis opusculis ab apostolica Ecclesia projicit. Scripta quoque Theodoriti, quæ male et impie adversus Cyrillum propugnatorem pietatis effecta sunt, et quæque tam contra duodecim ejusdem divini Cyrilli capitula, quamque sanctum primum Ephesinum concilium, nostræque fidei rectitudinem accusavit, impio favendo Nestorio; etiam illa istius condemnationis obnoxia faciens, quæ pro Diodoro, et Theodoro satisfaciens scripserat.

VARIÆ LECTIONES.

[31] κυροῦσθαι.

Digitized by Google

Cum quibus et epistolam, quæ dicitur Ibæ, ad Marim Persam scriptam obtruncavit, id est, exstirpavit, utpote non tantum rectis infestam dogmatibus, sed et omni impietate refertam. Illa igitur sacra, et magna universaliaque sancta quatuor amplector concilia, et uno sensu confoveo. Super his vero, et hanc quintam honoro, atque honorifico, et veneror, et cuncta eorum libenter recipio tam in dogmatibus, et diversis doctrinis, quamque hæreticorum anathematibus, et definitionibus. Unde et comprobo, atque suscipio, quos susceperunt, et probaverunt. Et anathematizo, atque abjicio, quos anathemati submiserunt, et abjectos a sancta nostra catholica Ecclesia censuerunt. Has beatas et sanctas quinque synodos assequens, unam tantum fidei definitionem agnosco, et mathema unum novi, et symbolum, quod sapientissima, atque beata trecentorum decem et octo Deum gerentium patrum sancta Nicæna multitudo ex sancto effata est Spiritu, quod in Constantinopoli centum et quinquaginta a Deo inspiratorum Patrum congregatio confirmavit, et in Epheso primum ducentorum divinorum Patrum corroboravit concilium, et in Chalcedone, sexcentorum triginta sacratissimorumque Patrum suscepit et stabilivit conventio, et incommutabile indisruptumque et immobile flagranter asseruit conservari.

A ταχρίσεως μέτοχα, ἅπερ καὶ ὑπὲρ Διοδώρου καὶ Θεοδώρου ἀπολογούμενος γέγραφε· μεθ' ὧν καὶ τὴν Ἴβα ἐπιστολὴν πρὸς τὸν Πέρσην γεγράφθαι λεγομένην Μάρην ἀπερρίζωσεν, ὡς οὐ μόνον ὀρθῶν δογμάτων ἀντίπαλον, ἀλλὰ καὶ πάσης ἀσεβείας ἀνάπλεων. Ἐκείνας μὲν οὖν τὰς ἱερὰς καὶ μεγάλας καὶ οἰκουμενικὰς ἁγίας τέτταρας συνόδους ἀσπάζομαι, καὶ φρονήματι ἑνὶ περιπτύσσομαι· ἐπὶ ταύταις δὲ καὶ ταύτην τὴν πέμπτην τιμῶ καὶ γεραίρω, καὶ σέβομαι. Καὶ πάντα αὐτῶν ἀσμένως προσίεμαι τά τε ἐν δόγμασι, καὶ διαφόροις διδάγμασι, καὶ τοῖς κατὰ τῶν αἱρετιζόντων ἀναθεματισμοῖς καὶ ὁρίσμασιν· ὅθεν καὶ ἀσμενίζω καὶ δέχομαι, οὓς ἐδέξαντο καὶ ἠσμένισαν· καὶ ἀναθεματίζω καὶ ἀποβάλλομαι, ὅσους ἀναθέματι καθυπέβαλον, καὶ ἀποβλήτους τῆς καθολικῆς καὶ ἁγίας ἡμῶν Ἐκκλησίας ἠγήσαντο· ταύταις ταῖς ἁγίαις καὶ μακαρίαις πέντε συνόδοις ἑπόμενος ἕνα καὶ μόνον ὅρον ἐπίσταμαι πίστεως, καὶ μάθημα ἓν οἶδα καὶ σύμβολον, ὅπερ ἡ πάνσοφος καὶ μακαρία τῶν ἐν Νικαίᾳ τριακοσίων δέκα καὶ ὀκτὼ θεοφόρων Πατέρων θεσπεσία πληθὺς ἐξ ἁγίου προσεφθέγξατο Πνεύματος, ὃ καὶ ἡ ἐν Κωνσταντινουπόλει τῶν ἑκατὸν πεντήκοντα θεοπνεύστων Πατέρων ἐπεκύρωσεν ἄθροισις· καὶ ἡ ἐν Ἐφέσῳ πρώτη τῶν διακοσίων ἐνθέων Πατέρων ἐβεβαίωσε σύνοδος· καὶ ἡ τῶν ἐν Χαλκηδόνι ἑξακοσίων τριάκοντα πανιέρων B Πατέρων προσεδέξατο καὶ ἐκράτυνε σύμβασις, καὶ ἀπαράτρωτον καὶ ἀῤῥαγὲς καὶ ἀσάλευτον διαπρυσίως ἔφη φυλάττεσθαι.

Suscipimus deinde, eisdemque unis amplectimur cuncta quoque sacratissimi Cyrilli divina et a Deo instructa conscripta, utpote omni rectitudine plena, et omnem hæreticorum impietatem demolientia, præcipue autem illas ad Nestorium Deo odibilem, et a Deo projectum, duas synodicas epistolas, secundam quoque, et tertiam, in qua et duodecim connexa sunt capitula, quæ omnem Nestorii malitiam, sanctorum apostolorum æquinumeris exussit carbonibus. Cum istis vero suscipio et synodicam epistolam, quæ scripta est ad sanctissimos orientales episcopos, in qua et voces eorum sacras appellavit, pacemque cum eis firmavit. Cum quibus, et ipsas Orientalium episcoporum litteras connumerabiles, et indissolubiles dicimus utpote ab ipso divino Cyrillo susceptas, et ab ipso esse testatas vocibus non ambigendis orthodoxas. Illis similiter sapientissimi Cyrilli sacris inscriptis tanquam sacram, et cohonorandam suscipio, ejusdemque rectæ fidei propagatricem, et a Deo condonatam, atque a Deo inspiratam epistolam magni, atque præclari Leonis sanctissimi Romanæ Ecclesiæ, imo omnium quæ sub sole sunt, luminaris; quam divino manifeste permotus Spiritu contra Eutychen maledictum, et Deo odibilem desipientemque Nestorium, ad Flavianum laudabilem scripsit regiæ urbis episcopum; quam et firmamentum rectæ fidei appello, atque definio, hos qui ita eam optime definierunt, sanctos Patres sequens, utpote omnem quidem rectitudinem fidei nos instruentem, omnem vero pravitatem hæreticam perimentem, et

Δεχόμεθα δὲ καὶ ἀγκάλαις ταῖς αὐταῖς καὶ ἀσμενίζομεν πάντα τοῦ θεσπεσίου Κυρίλλου τὰ θεῖά τε C καὶ θεόσοφα συγγράμματα, ὡς πάσης ὀρθότητος γέμοντα, καὶ πᾶσαν αἱρετικῶν καθαιροῦντα δυσσέβειαν· ἐξαιρέτως δὲ τὰς πρὸς Νεστόριον τὸν θεοστυγῆ καὶ θεήλατον δύο συνοδικὰς ἐπιστολάς, τήν τε δευτέραν καὶ τὴν τρίτην, ᾗ καὶ τὰ δυοκαίδεκα συνῆπται κεφάλαια· ἅπερ ἅπασαν τὴν Νεστορίου κακόνοιαν ἀποστόλων ἁγίων ἰσαρίθμοις κατέφλεξεν ἄνθραξι. Σὺν ταύταις δέχομαι καὶ τὴν πρὸς τοὺς τῆς Ἑῴας ἁγιωτάτους προέδρους συνοδικὴν γραφεῖσαν ἐπιστολήν, ἐν ᾗ καὶ ἱερὰς αὐτῶν τὰς φωνὰς ἀπεκάλεσε, καὶ τὴν πρὸς αὐτοὺς εἰρήνην ἐκράτυνεν. Αἷς συναρίθμια καὶ αὐτὰ τῶν ἀνατολικῶν προέδρων τὰ γράμματα λέγομεν, ὡς ὑπ' αὐτοῦ Κυρίλλου τοῦ θείου δεχθέντα, καὶ εἶναι πρὸς αὐτοῦ μαρτυρούμενα φωD ναῖς ἀναμφιλέκτοις ὀρθόδοξα. Τούτοις ὁμοίως τοῖς ἱεροῖς Κυρίλλου τοῦ πανσόφου χαράγμασιν ὡς ἱερὰν καὶ ὁμότιμον δέχομαι, καὶ τῆς αὐτῆς ὀρθοδοξίας γεννήτριαν καὶ τὴν Θεόδοτον ἐπιστολὴν καὶ θεόπνευστον τοῦ μεγάλου, καὶ λαμπροῦ, καὶ θεόφρονος Λέοντος τοῦ τῆς Ῥωμαίων ἁγιωτάτης Ἐκκλησίας· μᾶλλον δὲ τῆς ὑφ' ἡλίῳ πάσης φωστῆρος, ἣν θεῖῳ σαφῶς ἐνεργούμενος Πνεύματι κατ' Εὐτυχοῦς τοῦ κακόφρονος, καὶ Νεστορίου τοῦ θεοστυγοῦς καὶ παράφρονος· πρὸς Φλαυϊανὸν τὸν ἀοίδιμον τῆς βασιλίδος τῶν πόλεων πρόεδρον γέγραφεν· ἣν καὶ στήλην ὀρθοδοξίας καλῶ καὶ ὁρίζομαι, τοὺς οὕτως αὐτὴν καλῶς ὁρισαμένους Πατράσιν ἁγίοις ἑπόμενος, ὡς πᾶσαν μὲν ὀρθοδοξίαν ἡμᾶς ἐκδιδάσκουσαν, πᾶσαν δὲ κακοδοξίαν αἱρετικὴν ὀλοθρεύουσαν, καὶ τῶν τῆς ἁγίας ἡμῶν

Digitized by Google

καθολικῆς Ἐκκλησίας θεοφρουρήτων αὐλῶν ἀπελαύ- A
νουσαν. Μεθ' ἧς ἐνθέου συλλαβῆς καὶ χαράγματος,
καὶ πάσας αὐτοῦ τὰς ἐπιστολὰς καὶ τὰ δόγματα, ὡς
ἐκ στόματος προϊόντα Πέτρου τοῦ κορυφαίου προσ-
λεμαι καὶ καταφιλῶ καὶ ἀσπάζομαι, καὶ πάσῃ ψυχῇ
περιπτύσσομαι. Ταῦτα, καθὼς προεῖπον, δεχόμενος
τὰ ἱερὰ πέντε τῶν μακαρίων Πατέρων καὶ θεῖα συν-
έδρια, καὶ τὰ Κυρίλλου πάντα τοῦ πανσόφου συγ-
γράμματα, καὶ μάλιστα κατὰ τῆς Νεστορίου μανίας
γενόμενα, καὶ τὴν τῶν ἀνατολικῶν προέδρων συλ-
λαβὴν τὴν πρὸς αὐτὸν γραφεῖσαν τὸν θειότατον Κύ-
ριλλον, καὶ παρ' αὐτοῦ μαρτυρηθεῖσαν ὀρθόδοξον,
ὅσα τε Λέων ὁ τῆς Ῥωμαίων ἁγιωτάτης Ἐκκλησίας
νομεὺς ἁγιώτατος γέγραφε, καὶ μάλιστα κατὰ τῆς
Εὐτυχιανῆς καὶ Νεστοριανῆς βδελυρίας συνέταξε·
ταῦτα μὲν ὡς Πέτρου, ἐκεῖνα δὲ ὡς Μάρκου γινώ- B
σκω ὁρίσματα. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ πάντα πάντων τῶν
τῆς καθολικῆς ἡμῶν Ἐκκλησίας ἐκκρίτων μυσταγω-
γῶν θεόσοφα διδάγματα, εἴτε ἐν λόγοις τε καὶ συγ-
γράμμασιν, εἴτε ἐν ἐπιστολαῖς τισι περιείληπται.
Καὶ συλλήδδην εἰπεῖν, ἅπαντα δέχομαι καὶ ἀσπάζο-
μαι, ὅσαπερ ἡ ἁγία καθολικὴ ἡμῶν Ἐκκλησία προσ-
ίεται· καὶ πάντα τοὔμπαλιν ἀποστρέφομαι, καὶ
ἀναθεματίζω, καὶ λογίζομαι βέβηλα, ὅσα καὶ αὐτὴ
πανσόφως βδελύττεται, καὶ τῆς οἰκείας εὐσεβείας
ἠγεῖται πολέμια, οὐ μόνον βιβλίδια, καὶ λογίδρια,
καὶ θεομάχα καὶ παρέγγραπτα δόγματα, ἀλλὰ καὶ
αἱρετικὰ καὶ κακόδοξα, καὶ κακοδόξων αἱρέσεων
ἡγησάμενα πρόσωπα· καὶ πρὸς πληροφορίαν ἡμῶν
ἀπαράλειπτον αὐτὰ διαρθροῦμαι τὰ πρόσωπα, ἅπερ
ἀναθεματίζω καὶ ποιοῦμαι κατάκριτα, οὐ γλώττῃ C
μόνον καὶ στόματι, ἀλλὰ καὶ καρδίᾳ καὶ πνεύματι,
ὡς τῆς ἁγίας καὶ καθολικῆς ἡμῶν πίστεως ὀφθέντα
διὰ πάντων ἐπίδουλα.

Ἀνάθεμα τοίνυν εἰσαεὶ καὶ κατάθεμα, ἀπὸ τῆς
ἁγίας καὶ ὁμοουσίου καὶ προσκυνητῆς Τριάδος, Πα-
τρὸς, καὶ Υἱοῦ, καὶ ἁγίου Πνεύματος ἔστωσαν, πρῶ-
τον μὲν Σίμων ὁ Μάγος, ὁ πασῶν πρῶτος κακίστων
κἀκίστως ἀρξας αἱρέσεων· μεθ' ὃν καὶ Κλεόβιος,
Μένανδρος, Φίλητος, Ἑρμογένης, Ἀλέξανδρος ὁ Χαλ-
κεὺς, Δοσίθεος, Γόρθεος, Σατορνῖνος, Μασβόθεος,
Ἀδριανὸς, Βασιλείδης, Ἰσίδωρος ὁ τούτου υἱὸς καὶ
τὴν μανίαν ὑπέρτερος, Ἔβίων, Καρποκράτης, Ἐπι-
φανὴς, Πρόδικος, Κήρινθός τε καὶ Μήρινθος, Οὐα-
λεντῖνος, Φλωρῖνος, Βλαστὸς, Ἀρτέμων, Σεκοῦνδος,
Κασσιανὸς, Θεόδοτος, Ἡρακλέων, Πτολεμαῖος, Μάρ- D
κος, Κολορβάσος, Ἀδέμις ὁ Καρύστιος, Θεόδοτος ὁ
σκυτεὺς, Θεόδοτος ἕτερος, Εὐφράτης ὁ Περσικὸς,
Μονοῖμος ὁ Ἄραψ, Ἑρμογένης, Τατιανὸς ὁ Σύρος,
Σεβῆρος, Ἀσκληπιόδοτος, Βαρδησάνης, Ἁρμόνιος
ὁ τούτου υἱὸς καὶ τὴν πλάνην ἰσόρροπος, Ἑρμόφι-
λος, Κέρδων, Σακέρδων, Μαρκίων ὁ Ποντικὸς,
Ἀπελλῆς, Ἀπολλωνίδης, Πότιτος, Πρέπων, Πίθων,
Συνερὸς, Θεόδοτος ὁ τραπεζίτης, Μοντανὸς, Πρί-
σκιλλά τε καὶ Μαξίμιλλα αἱ τούτου μανιώδεις μαθή-
τριαι, Νέπος, Ἐλκεσέως [38], Ὠριγένης, Ὠριγένης

ab a Deo custoditis atriis nostræ sanctæ catholicæ
Ecclesiæ effingantem: cum qua divina syllaba, et
scriptura, et cunctas ejus epistolas, et dogmata,
tanquam prolata ex ore Petri principis apostolo-
rum, amplector, et perosculor, et veneror, et ani-
ma tota complector. Hæc, sicut prædixi, sacra, et
divina quinque beatissimorum Patrum concilia
suscipiens, omniaque conscripta, præsertim Cyrilli
sapientissimi, quæ contra Nestorii insaniam facta
sunt, et epistolam orientalium episcoporum, quæ
ad eumdem divinum Cyrillum scripta est, quam et
ipse orthodoxam esse testatus est, quæque Leo
sanctissimæ Romanæ Ecclesiæ sanctissimus dis-
pensator scribit, et maxime quæ contra Eutychia-
nam et Nestorianam profanationem scripsit: hæc
quidem ut Petri, illa vero ut Marci definitiones
agnosco; nec non et omnia omnium nostræ ca-
tholicæ Ecclesiæ probabilium instructorum a Deo
instructa didagmata, seu in verbis et scriptis, sive
in epistolis quibuslibet comprehensum est. Et, ut
concinne dicam, cuncta suscipio, et amplector,
quæque sancta catholica nostra Ecclesia suscipit:
et cuncta e regione refuto, atque anathematizo,
et profana esse reputo, quotquot et ipsa sapienter
abominatur, et propriæ pietati æstimat esse con-
traria, non solum codicillos et verbula, et Deo
repugnantia, et privata [spuria] dogmata, sed et
hæreticas et maledicas, maledicarumque sectarum
doctrices personas. Et ut nihil desit ad vestram
satisfactionem, ipsas quoque personas exprimo,
quas anathematizo, et condemnatas efficio non lin-
gua tantum et ore, sed corde et spiritu, utpote
quæ sanctæ catholicæ nostræ fidei in omnibus in-
sidiantes ostensæ sunt.

Anathema itaque in perpetum, et catathema a
sancta et consubstantiali et adoranda Trinitate
Patre, et Filio, et Spiritu sancto sint, primum qui-
dem Simon Magus, qui primus pessimis hæresi-
bus pessimus principiavit; post quem Cleobius,
Menander, Philetus, Hermogenes, Alexander Æra-
rius, Dositheus, Gortheus, Saturninus, Masbotheus,
Hadrianus, Basilides, Isidorus ejus filius, et furo-
re superior, Ebion, Carpocrates, Epiphanes, Pro-
dicus Cerinthusque, et Merinthus, Valentinus, Flo-
rinus, Blastus, Artemon, Secundus, Cassianus,
Theodotus, Heracleon, Ptolemæus, Marcus, Color-
basus, Ademis Carystiensis, Theodotus [Cerdo
Coriarius] Scyteus, Theodotus alter, Euphrates
Persicus, Monoimus Arabs, Hermogenes, Tatia-
nus Syrus, Severus, Asclepiodotus, Bardesanes,
Harmonius ejus filius, et errore consimilis, Her-
mophilus, Cerdon, Sacerdon, Marcion Ponticus,
Apelles, Apollonides, Potitus, Prepon, Pithon,
Theodotus [Synarus] Trapezita, Montanus, Pris-
cillaque, et Maximilla hujus furiosæ discipulæ,
Nepos, Helcesæus Origenes, alter Origenes qui et

VARIÆ LECTIONES.

[38] L. Ἐλκεσεύς. F. scrib. Ἐλκεσαΐος.

Digitized by Google

35, n. 12; et Bandin. l. c. p. 459, observat, ac alia, sed antiqua, manu litteris rubris ascriptum fuisse : συγγραφεὶς παρὰ Σωφρονίου Ἱεροσολυμίτου. — In cod. bibl. Sfortianæ, teste Montfauc. in Bibl. biblioth. *mss.* I, pag. 699 A. — Paris. in bibl. publ. codd. triginta. — Mosquæ in bibl. synod. cod. 39, fol. 201, sub nomine Sophronii ; at sine auctoris nomine in cod. 41, n. 5. *V.* Matthæi *Notit. codd. Mosq.* pag. 61 ; add. eumdem V. D. in Præf. ad Euthymii Zigabeni *Comment. in IV Evangelia*, tom. I, p. 37 ; et infra vol. IX vet. ed. HARL.

12. *SS. archangelorum et angelorum Encomium.* Exstat Latine ex versione Theodori Peltani in bibliothecis Patrum, ut tom. XII edit. Lugd. pag. 209. FABR. Græce Monachii in cod. elect. 114, fin. *V.* Cat. codd. Gr. Bavar. p. 45. — Paris. in bibl. publ. cod. 137, n. 4. Sic. citatur in Cat. codd. Paris. II, p. 22. Chrysostomi, vel Sophronii potius *Oratio in laudem S. Michaelis archangeli* ; pari modo, ibid. n. 5. *Orat. in festo angelorum dicta.* (*V.* supra, vol. VIII, p. 469, et pag. 508.) HARL.

13. *In exaltationem venerandæ crucis, et in sanctam* ἀνάστασιν. Sermo Græce et Latine editus a Jacobo Gretsero tom. II *De cruce*, pag. 88. Hinc Latine in *Bibl. Patrum*, tom. XII edit. Lugd. pag. 212. Incipit : Σταυροῦ πανήγυρις, καὶ τίς οὐ σκιρτήσειε ; Verterat et ante Gretserum Achilles Statius. FABR. In codd. quinque bibl. Paris. publ. *Orat. in S. crucem.* — Oxon. in cod. Barocc. n. 234. — Florent. in bibl. Laur. Med. cod. 4, n. 6, plut. 4, *Sermo in exaltationem crucis. V.* Bandin. Cat. codd. Gr. Laur. I, p. 520. — In cod. Vaticano 903 *De veneratione crucis, in media Dominica Quadragesimæ*, teste Montfauc. *Bibl. biblioth. mss.* I, p. 33, C. — Inter codd. bibl. Sfortianæ *Encomium in exaltationem crucis*, teste eodem, l. c. pag. 701 A. Add. infra, vol. IX, pag. 93 ed. vet. HARL.

14. *In adorationem sanctæ crucis et de jejunio.* Lat. ab eodem Gretsero pag. 283 edit. primæ ; et in *Bibl. Patrum*, tom. XII edit. Lugd. pag. 213. Incipit : Καὶ οἱ ἰατροὶ μέν. Vertit Godfridus Tilmannus. FABR. *V.* infra vol. IX, p. 91, vet. edit. HARL.

15. *Carmen Anacreonticum de Simeone sene Christum suscipiente*, quod melle ipso, ut ait, suavius Græce edidit Allatius in *Diatriba de Simeonibus*, pag. 5 seq. Incipit : Ἀπὸ Βηθλεὲμ παρέλθω.

16. *Epistola synodica ad Sergium, patriarcham CPol.* quæ incipit : Βαβαὶ, βαβαὶ μακάριστοι, atque exstat Latine (non integra quidem) apud Baronium tom. VIII, ad. a. 633, n. 8 seq. ; ubi testatur, in codice alio Græco non ad Sergium, sed ad Honorium papam inscribi. Græce et Latine integra in Actis sextæ synodi, habitæ adversus Monothelitarum hæresin CPoli a. C. 680, act. 10, tom. III edit. Binianæ, pag. 113-132. In hac Synodica legitur longa illa enumeratio hæreticorum, quam dedi volumine superiore, pag. 483 seq. FABR. ; seu vol. VIII nostræ edit. p. 353 sqq., ubi in not. *q* plures memoravi codd. quibus addes cod. Laurent. 12, n. 35, plut. 6, ubi est particula ex confessione fidei S. Sophronii, Hierosolym., quam misit ad œcumenicam sextam synodum : eaque, ut ait Bandin. Cat. codd. Gr. Laur. I, p. 122, in Actis concilii CPolitani III, act. 11. Et est pars Epistolæ ejusdem Sophronii, *Sergio, patriarchæ CPolitano*, inscriptæ, Labbeanæ *Concil.* editionis tom. VII, p. 887. — Ibid. in cod. 8, n. 55, plut. 9, inter definitiones breves Patrum de substantia et natura, hypostasi et persona legitur, p. 305, ex Sophronii Hieros. epistola ad Honorium, Romæ pontificem. (Bandin. I, p. 402.) — In cod. Barocciano 185, e Sophronii Hier. Synodicis scriptis, Romam missis, excerpta ; et ejusdem (ut videtur confectori Cat. mss. Angliæ, etc. I, p. 24) : *Confessio de incarnatione Christi* ; et in cod. 197, e Synodico Sophronii *De S. Trinitate* ; id. *De incarnatione Christi.* — In vol. II Catalogi mem. inter codd. Vossian. n. 2138, Sophronii Συνοδικαὶ διατάξεις. — Et inter codd. Th. Gale, n. 5838, Cat. de hæresibus et hæresiarchis, ex Sophronii Synodicis. — An ex hac epistola est Sophronii opusc. *De illis, qui officium ecclesiasticum non recitant ?* quod est in cod. Paris. bibl. publ. 1632, n. 12.

Quæ Fabricius, infra XI. p. 45 ed. vet. scripserat, huc reducam : « Sophronii, patriarchæ Hierosol., a. C. 638 defuncti, Collectio ex synodis ms. in bibl. Galliar. reginæ matris, in 4, memoratur a Petro Pithœo, nec aliunde mihi nota est. » Imprimis, quæ Fabricius infra de scriptoribus, in Photii *Biblioth.* censuræ subjectis, in vol. XI, pag. 484 seqq. vet. ed. litteris consignarat, ad h. loc. commodiorem referenda arbitror. Ita vero Fabric : « Cod. 231 Sophronii, patriarchæ Hierosol., Synodica missa ad Honorium (*h*), qui episcopus Romanus fuit ab a. 626 ad 638. Eadem est haud dubie, quæ, missa ad Sergium, CPol. patriarcham (ab a. 610 ad 639) ; servata exstat integra in actione undecima synodi sextæ, CPoli in Trullo habitæ, a. 680, tom. III ed. Binianæ, et Labbeanæ VI ; et novissimæ Harduinianæ, tom. III, p. 1257—1296. Nam in eadem leguntur, quæ Photius adnotavit, omnia, Magnus cum Apollinario percussus anathemate, Theodoreti contra Cyrillum scripta reprobata ; duo distincti Origenes, vetustior alter, et alter cognomine Adamantius : nec non Jacobus, Syrus, a quo Acephali Jacobitæ dicti, cum aliis hæreticis condemnatus. Ex hac Synodica locum, ubi hæreses et hæreticos anathemati subjicit exhibui (*i*) [vol. VIII, pag. 353 seqq.] Satis autem constat vel ex ipsis Honorii et Sergii nominibus, recentius

NOTÆ

(*h*) Fugit hic locus Photii Combefisium in *Histor. Monothelitarum*, p. 31, ubi tamen recte conjicit, hanc Synodicam a Sophronio missam ad Honorium, non ad Joannem papam, uti tradunt Cedrenus et Zonaras.

(*i*) Conf. Oudin. *De scriptor. eccles.* I, col. 1605 seq. ubi quoque codd. in quibus Sophronii libelli *De Trinitate et incarnatione Christi* ex synodico occurrunt, memorantur. HARL.

Digitized by Google

esse et subditicium additamentum, quod post verba [p. 357, lin. 15], καὶ τὴν ἀσέβειαν σύστοιχοι exhibent Cotelerius tom. I, p. 528 : Πρὸς τούτοις ἀνάθεμα ἔστωσαν καὶ κατάθεμα Κῦρος, ὁ τῆς Ἀλεξανδρέων μοιχὸς ἀθεσμότατος, Θεόδωρος Φαρανίτης, Σέργιος Κωνσταντινουπόλεως, Ὀνώριος Ῥώμης, οἱ τῆς τῶν Μονοθελητῶν αἱρέσεως ἀρχηγοὶ καὶ συνήγοροι, Πύῤῥος, Παῦλος, Πέτρος, οἱ τῆς βασιλίδος πρόεδροι, τῆς ἀσεβείας δὲ πρόβολοι, ἑαυτοῖς καὶ τῇ ἀληθείᾳ μαχεσάμενοι, Μακάριος Ἀντιοχείας καὶ Στέφανος ὁ τούτου μαθητὴς καὶ ἀπονοίας διδάσκαλος Πολυχρόνιος, νέος Σίμων Μάγος, καὶ ὁ κατὰ τὴν Ἀλεξάνδρειαν, μέχρι νῦν τῇ ἀληθείᾳ μαχόμενος Ἁρμάσιος τὸ κάθαρμα, οἵ τε σὺν αὐτοῖς αἱρετικοὶ καὶ τῆς ὀρθοδοξίας πολέμιοι, Σαῤῥακηνικῷ φρυάγματι σεμνυνόμενοι. ***Præter hos anathema sit et catathema Cyrus, Alexandriæ Ecclesiæ scelestissimus adulter ; Theodorus, Pharanita ; Sergius, CPolitanus ; Honorius, Romanus, Monotheletarum hæresis duces et patroni : Pyrrhus, Paulus, Petrus, regiæ quidem urbis antistites, verum impietatis propugnatores, secum et cum veritate pugnantes ; Macarius, Antiochenus, ejusque discipulus simulque amentiæ magister, Stephanus, Polychronius, novus Simon Magus ; et, qui Alexandriæ veritatem adhuc oppugnat, Harmasius, piacularis homo, quique cum illis hæretici atque orthodoxæ fidei hostes, Saracenico fastu elati.*** » Hactenus Fabricius. HARL.

17. In Actis synodi septimæ, sive Nicænæ secundæ (a. C. 787 celebratæ), aliquoties laudatur Sophronius, afferunturque loca sub illius nomine ἐκ τοῦ Λειμωναρίου. Vide tom. III, edit. Binianæ, pag. 562, 613, 614 et 615. Etiam apud Jo. Damascenum, lib. I *De imaginibus*, tom. I, pag. 328 edit. novæ ; II, pag. 344. Et Sophronio tribuit Nicephorus, lib. VIII *Hist.* cap. 41. At constat auctorem Λειμωναρίου, sive *Prati spiritualis*, quo vita et dicta solitariorum describuntur, non esse Sophronium, sed Sophronii amicum, Joannem Moschum (*j*), qui opus illud Sophronio dedicavit, quemque in præf. ἱερὸν καὶ πιστὸν τέκνον, alibi, ut cap. 92, 102, 135, fratrem vocat. Meminit et Sophronii cap. 21, 69, 110, 111, 113, 157, 162 et 77, ubi nomen auctor ipse suum ponit : *Dixit mihi Sophronius : Vere, abba Joannes, hodie nihil ultra studeamus.* Et Stephanum sophistam se cum illo refert frequentasse. Sophronium etiam ipsum sophistam appellat cap. 92 ; abbatem vero, cap. 102. Non diffitetur hic scriptor, qui κανονάρχης inter monachos fuit (cap. 50) ; et temporibus Tiberii II imp. Oasin Ægypti petiit (c. 112) ; præ manibus se habuisse *Vitas Patrum* et *sententias* ante ipsum, nescio quibus auctoribus, descriptas, cap. 212, βιβλίον γεροντικὸν (*k*), cujus meminit p. 50. Ex his credibile est fabulas, quas non paucas habet, cum bona fide transcripsisse. Palladii abbatis, velut æqualis sui, meminit cap. 176 ; passimque invehitur in hæresin Severi Acephali. Cum Italice modo typis excusum exstaret hoc opus, Latine ex Ambrosii Camaldulensis versione primus edidit Aloysius Lipomannus, Venet. 1558, 4. Deinde post editionem Coloniensem, 1583 (et Bigneanam in *Bibliotheca Patrum*, Paris. 1575, tom. II ; et 1589, tom. VII). Heribertus Rosweidus, in *Vitis Patrum* Antwerp. 1617, 1628, fol. lib. X, additis etiam brevibus notis. Aliam Paschasii Auriaci, ordinis Minorum Insulani versionem, dubito, an editam, memorat Possevinus, tom. II *Apparatus sacri*, p. 426. Hinc Græce et Latine in *Auctario Bibl. Patrum* edidit Fronto Ducæus, tom. II, p. 1057, Paris. 1624, fol. Lacunas ex codice 2466 bibl. Regiæ Paris. et tribus bibl. Colbertinæ supplevit ; multaque emendavit Cotelerius, tom. II *Monument. Ecclesiæ Græcæ*, Paris. 1681, 4. p. 341-456. Exstat quoque Græce et Latine in *Bibl. Patrum*, Paris. 1654, tom. XIII. FABR. Plura leges infra, vol. IX, lib. V, cap. 32, § 11, 12 et 13, pag. 21 seqq. ed. vet. Adde Oudin. l. c. pag. 1607 ; et infra, vol. X, p. 205 ed. vet. — In cod. Coislin. 369 ; Λειμὼν Ἰωάννου καὶ Σωφρονίου, πατριαρχῶν, etc., constat capp. 296, et in fine deficit. V. Montfauc. in *Bibl. Coisl.* p. 573. — In cod. 3585, Sophronii, patriarchæ, *Pratum spirituale*, teste Montfauc. in *Bibl. biblioth. mss.* I, p. 123 *A*. Add. Lambec. comm. VIII, pag. 575, not. 3. — Dublini inter cod. Narcissi, Dublin. archiepiscopi, n. 1262 Catal. etc., est Sophronii *Hortus monasticus*, seu *Pratum spirituale*, Arabice. HARL.

18. *Acta S. Anastasii* Persæ, Sophronium auctorem, habere conjicit Baronius ad a. C. 627, n. 1.

De sermone suppositicio *De Assumptione Mariæ*, vide Lambec. Comm. VIII, p. 316 seqq. in primis p. 322-326 seqq. — Ex eo quoque in cod. Selden. 53 in bibl. Bodlei. Cat. codd. Angl. etc. n. 3383. — In eod. bibl. n. 272, Sophron. patriarcha *De moribus et consuetudinibus*. — In eod. Cat. codd. inter codd. bibl. publ. Cantabrig. n. 2331, *Pars prima glossarum* ab Eusebio, Hieronymo, Sophronio (forsan Hieronymi amico), Hebr. Græce, Lat. composita et exposita.

Hymnos aliaque poemata confecit. Vide paulo ante ad n. 7. — In codd. Naniano 154, n. 33, Ποίημα Σωφρονίου, etc. inc. Δοξάζομέν σε, Δέσποτα φιλάνθρωπε, etc. *V.* Catal. codd. Gr. Nan. p. 349. — In cod. Barroc. 96, sec. Catal. codd. Angliæ, etc. I, p. 11, occurrit et citatur Sophronii, patr. Hierosol. *Carmen in Thermas* ; idem cum illo, quod circumfertur in Appendice *Anthologiæ Gr.* conf. supra, vol. IV, p. 432, 487, seqq. ; vol. VII, p. 170, sect. 24.

NOTÆ.

(*j*) Τοῦ Μόσχου, vide Photium cod. 190, et Heriberti Rosweidi Prolegomena ad Vitas Patrum, pag. 20 seq. Pro *Joanne Evirato*, ut habet Lipomanni editio, Græcus codex, quem Cotelerius inspexit, habet Ἰωάννου τοῦ Εὐκρατᾶ, *Joannis Eucratæ*, tom. II *Monument.* p. 341, 655. Lambecium, VIII, pag. 599 [p. 854. seq. ed. Koll.]

(*k*) Nonnulli hoc Joannis Moschi Λειμωνάριον appellant νέον πατερικὸν, alii νέον παράδεισον, respectu vetustioris Λειμωναρίου nempe, de quo Photius. 198.

Digitized by Google

ANG. MAII PRÆFATIONES.

I.

Script. Vet. Collect. X, p. XXIV.

Cogitanti mihi de Sophronii, viri sanctissimi, ante medium sæculum septimum patriarchæ Hierosolymorum, tum insignibus erga Ecclesiam meritis, tum etiam non paucis scriptis, permirum videri solet, nondum hæc, in tanto typorum apud nos usu fuisse collecta, neque idoneo voluminis apparatu conjunctim edita ; imo vero complura in codicibus mss. ad hanc usque diem indecore prorsus retineri. Quæ igitur sparsim sunt vulgata, veluti in concilio generali sexto, in sanctorum Actis, in Patrum Lugdunensi Bibliotheca, apud Gretserum, *De cruce;* apud Combefisium in *Bibliotheca PP. concionatoria*, atque apud Allatium, non ignoro ; sed præterquam quod pars illorum nonnisi Latine exstat, sine Græco originali; ea sane incommode sus deque quæruntur, et illustratione debita carent ; atque, ut dixi, fraternorum librorum adhuc latentium comitatum desiderant. Itaque cepi consilium instruendi mediocrem tomum, quem postea in lucem emittam, quo cuncta Sophronii opera, cum Hesychii etiam presbyteri Hierosolymitani non paucis scriptis haud pœnitendis, complexurus sum. Et sane apud me habeo Græcos utriusque auctoris textus complures : Sophronii autem studeo pene præ cæteris divulgare copiosissimam, quam præ manibus habeo, de SS. Cyro et Joanne historiam, genuinum certissimumque beati Patris fœtum, et diu nimis in Græcorum Latinorumque codicibus pressum. Interim vero nihil vetat, quominus hic duo collocem in antecessum S. Sophronii scripta : primo videlicet in SS. Petrum et Paulum AA. panegyricam orationem, quam veluti gemmulam in Vaticano codice Græcam reperi, brevique hora Latinam feci ; deinde typici quoddam fragmentum, sacris quos superius descripsi, hymnis quodammodo consonum, cum finalibus regi et sacrorum antistiti acclamationibus : nam officii quoque divini ordinem a S. Sophronio nostro fuisse instauratum, testatur auctor priscus Simeon Thessalonicensis apud Allatium in Dissert. de ecclesiasticis Græcorum libris quam nunc rem Vaticanus codex confirmat.

II.

Spicileg. Rom. IV, p. v.

1. Ex Sophronianis lucubrationibus primam pono in sanctum Domini Præcursorem luculentam laudationem, quam ff. 20, longius quoque se fuisse producturum dicit Sophronius, nisi corporis infirmitas, et instans sacræ liturgiæ tempus finem dicendo imposuisset. Hæc est de illarum homiliarum numero, quas ecclesiastici patres, ac præcipue episcopi, Græci atque Latini, per anni circulum sive de sanctis, sive de tempore, sive de sacris Libris, aliisve argumentis, in concione populi recitabant. Prorsus autem hallucinatur Theophilus Harlesius, *Biblioth. gr.* ed. nov. t. IX, p. 163, dum ait Sophronii de Præcursore Domini sermonem exstare Latine editum a Combefisio in *Bibliotheca concionatoria*. Etenim sive in volumine septimo, ubi Patrum sermones leguntur de Præcursore, sive etiam in aliis Combefisii tomis, hunc frustra quæres. Quia vero Combefisius tom. I, in Præf. p. 41, ait, Allatium habuisse inter cæteros hunc quoque Sophronii sermonem (quem quidem nunquam edidit, præter hæc initialia verba δίδου ἡμῖν ἡ φωνὴ τοῦ λόγου φωνήν), idcirco Harlesius, Combefisii verbis perperam intellectis, putavit eum exstare apud ipsum Combefisium, quod secus omnino est. Cæteroquin hanc Sophronii orationem in Præcursorem, necnon duas ejusdem alias in occursum Jesu infantis ac Simeonis, et in sanctos angelos, possedit mss. Holstenius, teste ipsomet in Epistolis ed. Boissonadi, p. 210. Sed enim quod aiunt Fabricius, Harlesius et Combefisius, habuisse Allatium apud se sermonem Sophronii de XL matyribus (am oriensibus), is non prædictorum tantummodo, verum etiam Allatii error fuit, a falso codicum titulo obtrusus : etenim ego in pala tino Vat. codice (quem ipsum Allatius, ut puto, vidit) sermonem illum Sophronio inscriptum vidi ; sed tamen prima statim lectione comperi, compositum esse vivente Theophilo imperatore, ideoque duobus post Sophronium sæculis, quæ ipsa martyrum amoriensium ætas est.

2. Insperatum aliud Sophronii scriptum in Ottoboniano Vat. codice nactus sum, quo sacrosanctæ liturgiæ instrumenta, vestes, ministrorum officia, sacri operis ordo, etc., recensentur atque explicantur. Utilis sane doctrina atque pretiosa ! quanquam opusculum in medio abrumpitur, atque haud scio an uspiam integrius aliquando occursurum sit. Interim moneo, diversum plane ab hoc Sophroniano esse opusculum ejusdem ferme tituli, quod sub Germani Byzantini patriarchæ nomine prodiit Græce Parisiis typis Morellianis anno 1560.

3. Sequuntur venustissima Sophronii carmina Anacreontica ; quorum laus tota merito pertinet ad ingeniosissimum Siculum sacerdotem Petrum Matraugam, Athanasiani Græcorum collegii in alma urbe prorectorem. Itaque ipse verbis suis in præfatione atque in scholiis a se additis Spartam hanc pro dignitate exornabit.

4. Dum Sophronii scripta in Vaticanis præsertim codicibus vestigarem, incidi in amplum *triodium* quoddam, pulcherrimis litteris antiqua manu descriptum, atque ab hactenus editis totum differens, optimi generis et prorsus orthodoxi. Melodi in eo loquuntur Antonius monachus, Clemens quidam (*a*) Joannes monachus (scilicet Damascenus), Josephus, Leo despota, Sergius, Sophronius, atque studita Theodorus ; copiosissimi quidem omnium Sophronius ac Theodorus. Ego vero, reliquis omissis, Sophronii tamen

NOTÆ.

(*a*) Ex ascetico Clementis serm. 27 vidi excerptum in cod. Vat. cujus initium : Ἐν τῇ κάτωμὲν βίβλῳ.

Digitized by Google

gratia non recusavi laborem omnia excerpendi, quæ nomine ejus inscripta erant. Pium sane opus, et religionis dulcedine delibutum, quod auctoris animum cœlestibus affectibus inflammatum demonstrat. Jam Sophronium alias quoque ecclesiastici officii partes composuisse, notum est; nominatimque de *typico* admonet nos codex bibliothecæ Coislinianæ apud Montfauconium. p. 591: Ἀρχὴ τυπικοῦ τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἀκολουθίας τῆς ἐν Ἱεροσολύμοις ἁγίας λαύρας τοῦ ὁσίου καὶ θεοφόρου Πατρὸς ἡμῶν Σάβα συντεθὲν καὶ συγγραφὲν παρὰ τοῦ ἁγιωτάτου Πατρὸς καὶ ἱερομοναχοῦ κυροῦ Σωφρονίου· αὕτη ἡ ἀκολουθία γίνεται καὶ ἐν ταῖς λοιπαῖς τῶν Ἱεροσολύμων ἁγίαις μοναῖς. Sophronii fragmentum dogmaticum habes a me impressum in tomo VII *Script. vet.* p. 22, idque arbitror pertinere ad ejus de Trinitate et Incarnatione Opusculum, quod in codd. aliquot superesse creditur. Insuper in cod. Vat. 483, f. 158. Σωφρονίου παράφρασις εἰς τὸ περὶ μνήμης, καὶ ἀναμνήσεως, καὶ ὕπνου, καὶ ἐγρηγόρσεως, καὶ τῆς καθ' ὕπνον μαντικῆς. Denique in miscello codice Vat. Fragmentum quoddam Sophronii legebam, de laude virginitatis, quod hic ascribo. Σωφρονίου Ἱεροσολύμων. Ὅσον δὲ παρθενίας καὶ σωφροσύνης τὸ μεταξὺ, αὐτὰ βοᾷ τὰ τῶν ἀρετῶν ἀξιώματα· καὶ ὁ κρείττων υἱῶν καὶ θυγατέρων τόπος, ὁ μόνοις ἐκεῖσε διδόμενος τῆς ψυχῆς ὁμοῦ καὶ σαρκὸς τὴν ἐν Χριστῷ παρθενίαν τιμήσασι, καὶ μιμηταῖς τῆς τοῦτον τεκούσης ἀχράντου Παρθένου γενομένοις τε καὶ ὑπάρξασι· τοῦτο δὲ καὶ αὐτὸς ὁ Σωτὴρ πᾶσιν ἐπιφανεὶς ἐφανέρωσε, μὴ πάντας εἰπὼν τούτου τυγχάνειν χωρητικοὺς, τοῦ τῆς παρθενίας λέγω χαρίσματος, ἀλλὰ μόνους ἐκείνους οἷς ὁ Ἰησοῦς ὡς ἀξίοις κατὰ θείαν ἠὐτρέπισε πρόγνωσιν.

5. De duabus SS. Cyri et Joannis historiis earumque interpretationibus, accurate infra locuti sumus in monito p. 226-229; quare nunc verbis temperandum est. Illud apprime gratulor et gaudeo, quod tres Græcos magni Cyrilli, etsi brevissimos sermones modo mihi divulgare datum sit, a Sophronio biographo nobis conservatos, quorum nemo tamen memineral, nedum aliqua editio exstabat; hique item in Latino Anastasii textu recurrunt.

6. Inter eos qui Sophronii de SS. Cyro et Joanne opus legebant, Petrus Parthenopensis erat, non ille lapidus sæculi undecimi desinentis scriptor, cujus notitiam, p. 267, exhibuimus. Id apprime demonstrat primi postremique miraculi interpretatio, quæ est in cod. Vat. 6075. Sed insuper studio proprio prædictorum martyrum historiam scripsit Petrus cum critico prologo, qui non sine fructu legetur. Sanctorum scilicet Cyri et Joannis jam temporibus illis celebris fuisse cultus videtur in urbe Neapoli; quem cultum, sancti Cyri scilicet, felicissime ibidem suscitavit atque restituit nostra haud procul ætate sanctus Franciscus de Hieronymo S. I., perque ejus reliquias prodigia plurima edidit, quo fit ut veterum abs Sophronio narratorum fama, his recentibus confirmetur: præsertim quia, æque ac Sophronius, ipsius Cyri M. adhortatione aut visione ad eum honorandum videtur Franciscus fuisse impulsus (*b*). Est autem Petrus biographus non ignobilis; quare et sanctæ Julianæ, Coronatorum quatuor, et sanctæ Catharinæ passiones ab eo scriptas in eodem codice vidi, quarum tamen nonnisi prologos dedi, qui aliqua se commendant eruditione, auctorisque ætatem declarant.

NOTÆ.

(*b*) Vide ejusdem sancti Francisci Vitam auctore Longaro Oddo, lib. II, 4.

SANCTI SOPHRONII HIEROSOLYMORUM PATRIARCHÆ

VITA EX VARIIS COLLECTA.

(BOLLANDIST. *Acta sanct. Mart.* t. II, p. 65.)

CAPUT I.

Communia cum magistro suo Joanne Moscho studia Alexandriæ; unde Prati spiritualis auctor dictus.

1. Sophronium, Hierosolymitanæ Ecclesiæ episcopum sexagesimum secundum, ex civitate Damasco, multiplici eruditione, divinarum Litterarum scientia et pietate insignem natum esse, asserit Græcorum *Menologium* hoc die: assentiuntur et Meneæ: a quibus parentum nomina proferuntur, quæ patri Plintas, matri Myro fuere. Sacrarum doctrinarum studium in eo ingens fuisse, nec minorem studio peritiam posterioris vitæ Acta luculenter probant: dialecticarum quoque præceptionum atque rhetoricæ artis professionem in adolescentiori, et necdum monasticam vitam professo, indicat honorifica Sophistæ appellatio; sub qua ejus nomini Pratum spirituale inscribit Joannes Moschus: siquidem Sophronius Joannis discipulus sociusque A hic est, de quo agimus. Esse autem maxima cum probabilitate creditur S. Joanni Damasceno, τὸ Λειμωνάριον τοῦ ἁγίου Πατρὸς ἡμῶν Σωφρονίου ἀρχιεπισκόπου Ἱεροσολύμων citanti ac producenti, in fine libri quem pro imaginibus conscripsit, altero duntaxat a morte Sophronii sæculo, eadem autem in Palæstina vivens.

2. At qua ratione, qui Joannis Moschi certo esse cognoscitur tam ex Photio vol. 199 quam ipsa prologi ad Sophronium inscriptione; Sophronio ipsi tribuitur a Damasceno, necnon a Nicæna secunda synodo ad sacrarum imaginum cultum restituendum, non multo postquam Damascenus scripserat, celebrata? In hujus enim actione 4, suggerente Eustachio, hegumeno mansionis Maximi, B Stephanus monachus e Limonario Patris nostri Sophronii legit ad verbum ea, quæ cap. 45 *Prati*, ut diximus, *spiritualis* continentur. Respondet Aloy-

Digitized by Google

sius Lipomannus, Veronensis episcopus, cujus studio præclarum illud opus ex Hieronymi Camaldulensis versione primum Latinis typis subjectum fuit : « Sophronio his de causis attribui ; vel quia ad ipsum per charissimum socium inscribitur ; quemadmodum et rhetorica Ciceronis ad Herennium, et ejusdem ad Atticum epistolæ, ad Herennium et ad Atticum libri appellantur : sic Sophronii liber hic dicatur, quia ad Sophronium dirigitur : atque ex eo maxime, quod ad usum illius in primis conscriptus est. Namque auctor ipse in epistola, quam libro præmittit, fatetur se ex hoc Prato coronam Sophronio contexuisse, ac per eum aliis deinceps obtulisse. »

3. Seu quia in hoc libro dicta et gesta ipsius Sophronii pro majori parte continentur : nam is totius itineris libri hujus auctoris fuit individuus comes ; et quæcunque ambobus ambulantibus occurrerunt, vel quærentibus responderi contigit, diligentissime descripta sunt. Quare etiam hæc verba sæpissime iterata videbis : Venimus ego et dominus meus Sophronius sophista ad abbatem talem, etc. Et ideo semper etiam plurali locutione utitur, dicens : Perreximus, accessimus, vidimus, narravit nobis senex monasterii dux. Per quæ omnia conspici datur, scriptorem nunquam solum fuisse in his quæ narrat perquirendis. Sicut ergo Platonis Phædrus, Timæus, Gorgias, et Parmenides, et Tullii liber de senectute Cato Major inscribuntur a personis, quæ ibi colloquentes et disputantes inducuntur ; quid obstabit huic libro, quin Sophronii dicatur ; cum in eo is ambulans, visitans, operans, interrogans et respondens ubique fere asseratur ? Aut demum ex illa causa Sophronio ascribitur, quoniam una cum Joanne prædicto conscriptor, ut ita dicam, forte ejusdem libri fuit. Lege hujus voluminis caput 77 et in ejus principio ita scriptum reperies : « Ego et dominus meus Sophronius perreximus ad philosophi Stephani domum doctrinæ gratia ; » etc. Deinde in fine ejusdem capitis hoc modo scriptum legitur : « Ista cum audivimus, innuit mihi dominus meus Sophronius, et recessimus, et dixit mihi : Vere, Abba Joannes, hodie nihil ultra studeamus ; satis enim ædificati sumus. » Hæc ergo scripsimus, ut et vos pariter ædificemini.

4. « Una ergo ex his rationibus, seu potius omnibus simul accedentibus, jure meritoque liber iste Sophronii nomine inscriptus videtur ; » quibus Lipomanni rationibus hæc quoque adjungatur si placet : quod Sophronii opera vulgari liber ac celebrari primum cœperit, quem ipse a magistro Romæ, ubi perfectus demum est, moriente, velut testamento acceptum, una cum defuncti cadavere in Palæstinam attulerat, quemadmodum paulo post videbimus. Quod tamen pro secunda ratione assumit Aloysius, fuisse Sophronium individuum auctoris comitem, id post ea intelligendum est tempora, quibus hic illi sese in Ægypto conjunxit : nam credibile non est omnibus iis quæ in Palæstina Syriaque narrata fuere, audiendis (quamvis comites adfuisse indicet Joannes pluraliter loquens), comitem semper habuisse Sophronium qui necdum monasticæ professionis voluntatem susceperat, et nusquam in iis nominatur. Dicunt quidem Græcorum Menæa quod « ad Magni Theodosii cœnobium se conferens, ibi in quiete et silentio divinarum Litterarum meditatione roborarit animum : et præterea (cum majori adhuc studio discendæ philosophiæ arderet) Alexandriam navigarit ; » verum perturbatis rebus temporibusque, in eo elogio memorantur plura ; et quod a viro factum mox constabit, adolescenti tribuitur, siquidem de suscepto habitu monastico intelligere Menæa volumus : nam alioqui sciendi proficiendique avidum adolescentem patriæ suæ vicina monasteria non infrequenter adiisse, ipsumque illud S. Theodosii, et in eo jam tum famosum Joannem, Limonarii postea auctorem cognovisse, colligitur ex hoc initio capitis 91 : « Narravit nobis venerabilis Pater noster abbas Gregorius archimandrita monasterii S. P. N. Theodosii, mihi scilicet et fratri Sophronio Sophistæ. »

5. Ubi quod eum appellet fratrem, haud aliter potest accipi quam per anticipationem quamdam ejus vocis, qua inter se utebantur Romæ, cum ista scriberentur : alias Dominum appellat capite 69. « Perreximus una ergo et dominus Sophronius, priusquam sæculo renuntiaret, in Alexandriam ad abbatem Palladium. » Et expressius cap. 77 supra citato, et cap. 110 : « Assumpsi, inquiens, dominum meum Sophronium, et perreximus in monasterium, quod ab Alexandria decem et octo passuum millibus distat, ad senem quemdam magnæ virtutis, Ægyptium genere, dixique seni : Dic nobis verbum, Pater, quomodo debemus simul habitare : quia dominus Sophista voluntatem sæculo renuntiandi habet. Ait senex : Bene facis, fili, renuntians sæculo, salvansque animam tuam ; sedete igitur in cella, ubi vultis, sobrie et vigilanter, quietem ac silentium servantes, et sine intermissione orantes. »

6. His porro aliisque similibus monitis excitatum Sophronium credo monasticum habitum assumpsisse : atque huc spectare, quod de versione eidem oblata per viam legitur cap. 102. « Cum interrogatus esset abbas Sophronius Sophista, frater meus, assistebamus prope illum ego et abbas Joannes Scholasticus, et abbas Quiricus et alii quidam ex Patribus, dixitque nobis : Pergebam modo in via et ante me adolescentulæ choream agebant, tripudiabantque dicentes : Bene veniat Sophronius : coronatus est Sophronius. » An autem deinceps quoties Limonarii auctor in plurali dicit : « ivimus, perreximus, » etc., intelligi debeat Sophronius adfuisse, etiamsi hoc non exprimatur, ambigi merito potest ; nec enim de nihilo esse videtur quod cap. 262 tam clare hoc

Digitized by Google

addat: « Vidimus abbatem Theodorum Pentapolitanum (erat autem nobiscum Sophista Sophronius) et interrogavimus eum, » etc.

7. Atque ex his, historiæ elucidandæ causa hic prolatis, alterum quoque intelligi potest: videlicet, quale studium fuerit, cujus in utroque cupiditas par tam arcta illos inter se necessitudine copularit: hoc agebant nempe ut ex iis, quæ ubique videdant audiebantque, selectiores, ut sic loquar, flosculos carperent, et in illud quod meditabantur pratum transferrent, ad suum aliorumque profectum: cujus rei exempla possent ex nominato libro proferri varia: unum hic pro omnibus est, quod capite undecimo reperitur, his verbis: « Ego et sodalis meus Sophronius cum in Alexandria essemus, die quadam perreximus ad Theodosii ecclesiam, obviumque in via habuimus in vico virum quemdam calvum, indutum sacco usque ad genua: videbatur autem quasi fatuus et amens. Dixit igitur mihi abbas Sophronius: Da mihi nummos, et videbis virtutem venientis. Dedi ego illi quinque nummos; qui acceptos dedit illi, qui videbatur ut amens: accepit autem eos ille, nihil omnino loquens: nos autem clam illum secuti sumus e vestigio: ille vero cum flexisset a via, extendit in cœlum manum suam dexteram habentem nummos, et post hæc postravit se coram Deo, positisque in terra nummis abiit. »

8. Circuibant nempe tanquam apes argumentosæ æque discipulus atque magister: et in spirituales favos junctim referebant quæ collegerant. Eoque alludit pars illa hymni a Græcis soliti hoc die decantari, cujus initiales litteræ hunc versum constituunt:

Σωφροσύνης μέλπω τὸν ἐπώνυμον, αἴσιμα ῥέζων·

Sapientiæ nomen ferentem cano, quod æquum est [*faciens:*

hujus, inquam, hymni versus a fine decimus tertius huc alludit, cum dixit: Ὅλος ἀνάθημα Θεὸς τὰς τῶν ἀσκητῶν φυτουργίας περιπτάμενος, σοφὲ, λειμῶνα τὸν σὸν κατεφύτευσας, ἀρετῶν ἐμμελέτημα τῷ Θεῷ τῷ ἐν ὑψίστοις καθιερώσας. « Totus Deo devotus, ascetarum circumvolitans plantationes, limona, id est, pratum tuum consevisti, studiosam exercitationem virtutum Deo, qui est in altissimis, offerens: » Ut hic Limonarii opus Sophronio non obscure tribuatur, tanquam alteri illius auctori.

9. Primi porro auctoris elogium (quod bona ex parte Photius Bibliothecæ suæ inseruit, integreque ex MS. codice Vaticano antiquo a Francisco Olivarii Latine redditum, Heribertus noster Rosweydus edidit inter vitas Patrum) hic juvat proferre; quoniam ad res discipuli illustrandas non parum conducere videtur, ut ejus magistri historia cognita ex parte aliqua habeatur. Sic igitur habet: « Conscriptus est hic liber Prati, seu Vitæ sanctorum ac virtute præditorum Deoque placentium Patrum, qui in ipso continentur, reliquæque perutiles animæ narrationes, ac scite dicta sacrorum justorum, Christique amantium Patrum et Fratrum, a Joanne sanctæ memoriæ presbytero, et monacho cognomento Moscho: qui principio quidem sæculo renuntiavit in monasterio sancti Patris nostri Theodosii, abbatis et archimandritæ omnium, quæ sunt Hierosolymis, cœnobiorum sive monasteriorum: cum autem in deserto ad sanctum Jordanem non exiguo tempore versatus esset cum sanctis Patribus, qui illic degunt, eorumque virtutes collegisset, eas huic operi inseruit. Cumque habitaret in Novo, quod dicitur, monasterio, quod a sancto et magno Patre nostro Saba ejusque discipulis constructum ad hoc usque tempus permanet, audiens qua tyrannide Persæ Romanos oppressissent, occasione cædis Mauritii imperatoris ejusque liberorum, a Novo monasterio secedens, perrexit ad partes Antiochiæ magnæ. »

10. « Atque inde rursus, cum prævalere gentem videret, Alexandriam se contulit; et tota quæ circa illam est solitudine peragrata (fuerat enim jam a principio imperii Tiberii missus in Ægyptum ad ministerium obeundum) et usque ad Oasim, proximamque illi solitudinem perveniens; postquam eos qui illic erant Patres invisit, atque inde rursus audivit sancta loca fuisse occupata, et Romanos metu correptos; Alexandria relicta, ad magnam Romanorum urbem navigio appulit una cum charissimo discipulo suo Sophronio. Dum autem essent in itinere, diversas insulas lustrarunt. Tali vero donatus a Domino gratia fuit vir beatus, ut si quid de vita rebusque gestis virtute insignium virorum audisset vel vidisset, id scriptis mandaret: quo factum est, ut et Romæ cum esset, idem consilium sit exsecutus. » Hactenus elogium, cujus pars altera propius Sophronii vitam attingens sequenti paragrapho proferetur. Hic tantum observo Tiberium, quo regnare incipiente, visendi Ægypti occasionem Moschus habuit, æræ Christianæ anno 579 exeunte, imperii habenas suscepisse: Mauritium autem, cujus mortem secutæ clades eidem Moscho necessitatem attulere Palæstinæ deserendæ, ex vita sublatum circa finem anni 602.

11. Quod autem Antiochiam discedens socium Sophronium duxerit, atque adeo testem habuerit multorum, quæ visa a se auditaque scribit a Patribus circa Antiochiam degentibus; ab eoque adhuc sæculari sumptibus ad iter necessariis adjutus sit, suspicari possumus, affirmare nequaquam; cum Menæa dicant ipsum Alexandriæ inventum a Sophronio: quod tamen magnam apud nos vim non habet propter alios in isto elogio, quod ex Menæis inferius subjiciemus, parachronismos: aliud autem nullum in contrarium est argumentum: neque ratio ulla temporum repugnat, quominus jam tum Moscho potuerit adhærere: nam si annos saltem sexaginta vixisse Sophronium concedas, fuit ille, moriente Mauritio, viginti trium amplius annorum:

Digitized by Google

quæ sane ætas itinerum studiorumque laboribus maxime est opportuna.

CAPUT II.

Sanctorum Cyri et Joannis miracula scribit, sancto Joanni Eleemosynario familiaris; Romam abit; redit in Palæstinam.

12. Omissis igitur conjecturis, hoc certi habemus ex præcedentibus, Moschi contubernio usum esse Sophronium in Ægypto, primum quidem sæcularem, deinde monachum: item utrumque simul obiisse regionis illius monasteria, atque in ipsa usque deserta penetrasse: quid autem Alexandriæ speciatim egerit Sophronius, partim ex argumento *Prati spiritualis* liquet, maxime ex capitibus præcitatis 77, 110, 111 aliisque: partim ex D. Joannis Eleemosynarii Vita, insignique de SS. Cyro et Joanne volumine, ibidem per Sophronium scripto; quod ad XXXI Januarii, quo die sancti isti coluntur, frustra desideratum, et periisse creditum, feliciter reperimus in Romano itinere nostro, et quidem utraque lingua, servamusque ingentis thesauri vice suo tempore proferendum, cum supplementum operi semper crescenti non contemnendum adjiciemus: illius autem scribendi occasionem et præscriptionem comitata sunt mirabilia, ex protheoria seu præfatione cognosce:

13. Propter ægritudinem oculorum ad Cyrum et Joannem martyres accurrentes apud eorum basilicam morabamur, miraculorum exundantiam intuentes, hæc memorantia scripta volebamus legere, quæ nos martyrum certamen instruerent, quæve de præcedentibus miraculis prædicarent: nihilque invenientes quæ diximus, nisi tantum duos breves sermones magni Cyrilli, qui propugnator et præco exstitit veritatis, ad zelum sumus intolerabilem excitati. Si pagani quippe falsa conscribentes, cum nihil verum nec fabulis liberum dicant, tot libros super dæmoniis conscripserint: nos ad instar quadrupedum, secundum amicos justi Job, tacebimus tanta ac talia veritatis, quæ Christus Deus noster est, opera magnifica contuentes per veros famulos ejus effecta?... idcirco et nos flagrantiori zelo ferventes ad confessionem sanctorum cucurrimus pie procidentes in faciem, totoque animo devoventes, ut si nobis concesserint visionis officium, de certamine eorum, quæque ab eis fiunt, eorum miracula conscriberemus, divina gratia cooperante nobis...,

14. Unde assurgentes, et apud nos postmodum recollecti; hinc quidem martyrum celsitudinem spectabamus, et miraculorum quæ fiebant multitudinem cernebamus, inde imbecillitatem nostram.... unde recusare hanc, quæ in votis Deo et martyribus ejus a nobis promissa est, redemptionis oblationem voluimus: sed hæc nos agere volentes Salomon coercebat, dicens: « Juxta quod vovisti Deo, votum tuum ne tardaveris exsolvere. » .... His igitur viris obstrictus, interdum quidem scribere propter priora perterritus, interdum non scribere propter sequentia contremiscens, et quid agerem nesciens, atque ad eosdem martyres confugiens, quid agendum esset ab eorum sanctimonia deposcebam. Illi vero affectus suscipientes propositum, scribere præcepere, præsidium et consilium suum conferre pollicentes. Multoties itaque scribentibus nobis apparuere, quod repromiserant adimplentes: nunc quidem atramentum et calamum porrigentes, nunc vero quaternionem sumentes, et quæ nos fefellerant corrigentes: interdum, utpote narrationibus gaudentes, vultus hilaritate monstrabant ea se cum delectatione discutere: quod et nos sæpius patimur, dum lætis oculis pervenerimus ad loca gratiam relationis habentia. Millies quippe nobis, dum in aliis occuparemur, conquesti sunt, et tanquam negligentem increpavere, dicentes: Quousque non perficis veritatem? hæc de scriptura et laude sui nominis defendentes: quæ omnia si scribere velimus, eos qui lecturi sunt onerabimus. Sufficit autem per hæc modo, sæpius nobis ab eis collatum præsidium, dum scriberemus, astruere; Deumque atque eos testes veritatis, quæ in his est, habentes.

15. In primis ergo horum martyriale certamen conscripsimus, et quod in templo sint venerabilis Marci depositi, et quomodo demum in ædem Evangelistarum sunt deinde transpositi: horum occasiones et semina ex vocibus sancti Cyrilli colligentes. Post quæ, has septem decadas miraculorum conscripsimus; millia decadum multarum habentes describere; si utique nos dicere possemus, audire vero, qui hæc lecturi sunt, valuissent.... et harum quidem septem decadum tres primariæ ea, quæ post martyriale certamen sepulturamque et translationem gesta sunt, continent; sed et quartæ dimidium Cyri et Joannis, quæ in Alexandrinis factæ sunt virtutes, enumerat; quartæ vero residuum et decas quinta ea, quæ in Ægyptiis et Lybicis acta sunt, prædicant; sexta autem et septima beneficia, quæ advenis concessa sunt, intimant.... Nos autem non ignoramus quod sacris miraculorum narrationibus mollis stylus magis congruat et solutus: sed nos hunc relinquentes, extensum suscepimus, ut per hunc concitum sanctorum fervorem et ad curas egentibus conferendas, designemus instantiam. »

16. Hæc ibi atque alia plura, brevitatis causa hic prætermissa, punctique signata: in ipso vero de laudibus dictorum sanctorum sermone, qualis fuerit oculorum infirmitas et quomodo ab ea curatus sit, clarius sic exponit: « Nos quippe oculis infirmati, nos Salvator totius corporis appellavit lucernam.... et cæcitatem afferre infirmitatem hanc a medicis audientes, quorum alii quidem vitium hoc effusionem, alii vero platycorian, seu pupillæ dilationem nominabant; ad nos bene operantes sanctos, Cyrum scilicet et Joannem, profecti sumus, omnem nostram vivendi spem in divinitus illis data gratia suspendentes, et humanum

Digitized by Google

auxilium, tanquam infirmum et contra passionem minus validum, repellentes : at illi fidem admittentes.... celerem præbuere sanitatem languoris, et de futuris, quod hinc nihil essemus passuri, quæ Asclepiadæ nos passuros dixere, certos reddidere : Homericam nostram cæcitatem per visiones et ænigmata, ut illis gratum est effugantes. »

17. Sed hæc privata Sophronii studia fuere, quæ nemo mirabitur alienis sæpe occupationibus fuisse interrupta : qui modo legerit quanto, tam ipse quam ejus magister Joannes, in pretio fuerint apud sanctum Joannem Eleemosynarium, Alexandrinæ urbis archiepiscopum : et quanta publicarum curarum pars ad eos pertinuerit. De quibus hæc Leontius num. 60, in Vita a nobis edita ad 23 Januarii. « Misit ei Deus viros sapientes et semper memorandos, Joannem et Sophronium : consiliarii enim erant veraciter boni, quibus et tanquam patribus indiscrete obediebat, et gratias agebat tanquam constantibus maxime et viriliter agentibus militibus pro pietate religionis. Etenim sancti Spiritus virtute freti, cum Severianitis ac cæteris circa regionem nostram existentibus immundis hæreticis sapientia sua ac disputationibus pugnas habentes et conflictum, multa quidem castella pluresque ecclesias, similiter et monasteria ab ore talium bestiarum, tanquam boni pastores, evellere studuerunt : propter quod et maxime plurimum honorabat sanctos hos ille vere sanctissimus. »

18. Imo domesticos illos videtur habuisse : ita familiariter in Vita per Metaphrasten conscripta num. 9, eum sub vesperam domi suæ mœstum interrogat, quod alius audebat nemo, « divinus qui aderat Sophronius : Quid est, inquiens, o vir divine, quod te afficit molestia?... Ille autem miti et leni voce : Hodie, inquit, miserandus Joannes non ab aliquo ullam accepit mercedem, neque ullum vel minimum piaculum potuit offerre Christo pro multis et magnis suis delictis.... Cum itaque sacrosanctus intellexisset Sophronius, quid sibi vellet, quod ab eo dictum fuerat : Te potius, inquit, lætari oportet et non tristitia affici, o beatissime domine, quod tibi commissum gregem feceris vivere in tanta pace, ut nullus de re aliqua cum vicino habeat controversiam : sed tanquam angeli aliqui absque ulla lite et contentione homines vivant in terra. »

19. Quem igitur habuit in hierarchico munere ministrum probatissimum, et suarum virtutum arcanorumque conscium dum viveret, eumdem etiam habuit a funere laudatorem : « In ejus enim (ut testantur Menæa) beata pace sopiti mortem hic Sophronius de immenso ipsius eleemosynarum thesauro excellentissimaque virtute funebrem laudationem scripsit, ipseque multis lacrymis obitum ejus est prosecutus. » Hujus laudationis Leontius meminit num. 2 : « Jam quidem, inquit, et alii ante nos de hoc admirabili viro et summo sacerdote Joanne philosophati sunt, potentes exsistentes in opere et in sermone. Dico enim Joannem et Sophronium Dei cultores, et amatores virtutum, et pietatis propugnatores : attamen quamvis tales essent, de dignitate et merito viri istius multa omiserunt..., deinde vero, quia sapientes et potentes in opere et sermone, amatores historiæ erant, sapienter et sublimiter materiam depinxerunt. »

20. Prius tamen, quam emigraret e vivis antistes sanctissimus, Alexandriam reduces Joannes atque Sophronius, peragrata interiori Ægypto, invenere turbata omnia : « Dum Persæ Jordanis loca, Palæstinam et sanctam civitatem armorum vi subegerunt. Capto vero Hierosolymorum patriarcha Zacharia, pretioso etiam et vivifico Crucis ligno locis illis erepto, captivorum hominum multitudinem innumeram in Persidem abduxerunt » et universam populati sunt Syriam. « Qui autem eorum manus effugere potuerunt (ut ex Metaphraste describit Baronius, quamvis auctores confundens Leontium nominet) et laici, tam ii, qui magistratum gerebant quam privati; et clerici cum episcopis confugerant Alexandriam. » Sed nec illic diu tutis esse licuit : anno enim sequenti Persæ Ægyptum, Alexandriam, et Libyam ad usque fines Æthiopiæ subegerunt. Id futurum Joannes Moschus prævideRat : ergo cum Sophronio cæterisque discipulis navim conscendens Romam navigat, et in Cyprum quidem una cum Joanne patriarcha recepisse se, eoque defuncto, per Ciliciam aliosque Asiæ tractus, qui in Limonario memorantur, Samumque, et Archipelagi insulas, demum in Italiam pervenisse facile crederem, si quod pro ea opinione argumentum offeretur.

21. Nunc autem in alto auctorum silentio divinare non licet : quod tamen inter tam multa, quæ in Cypro facta auditaque narrat Moschus, nulla sit mentio discessus ab Alexandria in comitatu patriarchæ, non me commovet : video enim, quod toto illo opere ne semel quidem Joannes patriarcha nominetur : ideo fortassis, quod quæcunque de eo commemoranda noverant Moschus et Sophronius, retulerint in Vitam ejus a se conscriptam Romæ : quod si ab hac diversa fuit Laudatio funebris per Sophronium, eamque constaret in exsequiis dictam, tum vero certum pene foret simul cum episcopo in Cypro adfuisse Sophronium. Verum de his nihil liquet. Fortassis etiam Limonarii opus non integrum ad nos pervenit; sed bona parte mutilum : nam ut Photius ait : « Non eumdem narrationum numerum servatum in omnibus libris deprehendas : cum in quibusdam ad duo et quadraginta supra trecentas sese extendant (hodie autem solum novemdecim supra ducenta capita numerantur), idque vel ex capitum quorumdam divisione, vel certe aliorum interjectione adaucto numero. »

22. In exitu erat papæ Deus-dedit pontificatus, vel Bonifacii Vinchoatus, quando Romam cum suis

Digitized by Google

Joannes appulit, ubi credibile est, non infructuosam tantorum virorum fuisse præsentiam, ut de gliscentibus repullulantibusque in dies per Orientem hæresibus Romana sedes plenius informaretur: quas Sophronii præcipue partes fuisse existimo; nam devexa magistri senectus quietem potius postulabat: qui interim, ne posteritati esset inutile senile otium suum, ex omnibus quæ viderat, audierat, adnotarat ad ædificationem profutura, Limonarium seu *Pratum spirituale* conscripsit, cum « suæ ad Deum migrationis tempus prævidisset, » inquit Elogii superius prolati auctore, quod in hunc modum prosequitur: « Non tamen juxta ordinem eorum, quæ audita vel spectata a se fuerant; sed ut paria erant inter se, tam quæ audita quam quæ spectata fuerant, sibi invicem copulata scriptis mandavit. Cum autem ab his terrestribus secessurus esset tumultibus, atque ad tranquillam et quietam vitam transiturus, advocato charissimo suo discipulo librum hunc ei tradidit, quo sanctorum Patrum Vitæ ac res gestæ Deo acceptæ continentur: eique mandavit, ut reliquias suas ne Romæ relinqueret, sed arca lignea inclusas ad montem Sinæum transferre conaretur, quantum in eo situm esset, ut cum sanctis, qui illic sunt, Patribus deponerentur. Quod si quem exoriri barbaricum tumultum accideret, quo id fieri prohiberetur: in monasterio S. Theodosii, in quo ab initio sæculo nuntium remiserat, ipsas deponi. »

23. Hoc igitur implere mandatum cum studeret charissimus discipulus, assumpto secum Joanne cum suis discipulis (erant quippe duodecim numero) magnum Joseph imitatus est, qui cum fratribus suis Israelem sumens ex Ægypto transtulit ad patres suos, quemadmodum ipsi fuerat a genitore mandatum. Cum autem ille Ascalonem appulisset, et fieri non posse didicisset, ut ad sanctum montem Sina perveniret, propter tyrannicas incursiones eorum, qui vocantur Agareni; assumptis B. Joannis reliquiis, initio octavæ indictionis Hierosolymam venit; et invento antistite magni monasterii sancti Patris nostri Theodosii Georgio presbytero, postquam illi cuncta renuntiavit, quæ fuerant a sene præcepta, cum illis Fratribus monasterii, qui tum inventi in urbe fuerunt, et monachis, qui cum ipso degebant, B. Joannem devexerunt: et sicut jusserat, in S. Theodosii cœmeterio deposuit, una cum sanctis Patribus qui illic jacent, reliquumque vitæ suæ tempus in eodem cœnobio transegit. » Hactenus præfixum *Prato spirituali* elogium, cujus postrema verba, nisi alium a Sophronio Hierosolymitano Moschi socium fuisse velimus credere (contra totius pene Græcæ antiquitatis consensum, quem sequitur auctor Menæorum), necesse est benignius interpretemur de longe maxima vitæ reliquæ parte, cujus tredecim omnino anni in cœnobio acti sint; tres autem duntaxat in patriarchatu.

24. Annum reversionis significat octavæ indictionis character vicesimum supra sexcentesimum fuisse; quod sane admiratione non caret: cum non minus de hoc quam sequenti anno credibile sit verum fuisse, quod ait Theophanes ad annum Heraclii 11, Chrosroem dominationis suæ jugum omnibus intolerabile per crebras cædes atque vectigalia fecisse. Ad annos porro in monasterio traductos a Sophronio potius quam ad breve tempus episcopatus, pleraque illius, quæ nunc periisse dolemus, opera existimo pertinere: necnon sanctorum Vitas: si quidem præter taxatas hactenus, scripsit aliquas: prout S. Mariæ Ægyptiacæ Vitam, quæ nunc in manibus est ab eo descriptam Nicephorus Callistus auctor est, *Historiæ eccles.* lib. 17, cap. 5; idemque de Anastasii Persæ Vita suspicatur ad annum 622 eminentissimus Baronius: quam utramque talem esse fatemur, ut nihil contineat, unde Sophronii esse vel non esse certo possit negari vel affirmari: multum alioqui diversus est stylus ab eo, quo SS. Cyri et Joannis laudationem atque miracula descripta per eumdem auctorem gaudemus nos reperisse, et quidem indubitata.

CAPUT III.

Patriarchatus Sophronii et certamina adversus Monothelitas.

25. Gemebat interim sub immani Persarum servitute captiva Hierosolyma et cum ea Syria universa, donec injurias suas ulciscens Deus, blasphemum Chosroem ter prælio victum, per parricidales filii Sirois manus vita simul et regno expulit; redditisque utrinque captivis pax inter Heraclium Siroemque coaluit, anno Christianæ æræ 628, captivi Zachariæ locum implente Modesto cum vicarii nomine (episcopum quidam minus recte scribunt statim ab urbe capta) monasterii Theodosiani abbate, qui difficillimo tempore afflictissimæ diœcesos curas sustinens monachorum regimen transtulerat in Georgium: quamvis illi ex cœnobio, ut ea ferebant tempora, nec murato, nec adversus quotidianas Persarum infestationes ulla ex parte tuto, intra urbem se receperant: quæ Sophronio Roma revertenti cum magistri corpore ejusque sociis causa fuit veniendi Hierosolymam, et, ut mihi quidem videtur, ibidem remanendi usque ad conclusam pacem; quando licuit monachis ad veteres sedes aut potius vetustarum sedium ruinas remigrare, et episcopatui suo restitutus Zacharias est ab Heraclio imperatore, salutiferæ crucis lignum ad suum locum referente.

26. Hæc anno 629 contigere, quando etiam existimo Sophronium, ex Zachariæ pontificis, vicariique Modesti mandato, sacris codicibus restituendis, in ordine ad divinum Officium toto Hierosolymitano patriarchatu prisco more decoreque concinendum, intendisse: id enim ex Simeonis Thessalonicensis verbis constat, citatis a Leone

Digitized by Google

Allatio dissert. 1 de libris Græcorum, pag. 7, qui eum auctorem hactenus ineditum, et ante sexcentos annos clarum, in dialogo contra hæreses sic loquentem inducit. « Ordinatior et suavior.... ex Hierosolymitano monasterii S. Sabæ typico ordo præscribitur, qui etiam ab uno eoque solo perfici potest.... et absque cantu.... Etenim S. P. N. Saba eum ordinem præscripsit a sanctis Euthymio et Theoctisto acceptum : hi porro a majoribus et homologeta Charitone desumpserunt. Sacri vero Sabæ constitutionem, ut audivimus, locis illis irruptione Barbarorum vastatis deperditam, Sophronius sanctæ civitatis patriarcha studio laboreque restituit : et post eum rursus... Joannes Damascenus renovavit, scriptoque demandatam tradidit : » quia scilicet Saraceni fidem Sophronio datam non servantes, simul et sancto patriarchæ, sancta a canibus conculcata videre non sustinenti, vivendi finem ex mœrore attulerant; et libris quoque ac rebus omnibus sacris vastitatem maximam, primo barbaricæ irruptionis impetu : nam postea, constabilito in Syria ac Palæstina Saracenorum imperio, egere modestius et facile Damasceno fuit deperdita instaurare. Et hæc quidem diu in sola Hierosolymitana Ecclesia fuere usurpata : nunc autem postquam exstincta propemodum est Orientalis Ecclesia, sub imperio Turcarum, « reliquis aliarum Ecclesiarum ritibus ob mutescentibus, inquit Allatius, ille qui S. Sabæ fuisse dicitur, uti melius et rebus accommodatior, ideoque plausibilior apud Græcos invaluit : quo non tantum qui S. Sabæ regulis nomina dedere, sed cæteri etiam aliorum Ordinum sectatores, et sacerdotes in sæculo vitam agentes, et quod maximum est, universa fere Græcia ad recitanda divina officia diriguntur. »

27. Anno 630 imperatorem adhuc Hierapoli morantem convenit Athanasius, Jacobitarum patriarcha, et simulans Chalcedonensem se admittere synodum, duas in Christo naturas profitendo, vafra sua interrogatione circumvenit quærens unicave an gemina in Christo operatio atque voluntas dicenda foret : incautumque in Monothelitarum protraxit hæresim, cujus incendium totum fere orientale conflagravit imperium : ne autem deflagraret, Sophronii potissimum opera factum, catholici omnes scriptores agnoscunt. Ipse enim tectos primus dolos aperuit, latebrasque quærentem hæresim in lucem protraxit, prout ad hunc annum quo perniciosam scintillam in animum Heraclii Athanasius injecit, refert Theophanes, totam Monothelicæ flammæ historiam sub unum hic aspectum ponens, et quæ annis pluribus quam quinquaginta gesta sunt, usque ad 682 scilicet, continua narratione pertexens; ut nemo existimare debeat ex mente Theophanis principium sedentis Hierosolymæ Sophronii ad hunc annum esse referendum, quamvis id dici videatur, quo adjuncte tabulæ chronographicæ Zachariam pontificem exhibent, uti et anno sequenti.

28. Anno autem 632 habemus in iisdem tabulis episcopum ecclesiæ Hierosolymitanæ Modestum : eum qui Zachariæ vicarius antehac fuerat, et duobus annis sedisse indicatur, Hujus quoque antistitis patriarchatus omnino turbulentus fuit novis ex Arabia motibus per Saracenos, contra quos per suos duces pugnans Heraclius, alternante fortuna victus victorque aliquoties, tandem anno 634, substituti in locum mortui Modesti Sophronio, « quasi rebus in desperatis Syria relicta, et venerandis lignis Hierosolyma asportatis, Constantinopolim recessit, » ut inquit ad hunc annum Theophanes. Interim vivente adhuc Modesto, quem ex die cultus sacri eidem in Menæis delati 18 Decembris mortuum suspicamur; adeoque anno 634 apud Græcos jam a trimestri inchoato : Modesto, inquam, adhuc vivente, Cyrus Alexandrinus patriarcha collegit Alexandriæ synodum mense Maio, ut ex sextæ synodi Actis docemur; et Monothelitarum hæresi, hactenus clam gliscenti, viam aperuit; eo simulato prætextu, quod hæreticos omnes in Egypto positos Ecclesiæ catholicæ jungere posset, si duarum voluntatum et operationum voces silentio supprimeret : satis esse dicens, si in Christo tantum theandrica voluntas et operatio diceretur, ex qua duarum in Christo naturarum exacta satis professio ederetur; eo quod, etsi non voces, res ipsæ tamen expressæ haberentur.

29. « Res visa est, inquit ad hunc annum Baronius, speciem præferens pietatis et charitatis; si (ut dicebant) absque detrimento catholicæ fidei, voces interdum tacerentur, quibus discordiæ nutrirentur. Verum dolo malo cuncta tunc acta esse, exitus declaravit : » nec fraudulenter agi Sophronium latuit : « Gloriabantur siquidem inde Jacobitæ et Theodosiani, inquit Teophanes, palam jactantes se non quidem cum Chalcedone, ac Chalcedonem secum doctrina communicare : et una quoque admissa, unicam quoque Christi naturam docere. » Itaque agnoscens hæreticorum dolos atque fallacias pacis involucro tectas, scripsit ad Sergium Constantinopolitanum patriarcham; qui catholicam simulans pietatem, etsi occultum in pectore venenum foveret, orthodoxus ab omnibus habebatur, miroque plausu exceperat missum ad se Alexandrinæ pseudosynodi decretum et unionem aqua male tinctam, ut loquitur Theophanes; rogans ut illud de unica operatione capitulum synodi Alexandrinæ deberetur : imo et Constantinopolim ea de causa ad eumdem Sergium profectus est, ut ipse Sergius testatur in Epistola ad Honorium papam. Cujus ex sextæ synodi actione 12 hic proferimus verba.

30. « Sophronius venerabilis monachus apud Alexandriam tum temporis positus, cum præfato sanctissimo Papa (Cyrum intelligit) quando, ut diximus, admirabilem illam circa eos, qui dudum hæretici fuerant, Dei beneplacito unitatem componebat; atque cum eo de iisdem capitulis pertra-

Digitized by Google

ctabat, adversatus est; et contra dixit ad unius operationis capitulum, duas omnino operationes Christi Dei nostri dignum inquiens censeri... Quia igitur per hoc cum litteris ejusdem sanctissimi comministri ad nos conjunxit, de hoc quoque apud nos sermonem movendo insistens, ut de talibus adimeretur capitulis, post factam unitionem, vox unius operationis : durum nos hoc arbitrati sumus : quomodo enim non esset durum et valde onerosum, quando hoc resolvere, evertere erat futuram quidem omnem illam concordiam, quæ bene fuerat effecta, tam apud Alexandrinam civitatem quam per universas sub ea provincias; quæ nullo tempore acquieverant usque nunc, nomen saltem simplex divini atque laudabilis Patris Leonis, aut sancti et magni atque universalis Chalcedonensis concilii mentionem facere. Multis igitur a nobis de hoc motis sermonibus, ad prænominatum venerabilem Sophronium, postremo adhortati eum sumus, testimonia nobis proferre sanctorum ac probabilium Patrum, illorum videlicet, quos omnes communiter doctores confitemur, et quorum dogmata legem sanctæ Dei cognoscunt Ecclesiæ, duas nominatim et ipsis verbis operationes in Christo dicendas tradentia. Ille autem hoc facere penitus non valuit....

31. Hanc igitur contentionem incipientem accendi videntes, necessarium judicavimus attritas potius sanctorum Patrum voces et synodice definitas semper sequi : et neque quæ raro a quibusdam Patribus dicta sunt, et non circa hæc intentionem habentibus, quasi planam et inambiguam de eis doctrinam exponerent, ad regulam et legem per omnia dogmaticam reducere; quale est et quod de una operatione ab eis dictum est : neque iterum quæ nullatenus dicta sunt a probabilibus Patribus, nunc vero ab aliquibus proferuntur, duas, inquam, operationes proferre. Et ad ultimum stetit ac placuit, quatenus prædictus Sophronius venerabilis nullum sermonem de cætero, de una sive duabus operationibus movere debeat : sed ei sufficiat præfata cautaque ac trita sanctorum Patrum recta traditio atque doctrina. His itaque contentus sæpe nominatus venerabilis vir, et hæc custodire certificans, petimus nos etiam per epistolam de his ei præbere responsum; quatenus hujusmodi epistolam (ut ait) ostendat iis, qui forsitan interrogare eum de prædicta quæstione voluerint : quod et alacriter egimus, et ille quidem in his hinc enavigavit. Hactenus Sergius caute ac vafre : qui et sensa sua in sequentibus Romani Pontificis judicio subjicit : et utrique duntaxat parti indicat indicendum silentium : licet obscure innuat primas ac potiores partes eorum esse, qui unicam asserebant operationem in Christo.

32. Sophronius autem quamprimum Constantinopoli rediit in Palæstinam (quod vix ante finem Julii vel etiam Augusti vel Septembris factum possumus arbitrari) et Modestus morte sua vacuam sedem patriarchalem reliquit, ad eamdem evectus est; id quod in supra citata epistola Sergius auditu se didicisse commemorat, necdum autem de ordinatione illius Synodicas litteras suscepisse. Suscepit autem non multo post: nam ut Theophanes ait: « Sophronius Hierosolymorum episcopus institutus, congregatis quibus præerat episcopis, Monotheliticum dogma condemnavit, synodicaque Acta Sergio Constantinopoleos et Joanni » (Honorium voluit dicere : nam Joannes eo nomine Tertius ante annos sexaginta duos vita functus erat, cum forte adhuc puer esset Sophronius : quartus vero nonnisi triennio post Sophronii mortem elapso electus fuit; et tamen hunc calami seu memoriæ lapsum ex Theophane Anastasius bibliothecarius transcripsit, ex Anastasio *Historiæ miscellæ* auctor, ex his aliisque pari errore seductis Baronius in notis ad *Martyrologium:* sed ipse se in *Annalibus* correxit) : Acta, inquam, synodica Sergio Constantinopoleos et Honorio Romæ episcopo transmisit per procuratorem Leontium, Sanctæ Resurrectionis diaconum, et secretarii cancellarium, primumque notarium; eique additum socium Polyeuctum litteras Sophronii deferentes. Quæ quidem litteræ in Actis sextæ synodi integræ recitantur : « in quibus, ut ait Photius, orthodoxam sententiam accurate expendit, et sacrorum dogmatum doctrinam minime vulgarem demonstrat... rogat autem corrigi si quid in epistola vel omissum vel aliter dictum quam par sit. »

33. Nempe de Sergio nihil sinistri adhuc suspicabatur Sophronius, ideoque de novis vocibus silentium optanti sive fuco fallaciisque consentiens, ab eo discesserat, et nunc ad eumdem litteras bona fide mittebat : quod idem et Honorius Pontifex fecerat : atque ad priorem Sergii respondens epistolam : « Litterarum, inquit, ad eumdem Sophronium directarum suscipientes exemplar, et intuentes satis provide circumspecteque fraternitatem vestram scripsisse, laudamus novitatem vocabuli auferentem, quod posset scandalum simplicibus generare : nos enim in quo pervenimus oportet ambulare... confitentes Dominum Jesum Christum operatum divina, media humanitate, Verbo Dei naturaliter unita; eumdemque operatum humana, ineffabiliter atque singulariter assumpta carne discrete, inconfuse atque inconvertibiliter plena divinitate. » Hæc Honorius pacis atque tranquillitatis ecclesiasticæ causa, nec ipse de Sergio quidquam suspicans mali; verum ejus iniquitatem retexit tempus, et synodus œcumenica prædicta multoties condemnavit : Actione autem 13 hoc de Sophronio testimonium Patres congregati tulere : « Pertractavimus autem et Synodica Sophronii venerabilis memoriæ, quondam archiepiscopi sancti Dei Hierosolymorum civitatis, et hæc reperientes cum vera fide convenientia, Apostolicisque et sanctorum atque probabilium Patrum doctrinis paria, utpoteque sunt orthodoxa, recepimus, et ut salubria sanctæ Catholicæ Ecclesiæ

Digitized by Google

susceptimus, et nomen ejus inseri sanctis diptychis sanctarum ecclesiarum justum esse judicavimus. »

CAPUT IV.

Romam mittitur Stephanus a Sophronio : hic urbe a Saracenis capta moritur.

34. Cæterum cum minime quiesceret Cyrus illiusque asseclæ, unam prædicare in Christo voluntatem non amplius indicti a Sergio silentii legibus se teneri Sophronius credidit, eorumque temeritati obviam ire volens, « dedit in duobus libris sexcenta testimonia ad evictionem impietatis eorum et veritatis ostentionem, » ut in concilio Lateranensi sub Martino I pontifice testatus est Stephanus, olim super hisce legatus ad Honorium missus ab ipso Sophronio, qui « Revocare, inquit, minime eos valuit: commovit autem contra se ad insidias et B malignam detractionem; » dum scilicet omnium turbarum in ecclesia per ipsum exsurgentium causam esse clamitant Sophronium; qui (ut Pyrrhus Constantinopolitanus post illius mortem in disputatione cum sancto Maximo ait) « tempore inopportuno sermonem de operationibus excitavit; » a qua calumnia egregie idem Maximus Sophronium vindicavit, ostenditque omnem culpam refundendam in Sergii « mutabilitatem et inconstantiam, in alias alio tempore transeuntis sententias, et nullo sensu permanentis, » dum scilicet vult orthodoxus videri: nec tamen ab ea, quam Heraclio instillaverat, opinione recessisse.

35. Quid autem Sophronius? pergit Stephanus: « Nullo modo propter hoc reveritus est omnino ille, C nec timuit timorem ubi non erat timor: quoniam justus sicut leo, confidit [1]. Zelo autem Dei et fiducia repletus, duxit me indignum et statuit in sanctæ Calvariæ loco, ubi propter nos, ipse qui super nos secundum naturam Deus est, Dominus noster Jesus Christus sponte crucifigi secundum carnem dignatus est; et ibi alligavit me vinculis insolubilibus dicens: Tu dabis rationem ipsi, qui propter nos secundum carnem in hoc sancto loco sponte crucifixus est Deus, quando cum gloria in terribili ejus adventu judicaturus est vivos et mortuos, si distuleris et postposueris fidem ejus periclitantem: licet ego hoc facere corporaliter, ut nosti, propter emersam ex nostris peccatis incursionem Saracenorum præpedior. Quantocius ergo de finibus terræ ad terminos ejus deambula, donec ad apostolicam Sedem, ubi orthodoxorum dogmatum fundamenta exsistunt, pervenias, non semel, non bis, sed multo sæpius; aperiens sacris viris ibidem consistentibus omnia secundum veritatem, quæ in istis partibus mota sunt : et non quiescas instantius expetens atque exorans eos, donec ex apostolica prudentia, quæ in Deo est, ad victoriam judicium perducere debeant, et noviter introductorum dogmatum perfectam faciant secundum canones destructionem.... »

[1] Prov. XXVIII, 1.

36. Hac sui patriarchæ adjuratione adactus Stephanus, quid egerit passusque sit, pergit in hunc modum synodo explicare: « Igitur in his pertimescens ego atque perterritus, propter impositam mihi terribilem in tremendo ac venerabili loco conjurationem, necnon et creditum mihi ex Dei permissu episcopale ministerium (Dorensis Ecclesiæ videlicet) considerans, sed et supplicationem omnium pene habitantium orientalem tractum reverendissimorum episcoporum, et Christianorum populorum consonanter prædicto beatæ memoriæ Sophronio ad hoc me invitantium, utpote primum Hierosolymitanæ diœceseos (sacerdotali scilicet in officio cum a Sophronio adjuraretur, prout præfatur in principio) non dedi secundum Scripturam somnum oculis meis, et palpebris meis dormitationem, et requiem temporibus meis, quatenus adimplere debuissem ejusmodi desiderabilem jussionem. Sed absque ulla mora propter hoc ipsum tantummodo huc properavi: a quo tempore tertio visus sum vestris apostolicis adesse vestigiis, expetens ac deprecatus, quod ille et omnes libenter postulare noscuntur, hoc est, fidei Christianorum periclitanti manum porrigere.

37. Quod addiscentes contrarii, non levibus me implicuerunt afflictionibus, præceptiones propter me per loca et provincias dirigentes, quatenus comprehendi, et ferris constrictus ad eos deberem destinari, sicut omnes cognoscunt: sed Dominus auxiliatus est mihi, et liberavit me ab omnibus persequentibus me, ad propositum currentem, et ad bravium properantem vestræ apostolicæ sedis. Neque despexit Deus preces cum lacrymis oblatas supplicum suorum, sed excitavit non equidem mediocriter præcessores apostolicosque præsules in commotione, necnon contestatione prædictorum virorum. » Hos apostolicos præsules arbitramur fuisse Severinum, Joannem et Theodorum, quorum primus non modo non suscepit Heraclii imperatoris a Sergio sociisque concinnatam ecthesim, ad quod per Isacium Italiæ exarchum coactum illum esse mendaciter gloriatur Cyrus, in epistola ad Sergium, in concilii Lateranensis secretario 3 producta : sed, ut ibidem ait Martinus, « eam condemnavit et anathematizavit. » — « Joannes, quoque teste Theophane, convocata episcoporum synodo, Monothelitarum sectam inflicto anathemate damnavit; » atque, ut ex S. Maximo docet Baronius, ad annum 640 operam dedit, ut requisitus is qui Honorii primam epistolam scripserat, illius sensum dilucide interpretaretur ad imperatorem Constantem scribens, ut sic ansa tolleretur hæreticis calumniose ventilandi nomen Romani Pontificis, velut pro se facientis. Theodorus denique, qui Pyrrhum, S. Maximi disputatione conversum, benigne exceperat, ejusdem, mox ubi Ravennam appulit, ad vomitum reversi, cætero-

Digitized by Google

rumque, qui cum eo communicaverant, abdicationem et condemnationem propria manu exaravit; ex vivifico Christi sanguine stillam excutiens in atramentum, idque ad coryphei apostolorum sepulcrum inter missarum solemnia calice afferri jusso, atque in universo ecclesiæ conventu ad id convocato, » ut habemus ex Theophane.

38. Cum autem Paulum æque hæreticum Constans fecisset patriarcham, eique adhærens Joppensis episcopus Sergius (qui patriarchalem auctoritatem jam inde a Persarum recessu, vivente videnteque Sophronio, sæculari potestate nixus arrogarat, et episcopos sibi consentientes sacrilege ordinarat) iisdem adjutoribus mire turbaret subjectas Hierosolymitano patriarchatui ecclesias; tum denuo Orthodoxorum rogatu secunda vice (nam prima ad indictum a Joanne concilium venisse crediderim anno 640) Romam appulit, causaque exposita, loci sacri servator ordinatus a Theodoro papa, de mandato ejus in hæresi pertinaces deposuit, eosque recepit tantum, « qui libellum pœnitentiæ obtulerunt, quorum libellos, » inquit in concilio Lateranensi, « nuper deferens obtuli sacratissimæ præsidenti Sanctitati vestræ, Martino ter beatissimo papæ anno 649 : atque hæ tertiæ vices fuerunt, quibus se dicit Stephanus apostolicis Patrum Romæ congregatorum vestigiis adesse, ex quo tempore fuerat a S. Sophronio adjuratus : atque huc eæ insidiæ pertinent, quas sibi Romam venturo positas, superius est conquestus.

39. Verum hæc ad posteriora pertinent tempora et S. Sophronii mortem secuta, ad illius autem historiam pertinet propius, quod anno 635 Saraceni, cæsis duobus prætoribus, Sacellario et Bahane, quadraginta millia militum ducentibus; splendide triumphantes, Damascum, Sophronii patriam, bene composito exercitu aggressi, eamque potiti sint, et reliqua simul Phœniciæ provincia : in qua cum proprias sedes constituissent, mox in Ægyptum tendunt, et ipsam quoque sibi subjiciunt: sequenti autem anno Umarus in Syriam destinavit Jasdium, et totam Saracenio adjunxit imperio : per se vero expeditionem suscepit in Palæstinam; in qua cum omnia passim oppida præsidiis occuparet; agros vero viasque haberet latrociniis infestas, non potuerunt sanctæ civitatis incolæ diem natalem Domini in Bethleem solita pietate peragere; sed ad eos Saracenorum metu intra urbem conclusos, habuit orationem Sophronius quæ in *magna Patrum Bibliotheca* exstat, et illius temporis calamitates graphice enarrat : nusquam tamen obsidionis vel oppugnationis in ea fit mentio, eoque magis movemur, ut credamus nonnisi post Januarium anni 636 datum esse obsidioni principium, qua per biennium continuata, hoc scilicet anno, et 37 fortassis toto (saltem juxta Græcos annum a Septembri inchoantes) Urbem fide data Umarus obtinuit, ut narrat Theophanes. Umari ingressum, et secutam Sophronii mortem describens his verbis :

40. « Sophronius autem Hierosolymorum antistes fidem ab eo pro totius Palæstinæ incolumitate acceperat. Umarus itaque cilicinis camelorum vestibus, iisque laceris et sordidis opertus, et hypocrisim plane diabolicam pietatis velamine ostentans, sanctam civitatem ingreditur; et mox templum a Salomone constructum, in impietatis et blasphemiæ oratorium illud conversurus, sibi ostendi postulavit. Hunc cum Sophronius vidisset : Hæc est vere, inquit, abominatio desolationis a propheta Daniel prænuntiata, quæ modo stat in loco sancto : multaque simul lacrymarum copia insignis ille pietatis propugnator Christianam gentem deflebat. Intra templi igitur septa dum ille moraretur, precibus apud eum agebat patriarcha, ut acceptam a se sindonem ac vestem indueret : quam cum assumere detrectasset, episcopus vix exoravit, ut ista gestaret, donec solita indumenta lavarentur; et propriis resumptis, statim ista Sophronio restituit.

41. « In ea rerum calamitate Sophronius præclaris verbis et gestis Hierosolymorum Ecclesiam olim amplificans, de Heraclio et Monothelitarum ipsi addictorum pravitatibus et commentis, deque Sergio et Pyrrho confutatis clarissima tropæa referens, defunctus est, » magno utique rei catholicæ detrimento, quæ fortissimum pugilem amisit eo tempore, quo Antiocheno, Alexandrino, Constantinopolitanoque patriarchis una cum Heraclio contra ipsam certantibus, maxime vacillabat : cum Pyrrho tamen necdum patriarcha Sophronio fuit, si qua fuit, contentio : hujus namque annus primus cum 29 Heraclii componitur a Theophane, atque adeo cum anno Christi 639; cum intra paucos ab urbe dedita menses exspiravit Sophronius, mense, ut credimus, Martio anni præcedentis : neque enim Baronio possumus assentiri ad annum Heraclii 15 cœptam obsideri urbem statuenti : nam quod ad annum 26 Heraclii Theophanes susceptam referens in Palæstinam expeditionem, etiam sanctæ civitatis deditionem et Sophronii mortem narret, id non alia facit de causa, quam quod hujus expeditionis historiam noluerit per plures annos distrahere satisque habuerit indicasse, hoc anno sic cœptam obsideri Hierosolymam, ut nonnisi sequenti, id est biennii spatio, capta sit : quo posito omnino consequens est, ut Sophronius (siquidem est Martio mense, eo, quo colitur die, ex hoc sæculo translatus) annum 38 vivendo ingressus sit tribus integris in patriarchatu expletis : quibus additi menses vel hebdomades non multæ eorum quibus ordinatus mortuusque est annorum fortassis vix dimidium annum aut etiam trimestre constituent : namque contra Cyrum post Alexandrinam synodum Sophronius egisse legitur, dum eunt redeuntque nuntii totum fere annum 634 abstulere.

Digitized by Google

42. Hierosolymitanorum patriarcharum catalogus, apud Nicephorum Constantinopolitanum patriarcham, finem accipit in Sophronio: post cujus mortem pastore viduatam remansisse Ecclesiam quidam ex Zonara colligunt, qui sub Constantino Pogonato œcumenici concilii, anno 680 celebrati, principes enumerans, et excusans cur Hierosolymitanus et Alexandrinus patriarchæ non adfuerint, ait: «Neque Alexandria neque Hierosolyma patriarcham habebant a Saracenis occupatæ; » sed ut tunc nulli in iis ecclesiis fuerint: non tamen recte dixeris nullos omnino sub Saracenis fuisse, cum varii in historiis nominentur: qua de re pluribus ad Acta martyrum Sabaitarum 20 Martii, ubi de Elia ejusque successoribus. Quare nihil vetat Theodorum, Theodori pontificis Romani anno 641 electi patrem, sancto Sophronio suffectum credere, quem Florarium sanctorum ms. 15 Kal. Aprilis divis addit his verbis: « Item sancti Theodori Hierosolymorum episcopi, patris sancti Theodori Papæ. » Neque refragantur pontificum Romanorum catalogi, sive in antiquissimis olim Palatinæ, nunc Vaticanæ bibliothecæ membranis, sive apud Anastasium Bibliothecarium; qui simili fere exemplo usus, ita de hoc pontifice scribit: « Theodorus natione Græcus, ex patre Theodoro, episcopo de Hierosolyma, » sive « de civitate Jerusalem, » ut est in præcitatis membranis. Sed nec filium nec patrem alibi reperimus sanctis annumeratos.

42. Celebris autem sancti Sophronii cultus hoc die apud Latinos æque ac Græcos est atque in Martyrologiis Galesinii, Molani secundæ editionis, Baroniique Romano recensetur hoc die: a Græcis autem in Anthologio, Menologio, majoribusque Menæis, ex quibus hoc vitæ compendium damus, quamvis rerum ordine nonnihil perturbato conscriptum, maxime ubi de Hierosolymitano patriarchatu agitur, velut ante captam a Persis sanctam civitatem suscepto, quod, ut jam vidimus, ad ultimos vitæ annos pertinet: commoratio vero Alexandrina cum Joanne Eleemosynario ad mediæ ætatis annos, ut ex hactenus deductis clare liquet.

VITÆ EPITOME.

Ex Mœneis Græcorum.

Hic maximum Ecclesiæ sidus ex Phœnice thurifera, urbe Damasco originem traxit, plorum et frugalium soboles parentum. Patri nomen erat Plinthas, matri Myro. Sophronius per præstantem vim ingenii, studio tamen et cura auctam, mox ad omnium scientiarum culmen quasi ultra fines naturæ, evasit. Cum adhuc Damasci degeret, virtutem eorum tamen, qui in solitudine erat, æmulabatur. Deinde ad magni Theodosii cœnobium se contulit, ubi in quiete et silentio cum Deo familiariter agebat, et pectus divinarum Litterarum meditatione mentemque constabiliebat, cogitationesque omnes et sensus, in obsequium Christi redigebat. Præterea, cum majori adhuc studio discendæ philosophiæ arderet, Alexandrinam urbem nobilissimam navigat, ibique Joannem quemdam, sapientiæ et prudentiæ laude florentissimum clarissimumque virum, convenit; cujus et contubernalis et convictor sociusque factus, cum eo concordi plane animo vixit; a quo et ipse sapientiam haurlebat, et vicissim quæ norat, magistro suo impertiebatur. Factum inde, ex assidua lectione, ut nescio quæ nox et caligo oculos ejus occuparit, sed a sanctis Cyro et Joanne divinitus curatus est, qui aliud nostrum ab eo non petivere, quam uti quotidiana per eos patrata miracula litteris consignaret, quod præstitit diligenter. Postea Hierosolymorum pontifex ob singularem vitæ sanctimoniam creatus est; sed civitate sancta ab impiis Persis capta, Alexandriam se ad Joannem, qui ab eleemosyna nomen invenit, et thronum apostolicum administravit, profectus est. In cujus beata pace sopiti mortem hic Sophronius de immenso ipsius eleemosynarum thesauro, excellentissimaque virtute funebrem laudationem scripsit, ipseque multis lacrymis ipsius obitum est prosecutus. Posteaquam vero in sanctam civitatem revertit, exprimi non potest quanta cura laboreque Ecclesiam sibi a Deo commendatam rexerit: somnum enim oculis non dedit nec palpebris dormitationem; neque enim contra vim impetumque hostium æternorum; sed contra hæreticorum quoque exitialia dogmata illi depugnandum erat; quos scriptis et auctoritate Patrum in viam revocabat, suisque ipse disputationibus exarmabat et frangebat. Interim plurima et nobilia ingenii monumenta ad Ecclesiæ utilitatem reliquit, quibus et cum virtute vivere, et ex præcepto divino tractare præsentia docemur. Ex quorum numero est liber ille omni admiratione prædicandus, quo res gestas Mariæ Ægyptiacæ cum angelis merito comparandæ, et ultra humanæ vitæ modum progressæ, explicavit. Hæc illius vivendi ratio, qua se Deo probavit, alios erudivit, Christi linguam vicariam exhibuit, commissumque sibi gregem rexit et intra triennium pontificatus beata potitus pace ad Dominum est translatus.

Digitized by Google

SANCTI SOPHRONII HIEROSOLYMITANI

EPISTOLA SYNODICA

AD SERGIUM PATRIARCHAM CONSTANTINOPOLITANUM.

(Mansi, *Concil. general. Coll.* XI, p. 461.)

Domino in omnibus sanctissimo (1), ac beatissimo fratri, et consacerdoti Sergio, archiepiscopo et patriarchæ Constantinopoleos, Sophronius, inutilis servus sanctæ Christi Dei nostri civitatis.

Papæ! papæ! beatissimi, quam mihi nunc amabilis quies, et multo quam pridem amabilior, ex quo de incurioso silentio in causarum turbam decidi, et terrenis quibusdam fluctibus opprimor. Papæ! papæ! Deo honorabiles, quam nunc suavis est mihi pusillitas, et non mediocriter quam pridem suavior ex quo de stercore et humo, ineffabili nimiaque penuria ad solium pontificale ascendi! et multum cerno fluctum conjungi, et fluctus sequens periculum. Non enim ita esse suavia conspiciuntur suavia ante insuavium experimentum atque notitiam, sicut post experimentum et incursum apparent tristium: sic salus his, qui post salutem ægrotant, optabilis; sic tranquillitas, qui post tranquillitatem fluctuantur, gratissima: sic divitiæ his, qui post divitias egent, amabiles; et omnia quis ita considerabit exsistere, ipsa quidem esse ac permanere naturali atque essentiali qualitate, qualia et ante experimentum contrariorum apparebant, meliora tamen post horum effici scientiam et sustinentibus multo pretiosiora, necnon et jucundiora et desiderabiliora. Et hoc nobiscum Job laudabilis ita se habere decernet splendidissime, utrorumque experimentum accipiens ac recte definiens, meritoque judex in his, quæ a nobis dicuntur, progrediens, sententiamque indeclivem et immunificam statuens. Quid ergo ait ille decertator indomitus, mutationem passus jucundorum, et in æstuationem angentium veniens? « Quis putas me constituet in mense dierum, quibus me Deus tuebatur, quando lucerna ejus super caput meum splendebat, quando lumine ejus gradiebar in tenebris; quando eram in itineribus lætus; quando Dominus inspiciebat tabernaculum meum; quando eram opulentus nimis et in comitatu meo pueri mei; quando effluebant viæ meæ butyro, montes autem mei fluebant vacte; quando progrediebar diluculo in civitate,

A Δεσπότῃ πάντων ἁγιωτάτῳ, καὶ μακαριωτάτῳ ἀδελφῷ, καὶ συλλειτουργῷ Σεργίῳ, ἀρχιεπισκόπῳ καὶ πατριάρχῃ Κωνσταντινουπόλεως, Σωφρόνιος, ἀχρεῖος δοῦλος τῆς ἁγίας Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν πόλεως.

Βαβαί! βαβαί! παμμακάριστοι, πῶς μοι φίλον νῦν τὸ ἡσύχιον, καὶ πολὺ τοῦ πρὶν προσφιλέστερον, ἀφ' οὗπερ ἐξ ἡσυχίας ἀπράτμονος εἰς πραγμάτων τύρβην ἐλήλυθα, καὶ χερσαίοις τισὶ καταντλοῦμαι τοῖς κύμασι! Βαβαί! βαβαί! θεοτίμητοι, πῶς μοι νῦν ἥδὺ τὸ ἐλάχιστον, καὶ τοῦ πρὶν οὐ μετρίως ἡδύτερον, ἀφ' οὗπερ ἐκ κοπρίας, καὶ γῆς, καὶ ἀφάτου καὶ πολλῆς ταπεινότητος εἰς θῶκον ἱεραρχικὸν ἀνελήλυθα. Καὶ πολὺν ὁρῶ συνεζευγμένον τὸν κλύδωνα, καὶ τῷ κλύδωνι παρομαρτοῦντα τὸν κίνδυνον. Οὐχ οὕτω γὰρ B ἥδιστα καθοράται τὰ ἥδιστα πρὸ τῆς τῶν ἀηδῶν πείρας καὶ γνώσεως, ὡς ὅταν μετὰ πεῖραν καὶ ἔφοδον τῶν λυπηρῶν καταφαίνηται· οὕτως ὑγεία τοῖς μεθ' ὑγείαν νοσοῦσι τριπόθητος· οὕτω γαλήνη τοῖς μετὰ γαλήνην χειμαζομένοις ἐπίχαρτος· οὕτω πλοῦτος τοῖς μετὰ πλοῦτον πενομένοις ἐράσμιος· καὶ πάντα τις οὕτως ἂν ἴδοι τυγχάνοντα αὐτὰ μὲν ὄντα καὶ μένοντα φυσικῇ καὶ οὐσιώδει ποιότητι, ὁποίαπερ καὶ πρὸ τῆς τῶν ἐναντίων πείρας ἐφαίνετο. Κομψότερα δὲ μετὰ τὴν τούτων γνῶσιν γιγνόμενα καὶ τοῖς αὐτὰ δεδεγμένοις πολὺ τιμιώτερα, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τερπνότερα, καὶ πολὺ ποθεινότερα. Καὶ τοῦτο ἡμῖν Ἰὼβ ὁ ἀοίδιμος συμψηφιεῖται λαμπρότατα, διὰ πείρας ἑκατέρων γενόμενος, καὶ τὰς ψήφους ὀρθὰς ὁριζόμενος, καὶ δίκαιος ἂν εἴη κριτὴς τῶν λεγομένων C ἡμῖν προερχόμενος, καὶ κρίσιν ὁρίζων ἀπροσκλινῆ καὶ ἀδέκαστον. Τί οὖν ἐκεῖνος ὁ ἀθλητὴς φησιν ὁ ἀδάμαστος, τῶν ἡδόντων παθῶν τὴν μετάβλησιν, καὶ τῶν λυπούντων ἐλθὼν εἰς ἐπίκλυσιν; « Τίς ἄν με θείη κατὰ μῆνα τῶν ἔμπροσθεν ἡμερῶν, ὧν με ὁ Θεὸς ἐφύλαξεν, ὡς ὅτε ἠὔγει ὁ λύχνος αὐτοῦ ὑπὲρ κεφαλῆς μου; ὅτε τῷ φωτὶ αὐτοῦ ἐπορευόμην ἐν σκότει, ὅτε ἦμην ἐπιβρίθων ὁδοὺς, ὅτε ὁ Κύριος ἐπισκοπὴν ἐποιεῖτο τοῦ οἴκου μου· ὅτε ἦμην ὑλώδης λίαν, κύκλῳ δέ μου οἱ παῖδες· ὅτε ἐχέοντό μου αἱ ὁδοὶ βουτύρῳ, τὰ δὲ ὄρη μου ἐχέοντο γάλακτι· ὅτε ἐξεπορευόμην ὄρθριος ἐν πόλει, ἐν δὲ πλατείαις ἐτίθετό μου ὁ

NOTÆ.

(1) Est hæc Sophronii synodica Epistola Græca in ms. bibl. Regis Christianiss. Cod. 2951, al. 1026, fol. 73. Harduinus.

Digitized by Google

δίφρος. Ἰδόντες με νεανίσκοι ἐκρύβησαν, πρεσβύται δὲ ἐπανέστησαν ἀδροὶ δὲ ἐπαύσαντο λαλοῦντες, δάκτυλον ἐπιθέντες ἐπὶ στόματι, οἱ δὲ ἀκούσαντες ἐμακάρισάν με. » Οὐκοῦν εἰκότως κἀγὼ, μακαριώτατοι, σὺν Ἰὼβ τῷ πεντάθλῳ βοήσομαι, τῶν πάλαι μοι προσόντων καλῶν τῇ μνήμῃ βαλλόμενος. Γαληνὸς ταῦτα βίος ἦν καὶ ἡσύχιος, καὶ ταπεινότης οὐδένα γινώσκουσα κλύδωνα. Τίς ἂν με θείη κατὰ μῆνα ἔμπροσθεν ἡμερῶν, ὧν με ὁ Θεὸς ἐφύλαττεν ἄθλιπτον, ὡς ὅτε ηὔγει ὁ λύχνος αὐτοῦ ὑπὲρ κεφαλῆς μου εἰρηναίαν βιοῦντος ζωὴν καὶ ἀκύμαντον, ὅτε τῷ φωτὶ αὐτοῦ ἐπορευόμην ἐν σκότει, ὅτε τῆς ἡσυχίας ἐτρύγων τοὺς βότρυας, ὅτε γαλήνης ἐβριθόμην γεννήμασιν, ὅτε ἀταραξίας ἐτρύφων βλαστήμασιν, ὅτε ἀμεριμνίας ἠγαλλίων τοῖς ἄνθεσιν, ὅτε ἀφοβίας ἐστεφανούμην τοῖς κάλυξιν, ὅτε ἀπραγμοσύνης ἡστιώμην ταῖς χάρισιν, ὅτε τῆς ἐπιγείου πενίας ἀπήλαυον, ὅτε τῆς ἀκινδύνου κοπρίας ἤρουν τοὺς αὔλακας, ὅτε τῆς ἀκυμάντου πτωχείας τὴν θάλατταν ἔπλεον, ὅτε τῆς χθαμαλῆς ἑστίας ἐγαννύμην τοῖς κάλλεσιν, ὅτε τῆς χαμαιτρόφου διαίτης μάννα τὸ μελίῤῥυτον ἤσθιον, ἄλλος τις Ἰσραὴλ καὶ αὐτὸς θεωρούμενος, καὶ τρυφὴν τρυφῶν εἰρηνικὴν καὶ οὐράνιον ἄνευ γογγυσμοῦ καὶ γνώμης ἀγνώμονος;

et in plateis sedes mea ponebatur? Videntes me juniores abscondebantur : seniores vero assurgebant, majores natu autem desinebant loqui, digitum ori suo imponentes : audientes vero, beatificabant me [1]. » Ergo ego etiam merito, beatissimi, cum Job quinquies victore clamabo; memoria pristinorum bonorum, quæ mihi aderant, pulsatus. Tranquilla hæc fuerant, vita cum silentio, et nullam fluctuationem agnoscens pauperies. Quis putas me constituet in mense dierum anteriorum, quibus me Deus absque tribulatione servabat, quando fulgebat lucerna ejus super caput meum, pacificam vitam degentis et influctuabilem, quando lumine ejus gradiebar in tenebris, cum vindemiabam racemos silentii, dum serenitatis honestabar germinibus, dum imperturbationis delectabar palmitibus, dum securitatis floribus collætabar, dum intrepidationis flosculis coronabar, dum incuriæ gratiis convescebar, quando terrestri fruebar pauperie, quando sulcos impericulosi stercoris exarabam, quando influctuosæ paupertatis mare transmeabam, quando humilis cellæ pulchritudinibus congaudebam [quando victus, quem humi sumebam, melle] quando arvalis victus mellifluo illo manna vescebar, alius quidam Israel, et ipse cernendus, citra murmurationem ingratumve propositum? deliciasque epulabar cœlestes atque pacificas,

Ἐπεὶ οὖν ταῦτα καὶ τούτων πέρα, σοφώτατοι, εἰς ἐμὲ τὸν τρισάθλιον ἀνάγκῃ μεγάλῃ καὶ βίᾳ θεοφιλῶν κληρικῶν, καὶ εὐλαβῶν μοναχῶν, καὶ πιστῶν λαϊκῶν, τῶν πάντων πολιτῶν τῆς ἁγίας Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν πόλεως, τῶν χειρί με βιασαμένων, καὶ τυραννίδι δρασάντων γεγένηται, οἷοις οὐκ οἶδα οὐδὲ ἐπίσταμαι κρίμασιν, ἀξιῶ τοὺς πανιέρους ὑμᾶς καὶ προτρέπομαι, μὴ μόνον εὐχαῖς καθαραῖς ταῖς πρὸς Κύριον ἐπικουρεῖν ἐμοὶ βιωτικῶς θαλαττεύοντι, εἶτα δὲ καὶ κινδυνεύοντι, καὶ στηρίζειν με μικροψυχίαις ὀκλάζοντα, ἀλλὰ καὶ θεοπνεύστοις διδάγμασι ποδηγεῖν πρὸς τὴν τῶν πραχτέων ἐγχείρησιν, τοῦτο μὲν ὡς πατέρες καὶ φύσαντες, τοῦτο δὲ ὡς ἀδελφοὶ καὶ ὁμαίμονες. Δότε γοῦν ὑμεῖς ἐμοὶ πατρικῶς τε καὶ ἀδελφικῶς τὰ αἰτήματα δίκαιά γε τυγχάνοντα, κἀγὼ ταῖς ὑμετέραις ποδηγίαις ἐφέψομαι, καὶ συμπλοκὴν τὴν πρὸς ὑμᾶς ἐμπορεύσομαι, ἣν ἡ πίστις συνδεῖ τοὺς ὁμόφρονας, καὶ ἡ ἐλπὶς συνενοῖ τοὺς εὐθύφρονας, καὶ ἡ ἀγάπη συνδεσμοῖ τοὺς θεόφρονας. Ὧν τὸ σχοινίον τὸ ἔντριτον, κἂν τριῶν τουτωνὶ τῶν θείων ἀρετῶν συμπλεκόμενον οὔτε λύσιν ἐπίσταται, οὔτε ῥῆξιν ὑφίσταται, οὔτε χωρισμὸν παραδέχεται· ἀλλ' ἔστιν ἀληθῶς ἀδιάῤῥηκτον, εἰς μίαν συνάγον εὐσέβειαν τοὺς τὴν πλοκὴν αὐτοῦ πλουτοῦντας τὴν ἔνθεον. Ἐπεὶ δέ τις ἀποστολικὴ καὶ ἀρχαία παράδοσις ἐν ταῖς κατὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ἁγίαις Ἐκκλησίαις κεκράτηκεν, ὅπως οἱ πρὸς ἱεραρχίαν ἀγόμενοι τοῖς πρὸς αὐτῶν τὰς ἱεραρχίας χειρίζουσι πάντα εἰλικρινῶς ἀνατίθωνται, ὅπως φρονοῖεν, καὶ ὅπως πίστεως ἔχοιεν, ἣν Παῦλος αὐτοῖς ὁ σοφώτατος ἄγαν ἀσφαλῶς παραδέδωκεν, ἵνα μὴ εἰς κενὸν τὰ δρομήματα τεύ-

Quoniam igitur hæc, et ultra hæc, sapientissimi, in me ter afflictum necessitate magna, et vi Deo amabilium clericorum religiosorumque monachorum, et fidelium laicorum horum omnium civium hujus sanctæ Christi Dei nostri civitatis qui violenta manu me compulerunt, et more tyrannico coegerunt, peracta sunt, quibus nescio judiciis neque percipio, quæso sacratissimos vos, et exhortor, non solum mundis orationibus ad Dominum me adjuvare [in hujus vitæ negotiis] vitaliter fluctuantem, pariterque periclitantem, et confortare me pusillanimitatibus nutabundum, sed et a Deo inspiratis institutis introducere operandum inceptum. Hoc quidem, ut patres, et prolatores [progenitores]; hoc vero, sicut fratres et consanguinei. Date ergo vos mihi paterne simul atque fraterne, quæ postulo, justa quippe sunt, et ego vestram pedeductionem sequar, et copulam ad vos habere merebor, qua fides consentaneos nectit, et spes recta sapientes unificat, et charitas divina sentientes addensat, quorum funis triplex, et ex istis tribus divinis constringitur virtutibus, neque solutionem agnoscit, neque disruptionem admittit, neque separationem sustinet, sed est veraciter indisruptus, in unam congregans pietatem eos, qui copula ejus divina ditati sunt. Quia vero quædam apostolica, atque prisca traditio in sanctis Dei per totum orbem Ecclesiis tenuit, ut qui ad pontificatum ducuntur, iis qui ante illos pontificatus regunt, omnia sinceriter conferant, vel exponant, qualiter sapiant, et qualiter fidem detineant, quam Paulus [2] eis sapientissimus nimis

[1] Job xxix, 2 10. [2] II Cor. vi, 1.

Digitized by Google

caute contradidit, ut non cursus suos in vacuum peragant (inanis namque eis omnis cursus exisseret, si in quolibet fides violaretur). Ille quippe sacer, qui Dei voces audivit, et cœlum ipsum habuit magistrum [scholam], et paradisi contemplator pro tempore [ante tempus] factus est, et verborum aliis hominibus ineffabilium fuit auditor, formidabat (sicut ipse ait [a]) et perterrebatur, ne forte cum aliis prædicaret Christi salutiferam prædicationem, ipse reprobus efficeretur. Unde et in Hierosolymis ascendebat Christi cœlestis discipulus, et divinis, qui præerant, subjiciebatur discipulis, et evangelicam, quam prædicabat, doctrinam innotescebat eis, qui alios putabantur præcedere, et ipsius eos faciebat doctrinæ participes, munimen sibi despondens, et eis, qui post eum fuerant ejus susceptori doctrinas, quibus formula salutis cunctis probabilis factus est, qui ejus sequi vellent vestigia. Huic proinde et nos consuetudini servientes, et legem optimam arbitrati, omne, quod olim decenter effectum est, maxime, apostolico roboratum instructo : qualiter de fide teneamus, scribimus, et a Deo instructis vobis ad probandum dirigimus, ne forte terminos æternos transgredi, quos patres nostri posuerunt [b], æstimemur, non discernere tantum scientibus ab incertis proba dogmata, sed et redintegrare, quæ minus sunt, propter perfectam in Christo charitatem exacte potentibus, atque valentibus. Illa igitur dicturus advenio, quæ ab initio in sancta et catholica Ecclesia natus, et nutritus perdidici, et a mollibus percepi unguibus sapere, et prædicantibus vobis a Deo inspiratis audivi.

Credo igitur beati (secundum quod a principio credidi) in unum Deum Patrem omnipotentem, sine principio penitus, et sempiternum, omnium visibilium atque invisibilium Factorem. Et in unum Dominum Jesum Christum Filium Dei unigenitum, qui sempiterne et intemporaliter [sc. impassibiliter] ex ipso natus est Deo et Patre : et non aliud principium quam Patrem cognoscentem, sed nec aliunde quam ex Patre ipso substantiam habentem, lumen de lumine consubstantiale, Deum verum de Deo vero consempiternum. Et in unum Spiritum sanctum, qui sempiterne a Deo Patre procedit, et lumen, et Deum ipsum agnoscendum vere Patri et Filio consempiternum, consubstantialem atque contribulem, ejusdemque essentiæ atque naturæ, similiter et deitatis. Trinitatem consubstantialem cohonorandamque, ac coassistricem, connaturalem, et cognatam, atque contribulem, in unum correcapitulandam deitatem, atque in unam copulandam communem dominationem, absque personali confusione, et absque substantiali divisione. Trinitatem itaque in unitate credimus, et unitatem in Trinitate glorificamus : Trinitatem quidem pro tribus subsistentiis, unitatem autem

A χοιεν· κενὸς γὰρ αὐτοῖς ἅπας ὁ δρόμος ἐγίγνετο, ἀδικουμένης κατά τι τῆς πίστεως. Ἐκεῖνος γὰρ ὁ θεσπέσιος, ὁ Θεοῦ φωνῶν ἀκροασάμενος, καὶ οὐρανὸν αὐτὸν ἐσχηκὼς παιδευτήριον, καὶ παραδείσου θεωρὸς γενόμενος πρόωρος, καὶ ῥημάτων ἑτέροις ἀῤῥήτων ἀνθρώποις πυθόμενος, ἐδεδίει καὶ ἔτρεμε, καὶ ὡς αὐτός φησιν, ἐπεφόβητο, μήπως ἄλλοις κηρύξας Χριστοῦ τὸ σωτήριον κήρυγμα, αὐτὸς ἀδόκιμος γένηται. Ὅθεν καὶ ἐν Ἱεροσολύμοις ἀνήρχετο ὁ Χριστοῦ μαθητὴς ἐπουράνιος, καὶ τοῖς πρὸ αὐτοῦ θείοις μαθηταῖς ὑπεκλίνετο, καὶ τὸ εὐαγγελικὸν ὅπερ ἐκήρυττε δίδαγμα, τοῖς τῶν ἄλλων δοκοῦσι προὔχειν ἐγνώριζε, καὶ κοινωνοὺς αὐτοὺς ἐποιεῖτο τοῦ δόγματος, τὸ ἀσφαλὲς ἑαυτῷ μνηστευόμενος, καὶ τοῖς μετ' αὐτὸν δεχομένοις αὐτοῦ τὰ διδάγματα, καὶ τύπος

B ἅπασι σωτηρίας γινόμενος ἅριστος τοῖς ἀκολουθεῖν αὐτοῦ βουλουμένοις τοῖς ἴχνεσι. Τούτῳ τοιγαροῦν καὶ ἡμεῖς τῷ ἔθει δουλεύοντες, καὶ νόμον ἡγούμενοι κάλλιστον πᾶν τὸ τοῖς πάλαι πρεπόντως γινόμενον, ἀποστολικῷ μάλιστα κρατυνθὲν ἐγχειρήματι, τὸ ὅπως ἔχομεν, περὶ πίστεως, γράφομεν. Καὶ τοῖς θεοσόφοις ὑμῖν πρὸς δοκιμὴν ἀποστέλλομεν, ἵνα μὴ ὅρια μετατιθέντες αἰώνια, ἅπερ ἡμῶν οἱ Πατέρες ἔθεντο δόξωμεν, οὐ διακρίνειν μόνον εἰδόσιν ἀπὸ τῶν νόθων τὰ δοκίμια δόγματα, ἀλλὰ καὶ προσαναπληροῦν τὰ λείποντα διὰ τὴν καὶ ἐν Χριστῷ τελείαν ἀγάπησιν δυναμένοις ἀκριβῶς καὶ ἰσχύουσιν. Ἐκεῖνα γοῦν λέξων ἐλεύσομαι, ἅπερ ἀπ' ἀρχῆς ἐν Ἐκκλησίᾳ τῇ ἁγίᾳ καὶ καθολικῇ τεχθεὶς καὶ τραφεὶς ἐκμεμάθηκα, κἀξ ἁπαλῶν φρονεῖν ὀνύχων παρείληφα, καὶ

C κηρυττόντων ὑμῶν τῶν θεοπνεύστων ἀκήκοα.

Πιστεύω τοίνυν, μακάριοι, καθάπερ ἀρχῆθεν πεπίστευκα, εἰς ἕνα Θεὸν Πατέρα παντοκράτορα, ἄναρχον παντελῶς καὶ ἀΐδιον, πάντων ὁρατῶν τε καὶ ἀοράτων Ποιητήν. Καὶ εἰς ἕνα Κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν τὸ Υἱὸν τοῦ Θεοῦ τὸν μονογενῆ, τὸν ἀΐδίως καὶ ἀπαθῶς ἐξ αὐτοῦ γεννηθέντα τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρός· καὶ οὐκ ἄλλην ἀρχὴν ἢ τὸν Πατέρα γινώσκοντα, ἀλλ' οὐδὲ ἀλλοθέν ποθεν ἢ ἐκ τοῦ Πατρὸς τὴν ὑπόστασιν ἔχοντα· φῶς ἐκ φωτὸς ὁμοούσιον, Θεὸν ἀληθινὸν ἐκ Θεοῦ ἀληθινοῦ συναΐδιον. Εἰς ἓν Πνεῦμα ἅγιον τὸ ἐκ Θεοῦ Πατρὸς ἐκπορευόμενον, τὸ φῶς καὶ Θεὸν καὶ αὐτῷ γνωριζόμεναν, καὶ ὂν ἀληθῶς Πατρὶ καὶ Υἱῷ

D συναΐδιον, ὁμοούσιάν τε καὶ ὁμόφυλον, καὶ τῆς αὐτῆς οὐσίας καὶ φύσεως, καὶ ὡσαύτως δὲ καὶ θεότητος. Τριάδα ὁμοούσιον καὶ ὁμότιμον καὶ ὁμόθρονον, συμφυᾶ καὶ συγγενῆ καὶ ὁμόδοξον, εἰς μίαν συγκεφαλαιουμένην θεότητα, καὶ εἰς μίαν συναγομένην κοινὴν κυριότητα, ἄνευ προσωπικῆς ἀναχύσεως, καὶ ὑποστατικῆς ἐκτὸς συναιρέσεως. Τριάδα γὰρ ἐν μονάδι πιστεύομεν, καὶ μονάδα ἐν Τριάδι δοξάζομεν· Τριάδα μὲν ταῖς τρισὶν ὑποστάσεσι, μονάδα δὲ τῷ μοναδικῷ τῆς θεότητος. Ἥ τε γὰρ ἁγία Τριὰς ἀριθμητὴ ταῖς προσωπικαῖς ἐστιν ὑποστάσεσιν, ἥ τε παναγία μονὰς πάσης ἐκτός ἐστιν ἀριθμήσεως. Καὶ ἡ μὲν

[a] II Cor. xii, 4. [b] Prov. xxii, 28.

Digitized by Google

ἀδιαίρετον ἔχει διαίρεσιν, καὶ ἀσύγχυτον φέρει συνάφειαν· διαιρουμένη γὰρ ταῖς ἀριθμηταῖς ὑποστάσεσι, καὶ ἀριθμουμένη ταῖς προσωπικαῖς ἑτερότησι τῷ ταυτῷ τῆς οὐσίας καὶ τῆς φύσεως ἥνωται, καὶ τὸν παντελῆ μερισμὸν οὐ προσίεται. Ἥ τε μονὰς ἐνιαία τέ ἐστι καὶ ἄζυγος, καὶ πᾶσαν φεύγει τὴν κατ' οὐσίαν ἀρίθμησιν. Εἷς γὰρ Θεὸς ἡμῖν ἀραρότως πιστεύεται, ὅτι καὶ θεότης μία διαπρυσίως[1] κηρύσσεται, κἂν ἐν Τριάδι προσώπων γινώσκηται. Καὶ εἷς Κύριος ἡμῖν ἀναγγέλλεται, ὅτι καὶ κυριότης μία βεβαίως διέγνωσται, κἂν ἐν τρισὶν ὑποστάσεσι δείκνυται· οὔτε καθὸ εἷς Θεὸς ὁ Θεὸς καὶ μία θεότης ἐστὶ διαιρούμενος, καὶ εἰς τρεῖς θεοὺς μεριζόμενος, ἢ εἰς τρεῖς θεότητας ἐκφερόμενος· οὔτε καθὸ εἷς Κύριος ὁ εἷς Κύριος διιστάμενος, καὶ εἰς κυρίους τρεῖς εὐρυνόμενος, ἢ κυριότητας τρεῖς πλατυνόμενος. Ἀρειανῶν τὸ δυσσέβημα εἰς ἀνίσους θεοὺς τὸν ἕνα κατατέμνον Θεὸν, καὶ εἰς ἀνομοίους θεότητας τὴν μίαν μερίζον θεότητα, καὶ εἰς ἑτερογενεῖς τρεῖς κυριότητας τὴν μίαν διιστῶν κυριότητα. Οὔτε καθὸ Τριὰς ὁ εἷς Θεός ἐστι καὶ γνωρίζεται, καὶ ὑποστάσεις τρεῖς καταγγέλλεται, καὶ εἰς τρία πρεσβεύεται πρόσωπα, καὶ Πατὴρ, καὶ Υἱὸς, καὶ Πνεῦμα ἅγιον λέγεται, συστελλόμενος, ἢ συντιθέμενος, ἢ συγχεόμενος, καὶ εἰς μίαν ἑαυτὸν συναλείφων ὑπόστασιν, καὶ εἰς ἓν συγκρίνων οὐκ ἀριθμούμενον πρόσωπον. Σαβελλιανῶν τὸ ἀνόμημα εἰς μίαν τὰς τρεῖς ὑποστάσεις συγχέον ὑπόστασιν, καὶ εἰς ἓν τὰ τρία. συμφύρον πρόσωπα πρόσωπον. Ποῦ γὰρ Τριὰς, ὦ δυσσεβέστατοι, εἰ πρὸς ἓν καθ' ὑμᾶς ἡ Τριὰς συναχθήσεται πρόσωπον, καὶ πρὸς μίαν δραμεῖται συγκεχυμένην ὑπόστασιν; Ἥ ποῦ μονὰς, ὦ μανικώτατοι, εἰ πρὸς οὐσίας τρεῖς ἡ μονὰς ἐξαχθήσεται, καὶ πρὸς φύσεις τρεῖς πλατυνθήσεται, καὶ εἰς τρεῖς θεότητας πληθυνθήσεται;

propter singularitatem deitatis. Nam sancta Trinitas numerabilis personalibus est subsistentiis, et sancta unitas extra omnem numerum est : et hæc quidem indivisibilem habet divisionem, et inconfusam gerit conjunctionem. Cum dividitur namque numeralibus subsistentiis, et numeratur personalibus alternitatibus, identitate essentiæ atque naturæ conjungitur, et omnimodam partitionem non recipit. Unitas enim singularis et incomputabilis omnem refugit secundum essentiam numerum. Unus enim Deus a nobis [congruenter] enixius creditur, quoniam et deitas una flagranter prædicatur, licet in Trinitate personarum agnoscitur. Et unus Dominus a nobis annuntiatur ; quoniam et dominatio una firmiter agnoscitur, licet in tribus subsistentiis demonstretur : neque secundum quod unus est Deus, et una est deitas, est divisibilis, et in tres deos partibilis, vel in tres deitates producendus : neque secundum quod unus est Dominus, unus Dominus distans est, et in tres dominos expandendus est, ac in tres dominationes dilatandus est : (Arianorum hæc est impietas, quæ in inæquales deos unum concidit Deum, et in dissimiles deitates unam partitur deitatem, et in alterigenas tres dominationes unam distinguit dominationem ;)neque secundum quod Trinitas unus Deus est, et agnoscitur, et subsistentiæ tres pronuntiantur, (2) et tres obsecrantur [creduntur] personæ, atque Pater, et Filius, et Spiritus sanctus, dicitur coarctatus, sive compositus, vel confusus, et in unam seipsum colligens subsistentiam, in unamque coercens non numerandam personam. (Sabellianorum ista est pravitas, in unam substantiam tres confundens subsistentias, et in unam personam easdem tres conspergens personas.) Ubi enim est Trinitas, o impiissimi, si in unam personam secundum vos Trinitas ipsa colligitur, et in unam concurrat confusibilem subsistentiam ? Vel ubi unitas, o furiosissimi, si in tres essentias ipsa unitas efferetur, et in tres naturas dilatabitur, et in tres deitates multiplicabitur ?

Ἀσεβὲς γὰρ παρ' ὀρθοδόξοις ἑκάτερον, καὶ πάντη τῆς εὐσεβείας ἐξώκειλε, τό τε μοναδικὸν καθ' ὑπόστασιν, τό τε τριαδικὸν ἐν ταῖς φύσεσι. Τὸ μὲν γὰρ πρὸς Ἰουδαϊσμὸν εὐθὺς ἀποφέρεται, καὶ ἑαυτῷ συναποφέρει τὸν λέγοντα· τὸ δὲ πρὸς Ἑλληνισμὸν ἐκκυλίεται, καὶ ἑαυτῷ συνεκκυλίει τὸν φάσκοντα. Καὶ ἢ πάντως Ἑλληνίζει ὁ τοῦτο μανικῶς σὺν Ἀρείῳ φθεγγόμενος, ἢ Ἰουδαΐζει, ἐκεῖνο δυσσεβῶς σὺν Σαβελλίῳ δεχόμενος. Καὶ διὰ τοῦτο καλῶς τοῖς θεολόγοις τεθέσπισται, μονάδα μὲν ἡμᾶς φρονεῖν μιᾷ καὶ ἐνιαίᾳ θεότητι, καὶ τῷ ταυτῷ τῆς οὐσιώδους τε καὶ φυσικῆς κυριότητος· Τριάδα δὲ ταῖς ἀσυγχύτοις τρισὶν ὑποστάσεσι, καὶ τῷ διαφόρῳ τῆς τρισαριθμου προσωπικῆς ἑτερότητος· ἵνα μήτε τὸ ἓν μείνῃ[2] Σαβέλλιον πάντη ἐν θεωρούμενον, καὶ πᾶσαν ὑποστατικὴν πληθὺν ἐκτρεπόμενον· μήτε τὰ τρία σεμνύνῃ τὸν

Impium quippe est orthodoxis utrumque, et a veritate prorsus projectum est, tam singularitas secundum subsistentiam, quam ternalitas in naturis. Illud enim statim ad Judaismum deducit, et a sese dicentem simul abducit [defertur, et secum simul abducit dicentem] : hoc vero ad Paganismum devolvitur, et sese asserentem convolvit [secum simul ass. c.]. Et aut omnino paganus est, qui hoc furiose cum Ario perhibet : aut Judæus est, qui illud impie cum Sabellio suscipit. Et ideo bene a deiloquis sancitum est, unitatem quidem nos sapere una et singulari deitate, et identitate essentialis atque naturalis dominationis : Trinitatem autem tribus inconfusis subsistentiis, et diversitate numerandæ personalis alteritatis, quatenus nec ipsum unum Sabellianum subsisten-

VARIÆ LECTIONES.

[1] διαπόρως. [2] *Isc.* σεμνύνῃ.

NOTÆ.

(2) Ms. noster, *et in tribus personis colitur.* Hard.

Digitized by Google

tialem multitudinem abjecit : neque omnia, omnem unitatis vocem repellentia deitatis, essentiæ, atque naturæ. Quemadmodum igitur unum Deum didicimus sapere, ita et unam deitatem confiteri percepimus, et sicut subsistentias tres exorare [colere] didicimus, ita et tres glorificare personas instruimur, non alium unum Deum præter tres cognoscentes personas, neque tres consubstantiales personas Trinitatis, quæ sunt, Pater, et Filius, et Spiritus sanctus, alteras præter unum Deum agnoscentes. Et idcirco unum hæc tria, in quibus est deitas, prædicamus : et tria unum, quorum est deitas, annuntiamus, sive (quod est accuratius ac manifestius dicere) quæ Deus est, atque agnoscitur : hoc ipsum quippe, et unum est, et tria creditur, et tria prædicatur, et unum veraciter annuntiatur. Et neque unum, quatenus unum est, tria recipitur, neque tria, secundum quod tria sunt, unum advertitur, quod est mirabile, et omni certe plenum stupore. Hoc ipsum namque, et numerabile est, et refugit numerum. Numerabile quidem tribus suis subsistentiis, refugit autem numerum singularitate deitatis. Unitas quippe ejus essentiæ, atque naturæ numerari penitus non admittit, uti non et differentiam deitatis introducat, et ex hoc essentiæ, et naturæ, et deorum multitudinem unum principium faciat. Omnis namque numerus contubernalem habet differentiam, et omnis differentia atque discretio numerum superinducit, ut insitum.

Numeratur ergo beata Trinitas non essentiis, nec naturis, nec diversis deitatibus, ternisve dominationibus, absit, sicut insaniunt Ariani, et sicut novæ tritheiæ, id est, ter deitatis latratores [latrant doctores,] essentias tres, et tres dominationes, et tres similiter vaniloquentes deitates, sed subsistentiis et proprietatibus intellectualibus perfectis, per semet subsistentibus, numero divisibilibus, et non dividendis deitate. Dividitur itaque indivise sancta Trinitas, et divise rursus conjungitur. In personis namque divisionem habens, indivisa permanet, et insecabilis per essentiam et naturam, similiter et deitatem. Et idcirco nequaquam tres deos dicimus, neque tres naturas in sancta Trinitate glorificamus, neque tres essentias in ea prædicamus, neque tres confitemur deitates, non consubstantiales, non alterius substantiæ, non ejusdem originis, neque alterius originis, neque quæ singulariter in ea prædicantur, in multitudinem deducere permittimus, nec quemquam ejus unitatem dividere sinimus, neque tres quosdam deos esse cognoscimus, aut tres quasdam naturas, vel tres quasdam essentias deitatis novimus, non unigenas, aut alienigenas, non ejusdem speciei, aut alterius speciei, sed nec penitus deos, aut naturas, vel essentias, aut deitates agnovimus, vel cognoscentes scimus. Sed et eum, qui recipit, vel

A Ἀρειον τρία διαμπὰξ προνοούμενα, καὶ πᾶσαν μοναδικὴν φωνὴν διωθούμενα θεότητος, καὶ οὐσίας, καὶ φύσεως. Ὥσπερ οὖν φρονεῖν ἕνα Θεὸν ἐδιδάχθημεν, οὕτω καὶ μίαν θεότητα καθομολογεῖν παρειλήφαμεν· καὶ ὥσπερ ὑποστάσεις τρεῖς πρεσβεύειν ἐμάθομεν, οὕτω καὶ πρόσωπα τρία δοξολογεῖν ἐπαιδεύθημεν, οὐκ ἄλλον τὸν ἕνα Θεὸν παρὰ τὰ τρία γινώσκοντες πρόσωπα, οὔτε τὰ τρία τῆς Τριάδος ὁμοούσια πρόσωπα, ἅπερ ἐστὶν ὁ Πατὴρ καὶ ὁ Υἱὸς καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἕτερα παρὰ τὸν ἕνα Θεὸν ἐπιστάμενοι. Καὶ διὰ τοῦτο ἓν τὰ τρία τὰ ἐν οἷς ἡ θεότης κηρύττομεν, καὶ τὰ τρία ἕν, ὧν θεότης ἐστὶν ἐξαγγέλλομεν· ἢ τό γε ἀκριβέστερον εἰπεῖν καὶ σαφέστερον, ἃ ἡ θεότης ἐστὶ καὶ γινώσκεται. Τὸ γὰρ αὐτὸ καὶ ἓν ἐστι καὶ
B τρία πιστεύεται καὶ τρία δοξάζεται, καὶ ἓν ἀληθῶς ἀναγγέλλεται. Καὶ οὔτε τὸ ἓν ᾗ ἓν ἐστι, τρία λαμβάνεται· οὔτε τὰ τρία καθὸ τρία [a] τυγχάνει, ἓν ἐξακούεται· ὃ καὶ παράδοξον καὶ πάσης γέμον ὄντως ἐκπλήξεως. Τὸ γὰρ αὐτὸ καὶ ἀριθμητόν ἐστι, καὶ διαφεύγει τὴν ἐξαρίθμησιν· ἀριθμητὸν μὲν ταῖς ἑαυτοῦ τρισσαῖς ὑποστάσεσι, διαφεῦγον δὲ τῷ ἑνικῷ τῆς θεότητος τὴν ἀρίθμησιν. Τὸ γὰρ ἑνικὸν αὐτοῦ τῆς οὐσίας καὶ φύσεως ἀριθμεῖσθαι παντελῶς οὐκ ἀνέχεται, ἵνα μὴ καὶ διαφορὰν εἰσοίσῃ θεότητος, καὶ λοιπὸν οὐσίας καὶ φύσεως, καὶ πολυθεΐαν τὴν μοναρχίαν ἐργάσοιτο· πᾶς γὰρ ἀριθμὸς τὴν διαφορὰν κέκτηται σύνοικον, καὶ πᾶσα διαφορὰ καὶ διάκρισις τὸν ἀριθμὸν συνεπάγεται σύμφυτον.

C Ἀριθμεῖται γοῦν ἡ μακαρία Τριὰς οὐκ οὐσίαις καὶ φύσεσι καὶ διαφόροις θεότησιν, ἢ τρισσαῖς κυριότησιν, ἄπαγε, ὡς Ἀρειανοὶ μαίνονται, καὶ οἱ τῆς νέας τριθεΐας λυττῶσιν ἡγούμενοι, οὐσίας τρεῖς, καὶ φύσεις τρεῖς, καὶ τρεῖς κυριότητας, καὶ τρεῖς ὁμοίως κενολογοῦντες [b] θεότητας· ἀλλ' ὑποστάσεσι καὶ ἰδιότησι νοεραῖς, τελείαις καθ' ἑαυτὰς ὑφεστώσαις, ἀριθμῷ διαιρεταῖς, καὶ οὐ διαιρεταῖς τῇ θεότητι. Διαιρεῖται γὰρ ἀδιαιρέτως ἡ παναγία Τριάς, καὶ διῃρημένως πάλιν συνάπτεται. Τοῖς γὰρ προσώποις τὴν διαίρεσιν ἔχουσα ἀδιαίρετος μένει, καὶ ἄτμητος οὐσίᾳ καὶ φύσει, ὡσαύτως δὲ καὶ θεότητι. Καὶ διὰ τοῦτο οὔτε τρεῖς θεοὺς λέγομεν, οὔτε τρεῖς φύσεις
D ἐπὶ τῆς Τριάδος δοξάζομεν, οὔτε τρεῖς ἐπ' αὐτῆς οὐσίας κηρύττομεν, οὔτε τρεῖς ὁμολογοῦμεν θεότητας, οὐχ ὁμοουσίους, οὐχ ἑτεροουσίους, οὐχ ὁμοφύλους, οὐχ ἑτεροφύλους, οὐδ' ὅσα μοναδικῶς ἐπ' αὐτῆς προκηρύττεται, εἰς πλῆθος ἐκφέρειν ἀφίεμεν, ἢ τινα τὴν αὐτῆς διαιρεῖν συγχωροῦμεν ἑνότητα. Οὔτε δὲ τρεῖς τινας θεοὺς ἐπιστάμεθα, ἢ τρεῖς τινας φύσεις, ἢ τρεῖς τινας οὐσίας, ἢ τρεῖς τινας θεότητας οἴδαμεν· οὐχ ὁμογενεῖς, οὐχ ἑτερογενεῖς, οὐχ ὁμοειδεῖς, οὐχ ἑτεροειδεῖς· ἀλλ' οὔτε δὲ ὅλως θεοὺς ἢ φύσεις ἢ οὐσίας ἢ θεότητας ἐγνωμεν, ἢ γινώσκοντας οἴδαμεν· ἀλλὰ καὶ τὸν ἔχοντα ἢ φρονοῦντα, ἢ γινώσκοντα, τοῖς ἀναθέμασι βάλλομεν. Ἡμεῖς γὰρ μίαν ἀρχὴν τὴν μίαν ἴσμεν θεότητα, μίαν βασιλείαν, μίαν

VARIÆ LECTIONES.

[a] τριάς. [b] καινολογοῦντες.

Digitized by Google

ἐξουσιαν, μίαν δύναμιν, μίαν ἐνέργειαν, μίαν βούλησιν, μίαν θέλησιν, μίαν δεσποτείαν, μίαν κίνησιν, εἴτε τῶν μετ' αὐτὴν ὄντων ἁπάντων δημιουργικήν, εἴτε προνοητικήν, εἴτε συστατικὴν καὶ συντηρητικήν· μίαν κυριότητα, μίαν ἀϊδιότητα, καὶ ὅσ' ἄττα μοναδικὰ καὶ ἀσύζυγα τῆς μιᾶς οὐσίας καὶ φύσεως ἐν τρισὶν ἐστι προσωπικαῖς ὑποστάσεσιν· οὔτε τὰς ὑποστάσεις συγχέοντες, καὶ εἰς μίαν αὐτὰς ὑπόστασιν ἄγοντες· οὔτε τὴν οὐσίαν τὴν μίαν μερίζοντες, καὶ εἰς οὐσίας τρεῖς αὐτὴν κατατέμνοντες, καὶ τὴν μίαν διὰ τοῦτο διαιροῦντες θεότητα· ἀλλ' ἔστιν εἷς Θεὸς, μία θεότης ἐν τρισὶν ὑποστάσεσι λάμπουσα, καὶ τρεῖς ὑποστάσεις καὶ πρόσωπα ἐν θεότητι μιᾷ γνωριζόμενα. Διὰ τοῦτο τέλειος Θεὸς ὁ Πατὴρ, τέλειος Θεὸς ὁ Υἱὸς, τέλειος Θεὸς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· ἐπειδὴ τὴν αὐτὴν καὶ μίαν ἕκαστον πρόσωπον ἀμέριστον καὶ ἀνελλιπῆ καὶ τελείαν ἔχει θεότητα. Καὶ ὡς μὲν Θεὸς τὸ αὐτὸ καθέστηκεν ἕκαστον καθ' ἑαυτὸ θεωρούμενον τοῦ νοῦ χωρίζοντος τὰ ἀχώριστα· ὡς ἐκ Πατὴρ καὶ Υἱὸς καὶ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἕτερον καὶ ἕτερον, καὶ ἕτερον οὐ λέγεται. Κἀντεῦθεν ταῦτα τοῖς θεολήπτοις κηρύττεται, Θεὸς, καὶ Θεὸς, καὶ Θεὸς, ἀλλ' εἷς τὰ τρία Θεός· οὐ γὰρ ἄλλος Θεὸς ὁ Πατὴρ, οὐδὲ ἄλλος Θεὸς ὁ Υἱὸς, οὐδὲ ἄλλος πάλιν Θεὸς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον[a]· ἐπεὶ μηδ' ἄλλη φύσις ὁ Πατὴρ, μηδ' ἄλλη φύσις ὁ Υἱὸς, μηδ' ἄλλη πάλιν φύσις τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Τοῦτο γὰρ καὶ τοὺς πολλοὺς καὶ διαφόρους θεοὺς ἐκτεχνάζεται, καὶ τὰς πολλὰς καὶ διαφόρους ἐκτίκτει θεότητας. Ἀλλὰ Θεὸς μὲν ὁ Πατὴρ, Θεὸς ὁ Υἱός· ὁμοίως δὲ Θεὸς καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὡς μιᾶς ἀμερίστως καὶ ἀνελλιπῶς τὰ τρία πρόσωπα πληρούσης θεότητος, καὶ ἐν ἑκάστῳ οὔσης ὁλοτελῶς καὶ ὁλικῶς. Θεότης γὰρ μερισμὸν οὐχ ὑφίσταται. Καὶ ἐν τοῖς τρισὶ προσώποις πληρωτικῶς καὶ ἐντελῶς, οὐ μεριστῶς ἥγουν ἐκ μέρους πληροῦσα, ἀλλ' ἐν ἑκάστῳ πληρεστάτως ὑπάρχουσα, καὶ μία γε μένουσα, καὶ εἰ ἐν προσώποις τρισὶ διαφαίνοιτο· καὶ πρὸς θεοτήτων πληθυσμὸν οὐκ ἐκτρέχουσα, καὶ εἰ ἐν τρισὶν ἐστιν ὑποστάσεσιν· ἵνα μὴ σωματικήν τινα πάθῃ διαίρεσιν ἡ ὄντως ἀπαθὴς καὶ ἀσώματος. Καὶ πάσχειν οὐκ εἰδυῖα τὰ τῆς κτίσεως ἴδια.

A sapit, aut novit, anathematibus percellimus. Nos enim unum « principium unius nominis deitatis [principatum, unam nov. deitatem,] unum imperium, unam potestatem, unam virtutem, unam operationem, unum consilium, unam voluntatem, unam dominationem, unum motum, tam omnium, quæ post eam sunt, creatricem, quamque providam, et stabilientem, atque conservatricem, unam dominationem, unam sempiternitatem, et quæque sunt talia singularia, et incomposita unius essentiæ atque naturæ in tribus personalibus subsistentiis, neque subsistentias confundentes, et in unam eas subsistentiam deducentes, neque unam eamdemque essentiam partientes, et in tres eam essentias discerpentes, et unam ex hoc dividentes deitatem, sed est unus Deus, una deitas in tribus subsistentiis fulgens, et tres subsistentiæ, et personæ in deitate una cognoscuntur. Propterea perfectus Deus est Pater, perfectus Deus est Filius, perfectus Deus est Spiritus sanctus, idcirco quod unam eamdemque singula quæque persona inseparabilem, indiminutam, atque perfectam habet deitatem. Et juxta quod Deus quidem est, ipsum [idipsum] exsistit unumquodque, dum seorsum consideratur, ipsa intelligentia, quod non separabile, separante : ut Pater tamen, et Filius, et Spiritus sanctus, aliud, et aliud, et aliud non dicuntur. Et idcirco hæc a Dei capacibus prædicantur, Deus, et Deus, et Deus : sed unus est hæc tria Deus. Non enim alius Deus Pater, nec alius Deus Filius, neque alius iterum Deus Spiritus sanctus, quia nec alia natura est Pater, nec alia natura est Filius, neque alia iterum natura est Spiritus sanctus. Hoc enim et multos atque diversos deos opinatur [callide infert], multasque et varias generat deitates, sed Deus quidem est Pater, Deus vero est Filius, similiter Deus est et Spiritus sanctus, eo quod indivise et indiminute eædem tres personæ una impleantur deitate, et in unaquaque earum funditus tota sit. Nam deitas divisionem non sustinet, et in tribus ipsis personis plenifice, atque perfecte, non partibiliter, sive ex parte easdem implens personas, sed in unaquaque exsistens plenissima, et una permanens, licet in tribus personis monstretur, et ad deitatum multitudinem non excurrens, licet in tribus sit subsistentiis, ut non corporalem quamdam sustineat sectionem, quæ certe est impassibilis, et incorporea, et pati nesciens quæ creaturæ sunt propria.

Ἔστιν οὖν μετὰ τοῦ εἶναι Θεὸς Πατὴρ ὁ Πατὴρ, καὶ οὔτε Υἱὸς, οὔτε Πνεῦμα ἅγιον, ἀλλ' ὅπερ ὁ Υἱὸς κατ' οὐσίαν ἐστὶ, καὶ κατὰ φύσιν τὸ Πνεῦμα τυγχάνει τὸ ἅγιον· καὶ ἔστι μετὰ τοῦ εἶναι Θεὸς ὁ Υἱὸς, καὶ οὔτε Πατὴρ, οὔτε Πνεῦμα πανάγιον, ἀλλ' ὅπερ ὁ Πατὴρ κατὰ φύσιν κηρύττεται, καὶ ὃ κατ' οὐσίαν τὸ Πνεῦμα καθορᾶται τὸ ἅγιον. Καὶ ἔστι μετὰ τοῦ εἶναι Θεὸς Πνεῦμα ἅγιον, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ οὔτε Πατὴρ θεωρούμενον, οὔτε Υἱὸς λαμβανόμενον, ἀλλ' ὅπερ ὁ Πατὴρ κατ' οὐσίαν πεπίστευται, καὶ ὅπερ ὁ Υἱὸς κατὰ φύσιν ἀγγέλλεται. Τὸ μὲν διὰ τὴν φύσιν,

D Est igitur cum hoc, quod Deus Pater ipse Pater, et neque Filius, neque Spiritus sanctus, sed quod Filius est, secundum substantiam, et quod naturaliter Spiritus sanctus exsistit, et est cum hoc quod Deus est Filius ipse Filius, et neque Pater, neque Spiritus sanctus : sed quod Pater secundum naturam prædicatur, et quod secundum substantiam Spiritus sanctus conspicitur : et est cum hoc quod Deus est Spiritus sanctus ipse Spiritus sanctus, et neque Pater esse cernitur, neque Filius esse suscipitur ; sed quod Pater secundum essentiam creditur, et quod Filius

VARIÆ LECTIONES.

[a] πανάγιον.

Digitized by Google

secundum naturam annuntiatur. Hoc quidem propter naturam, et identitatem substantiæ, et cognationem essentiæ, illud vero propter alterificas horum trium proprietates, propterque dissimilitudinem proprietatum, quæ inconfuse unamquamque figurant personam, Sicut enim esse Deus unaquæque inconvertibiliter possidet, ita et proprietatem, per quam ipsa persona figuratur, immutabilem et immobilem obtinet, quæ eidem soli est insita, et ab ipsis aliis personis eam discernit, et consitam [connaturalem], atque cohonorificandam, consubstantialem quoque, et consessivam Trinitatem absque confusione conservat. Trinitas igitur est, non solum una deitatis perfectione perfecta, sed superperfecta, et ultra deitatem gloria, ac sempiternitate et imperio non dispertita, neque alienata. Neque enim creatum quid aut servile est in Trinitate, neque subintroductitium, tanquam quod prius quidem non exstiterit, postremo vero introgressum. Neque igitur defuit Patri Filius, neque Filio Spiritus sanctus, sed inconvertibilis et incommutabilis eadem Trinitas semper est. Et de sancta quidem, ac consubstantiali, sempiternaque, et principali, omniumque Opifice, et regina Trinitate qualiter sentiam, atque glorificem, et venerer (ut breviter dicere suppetit), manifeste vobis aliquid clarumque digessi. Neque enim amplius quid fari permittit harum synodicarum syllabarum compendium. Qualiter quoque, et de incarnatione unius de eadem venerabili Trinitate Dei Verbi, et Filii clementissima atque admirabili, hoc est, de summa exinanitione, ad nos quoque terrenos divina atque deifica descensione, tenecam atque sentiam, et tenere a sanctis Patribus, qui secundum vos a Deo inspirati sunt, mihi est traditum, tanquam coram ipsa veritate, quæ conspicit universa, synodicam hanc litteram scribens, expono, et ad vestrum destino sapientissimum auditum.

A καὶ τὴν τῆς οὐσίας ταυτότητα καὶ τὸ συγγενὲς τῆς ὑπάρξεως, τὸ δὲ διὰ τὰς ἑτέρας τῶν τριῶν ἰδιότητας, καὶ τὸ τῶν ἀσυγχύτως ἕκαστον χαρακτηριζόντων πρόσωπον ἰδιωμάτων ἀνόμοιον. Ὥσπερ γὰρ τὸ, Θεὸς, ἕκαστον ἀμετάπτωτον κέκτηται, οὕτω καὶ τὴν τοῦ προσώπου χαρακτηριστικὴν ἰδιότητα ἀμετάβλητον καὶ ἀκίνητον λέλογχε τὴν αὐτῷ καὶ μόνῳ προσοῦσαν, καὶ τῶν ἄλλων προσώπων αὐτὸ διακρίνουσαν, καὶ τὴν ὁμοφυᾶ καὶ ὁμότιμον, ὁμοούσιόν τε καὶ ὁμόθρονον Τριάδα τηροῦσαν ἀσύγχυτον. Τριὰς οὖν, ἡ Τριὰς οὐ τελεία μόνον τῇ τῆς μιᾶς θεότητος τελειότητι, ἀλλὰ καὶ ὑπερτελὴς καὶ ὑπέρθεος δόξῃ, καὶ ἀϊδιότητι, καὶ βασιλείᾳ, μὴ μεριζομένη, μηδὲ ἀπαλλοτριουμένη. Οὔτε οὖν κτιστόν τι ἢ δοῦλον ἐν τῇ Τριάδι, οὔτε ἐπείσακτον, ὡς πρότερον μὲν οὐχ ὑπάρχον, ὕστερον δὲ B ἐπεισελθόν· οὔτε οὖν ἐνέλειψε Πατρὶ Υἱὸς, οὔτε Υἱῷ Πνεῦμα· ἀλλ' ἄτρεπτος καὶ ἀναλλοίωτος ἡ αὐτὴ Τριὰς ἀεί. Καὶ περὶ μὲν τῆς ἁγίας καὶ ὁμοουσίου ἀϊδίου τε καὶ ἀρχικῆς καὶ πάντων Δημιουργοῦ, καὶ βασιλίδος Τριάδος τὸ ὅπως φρονῶ, καὶ δοξάζω, καὶ σέβομαι, ὡς ἐν βραχέσιν εἰπεῖν, δῆλον ὑμῖν καὶ σαφὲς διατέθεικα. Οὐ γάρ τι πλέον συνεχώρει τούτων φάναι τῶν συνοδικῶν συλλαβῶν τὸ ἐπίτομον. Ὅπως δὲ καὶ περὶ τῆς τοῦ ἑνὸς αὐτῆς πανσέπτου Τριάδος Θεοῦ Λόγου καὶ Υἱοῦ φιλανθρώπου τε καὶ παραδόξου σαρκώσεως, ταυτὸν δὲ εἰπεῖν ὑπερτάτης κενώσεως, πρὸς τοὺς ἐπιγείους ἡμᾶς θεϊκῆς καὶ θεοποιοῦ καταβάσεως ἔχω καὶ φρονῶ· καὶ κηρύττειν ἐκ Πατέρων ἁγίων καὶ τῶν καθ' ὑμᾶς θεοπνεύστων παρέλαβον, ὡς ἐπὶ C τῆς ἀληθείας αὐτῆς τῆς ἐφορώσης τὰ σύμπαντα, γράμμα τουτὶ τὸ συνοδικὸν γράφων ἐντίθημι, καὶ πρὸς τὴν ὑμῶν ἐκπέμπω τῶν πανσόφων ἀκρόασιν.

Credo et de hac, sanctissimi, quod Deus Verbum, unigenitus Patris Filius, qui ante omnia sæcula et tempora impassibiliter de eodem natus est Deo et Patre, miserationem induens, et humanitatis misericordiam circa humanum nostrum lapsum, spontanea voluntate, et Dei gignentis consilio [sponte sua et Dei g. voluntate], et divino complacito Spiritus non separatus a gremio generantis, ad nos humilis descendit. Est enim sicut ejusdem voluntatis Patri, et Spiritui, ita et essentiæ [infinitæ] inexplicabilis, et naturæ circumscriptionem nullo modo sustinens, aut secundum nos D localem transmeatum; naturaliter sciens efficere divinam operationem, et uterum intactum ingressus virginitatis castitate lustratum [puritate fulgentem] Mariæ sanctæ, præclaræque, quæ Dei sunt sapientis, ab omni contagione liberatæ [liberæ], et corporis, et animæ, et intellectus, incarnatur qui erat incarneus, et formam suscipit nostram, qui secundum divinam essentiam, quantum ad habitum et speciem, inexformabilis; et corporatur

Πιστεύω καὶ περὶ ταύτης, θειότατοι, ὡς ὁ Θεὸς Λόγος, ὁ τοῦ Πατρὸς μονογενὴς Υἱὸς, ὁ πρὸ πάντων τῶν αἰώνων καὶ χρόνων ἀπαθῶς ὑπ' αὐτοῦ γεννηθεὶς τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, οἰκτον λαβὼν καὶ φιλάνθρωπον ἔλεον τοῦ ἀνθρωπίνου ἡμῶν ὀλισθήματος ἑκουσίῳ θελήματι, καὶ Θεοῦ βουλήσει τοῦ φύσαντος, καὶ συνευδοκίᾳ θείᾳ τοῦ Πνεύματος, κόλπων μὴ χωρισθεὶς τοῦ γεννήσαντος πρὸς τοὺς ταπεινοὺς ἡμᾶς καταβέβηκεν. Ἔστι γὰρ ὥσπερ τῆς αὐτῆς βουλήσεως τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Πνεύματι, οὕτω καὶ οὐσίας ἀπείρου καὶ φύσεως· περιγραφῆς οὐδαμῶς ἀνεχόμενος, ἢ τῆς καθ' ἡμᾶς τοπικῆς μεταβάσεως, κατὰ φύσιν ὁρᾶν εἰωθὼς[a] θεϊκὴν τὴν ἐνέργειαν, καὶ μήτραν εἰσδὺς ἀπειρόγαμον, παρθενίας ἀγλαϊζομένην ἁγνότητι, Μαρίας τῆς ἁγίας καὶ φαιδρᾶς καὶ θεόφρονος καὶ παντὸς ἐλευθέρας μολύσματος τοῦ τε κατὰ σῶμα καὶ ψυχὴν καὶ διάνοιαν, σαρκοῦται ὁ ἄσαρκος, καὶ μορφοῦται τὸ ἡμῶν ὁ κατ' οὐσίαν τὴν θείαν ὅσον εἰς σχῆμα καὶ εἶδος ἀμόρφωτος, καὶ σωματοῦται καθ' ἡμᾶς ὁ ἀσώματος, καὶ ἄνθρωπος κατὰ ἀλήθειαν γίνεται ὁ ἀεὶ Θεὸς γνωριζόμενος· καὶ μητρικῆς κοι-

VARIÆ LECTIONES.

[a] εἰδὼς L.

Digitized by Google

λίας εγγάστριος ὁ τοῦ ἀϊδίου Πατρὸς ἐγκόλπιος δείκνυται, καὶ ὁ ἄχρονος ἀρχὴν χρονικὴν καταδέχεται· οὐ φαντασίᾳ ταῦτα γινόμενος ἅπαντα, καθὰ Μανιχαίοις καὶ Οὐαλεντίνοις δοκεῖ τοῖς παράφροσιν, ἀλλ' ἀληθείᾳ καὶ πράγματι ὅλον ἑαυτὸν κενώσας πατρικῷ καὶ οἰκείῳ θελήματι, καὶ ὅλον προσλαβὼν τὸ ἡμέτερον φύραμα, σάρκα φημὶ τὴν ἡμῖν ὁμοούσιον, καὶ ψυχὴν λογικὴν τὴν ψυχαῖς ταῖς ἡμετέραις ὁμόφυλον, καὶ νοῦν τῷ νῷ τῷ ἡμῶν παραπλήσιον. Ταῦτα γὰρ ἄνθρωπός ἐστι καὶ γινώσκεται· καὶ ἄνθρωπος κατὰ ἀλήθειαν γέγονεν ἐξ αὐτῆς ἄκρας τῆς ἐν Παρθένῳ τῇ παναγίᾳ συλλήψεως. Ἄνθρωπος γὰρ χρηματίζειν ἐβούλετο, ἵνα τῷ ὁμοίῳ ἀναλαθάρῃ τὸ ὅμοιον, καὶ τῷ συγγενεῖ τὸ συγγενὲς ἀνασώσηται, καὶ τῷ συγγενεῖ τὸ συμφυὲς ἐκλαμπρύνει. Διὰ τοῦτο Παρθένος ἁγία λαμβάνεται, καὶ σῶμα καὶ ψυχὴν ἁγιάζεται, καὶ οὕτως ὑπουργεῖ τῇ σαρκώσει τοῦ Κτίσαντος ὡς καθαρὰ καὶ ἁγνὴ καὶ ἀμόλυντος. Σαρκοῦται γοῦν ὁ Λόγος καὶ Θεὸς τὸ ἡμέτερον οὐ προπλασθείσῃ σαρκὶ συναπτόμενος, ἢ προμορφωθέντι καὶ κατ' αὐτὸ[7] προϋποστάντι ποτὲ προσπλεκόμενος σώματι, ἢ προϋποστάσῃ ψυχῇ συντιθέμενος, ἀλλὰ τότε τούτοις παραγενομένοις πρὸς ὕπαρξιν, ὅτε αὐτοῖς ὁ Λόγος αὐτὸς καὶ Θεὸς συνετίθετο φυσικῶς σύγχρονον ἔχοντα τῇ ὑπάρξει τὴν ἕνωσιν, καὶ οὐ πρὸ τῆς πρὸς τὸν Λόγον ἀληθεστάτης συμβάσεως καθ' ἑαυτὰ γενόμενα πώποτε, ἢ τινος ἀνθρώπου τῶν καθ' ἡμᾶς ἑτέρου τὸ παράπαν ὑπάρξαντα, ἀλλὰ σύνδρομον ἔχοντα τῇ φυσικῇ τοῦ Λόγου συμβάσει τὴν ὕπαρξιν, καὶ οὐκ ἐκείνης οὐδὲ ὡς ἐν ὀφθάλμοῦ ῥιπῇ ταύτην προτερεύουσαν ἔχοντα, ὡς Παῦλος ὁ Σαμοσατεὺς βομβεῖ, καὶ Νεστόριος. Ἅμα γὰρ σὰρξ, ἅμα Θεοῦ Λόγου σὰρξ· ἅμα σὰρξ ἔμψυχος λογικὴ, ἅμα Θεοῦ Λόγου σὰρξ ἔμψυχος λογική· ἐν αὐτῷ γὰρ καὶ οὐ καθ' ἑαυτὴν ἔσχε τὴν ὕπαρξιν.

secundum nos, incorporeus. Et homo juxta veritatem efficitur, qui semper Deus agnoscitur; et materno ventre gestari monstratur, qui sempiterni Patris in sinu est: et intemporeus, principium recipit temporale, non per phantasiam factus hæc omnia (ut Manichæis et Valentinis videtur insanis), sed re et veritate totum seipsum exinaniens paterna et propria voluntate, et totam nostram assumens massam, carnem, inquam, nobis consubstantialem, et animam rationalem, animabus nostris contribulem, et mentem menti nostræ comparem. Hæc namque homo est, et cognoscitur; et homo secundum veritatem factus est ab ipso summo conceptu de sanctissima Virgine. Homo enim fieri voluit, ut simili consimilem mundificaret, et cognato cognatum salvificaret, et connaturali connaturale illustraret. Ideo Virgo sancta accipitur, et anima, corpusque sanctificatur, atque ita ministravit in incarnatione Creatoris, ut munda, et casta, atque incontaminata. Incarnatur ergo Verbum Deus, quod nostrum est, non præfactæ carni copulatus, præformatove, atque in sese præsubsistenti aliquando corpori conlinitus [counitus], (5) vel animæ præexsistenti conjunctus: sed tunc his ad subsistendum [G. exsistentiam] venientibus, quando eis ipsum Verbum, et Deus copulatus est; naturaliter contemporalem habens unitionem, atque subsistentiam; et non [G. cont. habentia exsistentiæ unionem, et non] ante verissimum ipsius Verbi conventum in seipsis unquam exstiterunt, vel cujuspiam secundum nos alterius hominis penitus exstiterunt, sed cum verbis ipsius naturali conventu subsistentiam habitura concurrerunt [exsistentiam habentia conc. illum], et nec quantum in ictu oculi hanc quam illam priorem habentia, sicut Paulus Samosatenus perstrepit, atque Nestorius. Simul quippe caro, simul Dei Verbi caro, animata rationalis, simul Dei Verbi caro animata rationalis. In illo itaque, et non per semetipsam habuit exsistentiam unam [G. *non habet* unam].

Ἅμα γὰρ τῇ συλλήψει τοῦ Λόγου ταῦτα παρῆχθη πρὸς σύστασιν, καὶ ἡνώθη αὐτῷ καθ' ὑπόστασιν ἅμα τῷ πρὸς σύστασιν ἄγεσθαι τὴν ὄντως ἀληθῆ καὶ ἀμέριστον, τὴν μήτε διαίρεσιν πάσχουσαν, μήτε τροπὴν εἰσδεχομένην καὶ σύγχυσιν· ὑπ' αὐτοῦ παραγόμενα, καὶ ἐν αὐτῷ συνιστάμενα, καὶ αὐτῷ συντιθέμενα, καὶ χρόνον οὐδένα τὸ σύνολον τῆς οἰκείας συστάσεως προτερεύοντα φέροντα τῆς πρὸς αὐτὸν ἀσυγχύτου τε καὶ ἀτμήμου συνθέσεως. Ἐκ τῶν οὖν ἀχράντων παρθενικῶν αἱμάτων τῆς παναγίας καὶ ἀχράντου Παρθένου Μαρίας ὁ Λόγος σαρκωθεὶς κατὰ ἀλήθειαν ἄνθρωπος, κἂν τῇ παρθενικῇ γαστρὶ κυοφορούμενος, καὶ τὸν χρόνον πεπληρωκὼς τῆς ἐννόμου κυήσεως, ἐν πᾶσι τοῖς φυσικοῖς καὶ ἁμαρτίαν οὐ φέρουσι τοῖς ἀνθρώποις ἡμῖν ὁμοιούμενος, καὶ τὴν ἡμετέραν οὐκ ἀπαξιῶν ἐμπαθεστάτην εὐτέλειαν, τίκτεται Θεὸς ἀνθρωπίνῳ τῷ σώματι, ὡσαύτως δὲ καὶ τῷ σχήματι,

Cum conceptu quippe Verbi, hæc ad subsistendum [G. ut consisterent] prolata sunt, et secundum subsistentiam ei unita sunt, quando ad subsistentiam [G. consistentiam] prolata sunt: quæ certe vera est et insecabilis, quæ neque divisionem perpetitur, neque mutabilitatem, aut confusionem admittit ab ipso prolata et in ipso consistentia, et cum ipso composita [G. ipsi adjuncta], nullumque prorsus tempus propriæ constitutionis tulerunt, quod inconfusam atque inseparabilem ad eum compositionem præcederet. Ex inviolabili namque et virginali sanguine immaculatæ Virginis Mariæ, Verbum vere factum est incarnatum, et veraciter homo, et in utero virgineo deportatus, et tempus explevit legitimi puerperii, et per singula naturalia, et peccatum non trahentia, nobis hominibus similis factus, nostramque non dedignatus passibilem vilitatem,

VARIÆ LECTIONES.

[7] καθ' αὐτό.

NOTÆ.

(5) Ms. noster, *conlexius*. Hard.

Digitized by Google

nascitur Deus humano corpore, similiterque et habitu [figura] animam rationalem et incorpoream habente, quod ipse in semetipso, et nequaquam alter rationali animavit spiritu, et Virginem generantem conservavit, et Θεοτόκον eam proprie, et veraciter demonstrat, vel si Nestorius vecors scinditur, et ejus Deo rebellis exercitus lacrymatur, et lamentatur, et ejulat, et iterum cum eo discerpitur. Deus namque erat, qui ex sancta Virgine Dei Genitrice Maria genitus est, et secundum hanc temporalem propter nos nativitatem suscepit post primam ejus et sempiternam illam ex Patre, naturalem atque ineffabilem, nativitatem, quanquam incarnatus nascebatur ob similitudinem nostri carnalium : totus Deus collaudandus, totus idem ipse apparens homo perfectus. Deus idem noscendus : perfectus homo idem ipse innotescendus : ex duabus quippe naturis unitionem habuit, deitate, et humanitate : et in duabus perfectis noscebatur naturis, deitate et humanitate.

Neque enim unitioni mutatio quælibet, vel confusio intercessit, neque differentiæ, dualitatique formarum, sive substantiarum post unitionem divisio quædam, aut sectio est intromissa, licet hoc contristet quidem furentem Nestorium, illud vero tabefaciat Eutychem desipientem (4). Nam quæ secundum subsistentiam ad invicem uniuntur, neque mutationem acceptant, neque divisionem agnoscunt : neque scit quæ confusionis sunt propria, neque sectionis discit indicia. Quod, prout apparet Eutyches ignorans atque Nestorius, et unitionis secundum subsistentiam non addiscentes virtutem, juxta quam et incarnatum est Verbum, et caro animata et intellectualis immutabiliter deificata est : hic quidem in confusionis pelagum jactatur, hic vero in divisionis voraginem dejicitur. Et idcirco ille quidem refugit confiteri dualitatem naturarum, hic vero unam Dei Verbi naturam incarnatam se subtrahit prædicare, vel etiam unam ejus compositam subsistentiam dicere metuit; timorem refugæ metuentes, ubi timor nullus inhabitat. Nos vero sensu vivido utriusque horum servilem propellentes amentiam, et super petram pietatis stantes intrepidi, et secundum subsistentiam Verbi ad carnem, quæ ex nobis est intellectualem, et animatam, convenientiam prædicamus, et unum Christum, et Filium incarnatum Verbum obsecramus (5), [asserimus] et unam ejus subsistentiam compositam dicimus, et in duabus eum annuntiamus naturis, et duas ejusdem Dei Verbi nativitates credimus, unam quidem ex Deo Patre, quam intemporalem et sempiternam scimus, secundam ex Dei Genitrice matre, quam et modernam et temporalem cognoscimus, et unam Dei Verbi naturam in eo

A ψυχὴν λογικὴν καὶ ἀσώματον ἔχοντι, ὅπερ αὐτὸς ἐν ἑαυτῷ καὶ οὐχ ἕτερος λογικῷ ἐνεψύχωτε Πνεύματι. Καὶ Παρθένον τηρεῖ τὴν γεννήσασαν, καὶ *Θεοτόκον* αὐτὴν κυρίως καὶ ἀληθῶς ἀναδείκνυσι, κἂν Νεστόριος ὁ παράφορος ῥήσσηται, καὶ τούτου τὸ θεομάχον στρατόπεδον δακρύῃ καὶ θρηνῇ καὶ ὀδύρηται, καὶ σὺν ἐκείνῳ πάλιν σπαράττηται. Θεὸς γὰρ ἦν ὁ ἐκ Παρθένου τῆς ἁγίας Θεοτόκου Μαρίας τικτόμενος, καὶ δευτέραν δι' ἡμᾶς καὶ χρονικὴν προσδεχόμενος γέννησιν μετὰ τὴν πρώτην αὐτοῦ καὶ ἀΐδιον τὴν ἐκ Πατρὸς φυσικὴν καὶ ἀνέκφραστον γέννησιν, κἂν σεσαρκωμένος ἐτίκτετο διὰ τὴν πρὸς ἡμᾶς τοὺς σαρκικοὺς ὁμοιότητα· ὅλος Θεὸς ἀνυμνούμενος, ὅλος ὁ αὐτὸς B προσφερόμενος ἄνθρωπος· τέλειος Θεὸς ὁ αὐτὸς γινωσκόμενος. καὶ τέλειος ἄνθρωπος ὁ αὐτὸς γνωριζόμενος· ἐκ δύο γὰρ φύσεων ἔσχε τὴν ἕνωσιν θεότητος καὶ ἀνθρωπότητος, καὶ ἐν δύο τελείαις ἐγνωρίζετο φύσεσι, θεότητί τε καὶ ἀνθρωπότητι.

Lætam illustremque præsentem diem cerno utpote gemino nos splendore et luce perfundentem, geminaque lætitia et jucunditate genus nostrum cumulantem. Non quod dûplicem nobis solem ostendat, eaque ratione duplici nos gratia irradiet, sed quod unus idemque justitiæ Sol, quem offert, dupliciter quodammodo nobis, qui in terris ætatem degimus, exoriatur, duplicemque splendorem et gloriam mortalium generi subministret ; et duplex tandem spiritale gaudium eidem afferat. Hinc quidem ex utéro virgineo exortus, inde vero ex aditis inferorum antris excitatus. Ut exortus immensa mortalium animos lætitia delibutos reddidit : ut vero excitatus, tristem mortem peremit, omnesque, quos detinebat mortuos, illi ademit : et nobis qui in terrestri hæc regione versamur, ad incorruptam immortalemque vitam iter aperuit. In unum namque utraque coierunt, juxta illud, quod in Psalmis fertur : « Misericordia et veritas obviaverunt sibi, justitia et pax osculatæ sunt. Veritas de terra orta est, et justitia de cœlo prospexit. Etenim Dominus Noster Jesus Christus dabit benignitatem, et terra nostra dabit fructum suum [1]. » Christi namque exortus, ejusdemque ex mortuis resurrectio in unum diem inciderunt. Jure proinde meritoque lucem hanc dierum Dominam appellaveris, ut quæ communem omnium Dominum nobis ex mortuis exhibebat redivivum, natalitiaque ob illius ex Virgine ortum, solemnitate aucta et cumulata sit. Nihil videri his potest splendidius, nihil mentis oculis observari jucundius. Ecquid enim divinissimo Dei Optimi Maximi exortu animo pertractari potest illustrius ? Quid celebratione dignius ? Quid rursum eidem Dei ex mortuis resurrectione cogitari potest lætius ? Quid obiri festivius ? Et enim ille vera lux, quæ ex vera luce æterne indivulseque nascitur : quæque nobis hodie bifariam oritur, per nativitatem nimirum, et resurrectionem, duplicesque salutares radios impertitur : utraque enim salutari gaudio referta est. Quamobrem lætæ quoque festivæque voces præsentem hanc solemnitatem illustrant fidelesque duplici nomine ad festum hunc diem celebrandum invitant. Hic virgo, quæ eum in lucem edidit, angelum non absque justissima causa, ejusmodi oratione se compellantem accipit : « Ave, gratia plena, Dominus tecum [2] ; quasi dicat maledictio quæ Evæ jam olim irrogata fuerat, jam tandem per te finem facit. Hic rursum pastores vigilantes, nocturnasque custodias observantes, angelum ejusmodi nuntium ad se deferentem audiunt : « Ecce evangelizo vobis gaudium magnum quod erit omni populo : quia natus est vobis hodie Salvator, qui est Christus Dominus in civitate David [3]. » Per quem et servamur, et excusso servitutis jugo, in Dei filios gratis cooptamur. Illic vero illustres feminæ Christi redemptionis discipulæ, ipsummet Dominum *Avete*, clamantem exaudiunt [4]. Qui sane Christus omnibus tantæ hujus lætitiæ auctor exsistit. Nam et per ipsum mors mortua est, et terribile illud condemnationis nostræ judicium quasi exterritum, abolitum est, et legale maledictum dissolutum est et Evæ pœna restincta est, et mortis imperium eversum est, et mortuorum resurrectio, mortem in seipsam sævire amplius non sinens, luculenter inchoata est. Ibi, propter admissam in paradiso prævaricationem, maledictio illa : « In dolore paries filios [5], » omnino proscri-

[1] Psal. LXXXIV, 11-13. [2] Luc. I, 28. [3] Luc. II, 10, 11. [4] Matth. XXVIII, 9. [5] Gen. III, 16.

NOTÆ.

(1) Sophronium hunc posteriorem esse priore illo altero cujus ut presbyteri meminit, descripsitque vitam sanctus Hieronymus in *Scriptorum ecclesiasticorum catalogo :* cum ille sancto Hieronymo σύγχρονος ad tempora Joannis 44. Hierosolymitani pontificis vixerit. Hic vero cum in sua de Christi natalitiis oratione multis agat de immani sævaque tyrannide Saracenorum qui per id tempus oppidum Bethleem occupabant, satis indicat se illum esse Sophronium 62, ac postremum Pontificem Hierosolymitanum, cujus meminit Nicephori Constantinopolitani Chronologia.

Pleniora de S. Sophronio Hierosolymitano episcopo suppeditabit tomo VIII *Annalium ecclesiasticarum* exact. 13, sextæ synodi ex concilio Romano sub S. Martino Papa, secretario 2, tomo III. Ex Theophane in Miscella et aliis. Consule quoque notas ad *Romanum Martyrologium* 11 Martii. Consignatur obitus sancti Sophronii sub Heraclio imperatore, anno salutis 636, 11 Martii, quo die ejus natalis inter sanctos inscriptus habetur publicis Latinæ et Græcæ Ecclesiæ tabulis. *Biblioth. Patrum*, t. XII. 206.

(2) Attexuntur huic quædam etiam de immani sævaque Saracenorum tyrannide, qui per id tempus oppidum Bethleem, vel occuparant, vel certe obsessum tenebant.

Digitized by Google

pta est ; quippe cum lætitia et gaudium Christi natalitia exceperint : hic vero alterum illud maledictum, nempe : « Terra es, et in terram reverteris [6], » penitus evacuatum est, eo quod vita resurrectionem ex mortuis propalam ostenderit ; siquidem maledictio et pœna erat illud : « In dolore paries filios ; » Adami vero alterum illud : « Terra es, et in terram redibis ; » utriusque autem parcam et miseram vitam perpetuo ducere. Verum enimvero potentissimus horum Liberator et Redemptor per suam nativitatem et resurrectionem in medium se tulit, verumque Redemptorem et Liberatorem sese declaravit. Nihil enim exstat, quod Dei potentiam vincat. « Dominus namque mortificat et vivificat, deducit ad inferos et reducit, » ut scriptum est [7]. Sed neque quidquam comperiri quoque potest, quod omnipotenti illius nutui obsistere valeat. Manus ejus propter peccata hominem verberant ; eædem rursus propter ingentem ejusdem benignitatem, percussum sanant. Ast quis sum ego, qui quæ videmus, et audimus, pro dignitate exponam ? Destituor enim oratione, et lingua, et ore, quibus divinorum illorum festorum miracula pro merito edisseram. Ea propter maxime perplexus, summaque in rerum difficultate constitutus, angelorum hymnum mutuo accipiam, illumque Deo humanam naturam sortito, necnon e sepulcro et mortuis hodierna luce exsuscitato, ingenti voce decantabo, clareque et perspicue personabo : « Gloria in altissimis Deo, et in terra pax hominibus bonæ voluntatis [8]. » Nam quo nos sublimes efficeret, magisque cœlestes, quam terrenos esse ostenderet e sublimi ad nos viles abjectosque descendit. Bello rursum, quod sub aspectum non cadit, impetitos, securitate et pace donavit, suoque Patri reconciliavit, et nostram cum Deo Patre pacificationem in seipso faciens, se pacem nostram esse demonstravit. Et nos æque, qui longissime a divino aspectu rejecti proscriptique eramus, ita suis virtutibus exornavit et instauravit, ut et Deo probaremur, et clementi oculo ab eodem aspiceremur. Et sepis maceria e medio sublata, illud quoque præter cætera nobis impertitus est, ut Dei claritatem revelata facie contemplari queamus [9]. Denique nos, qui pridem ob delicta nostra in mortem incurreramus, eademque ultro et quasi data opera nobis absciveramus : « Deus enim mortem non fecit, neque, (cum sit optimus) in vivorum perditione lætatur [10], » denuo in vitam asseruit, et e sepulcro et interitu exsuscitavit, dicereque nos jussit : « Ubi est, mors, victoria tua ? ubi est stimulus tuus, inferne [11] ? » Christus enim ad nos humiles sese demittens, nostrumque ortum sponte subiens, et ut verus homo mortem oppetens, utraque defregit et obscuravit.

« O altitudo divitiarum sapientiæ et potentiæ divinæ [12] ! » O benignitatem vere immensam ! Etenim cum antea non essemus, ex nihilo nos produxit. Insano rursum temerarioque consilio, in interitum prolapsos, necnon in mortis barathrum præcipites actos, ex tumulo denuo exsuscitavit ; morteque, qua valide tenebamur, debellata, ipsam vivendi naturam iterum nobis restituit, atque adeo ipsam spiritalem vim, æque ut ante, infundere nunquam desiit. Cum enim Deus sit, iis, qui ope illius indigent, dona et beneficia vere divina et magna jugiter impertit. Ea propter rursum clamo, semperque cum cœlestibus illis exercitibus clamabo : « Gloria in excelsis Deo, et in terra pax hominibus bonæ voluntatis [13]. » Ecquid enim convenientius vereque decentius, et reipsa quoque illustrius dicere possunt, qui natum Deum celebrare, laudibusque evehere cupiunt, quam : « Gloria in altissimis Deo, et in terra pax hominibus bonæ voluntatis ? » Deus in terra agit ; et quis in cœlum non evadat ? Deus e Virgine natus in medium prodit : et quis hodie divinus non efficiatur ? Quis, quo propius ad eum accedere queat, ad virginitatis sanctitatem non anhelet ? continentiamque alacri animo non complectatur ? Deus vilibus abjectisque panniculis involvitur : et quis est, qui, si quid forte vile abjectumque quandoque occurrat, quo divinitatis particeps fiat, obviis ulnis illud non excipiat ? Nec enim alia de causa humana paupertate sese convestivit Deus, quam ut sua nos gratia Deos efficeret. Atque hoc Psalmista David, idemque Christi parens, prophetiæ dono illustratus, Christique ex se nasciturі beneficia edoctus, ac præclara divinaque ejusdem facta liquido per spiritum conspicatus, disertis jam olim verbis exposuit : « Ego, ait : « dixi, dii estis, et filii Excelsi omnes [14]. » Deus inter nos est, veterem hominem exuti, ipsumque, quoad ejus fieri potest, æmulati, divini efficiamur. Celsissimus factus est terrenus ; et nos nostræ quoque mentis proposita, animique desideria sursum subrigamus, divinorumque munerum capaces nos reddere studeamus.

Deus in præsepio palam proponitur, nobisque, qui et fame tabescimus, et jumentorum more nulla pene ratione ducimur, seipsum ultro in cibum exhibet. Ecquis euchobruto illo alimento tanquam divinis dapibus, divinaque charitate prorsus indigno abjecto, in illius divinitate se non oblectet ? Vere dixerim : « Gloria in excelsis Deo, et in terra pax hominibus bonæ voluntatis. » Tripudio, pastorumque more exsulto, dum voces ejusmodi plane divinas audio ; et ad præsepe, quod Deum excepit, statim convolare gestio, necnon ad cœleste illud specus toto animi impetu raptus, mysterium, quod in ipso latet, coram conspicari, atque hymnum illum : *Gloria in excelsis Deo, et in terra pax hominibus bonæ voluntatis*, in recens nati gloriam et honorem depromere ardenter desidero.

Quin divinos quoque Magos veneror, magnique

[6] Gen. III, 19. [7] I Reg. II, 6. [8] Luc. I, 14. [9] Ephes. II, 14, 15. [10] Sap. I, 13. [11] Osee XIII 14 ; I Cor. XV, 55. [12] Rom. XI, 33. [13] Luc. II, 14. [14] Psal. LXXXI, 6.

Digitized by Google

facio : et cursum, quo Deo addicti, divinaque edocti viri illi usi, ad cœlestem Bethleem devenerunt, majorem in modum admiror. Accesserunt huc autem, Herodis quidem furorem, infantumque trucidatorem gladium, nihil quidquam veriti : stellam vero luce sua viam præmonstrantem, ducem utique sublimem, planeque cœlestem, ad sublime illud cœlesteque iter commode conficiendum, peropportune nacti. Horum ego comes esse peropto ; natoque Deo munera quædam offerre percupio ; etsi ille hoc tempore ab amicis non exigat aurum, aut myrrham, aut thus (hæc enim aliaque ad vitæ usum necessaria, tanquam universorum conditor et Dominus, egentibus familiarius ipse donare solet, quam ab ullis omnino postulare.) Auri autem loco fidei sinceritatem exigit. Pro myrrha autem incorruptam animæ corporisque integritatem deposcit : tum doctrinæ rursum prædicationis puritatem ; tum orthodoxum tandem circa fidem sensum et intellectum. Thuris autem vice bonorum operum suaveolentiam a nobis efflagitat : non quo horum acceptione dives evadat : verum quo nos per ea opulentiores reddat. Ecquid enim exstat usque sublimium cœlestiumve rerum, aut illustrium beneficiorum, quorum thesaurus et fons immensumque pelagus non est Deus ? Neque horum solum origo et causa est, sed magnificus quoque liberalisque, si egentes adsunt, eorumdem dator.

Verum Magi divinique pastores ad Bethleem, quæ Deum excepit, proficiscantur, stellamque comitem et itineris ducem habeant, et miraculum illud plane stupendum coram contemplentur, contemplantesque obstupescant, et dona Magis digna hilariter offerant, et angelorum doxologiam ingeminent : *Gloria in excelsis Deo*, recinentes, *et in terra pax hominibus bonæ voluntatis*. Nihil illi formident, nihil extimescant ; non insani Herodis furias, non aliud ullum metum incutere solitum animo pertractent ; sed divinis tantum meditationibus se occupent, infantemque pannis involutum, et in divino præsepio positum, defixa oculorum acie spectent, qui infans universorum est servator, Deusque et Dominus vere inexplicabilis ; etsi nostri causa, qui carnales sumus, adeoque puram nudamque illius divinitatem intueri nequibamus, humanæ carnis corporisque velamine sit obtectus. Nos autem propter innumera peccata nostra, gravissimaque errata, earum rerum contemplatione indigni effecti, cursu illuc contendere, præstoque adesse prohibemur, sed vel inviti et nocentes domi manere cogimur ; nullis sane corporis vinculis astricti, verum Saracenico metu absterriti et compediti ; tristitiaque, nostra quidem infelicitate digna, indigna autem bonis, quæ nobis alioqui debebantur, veluti tempestate quadam jactati. Quandoquidem, si miseria nostra bonis illis digna fuisset, omnino nos quoque prope loca illa positi (nec enim a longinquo illa aspicimus) cum pastoribus choros duceremus, et cum Magis Deo dona afferremus, et cum angelis odam illam : *Gloria in excelsis Deo, et in terra pax hominibus bonæ voluntatis*, decantaremus.

Verum enimvero ejusmodi voces vel hoc loco depromere inoffense sinimur ; at ipsum vero præsepe, et specum illam vere sublimem cœlestemque contueri, tanquam spectaculo ejusmodi indigni, omnino vetamur. Vere generis nostri principem, primumque parentem Adamum a paradisi habitatione miserabiliter proscriptum, hic imitamur. Etenim ob nefaria peccata lapsusque, quæ prava præposteraque mente subinde designamus, tam gravia, vel multo quoque graviora tristioraque patimur, quam ille. Nam ut ille a paradisi deliciis proscriptus, exsulque factus, et gravissima irrevocabilique Dei sententia inde ejectus, oculis quidem paradisi hortum usurpabat (e regione enim illius habitabat) ad ipsum autem denuo regredi non valebat ; ut qui flammeam illam versatilemque romphæam, quæ aditum ad ejusmodi locum præcludebat, ipsumque ob designatum prævaricationis peccatum bono illo ardenter cupito orbabat, ob oculos versari cerneret ; ita nos quoque hodierna die multamur : quandoquidem civitatem Bethleem, quæ Deum excepit vicinam habemus, neque in ipsam tamen ingredi permittimur, non quidem ardentem illam ? versatilemque paradisi romphæam, conspicantes, sed efferatum, planeque barbarum, atque omni revera crudelitate plenum Saracenorum gladium extimescentes. Hic enim gladius horrendum fulminans, cædemque spirans et intentans, beatæ illius visionis exsortes nos reddit, domique citra ulteriorem progressionem manere compellit. At vero licet Agarenorum sica æque nunc fulminet, ac romphæa illa quæ paradisi ostium quondam asservabat ; attamen si nos voluerimus, hoc est, si conversi Deum nostri causa natum per studiosa opera ex animo quæsiverimus, ut antea fuerat, sedata mox et mitis evadet. Si, inquam, nos peccatorum flammas per pœnitentiam restinxerimus, et Deum Optimum Maximum propter nos et secundum nos natum religiose coluerimus, operumque, quæ ille exsecrari solet, studium intermiserimus, ardoris sui sensum facile deponet. Qua, quæso, fronte ad Deum accedere audemus, qui nullam, neque animi fecunditatem, neque corporis castimoniam muneris loco deferimus ? Quomodo ipsi appropinquare non veremur, qui operum, quæ illi lætitiam et voluptatem parere dignoscuntur, suaveolentiam nullam obtinemus ? Præsertim cum flagitiosorum operum graveolentiam infestissime odisse non ignoremus ? Metuo autem magnoque tremore constringor, ne qui orthodoxam fidem habere videmur, secundum illam quoque laborare deprehendamur : ut qui eam solam, hoc est ab honestarum actionum conjugio sejunctam, bonorumque operum comitatu destitutam, oberrare permiserimus. Si enim fides stu-

Digitized by Google

diosa fragrantium operum actione orbata, secundum Jacobum fratrem Domini [15], qui hujus quoque gregis pastor aliquando exstitit, est mortua, quomodo nos rectum cursum tenebimus, qui fidem operibus, quasi aliis quibusdam exornare non curamus? neque animos nostros pernicibus operum misericordiæ pennis obarmamus? Quamobrem, fratres animo meo exoptatissimi, opera, quæso, cum fide consociemus, neque ob operum, quæ adesse oportebat, absentiam, eam infirmemus: ita enim fiet, ut quemadmodum fide fortes validique consistimus (neque enim Christi gratia defensi conservatique, ulla illam ex parte labefactavimus), sic bonis quoque operibus firmemur: et Christum ipsum qui honestis actionibus impense delectatur, fide simul et operibus non parum recreemus, clementissimamque ejusdem celsitudinem nobis promereamur. Ipse enim est, qui tanquam legislator, hæc decreta diserte pronuntiat: « Non omnis qui dicit mihi Domine, Domine, intrabit in regnum cœlorum: sed qui facit voluntatem Patris mei, qui est in cœlo [16]. » Rursum: « Si diligitis me, mandata mea servate [17]. » Item « Vos amici mei estis, si feceritis, quæ ego præcipio vobis [18]. » Si itaque paternam illius voluntatem fecerimus, veramque et orthodoxam fidem constanter retinuerimus, Ismaelitarum romphæam facili negotio amoliemur; Saracenicamque sicam a nobis avertemus; et Agarenorum arcam confringemus; et divinam Bethleem non longo post tempore contemplabimur; et quæ in illa sunt admirabilia contuebimur, et admirandorum operum opificem Christum conspicabimur: et una cum angelis doxologiam illam: « Gloria in altissimis Deo, et in terra pax hominibus bonæ voluntatis, » magna sonoraque voce decantabimus, operamque ea re Christo cum primis gratam navabimus. Est enim ille iis rebus, quæ salutem nostram promovere et procurare natæ sunt addictissimus.

Annon cum Dei Verbum esset, æternumque ex æterno Patre ortum haberet, impollutum matris Virginis uterum propter nos inhabitavit? Veramque in illa, et ex illa carnem suscepit? Suscepit autem ex ea carnem non prius quidem formatam et exsistentem, quam indissolubili vinculo illi conjungeretur: sed una cum ipso, et in ipso Verbi complexu, exsistentiam sortitam. Ipsius namque constitutio et ratio cum ipsa compositione ad punctum coibat, ipsique coæva erat. Quam etiam carnem rationalis vitæ spiritu animatam sibi secundum hypostasin adjunxit, ut illustre illud fidei lume.. Leo, docet, et sapientissimus Cyrillus magnus ille cœlestis doctrinæ præco, præclare veræque pietati et religioni admodum consentance, confirmat. Christus namque salutis nostræ causa nobis per omnia assimilatus, et similis expertem conceptionem habuit (viri enim, ut nasceretur, A synergia nulla egebat), et Virginis utero se circumscribi sustinuit, et hominum more pro sua clementia in lucem edi voluit, et in manifestissimum omnipotentis divinitatis suæ judicium et argumentum, Virginem, ex qua prodiit, integram incorruptamque conservavit, ipsamque nihilominus Deiparam esse palam ostendit. Quin et ipsa vicissim virgo luculentum ineffabili illius divinitati testimonium perhibuit: testatum, inquam, orbi fecit, ipsum esse verum Deum, verumque Dei Filium, ejusdem cum Patre naturæ et substantiæ: etsi ab illis, in quorum oculos incurrebat, homo tantum nostri similis fuerit habitus. Coruscat autem et licet hic Filius duabus naturis divina una, humana altera, interim nulla ex parte est divisus; B manet enim unus Christus, et unus Filius, omnis expers mutationis, confusionis, sectionis, et divisionis. Annon idem ille, cum dives esset, unaque cum regno imperium in omnes obtineret, quo nos, qui pauperrimi eramus, immortales illius opes consequeremur, in nostram mendicitatem ultro sese dimisit? Nonne, cum increatus, imo vero creator, universæque creaturæ conditor esset, quo nos in increatæ naturæ suæ consortium eveheret, inter creaturas censeri voluit? Nonne cum omnis materiæ, corporeæque concretionis exsors degeret, quo nos caducis istis fluxisque corporibus et carnibus superiores efficeret, nostraque corpora incorruptione vestiret: et carnem C nostram immortalitate donaret, caro et corpus fieri in animum induxit? Annon, cum secundum divinitatem nullis limitibus circumscriberetur, quoad immensum regnum suum aditum nobis patefaceret, carnem mole definitam sibi ascivit? Annon cum ab omni peccato vacuus, sanctusque et per omnia impollutus esset? « Peccatum enim non fecit, neque inventus est dolus in ore ejus [19]. » Nostri causa peccatoribus annumeratus est? et in peccatricis carnis similitudinem, in lucem fusus est? Qui enim peccatum ignorabat, eum Pater, in quem nullum peccatum cadit, propter nos peccatum fecit [20]: ut carne ab omni peccato immuni, peccati condemnationem evacuaret, nosque peccatores a contractis peccatorum sordibus expiaret. D Nonne cum Filius et liber foret, naturalisque Domini polleret, quo nos libertatis dono ornatos, Deo Patri quasi filios offerret, inter servos censeri sustinuit? Per ipsum enim id assecuti sumus, ut Altissimi filii nominemur et simus. Interim illud adoptionis donum non natura, sed gratia nacti sumus. Annon, cum æternus et impatibilis, et immortalis esset, quo nos ab interitu omnique patiendi necessitate liberaret, et a mortis vinculis multiplicibusque catenis quibus irretiti tenebamur, expediret et vindicaret, carnem nostram patibilem mortalemque induit? Annon hæc omnia præstitit, modoque divinissimo implevit, et con-

[15] Jac. II, 17. [16] Matth. VII, 51. [17] Joan. XIV, 12. [18] Joan. XV, 14. [19] Isa. LIII, 95; I Petr. II, 22. [20] II Cor. V, 21.

Digitized by Google

summavit? Utique; nec enim contingit Deum proposito suo frustrari. Nam quid animo concipi potest, quod Deus, si velit, non efficiat? Aut quis est, qui omnipotenti efficacissimæque ejusdem voluntati sua voluntate, ut maxime id contendat, obsistere valeat? Hujus tanti numinis, fratres, festum diem nos hodie obimus, etiamsi magna cum tristitia illud faciamus: ut qui locum, in quo Deus Verbum, et Dominus per exortum, qui verbis explicari nequit, apparuit, propinquum habeamus, neque ad illum tamen accurrere valeamus. Sane idem fere hic nobis usu venit, quod divinissimo Moysi [21]. Hic enim in montem præcelsum subvectus, promissionis terram oculis quidem usurpabat avidissimeque in illam ingredi cupiebat; verum quod virgæ suæ verbere aquarum fluenta et rivos e petra educturus, Deum non benedixit, nequaquam huc ingredi permissus est [21]. Et ille quidem ad eum modum terra multum desiderata orbatus, mœroreque exhaustus, hinc ad Deum emigravit. Nos autem, qui his non dissimilia patimur, quid faciemus? Nam etsi de cœlestibus donis animo voluptatem capimus, et lætamur, et religiose nos oblectamus, et quasi continuum gaudium haurimus; contristamur tamen, turbamur non parum, quod locum cominus aspicere non licet, ibique festivum conventum agitare, ubi vera lux exorta est, ubi æterna vita floruit, ubi tandem donorum et gratiarum omnium thesaurus aspectabili forma apparens, omnes, qui cum fide et pietate intuentur, illustrat et recreat, cœlestique gaudio uberrime exsatiat; ac tales illis opes impertitur, qui neque defluunt, neque deficiunt; efficitque ut non absque gaudio et oblectatione, cum angelis, pastoribus et Magis: *Gloria in altissimis Deo, et in terra pax hominibus bonæ voluntatis*, concinant. Adamo tantum primo generis nostri parenti, divinoque Moysi misere admodum hodierna luce assimilamur: verum Davidis quoque parentis sortem cum primis exacte exprimimus: ut qui iisdem pene difficultatibus hoc tempore involvamur, obstaculisque præpediamur, quibus olim ille. Etenim David in regem a Deo assumptus, cum Philistæorum acie undique circumjecta aliquando coerceretur spiritali siti, quali forsan nos modo, arens ardensque salutarem aquam ex cisterna, quæ erat in Bethleem, bibere desiderabat? Aqua autem quam mystice ille expetebat, et viva erat, et omnes qui ex ea bibebant, divina virtute vivos efficiebat: « Si scires donum Dei, » aiebat Christus, fons ille vitæ nunquam deficiens ad Samaritanam; « et quis est, qui dicit tibi: Da mihi bibere, tu forsan petivisses ab eo, et dedisset tibi aquam vivam. Omnis qui bibet ex aqua hac, sitiet iterum; qui autem biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in æternum. Sed aqua, quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam [22]. » Cisterna hæc sacra sanctissimam Virginem designabat, quæ et uterum gestura, et Deum paritura erat. Quod enim hic transigebatur, prophetia et figura erat de Christo, qui est aqua viva omnibus vitam infundens, deque mystica et spiritali cisterna, quæ aquam illam, quæ nunquam deficit, utero comprehensam, in lucem dedit, hoc est de impolluta Virgine.

Hanc autem cisternam et aquam bifariam rex David videre desiderabat, intenseque gestiebat, spiritalibus nimirum et corporeis oculis: illis quidem, ut illustrissimus propheta; his vero, ut consummatissimus justus: Hoc ergo desiderio intus ardens aiebat: « O si quis mihi daret potum aquæ de cisterna, quæ est in Bethleem juxta portam [23]. » Cognoscere hinc licet, quam apte nos hoc tempore iis assimilemur, qui Christum quondam, cum spiritalibus, tum corporeis quoque oculis contueri exoptabant. Ad quod veterum desiderium Christus Dominus aqua illa viva alludens, alicubi ita concionatur: « Multi prophetæ et justi cupierunt videre, quæ videtis, et non viderunt, et audire, quæ vos auditis, et non audierunt [24]. » Huc etiam spectant, quæ apostolus Petrus ad eos, qui in Christum Servatorem crediderant, ea de re scribit: « Quem, ait, cum non videritis, diligitis, in quem nunc quoque non videntes creditis. Credentes autem exsultatis lætitia inenarrabili et glorificata, reportantes finem fidei vestræ salutem animarum vestrarum: de qua salute exquisiverunt atque scrutati sunt prophetæ, qui de futura in vobis gratia prophetaverunt, scrutantes in quod vel quale tempus significaret in eis spiritus Christi, prænuntians ea quæ in Christo sunt passiones, et posteriores glorias. Quibus revelatum est, quod non sibimet ipsis, vobis autem ministrabant ea quæ nunc annuntiata sunt vobis per eos, qui evangelizaverunt vobis, Spiritu sancto misso de cœlo, in quæ desiderant angeli prospicere [25]. » Si ergo justi, et prophetæ, et angeli, Christi nativitatem et locum in quo exoptatissimus ejusdem ortus contigit, contueri desiderabant, et desiderant; quid mirum est, si nos abjecti minimique, qui ejusdem religionis et pietatis participes, orthodoxæque fidei, cohæredes effecti sumus, ardenter istud desideremus. Et quænam causa, quæso, divinum Davidem, cum et germanus Bethleemita esset, ortumque e deifera Bethleem duceret impediebat, quo minus Bethleemiticæ cisternæ aquam, quam tantopere expetebat, tantaque aviditate sitiebat biberet? Eadem prorsus, quæ nos hoc tempore; nam et ipse quoque æque ac nos modo, ob hostilem metum, ad sacram Bethleem cursu contendere, aquamque concupitam haurire prohibebatur. Quid autem homini contingere potest miserabilius, quam bonum desideratum ob oculos positum habere, neque desiderato tamen frui posse: quandoquidem tum

[21] Num. xx, 12. [22] Joan. iv, 10 seqq. [23] II Reg. xxiii, 15. [24] Matth. xiii, 17. [25] I Petr. i, 8-12.

Digitized by Google

temporis quoque, proinde, ac nunc, Philistæorum statio Bethleem obsidebat : eaque res illum, quemadmodum nos quoque hac tempestate, quo minus bonum illud usque adeo beatum et desideratum (quippe quo nihil nobis obtingere potuisset felicius, aut honoratius, aut oblectabilius) consequamur, impedit, et absterret, ne ad divinam Bethleem accederet, absterrebat et impediebat.

Verum licet ille e Bethleemica cisterna aquam bibere desiderans, propter infestam Philistæorum aciem, quæ Bethleem summis semper laudibus prædicandam, tunc obsessam tenebat, ad deiferam illam civitatem, per id tempus pervenire non posset; nihilominus expetitam aquam, siquidem sensilem aquam bibere placuisset, obtinuit. Etenim tres fortissimi satellites, validissimique propugnatores, regis desiderio comperto, ipsumque non sine æquissima causa dicere audientes : « O si quis mihi daret potum aquæ de cisterna, quæ est in Bethleem juxta portam : » rati aquæ quæ sensu percipitur desiderio illum teneri, cum essent, ut conjicere et dicere licet, ad mortem illius causa subeundam promptissimi, in manifestum vitæ discrimen proruerunt : regi per hoc animi sui robur, infractamque audaciam probare volentes, vel certe eximiam et admiratione dignam in principem suum benevolentiam, invictamque erga salutarem ejusdem sermonem, studium et ardorem demonstrare instituentes. Siquidem : « Majorem hac dilectionem nemo habet, ait Salvator, quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis. » — « Irruperunt ergo tres fortes, ait Scriptura, in castra Philistinorum, et hauserunt aquam de cisterna Bethleem, quæ erat juxta portam, et attulerunt ad David [37]. » Hic tu jam Davidis pietatem, virtutumque omnium reginam discretionem considera. Nam ut regnorum habet historia, noluit aquam illam bibere, verum libavit eam Domino, dicens : « Propitius sit mihi Dominus, ne faciam hoc : num sanguinem hominum istorum qui profecti sunt, et animarum periculum bibam [38] ? »

Noluit ergo vir ille plane divinus aquam hanc bibere. At cur noluit? quia prophetiæ lumine illustratus, fore prævidebat, ut Judæi aquæ illi vivenți, omniaque vivificanti secundum carnem e Bethleem exorituræ, et e lacu virgineo nascituræ, et in lucem prodituræ, hoc est, Christo fidem denegaturi essent. Ut vates ergo sanctissimus Judæorum in Christum perfidiam facto adumbrabat. Ob id, inquam, divinus ille vir aquam ad se delatam haurire noluit, quia insanos sceleratosque Judæos Christi prædicationi in suum ipsorum interitum et perditionem, nequaquam credituros præsagiebat, certoque prævidebat. At nos vero, qui Christum Servatorem gratanter suscipimus, et orthodoxa fide ornati sumus, et exsecrandam Judæorum incredulitatem aversamur, et spuriam fœdamque eorumdem amentiam modis omnibus detestamur, sacram Bethleem adire enixe avemus, divinamque cisternam, quæ juxta portam exstat, Deiparamque Virginem mystice designat (hæc namque aquam vivam quæ vitam dat mundo effudit), mentis oculis contemplari, et salutem, quæ in ipsa apparuit, hoc est Christum, qui humanum ortum hac luce in ea subiit (hic enim nostra est salus, et vita, et redemptio) accurate contueri, adire nequaquam possumus. Tenemur profecto desiderio, et siti æque nos torrente, atque altera illa torrebat regem; videre autem aquam, ut decantatus ille David, et vel solo aspectu animam visumque inde pascere propter Saracenorum metum omnino non valemus. Etenim impiorum Agarenorum statio æque nunc, ut dictum est, illustrem Bethleem occupat et obsidet, ut quondam Philistæorum; nec ullum prorsus transitum ad illam indulget. Interminatur enim cædem et interitum, si quis ad sanctam illam civitatem egredi, divinissimæque ac nobis optatissimæ Bethleem appropinquare ausus fuerit. Quare intra civitatis hujus portas conclusi, necnon in divino hoc Dei Genitricis templo constituti, festum hunc diem anniversariamque solemnitatem, non citra tristitiam obimus publiceque celebramus : Vestram proinde in Christo Deo nostro dilectionem hortor, rogoque et obsecro, etc.

In codice Græco, quo usus sum, deest orationis epilogus, quem ex chartæ spatio quod reliquum erat, tres aut quatuor periodos excessisse non puto.

[37] Joan. xv, 13. [37] II Reg. xxiii, 16. [38] ibid. 17.

ANTON. BALLERINI PRÆFATIO IN SEQUENTEM HOMILIAM.

Quo loco habenda S. Sophronii scripta, § I. — *Homilia, quæ nunc editur, nulli ex ejusdem opusculis secunda censeri debet*, § II, III. - *Indicia, quæ hanc homiliam certum Sophronii fetum evincunt.* § IV. — *Quandonam homilia habita fuerit*, § V.

I. Quod Sophronii Hierosolymitani egregium hoc in Deiparæ laudem opusculum nancisci datum mihi fuerit, inventumque e tenebris in publicam lucem producere, idque iis temporis adjunctis præstare, cum immaculatæ beatissimæ Virginis conceptu inter eas veritates, quæ fide tenendæ sunt, per solemne Ecclesiæ judicium asserto, ejusdem augustæ Reginæ ac Dominæ nostræ gloria clarioribus nitet radiis, atque uberiori lucis suæ suavitate universum orbem exhilarat; habeo enimvero, cur ipse mihi maximopere gratuler. Et sane dum præclarissimum illud ecclesiasticæ eruditionis lumen, Angelum Maium, cer-

Digitized by Google

no, eo maxime curas suas contulisse, ut universim (1) quidem patriarcharum, qui Orientales sedes tenuerunt, scripta rimaretur, prorsus autem singulari studio, si quæ reperiri adhuc possent operum sancti Sophronii reliquiæ, inquireret; dum eumdem eximium virum cerno, tantum sancto huic doctori detulisse, ut vehementer doleret (2), tum quod quæ edita sunt ejusdem scripta, nondum in tanto typorum usu collecta essent et idoneo voluminis apparatu conjunctim edita, tum quod complura alia in codicibus mss. ad nostros usque dies indecore prorsus retinerentur; dum cerno denique Sophroniana quæque tanto in pretio apud eum fuisse, ut vix dum reperta in mss. codicibus avidissime arripuerit, ac vulganda censuerit tum *Historiam SS. Cyri et Joannis* (3), utut nihil, præter horum sanctorum martyrum laudationem ac miracula ad ipsorum sepulcrum perpetrata, contineat, tum Triodium (4), quanquam hoc idem, sin minus integrum, plurima tamen ex parte in communi Græcorum Triodio jam prostaret, tum binas homilias, in sanctissimos apostolos Petrum ac Paulum alteram, quam necdum editam existimavit, (5), alteram in sanctum Domini Præcursorem (6), et cum his quæcunque demum reperit ejusdem auctoris scriptiones aut scriptionum nactus est fragmenta (7); curnam ipse non existimaverim, sane pretiosam ad manus mihi delatam esse margaritam, cum luculentissimam hanc sancti doctoris *in Annuntiationis mysterium* homiliam adipisci fortunate contigit?

II. Videlicet si Eminentissimo, quem laudo, viro tanquam de inventa gemma gratulari sibi licuit (8), cum primum ipsi in Vaticano codice homilia occurrit, quæ est in SS. Petrum ac Paulum; næ nobis pari aut fortasse etiam potiori jure de ea, quæ modo offertur in Deiparæ Annuntiationem, gratulationis argumentum præbetur. Si quæras enim, quid tandem adeo singulare præferant Sophroniana, quod tanto sapientissimi Mali studio excitando par foret, ex hujus ad Sophronii elucubrationes sive præfationibus sive scholiis disces facile, id non modo præclaris sancti patriarchæ pro Ecclesia gestis, laboribusque adversus hæreses, acephalorum præsertim ac monothelitarum, exantlatis tribuendum esse, sed potissimum penitissimæ planeque eximiæ ejus in sacris dogmatibus scientiæ deberi, ut propterea et *sapientissimum* eum a sancto confessore Germano appellatum esse (9), ac de ejus scriptis verissime dictum comperiamus, quod œcumenicum vi concilium (Act. 13), de synodicis ejusdem litteris affirmavit, eas se *pro orthodoxis habere, et tanquam sanctæ catholicæ et apostolicæ Ecclesiæ perutiles suscipere*, quodque de ipsis litteris pronuntiavit in sua *Bibliotheca* (Cod. 230) Photius, ipsas scilicet *orthodoxam sententiam accurate expositam exhibere, et sacrorum dogmatum doctrinam minime vulgarem præferre.*

III. Atqui si accurata ac luculenta divinorum dogmatum enucleatio ac propugnatio potissima ratio haberi debet, quæ Sophronii nobis opuscula commendet; profecto nihil hæsitans affirmaverim, post synodicam ejusdem epistolam a Patribus Concilii vi œcumenici probatam æque ac laudibus cumulatam, vix aliud ejus opusculum promi posse, quod cum hac, quam modo edimus, homilia comparandum videatur. Et sane quanquam prolixa hæc oratio in mysterio Virginis ab angelo salutatæ explanando et celebrando proprie versetur; tamen vel in ipsis ejus initiis, occasione sibi consulto comparata ex illa, quam tertio repetit, læti nuntii proclamatione, catholicam de sacrosancto augustissimæ Triadis mysterio doctrinam proponendam explicandamque assumit; idque tam late decem paragraphis prosequitur, ut hac tractatione veluti altera ex præcipuis orationis partibus absoluta, in codicibus tum Viennensi Cæsareo, tum Coisliniano ad oram libri adnotata ea verba invenias, τέλος τῆς θεολογίας, *finis theologiæ*, tractationis scilicet de S. Triadis mysterio. Ibi autem cernere est Sophroninm non modo purissimos doctrinæ catholicæ latices adversus veteres Sabellianorum, Arianorum, ac Pneumaticorum errores promentem, sed et novas exagitantem impietates acephalorum ac theopaschitarum, qui, duce Petro Cnapheo, trisagium hymnum corrumpentes, atque omnia sus deque miscentes, crucis prædicationem ad augustissimam Trinitatem stulte transferebant. Ubi vero proprium homiliæ argumentum pertractandum aggreditur, præter eximia illa, quæ sive de primæva creati hominis condititione, sive de funestissimo humani generis lapsu, sive de misericordissimo Dei prostratum hominem erigentis consilio scribit, de ipso incarnationis dominicæ mysterio tam dilucide et præclare doctrinam Ecclesiæ adversus omnigenas hæreses explanat, ut tantum non illis ipsis synodicis litteris, quas a synodo sexta collaudatas diximus, comparari hoc opusculum possit. His porro omnibus fac insuper illa addas plane splendidissima, quæ salutationem angelicam explanans de celsissimis beatæ Deiparæ prærogativis mira tum pietate tum sapientia tradit, quæque frustra in aliis, quæ nobis supersunt, ejusdem scriptis requiris; et exinde plane colliges, quam merito hoc opusculum præstantissimum haberi possit *ex paucis illis* (ut cum Baronio ad ann. 636, n. 5 loquar) *quæ nobis supersunt, nobilissimi hujus et divinitus afflati ingenii monumentis*, cujus *doctrina egregia et eloquentia* promeruerunt, *ut plane inter nobiliores Orientalis Ecclesiæ magistros censeatur adnumerandus.*

IV. Cæterum sincerum magni Sophronii fetum hanc homiliam habendam esse, argumenta suadent extrinseca juxta atque intrinseca. Et extrinsecum quidem indicium sufficiens suppeditat manuscriptorum codicum auctoritas. Sophronii enim nomine oratio inscripta reperitur 1. in exemplari, quod penes se habuisse testatur Michael Le Quien (10); 2. in Coisliniano codice 274 (qui nunc in Parisiensi imperiali

NOTÆ.

(1) Vid. Præfat. ad tom. X *Spicilegii Romani*, § 6, pag. VI.

(2) Vid. Præfat. ad tom. X *Novæ Collectionis veterum scriptorum*, § 16, pag. 24.

(3) In tom. III *Spicilegii Romani*.

(4) *Spicilegii Romani*, tom. IV.

(5) *Vet. Script. Nov. Collect.* tom. X pag. XXV. Nil porro mirum, quod hanc homiliam inde ab anno 1666, interprete Joanne Francisco Albano, Clemente dein hujus nomine undecimo Romano pontifice, Romæ excusam fuisse, eruditissimum virum latuerit, quando id ipsum generatim scriptores historiæ litterariæ latuit: latendi autem causa haud obscura est, quod nempe opusculum ne vicenis quidem pagellis constans, atque ab adolescente septemdecim vix annos nato vulgatum, non eam de se famam potuit excitare, quæ extra Urbis mœnia longe lateque pervolitaret; unde factum est, ut cito in tenebras, e quibus emerserat, remearit, et ægre aliquod ejusdem exemplar in bibliothecarum Urbis miscellaneis reperire liceat.

(6) *Spicilegii Romani* vol. IV.

(7) In tomi X *Nov. Collect. Vet. Script.* pag. XXXI habes Sophronii Troparium, in *Præf.* tom. III *Spicilegii Romani scriptiunculam de peccatorum confessione*, in IV tomo mutilum *Tractatum de re liturgica*, et in ejusdem tomi *Præfatione* (pag. VIII) fragmentum *De laude virginitatis.*

(8) Vid. Præfat, tom. XVI *Nov. Collect.* V. S. § 16.

(9) S. German. *De hæresib. et synodis*, n. 39; apud Maium *Spicileg. Roman.* tom. VII, pag. 52.

(10) In not. ad § 12 Homiliæ S. Joannis Damasceni *in Sabbatum sanctum*, Damasc. Opp. tom. II, pag. 820. Nov. Edit. t. III, hujus Patrolog. t. XCVI col. 611. EDIT.

Digitized by Google

Bibliotheca asservatur), e quo et apographum, quod nunc edimus, desumptum est; 3. in codice 3383 Bibliothecæ Bodleianæ in mss. codd. Joannis Seldeni codice 53 n. 7., prout scribit Casimirus Oudinus (11); 4. in ms. codice inter Græcos historicos nunc 128 (Lambecio vero 39) bibliothecæ Cæsareæ Vindobonensis, licet non integra ibi oratio, sed quædam tantummodo exhibeantur excerpta; et hæc quidem ad eam homiliam pertinere, quam hic edimus, certo licuit argumento nosse, postquam vir eximius Fridericus Pilat pro sua humanitate aliquot ex iis excerptis exscribenda et transmittenda ad me curavit: pro quo atque aliis in me beneficiis gratissimum ipsi me profiteor; 5. in codicibus, qui apud schismaticos Græcos servantur; unde Nicodemus monachus in Heortodromio (12) et orationem ipsam Sophronii esse ex auctoritate codicum in variis monasteriis, quæ ibi recensct, exsistentium expresse affirmat (13), et plura dein fragmenta ex ipsa in decursu exscribit. Porro cum hisce testibus nemo contradicat; nam nullus allegatur codex, qui eamdem orationem alii, quam magno Sophronio Hierosolymitano episcopo, tribuat, neque ullus exstat inter viros eruditos, qui ejusdem homiliæ mentionem injecerit, deque ejus auctore dubium aut controversiam aliquam moverit; ex criticæ artis regulis apud omnes receptis ratum esse exploratumque debet, homiliam Sophronio abjudicari nullo modo posse.

Huc accedunt argumenta intrinseca; quæcunque enim in homilia demum inspicias, nihil invenies, quod non plane Sophronio congruat. Convenit ratio styli; eadem quippe hic, atque in aliis ejusdem elucubrationibus, eloquentiæ vis, iidem amplificandæ et exornandæ orationis modi, eadem illa in dicendo facundia, ut prolixiores luxuriantesque sæpe occurrant periodi (14). Congruit ratio sententiarum; non modo enim iidem eximiæ pietatis sensus, eadem affectuum vehementia, idemque relucet omnigenæ doctrinæ apparatus; verum etiam eædem prorsus sententiæ iisdemque fere verbis prolatæ: eædem in sacris dogmatis proponendis atque explicandis formulæ, eadem denique vel in rebus minus obviis usurpata argumenta (15). Convenit singulare illud Sophronii studium nullam prætermittendi, imo nullam non accersendi occasionem sinceras Ecclesiæ doctrinas inculcandi, adversasque hæreses redarguendi (16). Convenit denique ratio errorum, quos frequentius homiliæ auctor exagitat, Nestorianorum scilicet, et potissimum Eutychianorum ac Polycephalæ (ut ipse vocat) Acephalorum sectæ. Id enim et aliis Sophronii scriptis commune est, ætatique Sophronii ita est proprium, ut prorsus nefas sit, in alia tempora hanc orationem transferre.

V. Quod vero in hac homilia Sophronius ne verbum quidem injecerit, quod ad Monothelitarum errores referri queat; Michael Le Quien potius quam inde concluderet, homiliam alteri scriptori tribuendam, maluit affirmare (17), id a litteris Honorii Romani pontificis, qui ea de controversia silentium indixisset, repetendum esse. At nihil opus est ejusmodi hypothesi; fieri enim potuit, ut Sophronius hanc orationem haberet, antequam in episcopum Hierosolymitanum eligeretur, ac proinde antequam Cyrus Alexandrinus ac Sergius Constantinopolitanus venenum hæreticum aperte disseminassent. Imo aliquod ejus rei indicium in ipsa homilia non deest, ubi (§ 48) se Sophronius ἐλαχίστου titulo designat, qui sane in concione ad populum habita, monachi potius, quam episcopi conditioni congruit. Sed et illud prætereundum non est, monumenti illius, quod silentium Sophronio indictum ab Honorio tradit, epistolæ scilicet ejusdem Honorii, quæ in sexta synodo lecta perhibetur, non satis firmam esse fidem (18). Addiderim ulterius, etsi sua illi Honorii epistolæ fides constaret, tamen ne hac quidem ratione quæstionem solvi, cur Sophronius doctrinam de duplici Christi Domini voluntate et operatione in ea homilia prorsus tacitus prætermiserit. Narrat enim epistola, illud seu consilium seu præceptum silentii de una vel duplici Christi voluntate servandi Sophronio transmissum ab Honorio fuisse per Stephanum Dorensem, quem Sophronius ipse propter eamden Monothelitarum causam Romam ad Honorium miserat. Porro plane incertum est, an post reditum Stephani tamdiu Sophronius adhuc vixerit, ut dein hanc homiliam in Virginis Annuntiationem habere potuerit (19).

NOTÆ.

(11) *Comment. de scriptor. eccles.* ad. ann. 630, vol. I, col, 1606.

(12) Ἑορτοδρόμιον, ἤτοι ἑρμηνεία εἰς τοὺς ᾀσματικοὺς κανόνας, κ. τ. λ. *Venet.* 1836.

(13) Pag. 288 in not. ad prolegom. canon. in Annuntiationem.

(14) Exempla ejusmodi periodorum ut aliquot innuam, fac videas § 1 *Homiliæ in SS. apostolos Petrum et Paulum* (N. *Collect. Vet. Script.* tom. X, pag. XXIX), tum § 5 *Sermonis in laudem SS. Cyri et Joannis* (*Spicil. Rom.* vol. III, pag. 37-41), ubi unica periodus quatuor implet pagellas.

(15) Manifesto id apparet ex collatione eorum locorum, quæ in hac homilia vel de S. Trinitate vel de incarnatione agunt, cum litteris ejusdem synodicis. Item quod in hac homilia (§ 44) legis, Deum voluisse, dum nasceretur, matrem intactam servare, ut exinde sua evinceretur divinitas, illud ipsum reperies cum *Homilia in Christi Natale* (*Bibl. PP. Lugd.* tom. XII, pag 208), tum in ejusdem *Oratione in Occursum* (§ 8 apud Bollandianos Febr. tom. I pag. 276).

(16) Exempla habes tum in exordio *Homiliæ in SS. apostolos Petrum et Paulum*, ubi omnino præter orationis scopum doctrinam inculcat de duabus Christi naturis, tum in *Sermone in occursum Domini*, in quo et illud animadversione dignum, quod cum diutius jam et plures (§ 5, 8, 9 et 11) adversus hæreses tum Nestorii tum Eutychis et Acephalorum verba fecisset, tamen denuo (§ 22) duas Christi naturas prædicandi occasionem capit ex duabus volucribus, quæ tunc oblatæ dicuntur (apud Bolland. l. c. pag. 272).

(17) Loc. sup. cit.

(18) In Romano nostro collegio hæc propugnata est thesis: *Quæ feruntur mutuæ Honorii ac Sergii epistolæ, eas aut confictas aut saltem interpolatas habendas esse affirmamus.* De quo quidem argumento nonnulla aliquando me editurum confido. Illud unum hic prænoneo, momenta, quæ in hanc me sententiam impulerunt, alia esse ac hypothesim, quam de interpolatis synodi VI Actis Em. Baronius propugnavit.

(19) Unicum homiliæ exemplar habere ad manus licuit, e Coisliniano codice, ut dixi, diligentissime exscriptum. Cum tamen nonnulla excerpta e codice Cæsareo Vindobonensi receperim, alia vero fragmenta apud Nicodemum monachum repererim, variantes lectiones, quas collatione instituta deprehendi, subinde adnotabo.

Digitized by Google

II.

Τοῦ ἐν ἁγίοις πατριάρχου Ἱεροσολύμων Σωφρονίου λόγος εἰς τὸν Εὐαγγελισμὸν τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου [1].

A *Sancti Hierosolymorum patriarchæ Sophronii sermo in annuntiationem sanctissimæ Deiparæ.*

ANTON. BALLERIN. *Sylloge monument.* II, 33.

Εὐλόγησον, Πάτερ. *Benedic, Pater.*

Α'. Εὐαγγέλια, ἀδελφοί, εὐαγγέλια, καὶ πάλιν ἐρῶ, εὐαγγέλια· οὐχ ὅτι πάντων εὐαγγελίων ἐστὶν ὑψηλότερα, θειότερά τε καὶ κομψότερα, καὶ ἀσυγκρίτοις ὑπεροχαῖς ἐξοχώτερα· οὐδ' ὅτι ὡραῖόν με τὸν αὐτῶν ἀποδείκνυσιν ἄγγελον, καὶ ὡραίους μου τοὺς πόδας ποιεῖ καὶ ἐργάζεται (ἀγαθῶν γὰρ ἁπάντων ἐστὶν ἀγαθώτερα, καὶ χρηστῶν ἁπάντων χρηστότερα, καὶ πάντων θαυμασίων θαυμασιώτερα, καὶ πάντων συμπαθῶν συμπαθέστερα, καὶ φοβερῶν ἁπάντων καὶ φρικτῶν φοβερώτερά τε καὶ φρικτότερα)· ἀλλ' ὅτι καὶ τῆς μακαρίας καὶ ἀρχικῆς Τριάδος τρισσούμενα τὴν ὑπερτάτην δηλοῖ καὶ θείαν ἀριθμησιν. Ἅπαν γὰρ τὸ ἐν ἱεροῖς καὶ θείοις τρισσού- B μενον δόγμασιν, ἢ καὶ θεοσόφοις κηρύγμασι, καὶ σεπτοῖς ἀπαγγέλμασι, τιμὴ τῆς μακαρίας Τριάδος ὁρίζεται, Πατρὸς, φημὶ, καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος· ἥτις καὶ Τριάς ἐστι, καὶ μονὰς κατοπτεύεται· καὶ μονάς ἐστι, καὶ Τριὰς ἐξευρίσκεται· τὸ μὲν ταῖς τρισσαῖς ὑποστάσεσι, τὸ δὲ τῇ μιᾷ καὶ μόνῃ θεότητι, ἤγουν οὐσίᾳ καὶ φύσει.

I. Bonum nuntium, fratres, bonum nuntium: dicam etiam tertio, bonum nuntium; non modo quia lætis quibusque nuntiis sublimius hoc est, divinius, et præclarius, atque ob incomparabiles excellentias eminentius; neque modo quia me, qui illud ipsum affero, jucundum visu exhibet, meosque pedes tum aspectu tum re ipsa efficit speciosos [1], quandoquidem et quovis bono melius idem est, et quavis re utili utilius, et universis mirabilibus admirabilius, et omnibus misericordiæ divitiis miseratione locupletius, atque venerandis omnibus ac tremendis venerandum magis ac magis tremendum; verum etiam quia tertio repetitum sublimissimum illum ac divinum beatæ et principantis Trinitatis numerum declarat. Omnia enim quæcunque in sacris divinisque dogmatibus, sive etiam in divinioris sapientiæ prædicationibus, augustisque enuntiationibus tripliciter efferuntur, in gloriam deputantur beatissimæ Trinitatis, Patris, inquam, et Filii, et Spiritus sancti; quæ et Trinitas est, et unitas cognoscitur; et unitas est, et Trinitas deprehenditur; hoc quidem propter tres hypostases; illud vero propter unam solamque divinitatem, substantiam nempe atque naturam.

Β'. Μία γὰρ τῆς ὑπερουσίου καὶ ζωαρχικῆς Τριάδος ἡ οὐσία κηρύττεται, ὡς εἰς μίαν καὶ μόνην ἀναγομένης θεότητα. Διὸ καὶ τὸ ὁμοούσιον, τό τε συγγενὲς καὶ ὁμόφυλον, ἀῤῥαγὲς ἔχει καὶ στερῥὸν καὶ ἀσκέδαστον, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἁπλήθυντον. Ἡ γὰρ ἁγία Τριάς, ἡ πάντων κρατοῦσα τῶν ὄντων καὶ C ἄρχουσα, καὶ πάντων κτιστῶν βασιλικῶς καὶ θείως δεσπόζουσα, ἀριθμεῖται μὲν ταῖς ἑαυτῆς ὑποστάσεσι· Τριὰς γάρ ἐστι καὶ πιστεύεται· τῇ δὲ οὐσίᾳ καὶ φύσει, ὡσαύτως δὲ καὶ θεότητι, πάσης κρείττων ἐστὶν ἀριθμήσεως. Οὐ γὰρ πρὸς τριαδικὴν ἐξαρίθμησιν καὶ κατ' οὐσίαν ἐκφέρεται· ἐπειδὴ τῶν προσωπικῶν ἑαυτῆς ὑποστάσεων ποιεῖται τρισσὴν τὴν ἀρίθμησιν. Καὶ διὰ τοῦτο καὶ μεριστὴ ταῖς ὑποστάσεσι δείκνυται, καὶ μένει κατὰ τὴν φύσιν ἀμέριστος, καὶ τοῖς προσώποις διαιρετὴ καταγγέλλεται. Ἰδίᾳ γὰρ τούτων ἕκαστον φαίνεται, καὶ τὴν

II. Supersubstantialis enim, omnisque vitæ auctricis Trinitatis una prædicatur substantia, utpote quæ in unam solamque adunatur divinitatem. Quamobrem tum substantiæ, tum essentiæ, tum naturæ integra manet unitas, stabilisque atque indivisa, imo vero et multiplicationis expers. Etenim sacrosancta illa Trinitas, quæ exstantia omnia potestate sua continet et moderatur, et creatis universis regali divinoque dominatur imperio, numerum quidem quoad suas ipsius personas admittit; quippe Trinitas est et creditur: quoad substantiam vero, naturamque juxta ac divinitatem, omnem superat numerationem. Neque enim, quamvis personalium sui ipsius hypostaseon ternario polleat numero, idcirco ad ternarium numerum quoad substantiam quoque se protendit. Propterea et distinctionem præfert (1) in hypostasibus; et dum

[1] Rom. x, 15.

VARIÆ LECTIONES.

[1] Sermonis hujus excerptis in Vindob. Cæs. codice sequens titulus præfigitur: Τοῦ ἁγιωτάτου ἀρχιεπισκόπου Ἱεροσολύμων κυρίου Σωφρονίου ἐκ τοῦ εἰς Εὐαγγελισμὸν λόγου. Ἐκ περικοπῆς· Τὸ μέγιστον ὧδε ἡ θεολογία.

NOTÆ.

(1) Ne, quæso, Janseniani existiment, præformatam hic a sancto Sophronio fuisse eam loquendi formulam, quæ, uti in dogmatica Constitutione *Auctorem Fidei*, inquit s. m. Pius VI, *facile rudes præsertim et incautos in fraudem impellere valet*, quippe quæ tradens, *Deum in tribus personis distingui, vi verborum hoc erroris periculum* subinfert, *ut essentia divina distincta in personis putetur.* D Subjectum enim, quod in hoc Sophronii loco et *distinctionem præferre* dicitur, et *distinctum quoad personas* prædicatur, et *distinctionem obtinere* perhibetur, non est *natura* aut *essentia divina*, sed sacrosancta atque adoranda *Trinitas*. Eam autem Apostolicæ Constitutionis sententiam nunc meminisse haud inutile visum fuerit, quando formulam illam loquendi, quam SS. Pontifex graviori potius

Digitized by Google

indistincta manet in natura, in personis distincta prædicatur. Quoad hasce enim singulas, distincta, quoad naturam vero indiscreta apparet. Exinde ratione plane mirabili ac stupenda distinctionem pariter obtinet atque unitatem; quoniam neque propter id, quod unum est, naturam scilicet, confunditur, adeo ut in unam quoque ac solam coarctetur personam; neque iterum propter eas, quæ tres sunt, personas inquam subsistentes, in diversa ac prorsus sejuncta discinditur; sed unum illud integrum manet et indivisum, omnemque disjunctionem pariter ac compositionem respuens.

A φύσιν ἀδιαίρετος. Ὅθεν καὶ παράδοξον ἀληθῶς καὶ κατάπληκτον τὴν διαίρεσιν καὶ τὴν ἕνωσιν κέκτηται· ὅτι μήτε διὰ τὸ ἕν, ὅπερ ἡ φύσις ἐστὶν, ἀναχέεται καὶ πρὸς μίαν ἐλαύνει καὶ μόνην [1] ὑπόστασιν· οὔτε διὰ τὰ τρία, ἐκφύλως καὶ παντελῶς διατέμνεται, ἅπερ πρόσωπά ἐστιν ἐνυπόστατα· ἀλλ' ἔστιν ἀῤῥαγὲς καὶ ἀμέριστον, καὶ πάντα μερισμὸν καὶ συζυγίαν ἀρνούμενον.

III. Est enim hoc ipsum in Trinitate mirabile ac stupendissimum, quod, quamvis unum sit atque idem secundum naturam, et Deus unus sit, atque una Divinitas; tria tamen in personis invenitur; non quasi natura ipsa seu deitas dividatur, sed quia in suis ipsius hypostasibus ac personis in numerum confusionis omnis expertem dilatatur. Quemadmodum enim Deus est Pater, sic Deus est Filius, itemque Deus est Spiritus sanctus. Et quatenus eorum unusquisque dicitur Deus, unicam præfert trium personarum substantiam; quatenus autem Pater, et Filius, et sanctissimus Spiritus (hæc enim trium personarum ac vere trium ipsius hypostaseon proprie sunt nomina (2), quibus beata Trinitas quoad personas ad invicem sine divisione naturæ distinguitur), tres vere sunt et creduntur, et a fidelibus universis, itemque a cœlestibus atque invisibilibus virtutibus, magna voce celebrantur, et glorificantur, hinc terno sanctitatis præconio collaudatæ, hinc vero una naturalis dominationis prædicatione coadunatæ. Namque « Sanctus, sanctus, sanctus Dominus exercituum [2], » clamaverunt sex alas habentia Seraphim [3], qui multo melius profecto, ac nos, theologiæ norunt rationes, utpote qui propius, quem nos, ad Deum accedunt, atque e purissimis illius splendoribus participant, sinceraque ejus luce illuminantur. Sacratissima enim Trinitas ter ab ipsis sancta prædicatur, et terna sanctificatione ac glorificatione honoratur; per eam autem vocem, « Dominus exercituum, » in unum dominatum sine confusione contrahitur. Quemadmodum enim illud, « Sanctus, sanctus, sanctus, » ter ab iisdem Seraphim conclamatum, trium beatæ Trinitatis personarum nu-

B

C

D

Γ'. Τοῦτο γὰρ καὶ τὸ θαυμαστὸν αὐτῆς ἐστι καὶ φρικτότατον, ὅτι ἓν καὶ ταυτὸν κατὰ τὴν φύσιν ὑπάρχουσα, καὶ Θεὸς εἷς καὶ θεότης μία τυγχάνουσα, τρία τοῖς προσώποις εὑρίσκεται, οὐ τὴν φύσιν ἢ τὴν θεότητα τέμνουσα, ἀλλὰ τὰς ἑαυτῆς ὑποστάσεις καὶ πρόσωπα εἰς ἀρίθμησιν οὐ συγχεομένην εὐρύνουσα. Ὥσπερ γάρ ἐστι Θεὸς ὁ Πατὴρ, οὕτω Θεὸς ὁ Υἱὸς, οὕτω Θεὸς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Καὶ καθὸ μὲν Θεὸς ἕκαστον λέγεται, μίαν τῶν τριῶν προσώπων τὴν οὐσίαν παρίστησι· καθὸ δὲ Πατὴρ καὶ Υἱὸς καὶ Πνεῦμα πανάγιον (ταῦτα γὰρ τῶν τριῶν προσώπων καὶ τῶν τριῶν ἀληθῶς αὐτῆς ὑποστάσεων ἀκριβῶς ἐστι τὰ ὀνόματα, οἷς ἀλλήλων ἡ μακαρία αὐτὴ Τριὰς ἄνευ μερισμοῦ διαστέλλεται φύσεως), τρία ὄντως ἐστὶ καὶ πιστεύεται, καὶ ὑπὸ πάντων πιστῶν, καὶ τῶν οὐρανίων τε καὶ ἀοράτων δυνάμεων, μεγαλοφώνως κηρύττεται καὶ δοξάζεται, ἐν τρισὶ μὲν ἁγιασμοῖς ἀνυμνούμενα, εἰς μίαν δὲ συνιόντα φυσικὴν κυριότητα. « Ἅγιος γὰρ, ἅγιος, ἅγιος, Κύριος Σαβαὼθ, » τὰ ἑξαπτέρυγα Σεραφὶμ ἀνακέκραγε, τὰ μᾶλλον ἡμῶν θεολογίας λόγους γινώσκοντα, ὡς μᾶλλον ἡμῶν Θεῷ πλησιάζοντα, καὶ καθαρᾶς αὐτοῦ φωταυγείας ματέχοντα, καὶ ἀκεραίοις αὐγαῖς ἐλλαμπόμενα. Τρισσῶς γὰρ ὑπ' αὐτῶν τρισαγία ἡ Τριὰς ἁγιάζεται, καὶ τρισὶν ἁγιασμοῖς καὶ δοξολογίαις γεραίρεται· καὶ εἰς κυριότητα μίαν τὴν, « Κύριος Σαβαὼθ, » φωνὴν ἀσυγχύτως συνάγεται. Ὥσπερ γὰρ τὸ, « Ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος, » τριπλῶς ὑπ' αὐτῶν τῶν Σεραφὶμ κελαδούμενον, τῶν τριῶν τῆς μακαρίας Τριάδος προσώπων τὴν ὑμνουμένην ἀρίθμησιν δείκνυσιν· οὕτω τὸ, « Κύριος Σαβαὼθ, » μίαν, καὶ μόνον λεγόμενον τὴν μίαν ἐμφαίνει καὶ μόνην αὐτῶν κυριότητα, καθ' ἣν καὶ εἷς τὰ τρία Θεὸς ἀσυγχύτως ἐστὶ καὶ δοξάζεται, καὶ ἡ μία θεότης ἐν

[1] Isa. VI, 3. [2] Isa. V, 2.

VARIÆ LECTIONES.

[1] Cod. repetit μίαν, at loca similia palam faciunt legendum μόνην.

NOTÆ.

imprudentiæ quam pravo inconditæ illius turbæ Pistorii congregatæ animo tribuere maluit, recentius in libris vernacula lingua conscriptis et magna præterea laude cumulatis et semel et iterum usurpatam rursus non sine dolore reperimus.

(2) *Hæc enim, proprie et accurate loquendo, nomina sunt trium personarum, triumve hypostaseon:* Ταῦτα γὰρ, τῶν τριῶν προσώπων καὶ τῶν τριῶν..... ὑποστάσεων ἀκριβῶς ἐστι τὰ ὀνόματα. Ita Sophronius; et ex hisce quoque confirmatur quam merito s. m. Pius VI, in dogmatica Constitutione *Auctorem Fidei* notaverit inscitiam Pistoriensis conciliabuli ita de hac re statuentis, perinde ac exactior loquendi forma postularet, ut augustissimæ Triadis personæ appellarentur *Pater*, *Verbum*, *Spiritus sanctus*, minus vero exacte denominarentur *Pater*, *Filius*, *et Spiritus sanctus*. Porro si hac mere de causa, apostolicæ quidem sedis judicio, Pistoriense conciliabulum reprehensione non caruit; quid vero sentiendum de recenti illa falsi nominis scientia, quæ (uti legimus in Petri Leroux Ἐγκυκλοπαιδείᾳ, cap. 8,) loquendi formam æque atque ipsam dogmatis substantiam inscite juxta ac perverse corrumpens, sanctissimæ Triadis mysterium ita exhibet, ut personæ Patris locum teneat *realitas entis*, locum Filii *entis idealitas*, *amor* vero locum Spiritus sancti sibi vindicet?

Digitized by Google

Τριάδι γεραίρεται. Διὰ τί γὰρ μὴ μόνον ἅπαξ εἰπόντα σεσίγηκε; μηδὲ κεκραγότα δὶς, σεσιώπηκεν, ἀλλὰ τρὶς ἀναλαμβάνει τὸ, « Ἅγιος; » Ὅτι μὴ μία καὶ μόνη ἡ τῆς Τριάδος ἐστὶν ὑπόστασις · ἄπαγε τῆς Σαβελλιανῆς δυσσεβείας τὸ βδέλυγμα ! μήτε δύο ταύτης [a] καὶ μόνα τυγχάνει τὰ πρόσωπα · ἄπαγε τῆς Μακεδονιανῆς βδελυρίας [b] τὸ ἄθεον ! ἀλλὰ τρὶς βοᾷ, καθὼς ἔφην, καὶ κραυγάζει τὸ, « Ἅγιος, » καὶ ἀκαταπαύστοις τοῦτο προσφέρει τοῖς χείλεσι, καὶ ἀσιγήτοις ἀγγέλλει τοῖς στόμασιν, ἐπειδὴ τρεῖς τῆς μακαρίας Τριάδος καὶ πάντων ἀρχικωτάτης αἱ ὑποστάσεις ὁρίζονται, καὶ τρία αὐτῆς τὰ συγγενῆ τυγχάνει καὶ ὁμόφυλα πρόσωπα, τὰ μίαν ὁμοτίμως θεότητα, καὶ μίαν ἰσοσθενῶς κυριότητα, καὶ μίαν τῶν ἁπάντων ἀρχὴν καὶ βασιλείαν ἀδιάῤῥηκτον ἔχοντα.

A merum collaudatum ostendit, sta illud, « Dominus exercituum, » unicam, semelque pronuntiatum unam ac solam declarat ipsarum dominationem, secundum quam et Deus unus tres inconfuse sunt et glorificantur, atque una deitas in Trinitate honoratur. Cur enim, cum semel eam vocem protulissent, non tacuerunt? neque siluerunt, cum bis clamassent, sed ter illud « Sanctus » repetunt? Quia scilicet Trinitatis non una solaque est hypostasis; apage Sabellianam exsecrabilem impietatem : sed neque duæ ac solæ sunt ipsius personæ; apage Macedonianæ impudentiæ atheismum : sed ter clamant, ut dixi, ingeminantque illud « Sanctus, » idemque labiis indesinenter efferunt, atque ore silere nescio prædicant, quoniam beatæ, ac summi exstantium omnium principii, Trinitatis tres definiuntur hypostases, tresque coessentiales ac consubstantiales sunt illius personæ, unam pari honore deitatem, unamque pari fortitudine dominationem, atque unum in res omnes imperium regnumque sine scissione possidentes. (2)

Δ'. Διὸ καὶ ἡμεῖς οἱ ἐλάχιστοι, οἱ ταύτης προσκυνηταὶ γνησιώτατοι καὶ δοῦλοι τυγχάνοντες, ἀσχέτως κηρύττειν ὑμῖν εὐαγγέλια θέλοντες, τρισσὰ εὐαγγέλια λέγομεν, Εὐαγγέλια, εὐαγγέλια, φάσκοντες, καὶ πάλιν, Εὐαγγέλια, κράζοντες, κἀνθάδε τῆς μακαρίας τὴν τιμὴν εἰσάγοντες Τριάδος, κἂν μὴ τριαδικὸς ὁ λόγος, ἀλλ' οἰκονομικὸς, τοῦ ἑνὸς τῆς αὐτῆς πανσέπτου Τριάδος καθέστηκε, καὶ μόνην ἡμῖν εὐαγγελίζεται τοῦ Λόγου τὴν ἄφιξιν. Καλὸν γάρ ἐστι, καὶ πᾶσι πιστοῖς προσφιλέστατον, τὸ ἐν [c] ἑκατέροις ἀγγέλλειν ἑκάτερα, καὶ ἀσύγχυτον τηρεῖν ἑκατέρων τὴν δήλωσιν, τοῦτ' ἔστι κἂν τοῖς οἰκονομικοῖς κελαδήμασι Λόγους τριαδικοὺς ἐξαγγέλλεσθαι, κἂν τοῖς τριαδικοῖς ἤγουν θεολογικοῖς ἐξαγγέλμασι τὰ οἰκονομικὰ προσφέρεσθαι ῥήματα (ἐπειδὴ καὶ τῆς Τριάδος εἷς ὁ Λόγος γνωρίζεται, ὁ τὴν οἰκονομίαν ὑπελθὼν τὴν ἀνθρώπειον, καὶ σώσας ἅπαν ἡμῶν τῶν ἀνθρώπων τὸ φύραμα), διεσταλμένοις μέντοι καὶ ἰδιοτρόποις νοήμασιν, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ προσρήμασιν, ἵνα μή τις ἐντεῦθεν φυρμὸς καὶ ἀνάχυσις τίκτηται τῶν τε θεολογικῶν καὶ τριαδικῶν προσκηρύξεων, τῶν τε οἰκονομικῶν καὶ ἑτεροίων προσρήσεων, διὰ τὴν τοῦ Λόγου καὶ Θεοῦ πρὸς τοὺς ταπεινοὺς ἡμᾶς συγκατάβασιν.

B IV. Quapropter et nos omnium minimi, qui adoratores ejusdem sincerissimi, servique sumus, cum fausta vobis evangelizare cupidissime exoptemus, *bonum nuntium*, semel et iterum et tertio repetimus, *bonum nuntium*, clamantes, *bonum nuntium*, atque iterum *bonum nuntium* ingeminantes, beatæ scilicet Trinitatis honorem huc quoque inferentes, etiamsi sermo, non quidem ad Trinitatem, sed ad dispensationem spectans, circa alteram summæ ipsius adorandæ Trinitatis personam versetur, nobisque solum Verbi adventum annuntiet. Opportunum enim cunctisque gratissimum contingit fidelibus, quod utrobique utriusque mentio injiciatur, et simul inconfusa servetur utriusque explicatio, videlicet quod et ea, quæ pertinent ad Trinitatem, memorentur, cum de dispensatione disseritur, et rursus laudationibus theologicis, seu circa Trinitatem versantibus, nonnulla de dispensatione subinferantur (quandoquidem et unus esse de Trinitate Verbum dignoscitur, qui humanam dispensationem in se suscepit, totamque nostram, hominum scilicet, massam salvam fecit); diversis tamen et cuique propriis (id fiat) conceptibus juxta atque invocationibus, ut ne qua scilicet, propter Dei ac Verbi ad nos miseros descensum, permixtio inde et confusio pariatur prædicationum tum earum quæ ad theologiam atque Trinitatem, tum earum quæ ad dispensationem aut ad alterum ordinem referuntur.

C

Ε'. Ἐλαυνέσθωσαν γοῦν ταύτης ἡμῶν τῆς ἱερᾶς πανηγύρεως, Σαβέλλιοι, Μάρκελλοι, Ἄρειοι, Εὐνόμιοι, Εὐδόξιοι Ἀστέριοι, καὶ ὅσοι τούτοις εἰσὶν ὅμοιοι, καὶ τὴν ἀθεΐαν ὁμόθρησκοι, οἱ τῆς θεολογίας

V. Procul itaque ab hac sacra nostra panegyri sunto Sabellii, Marcelli, Arii, Eunomii, Eudoxii, Asterii, et quotquot alii hisce similes, impietatique pariter devoti reperiuntur; qui dispensationis

VARIÆ LECTIONES.

[a] C. Cæs. αὐτῆς. [b] C. Cæs. βδελλυρίας. [c] Cod. ἓν.

NOTÆ.

(2) Hinc et Damascenus in epistola ad Jordanem archimandritam *de Trisagio hymno*, cap. II Opp. Tom. I, pag. 483; Nov. Edit. t. II; hujus Patrolog. t. XCV, col. 27. EDIT. *Ad hunc porro modum definite pronuntio, Deum per Seraphim ac per Trisagium hymnum unam in tribus hypostasibus divinitatem ac dominationem tanquam per arithmeticam quamdam declarationem Isaiæ revelasse. Cur enim non bis, aut quater, aut sexcenties vocem hanc* Sanctus *ceciderunt? Quid item est, cur nec bis, nec ter, aut quater, aut sexcenties, hæc verba,* Dominus Sabaoth, pleni sunt cœli et terra gloria ejus, *pronuntiarunt, verum vocem* Sanctus *ter, vocabulum autem* Dominus *semel duntaxat Seraphim exclamarunt? An non ut ostenderent tres quidem esse sanctas hypostases, unam vero trium dominationem, unum imperium, gloriam unam essentiamque et Deitatem?*

Digitized by Google

dogmatibus theologicos permiscent sermones, ac semel ipsi implicantes et confundentes, ad veritatem assequendam plane impotes deprehenduntur. Sed profecto et Petri (3) procul absint, et Severi (4) universaque labiis innumerisque linguis hæresis Acephalorum ; qui ut sese nobis fidelibus ac piis impiissime ac scelestissime opponant, Trisagii cantico præpostere subtexentes crucem, inconfusæ Trinitatis doctrinas confuderunt (5). Nam dum et ipsi ter illud « Sanctus, sanctus, sanctus, » concinunt, triplici sanctificationi crucem impie subnectunt. At enim si hymnus *Trisagios* est Trinitatis proprius, quomodo, homines divinæ sapientiæ vere imperiti, eidem crucem imperite adjungunt?

Non enim de Trinitate crux prædicatur, sed ad Filium, unum de Trinitate, per misericordissimam incarnationem factum hominem, et crux pertinet et crucifixio : crux quippe salutarem illius prædicat mortem, quam cruci affixus pro nobis secundum carnem subiit.

VI. Cum vero miseri illi nec Verbi incarnationem profiteantur, neque etiam diversarum substantiarum, deitatis inquam et humanitatis, unionem dicant, neque generationem ejus ex Virgine divina vereque Dei Genitrice prædicent, quæ tamen omnia cruci prævia sint oportet, ita fit ut, sacrosanctis dogmatibus blasphemam divinitatis passionem (6) perverso consilio immiscentes, crucem quoque impie proferant.

Scelerati enim et stulti Eutychetis confusionem omnem insane sectantes, totumque ejus maxime fæculentum calicem poti, omnia permiscent, confundunt omnia ; iis, quæ theologiæ sunt, inserunt quæ sunt dispensationis; quæ theologiæ sunt, ad

Λ τοὺς λόγους τοῖς τῆς οἰκονομίας συμφύροντες δόγμασι, καὶ ὑφ' ἑαυτῶν συμφυρόμενοι καὶ συγχεόμενοι, καὶ τάληθὲς εὑρεῖν μὴ δυνάμενοι · καὶ μὴν καὶ Πέτροι, καὶ Σευῆροι, καὶ πᾶσα τῶν Ἀκεφάλων ἡ μυριόχειλός τε καὶ μυριόγλωσσος αἵρεσις · οἱ διὰ τὴν πρὸς τοὺς πιστοὺς ἡμᾶς καὶ θεόφρονας δυσσεβεστάτην τε καὶ μιαρὰν ἀντιπάθειαν, τῇ τρισαγίᾳ φωνῇ σταυρὸν παρυφάναντες, τῆς ἀσυγχύτου Τριάδος τοὺς λόγους συνέχεαν. Τρὶς γὰρ καὶ αὐτοὶ τὸ, « Ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος, » φάσκοντες, σταυρὸν ἀσεβῶς τοῖς τρισὶν ἁγιασμοῖς ἐπιφέρουσιν. Εἰ γὰρ τῆς Τριάδος ὕμνος ὁ Τρισάγιος πέφυκεν ἴδιος, πῶς ἀπαιδεύτως σταυρὸν αὐτῷ προσαρμόζουσιν οἱ τὴν θείαν ὄντως σοφίαν ἀπαίδευτοι ;

B Οὐ γὰρ τῆς Τριάδος ὁ σταυρὸς καταγγέλλεται, ἀλλὰ τοῦ σαρκωθέντος Υἱοῦ τὴν φιλάνθρωπον σάρκωσιν, τοῦ τῆς Τριάδος ἑνὸς, καὶ ὁ σταυρὸς αὐτός ἐστι καὶ ἡ σταύρωσις, κηρύττων αὐτοῦ τὴν σωτήριον νέκρωσιν, ἣν δι' ἡμᾶς σαρκικῶς ἐνεκροῦτο σταυρούμενος.

Γ'. Τοῦ Λόγου γὰρ σάρκωσιν οὐκ εἰπόντες οἱ τάλανες, οὔτε μὴν ἑτερογενῶν οὐσιῶν ὀνομάσαντες ἕνωσιν, θεότητός τε, φημὶ, καὶ ἀνθρωπότητος, ἀλλ' οὔτε τὴν ἐκ Παρθένου τῆς Θείας αὐτοῦ καὶ κυρίως Θεοτόκου κηρύξαντες γέννησιν, ἅπερ ἅπαντα σταυροῦ χρεὼν καθηγήσασθαι, σταυρὸν ἀθέσμως προσφέρουσι, τὴν μιαρὰν θεοπάθειαν ἱεροῖς μιγνύναι βουλόμενοι δόγμασιν.

C Εὐτυχοῦς γὰρ τοῦ μιαροῦ καὶ παράφρονος ὅλην νενοσηκότες τὴν σύγχυσιν, καὶ ὅλην πεπωκότες [a] τὴν πολύφυρτον κύλικα, πάντα συγχέουσι, τοῖς θεολογικοῖς τὰ οἰκονομικὰ καταμίσγοντες, τοῖς οἰκονομικοῖς τὰ θεολογικὰ καταθλίβοντες, ἄμφω τὰς φύσεις εἰς

VARIÆ LECTIONES.

[a] Cod. πεποκότες.

NOTÆ.

(3) Taxatur hoc loco Petrus cognomine Γναφεύς, *Fullo* videlicet appellatus, secta Eutychianus, qui ter Antiochenam sedem annis 471, 476, et 485 invasit.

(4) Severus hic indigitatur ex eadem Monophysitarum secta, qui anno 512, expulso Flaviano II Antiocheno episcopo, eamdem sedem occupavit.

(5) Crimen corrupti per scelestum hoc additamentum hymni Trisagii in Petrum Fullonem sic rejicit Damascenus (Epist. ad Jordanem archimandr., *de hymno Trisagio*, cap. 5, pag. 485 ; Nov. Edit. t. II; hujus Patrolog. t. XCV, col. 51. EDIT.) *Cnaphei hoc deliramentum est, qui ingenti tumens arrogantia, aperto, ut dicitur, capite..... ac si ipsismet Seraphim sapientior foret, ac mysteriorum intelligentior, Trisagium hymnum tanquam inelegantem pannum quemdam fullonum more expurgare veritus non est. Etenim si Trisagium hymnum de Filio solo dicamus, omnis prorsus sublata est ambiguitas, atque cum Maronitis Trisagio crucifixionem adjicimus. Verum absit, ut vel hoc labiis usurpemus.....* Et reipsa eumdem Petrum Cnapheum hoc nomine sic Romanus Pontifex Felix III in epistola ad ipsum data redarguit : *Ut serpens Evæ, tu ipse quoque erroris venena multitudini fidelium atque auribus infudisti : traditamque ab angelis sanctissimam laudationis formam corrupisti, inserens illi : Qui crucifixus es pro nobis.*

(6) Id ipsum Petro Fulloni exprobraverat Felix Papa III (epist. 4) inquiens : *Quandoque enim dicis, Trinitatem propter nos crucifixam, non Christum, et cæt.* Mox autem subdit pontifex, quo se hæreticus reciperet : *Quandoque autem..... venisti ad pejus..... totum hymnum ad Filium referendo.* Qua de re juverit attulisse quæ adversus Severum disputat imperat. Justinianus in opusculo *Adversus Monophysitas*, Græce per Ang. Maium edito (*VV. SS. Nov. Collect.* tom. VII, pag. 311 ; hujus Patrologiæ t. LXXXVI col. 1103. EDIT.) : *Nam et hoc Severus ausus est dicere, hymnum Trisagium ad solum Filium referri, Patre et sancto Spiritu a doxologia exclusis. Hoc porro nihil est aliud quam Filium, juxta Arii furorem, a Patris sanctique Spiritus substantia sejungere, eumque inducere alterius substantiæ ; aut, sin minus hoc, at perinde est ac negare, juxta Nestorii blasphemiam, Christum esse Deum unumque sanctæ Trinitatis ; at idem est ac quartæ cuidam personæ, secundum illorum dementiam, hunc hymnum deferre : non pervidentes, se per id, quo honorem Filio tribuere se existimant, eumdem inhonorare, ipsumque ab adoratione, quæ Patri ac Spiritui sancto defertur, separare.*

Digitized by Google

φύσιν μίαν ἐλαύνοντες, οὐσίας τὰς δύο πρὸ; οὐσίαν μίαν συνάπτοντες, τὰς ἑκατέρας μορφὰς θεότητός τε καὶ ἀνθρωπότητος τῶν οἰκείων δογμάτων ἐκβάλλοντες, καὶ μορφὴν εἶναι μίαν Χριστοῦ καὶ οὐσίαν καὶ φύσιν βουλόμενοι· ἵνα μήτε τῆς θεολογίας οἱ λόγοι ἀκραιφνεῖς καὶ ἀκέραιοι μένωσι, μήτε τῆς οἰκονομίας τὰ δόγματα ἐλευθεριάζῃ τῆς Εὐτυχιανῆς αὐτῶν, μᾶλλον δὲ δυστυχοῦς, τροπῆς καὶ συγχύσεως. Ἀλλ' ἐκεῖνοι μὲν εἰς ἀσεβείας βυθὸν κυδιστήσαντες φυρέσθωσαν, καὶ τοῖς τῆς ἀσεβείας περικλυζέσθωσαν ῥεύμασιν.

Ζ'. Ἡμεῖς δὲ τῆς εὐσεβείας οἱ τρόφιμοι, καὶ τῆς ἐκείνων ἀκεφάλου τερθρείας ἀντίπαλοι, τῶν πατρῴων ἡμῶν δογμάτων γνησίως ἐχώμεθα· καὶ τῶν ἀποστολικῶν παραδόσεων ἄγρυπνοι γενόμενοι φύλακες, λόγους τριαδικοὺς ἐπιστάμενοι, καὶ λόγους οἰκονομίας γινώσκοντες, καὶ μηδὲ τούτους ἐκείνοις συγχέωμεν, μήτε τούτοις ἐκείνους συμφύρωμεν, ἀλλ' ἑκάστοις τὸ πρέπον ἁρμόζωμεν, καὶ τόπον καὶ τρόπον καὶ καιρὸν ἀφορίζωμεν [7] ἴδιον. Καὶ οὕτως ἔξω σκανδάλων ἐσόμεθα, καὶ πλάνης αἱρετικῶν ἀκοινώνητοι, καὶ μανίας ἑτεροδόξων ἐλεύθεροι· καὶ ἐπὶ τῆς ἐνθέου στησόμεθα πίστεως, ὑπὸ μηδενὸς τῶν πονηρῶν πνευμάτων στροβούμενοι, μηδὲ πρὸς ἔννοίας πονηρὰς ἐκφερόμενοι, εἰς ἃς ἡμῶν ἐλεεινῶς οἱ ἀντίπαλοι, τὸ ἑστάναι καλῶς παρωσάμενοι, καὶ τὸ φυλάττειν ἀφέντες ἀσφαλῶς τὴν πατρῴαν εὐσέβειαν, ἐμπεπτώκασι, καὶ ὀλώλασι, καὶ δυσσεβείας αἱρετικῆς κλυδωνίζονται κύμασιν.

Η'. Οὐκοῦν τούτων ἡμεῖς καλῶς πεφευγότες τῆς ἀσεβείας τὴν ἄβυσσον, καὶ ἐπὶ τῆς ἀσείστου πέτρας τῆς πίστεως σὺν ἀσφαλείᾳ τοὺς πόδας ἐρείσαντες, καὶ εἰς ὄρος ὑψηλὸν ἀναβαίνοντες, καὶ ἐπ' ἄκρων δογμάτων ἱστάμενοι κατὰ τὰ εὐαγγελικὰ καὶ προφητικὰ διατάγματα, καὶ τὴν φωνὴν, ὡς σθένος ἡμῖν, μᾶλλον δὲ ὡ; δοίη Θεὸς, ἀνυψώσαντες, Εὐαγγέλια, εὐαγγέλια, κράξωμεν, καὶ πάλιν φαμὲν, Εὐαγγέλια, καὶ τῆς Τριάδος τὸ σέβας γεραίροντες, καὶ τοῦ τῆς Τριάδος ἑνὸς Θεοῦ Λόγου τὴν πρὸς ἡμᾶς συγκατάβασιν ᾄδοντες. Ταῦτα γάρ ἐστιν ἡμῶν, ἀδελφοὶ, τὰ εὐαγγέλια, ἅπερ τοῖς πιστοτάτοις ὑμῖν εὐαγγελίζεσθαι προεληλύθαμέν τε καὶ κηρύττειν βουλόμεθα σήμερον.

Καὶ τὴν ὑμῶν ἀγάπην προτρέπομεν, ἑαυτὴν εὐπρεπῶς καθαρίσασαν, τὰ τοιαῦτα ἡμῶν εὐαγγέλια δέξασθαι. Τὸν γὰρ, ὡς χρεὼν, ἑαυτὸν καθαρίσαντα, οὐ βδελύττεται, οὐδὲ μὴν ἀποστρέφεται ταυτὶ τὰ ἱερὰ ἡμῶν εὐαγγέλια· ἀλλὰ μονὴν παρ' αὐτῷ ποιεῖται [8] σωτήριον, καὶ φωτὸς αὐτὸν πληροῖ καὶ ἐλλάμψεως, καὶ Θεοῦ θεῖον ἐργάζεται τέμενος, τὴν φύσιν ἄνθρωπον μὲν ὄντα, καὶ πλουτοῦντα Θεοῦ τὴν ἐμφάνειαν.

dispensationem pertrahunt; naturas binas in unam redigunt naturam, in substantiam unicam conjungunt duas substantias, duplicem et divinitatis et humanitatis formam a propriis placitis expungunt, unamque Christi formam et substantiam, ac naturam definiunt; adeo ut neque theologiæ rationes sinceræ apud illos atque intemeratæ maneant, neque dispensationis dogmata ab eutychiana ipsorum seu potius dystychiana conversione atque confusione serventur immunia. Verum in impietatis abyssum ultro præcipites delapsi confundantur illi quidem, et impietatis fluctibus circumagantur.

VII. Nos vero pietatis alumni, acephalorumque illorum præstigiis inimici, patrum nostrorum dogmata fideliter servemus; et traditionum apostolicarum custodes vigiles effecti, cum rationes ad Trinitatem pertinentes habeamus perspectas, et quæ sint dispensationis rationes sciamus, neque has cum illis confundamus, neque his illas commisceamus; sed singulis quibusque, quod par sit, adaptemus, suumque locum, et modum, et tempus proprium definiamus. Et sic a scandalis longe remoti, et ab hæreticorum aberrationibus immunes, et ab heterodoxorum insania liberi erimus; divinaque in fide constanter persistentes, nequaquam ab ullis malis spiritibus circumagemur, neque in perversa illa figmenta pertrahemur, in quæ adversarii nostri, dum felici frui stabilitate parvipendunt, paternamque pietatem diligenter custodire negligunt, miserabiliter prolapsi sunt, et perierunt, atque hæreticæ impietatis fluctibus jactantur.

VIII. Quoniam itaque impietatis eorum abyssum feliciter devitavimus, ac super inconcussa fidei petra secure pedem defigentes montem excelsum conscendimus, atque in summis dogmatibus secundum evangelica et prophetica documenta consistimus; jam et vocem, prout vires nobis suppetunt, seu potius prout Deus dederit, attollentes clamemus: « Bonum nuntium, bonum nuntium, » iterumque dicamus: « Bonum nuntium, » et Trinitatis nempe gloriam celebrantes, et Dei Verbi, unius de Trinitate, misericordem ad nos descensum laudibus prosequentes. Hoc enim est, fratres, felix nuntium nostrum, quod ut vobis fidelissimis fausto omine afferremus et in concionem prodivimus, et verba facere hodierna die instituimus.

Vestram autem charitatem hortamur, ut, vosmetipsos convenienter purificantes, ad faustam hanc nostram annuntiationem excipiendam aptos exhibeatis. Eum enim, qui semet, prouti oportet, emundaverit, sacra hæc nostra felicissima annuntiatio non tædio afficit, neque sane arcet; sed mansionem apud ipsum facit salutarem, ac luce ipsum atque charitate implet, eumque, utut natura hominem exsistentem, augustum deitatis templum, ac splendidissimæ Dei præsentiæ munere divitem efficit.

VARIÆ LECTIONES.

[7] Cod. ἀφορίζομεν. [8] Cod. ποιῆται.

Digitized by Google

Omnes itaque convenite, omnes festinate, omnes concurrite, omnes convolate, omnes alterutrum prævenite, columbæ vobis pennas induentes, ut et voletis, et feliciter in Christo quiescatis [4], vel assumentes velocissimæ capreæ pedes, ut cœlestia nuntia auribus excipere possitis; ut angelo felicissima nuntia enarranti credatis; ut annuntiantem Dei ad homines adventum piis auribus auscultetis; ut denique nos quoque conventum hunc vestrum cernentes alacrem, cœtumque ad præcelsa nuntia nostra audienda paratissimum, gaudentes pariter atque exsultantes clamare possimus : « Bonum nuntium, bonum nuntium, bonum nuntium, » terna felicis nuntii proclamatione fidem nostram comprobantes.

Πάντες ἀθροίζεσθε, πάντες συνάγεσθε, πάντες σπουδάζετε, πάντες συνθέετε, πάντες συντρέχετε, πάντες ἀλλήλων προτρέχετε, περιστερᾶς ἑαυτοῖς περιθέμενοι πτέρυγας· ὅπως καὶ πετασθήσοισθε, καὶ καλῶς ἐπὶ Χριστὸν καταπαύσοιτε· ἢ πόδας εὐδρομούσης δορκάδος δεξάμενοι, ἵνα οὐρανίων εὐαγγελίων ἀκούσοιτε, ἵν' ἀγγέλου εὐαγγέλια λέγοντος πείθοισθε, ἵνα Θεοῦ πρὸς ἀνθρώπους ἀγγέλλοντα ἄφιξιν φιλοθέοις ἀκοαῖς ἀκροάσοισθε, ἵνα καὶ ἡμεῖς ὁρῶντες ὑμῶν τὴν ὀξεῖαν συνάθροισιν, καὶ τὴν πρὸς ἀκρόασιν τῶν ὑψηλῶν ἡμῶν εὐαγγελίων προθυμοτάτην συνέλευσιν, χαίροντες ὁμοῦ καὶ γαννύμενοι κράζωμεν· Εὐαγγέλια, εὐαγγέλια, εὐαγγέλια, τῷ τρισσῷ τοῦ κηρύγματος τῶν εὐαγγελίων βεβαιοῦντες τὴν πίστωσιν.

IX. Et sane tunc veritas emergit, mendacium autem nunquam prævalet, neque infaustissimus incredulitati aditus prorsus aperietur. Nihil enim perniciosum magis, quam incredulitas adversus effata divina. Propterea Judæi in præceps acti sunt; propterea aberrarunt Samaritæ : propterea in tenebris versantur gentiles; propterea hæretici corruerunt; quia cum Dei evangeliis fidem denegarent, neque divinis oraculis obsequerentur, sed pertinaciter et hostiliter eadem impugnarent, anima simul et corpore demortui, atque æternæ vitæ expertes, veræque lucis exsortes reperti sunt. Nunquam enim mendacium, usque dum mendacium est et cognoscitur, veritatem assequitur; neque tenebræ, quousque tenebræ sunt, suaque persistunt in caligine, unquam illuminantur, neque ullum prorsus refulgentis luminis radium recipiunt. Propterea fulgidæ annuntiationes nostræ vobis, qui lucem ultro excipitis, magna voce proferuntur; neque enim incredulorum auribus proponi illæ patiuntur, neque in tenebrosis cordibus habere sedem ipsis arridet.

Θ'. Ἔνθα γὰρ ἡ ἀλήθεια πρόεισιν, οὔτε ψεῦδός ποτε πολιτεύεται, οὔτε ἀπιστία χώραν ἕξει κακίστης εἰσδύσεως· ἀπιστίας γὰρ οὐδὲν πρὸς λόγους θεικοὺς χαλεπώτερον. Ἔνθεν Ἰουδαῖοι πεπτώκασιν· ἔνθεν Σαμαρεῖται πεπλάνηνται· ἔνθεν Ἕλληνες ἐν σκότει διάγουσιν· ἔνθεν αἱρετικοὶ κατεβλήθησαν, εὐαγγελίοις Θεοῦ μὴ πιστεύσαντες, εὐαγγελίοις Θεοῦ μὴ ὑπείξαντες, ἀντίθετοί τε καὶ ἀντίπαλοι μείναντες, καὶ νεκρωθέντες, ψυχαῖς τε καὶ σώμασι, καὶ τῆς αἰωνίου ζωῆς ἀκοινώνητοι, καὶ τοῦ ἀληθινοῦ φωτὸς φανέντες ἀμέτοχοι. Οὐ γὰρ καταλαμβάνει ψεῦδός ποτε τὴν ἀλήθειαν, ἕως οὗ ψεῦδός ἐστι καὶ γινώσκεται· οὐδὲ σκοτία φωτίζεται πώποτε, ἕως σκότος ἐστὶ καὶ ἐζόφωται [9], καὶ παντοίως ἀμοιρεῖ [10] φωτοφόρων ἑλλάμψεων. Διὰ τοῦτο καὶ τὰ φωτεινὰ ἡμῶν εὐαγγέλια τοῖς φωτοδόχοις ὑμῖν μεγαλοφώνως κηρύττεται· οὐ γὰρ βούλεται ἀπίστων ἀκοαῖς κατατίθεσθαι, οὐδὲ καρδίαις φιλεῖ σκοτειναῖς ἐναυλίζεσθαι.

X. Vos itaque tanquam filii lucis [8], ac luce nutrita germina, lucentia nostra pariterque illuminantia excipite læta nuntia. Jam enim de ipsorum virtute vos illuminati estis, et divina eorum mysteria illuminatis vestris mentibus illuxerunt, purisque illa cordibus excepistis; et Dei Filium cum fide et gaudio recipientes, ac solum Salvatorem vestrum eum habentes, filii Dei facti estis. « Quotquot enim, inquit, receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine ejus; qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt [6]. » Vos ergo, quippe Dei filii lucidissimi, lucidissima illa audite Dei nuntia, per quæ Dei filii facti estis, et terrena ignobilitate abjecta, cœlestem nacti estis nobilitatem, humanamque aspernati originem, divinam generationem adepti estis. Vos itaque, qui ob perfectam sacrarum annuntiationum fidem divina institutione digni evasistis, vos, inquam, eas auribus excipite.

Ι'. Ὑμεῖς οὖν, ὡς τέκνα τοῦ φωτὸς καὶ φωτότροφα γεννήματα, τῶν φωτεινῶν ἡμῶν καὶ φωτιστικῶν εὐαγγελίων ἀκούσατε. Ὑμεῖς γὰρ καὶ τὴν αὐτῶν ἐφωτίσθητε δύναμιν, καὶ τὸ αὐτῶν θεόσοφον μυστήριον ψυχαῖς φωτειναῖς ἐπελάμφθητε, καὶ καρδίαις καθαραῖς ὑπεδέξασθε, καὶ Θεοῦ τέκνα γεγόνατε, τὸν τοῦ Θεοῦ Υἱὸν πιστῶς καὶ ἀσμένως εἰσδεξάμενοι, καὶ μόνον ὑμῶν Σωτῆρα γνωρίσαντες. « Ὅσοι γὰρ ἔλαβον αὐτὸν, φησὶν, ἔδωκεν αὐτοῖς ἐξουσίαν τέκνα Θεοῦ γενέσθαι, τοῖς πιστεύουσιν εἰς τὸ ὄνομα αὐτοῦ· οἳ οὐκ ἐξ αἱμάτων, οὐδὲ ἐκ θελήματος σαρκὸς, οὐδὲ ἐκ θελήματος ἀνδρὸς, ἀλλ' ἐκ Θεοῦ ἐγεννήθησαν. » Ὑμεῖς οὖν, ὡς Θεοῦ παῖδες φανότατοι, καὶ τῶν τοῦ Θεοῦ φανοτάτων εὐαγγελίων ἀκούσατε, δι' ὧν Θεοῦ παῖδες γεγόνατε χάριτι, καὶ οὐρανίαν εὐγένειαν ἔσχετε, τὴν χοϊκὴν δυσγένειαν ῥίψαντες, καὶ θείαν προσειλήφατε γέννησιν, τὴν ἀνθρωπείαν ἀποθέμενοι πρόοδον. Ὑμεῖς οὖν τῶν ἱερῶν εὐαγγελίων ἀκούσατε, οἱ τῆς τούτων τελειοτάτης πίστεως θείας ἀξιωθέντες μυήσεως.

[4] Psal. LIV, 7. [5] 1 Thess. V, 5. [6] Joan. I, 12, 13.

VARIÆ LECTIONES.

[9] Cod. ἐζόφωται. [10] C. Ces. ἀμαυρεῖ.

Digitized by Google

Τίνα δὲ ἡμῶν ἐστι τὰ εὐαγγέλια; ἢ τί τὸ τούτων ὑπάρχει κατόρθωμα; λεγόντων ἡμῶν, πιστῶς ἀκροάσασθε. Ἐροῦμεν γὰρ ἐμμελέστατα, ὡς αὐτὸς ἡμῖν, ὁ δι' ἡμῶν ὑμῖν νῦν εὐαγγελιζόμενος, δίδωσι [11].

A At annuntiatio nostra, quænam tandem illa est? Aut quodnam exspectandum est ab ea beneficium? Dicentem fideliter auscultate. Præstantissima enim dicemus, prout nobis ille largitur, qui fausta nunc vobis per nos annuntiat.

ΙΑ'. Κτίσας οὖν ἐν ἀρχῇ ὁ Θεὸς οὐκ ὄντα τὰ σύμπαντα, ὅσα μετ' αὐτόν ἐστι, καὶ ὑπ' αὐτοῦ παρήχθη πρὸς γένεσιν, ὁρατὰ καὶ ἀόρατα, αἰσθητὰ καὶ νοούμενα, οὐράνια καὶ ἐπίγεια, κτίζει κατ' οἰκείαν εἰκόνα καὶ ἄνθρωπον, ἐκ λογικῆς αὐτὸν ψυχῆς κατασκευάσας καὶ σώματος· ὃν καὶ εἰκόνα τε καὶ ὁμοίωσιν τῆς οἰκείας ἀγαθότητος τέθεικεν, αὐτεξούσιον αὐτῷ ζωὴν χαρισάμενος, καὶ παραδείσου θείου ποιήσας οἰκήτορα· καὶ καλὸν αὐτὸν τεκτηνάμενος, θείαν ἐντολὴν αὐτῷ καὶ σωτήριον ὥρισεν, ἵνα μὴ τῷ μεγέθει τῆς εἰκόνος ἐπαίρηται, μηδ' ἐκ τῆς πρὸς Θεὸν ὁμοιώσεως, Θεοῦ φύσιν ἀσυνέτως φαντάζηται.

XI. Cum Deus igitur in principio e nihilo condidisset universa, quotquot nempe præter ipsum sunt et ab ipso acceperunt exsistendi initium, visibilia et invisibilia, sensibilia et intelligibilia, cœlestia ac terrestria; hominem quoque ad propriam suam imaginem creavit, ex anima illum rationali et corpore compingens; quem cum libera suique juris vita donasset, ac paradisi divini habitatorem constituisset, propriæ bonitatis et imaginem et similitudinem eum effecit. Cumque bonum illum condidisset, divinum ac salutare ei mandatum imposuit, ne forte imaginis nobilitate superbiret, neve, ob similitudinem cum Deo, naturam quoque divinam sibi insipienter communisceretur.

B

Ἀλλ' οὗτος τοσαῦτα πρὸς Θεοῦ λαβών, τοῦ τοῦτον τεκτηναμένου, χαρίσματα (βασιλεὺς γὰρ ὑπ' αὐτοῦ τῶν ἐπιγείων προὐβέβλητο, ὑπ' αὐτοῦ Θεοῦ προδήλως τοῦ κτίσαντος βασιλευόμενος καὶ ἀρχόμενος, ὡς καὶ πάντα τὰ κτίσματα), οὐκ ἤνεγκε τῶν δώρων τὸ μέγεθος, ἀλλὰ Θεοῦ λαβεῖν σπουδάζει ταυτότητα, καὶ εἶναι Θεὸς ὁ κτιστὸς ἐπεθύμησεν ἄνθρωπος· καὶ φαντασθεὶς κακῶς ἁπάτῃ τοῦ ὄφεως τὰ θεῖα καὶ ὑψηλὰ καὶ ὑπέρτατα, πρὸς θάνατον καὶ φθορὰν καταφέρεται, καὶ πίπτει πτῶμα δεινότατον, ὁ θείας φύσεως ἁρπάσαι βουλόμενος τὸ ἄξιωμα. Τοῦτο γὰρ καὶ ἦν δικαιότατον, ἄχραν ταπείνωσιν ταπεινωθῆναι τὸν παρ' ἀξίαν ἑαυτὸν ὑψοῦν ἐθελήσαντα. Ἐπεὶ καὶ « πᾶς ὁ ὑψῶν ἑαυτὸν ταπεινωθήσεται, » ὡς κακῶς ἁρπάζειν πειρώμενος, ὅπερ αὐτῷ Θεὸς μὴ δεδώρηται. « Οὐ γὰρ ἑαυτῷ τις λαμβάνει τὴν τιμήν, » ὡς ὁ μέγας Ἀπόστολος ἔφησεν, « ἀλλ' ὁ ὑπὸ Θεοῦ, τοῦ διδόντος καλούμενος. »

C

XI. Verum hic cum tanta a Deo Creatore suo munera accepisset, licet enim Dei conditoris sui regno et imperio, non secus ac reliquæ creaturæ omnes, uti par erat, subjiceretur; rex tamen eorum omnium, quæ supra terram sunt, constitutus ab ipso fuerat), donorum magnitudinem non tulit, sed æqualitatem cum Deo assequi conatur; et cum homo esset et creatus, Deus esse appetiit; atque ita dum divina sibi et sublimia et celsissima quæque, serpentis fallacia, male comminiscitur, in mortem et corruptionem deturbatur; dumque divinæ naturæ arripere vult dignitatem, horrendo lapsu corruit. Namque et illud æquissimo factum est jure, ut qui se extollere præter meritum voluerat, in summam abjectionem provolveretur; quoniam et « omnis qui se exaltat, humiliabitur [7], » tanquam qui male sibi usurpare illa contenderit quæ Deus ipsi largitus non fuerit. « Nec enim quisquam sumit sibi honorem, » ut inquit magnus Apostolus, « sed qui a Deo [donante] vocatur [8]. »

ΙΒ'. Ἦν οὖν τῷ θανάτῳ κρατούμενος οὗτος, φθορᾷ συμφθειρόμενος, ἀπὸ γῆς προερχόμενος, ὁ ἁρπάσαι Θεοῦ τὴν τιμὴν θρασυνόμενος, καὶ πάλιν εἰς γῆν καθελκόμενος, σήμερον σαρκικῇ γεννήσει γεννώμενος, καὶ αὔριον θανάτῳ σαρκικῷ θανατούμενος, σήμερον ἐν ζῶσιν ὁρώμενος, καὶ αὔριον ἐν νεκροῖς ἀριθμούμενος. Καὶ ταύτην τὴν δίκην ὁ Θεὸν ἀδικῆσαι θελήσας ἤνεγκεν ἄνθρωπος, ἐξ οἰκείας τοῦτο παθὼν βουλῆς καὶ προθέσεως, κακῶς τῷ αὐτεξουσίῳ χρησάμενος, ὅπερ εἰλήφει τιμηθεὶς πρὸς τοῦ κτίσαντος, διὰ τὴν πρὸς αὐτὸν εὐπρεπεστάτην ὁμοίωσιν, καὶ εἰκονικὴν περιφάνειαν. « Ὁ γὰρ Θεὸς θάνατον οὐκ ἐποίησεν, οὐδὲ ἀπωλείᾳ ζώντων εὐφραίνεται. »

XII. Hic itaque, qui honores arripere divinos temere adnisus fuerat, in mortis potestatem redactus jacebat, corruptione tabescens: et egressus e terra, denuo in terram resolvi properabat, hodie carnali generatione nascens, cras vero carnali morte occumbens, hodie in vivis apparens, cras in mortuis recensitus. Et merito hanc tulit homo sententiam, qui Deo ausus fuerat injuriam inferre suomet e consilio arbitratuque hanc vicem percipiens, dum libera sui potestate, quam a Deo conditore per summum honorem pro excellentissima cum ipso similitudine ac nobilissima imagine acceperat, prave abutitur. *Neque* enim *Deus mortem fecit, nec lætatur in perditione viventium* (7).

D

[7] Luc. XIV, 11. [8] Hebr. V, 14.

VARIÆ LECTIONES.

[11] Ad oram codicis hoc loco legitur : Τέλος τῆς θεολογίας· *Finis Theologiæ*; et in Cæs. codice, fol. 7. lin. 12 : Τέλος τῆς αὐτοῦ θεολογίας καὶ τοῦ τριαδικοῦ λόγου· *Finis Theologiæ ipsius* (Sophronii) *et sermonis de Trinitate.*

NOTÆ.

(7) Sap. I, 13. LXX paulo aliter : Ὅτι ὁ Θεὸς θάνατον οὐκ ἐποίησεν, οὐδὲ τέρπεται ἐπ' ἀπωλείᾳ ζώντων.

Digitized by Google

Et vere infelix evaserat ac summopere miserabilis qui pridem erat beatissimus; quando paradisi possessor conspiciebatur, quando primus constitutus fuerat paradisi incola, quando vita laboribus vacua molestiarumque experte fruebatur, quando sine tunica ullisve indumentis dies agebat, quando non timebat aerum mutationes, quando molestiam frigoris non noverat, quando ignorabat concretiones glaciei, quando æstus non afficiebatur ardoribus, quando, etsi nudus incederet, non erubescebat, quando non experiebatur passionum conflictus, quando non affligebatur morborum cruciatibus, quando ab humana servitute immunis, quando a barbarica tyrannide liber erat; quando nullas exactoris tributorum audiebat interpellationes; quando non fugiebat occurrentis feneratoris aspectum, quando non pavebat ferarum laniatus; quando felicitate summa potiebatur, quando paradisi vescebatur fructibus, quando bonis omnibus affatim fruebatur; quando divina collustrabatur luce, quando terrestribus creaturis, quamvis et ipse creatus, tanquam rex dominabatur: quando Dei præferebat imaginem, et propter suam cum Deo similitudinem mirum in modum refulgebat.

A Καὶ ἦν ἐλεεινὸς ὄντως καὶ οἰκτιστος, ὁ πάλαι μακαριστὸς, ὅτε παραδείσου κτήτωρ ἐφαίνετο, ὅτε παραδείσου πρῶτος οἰκήτωρ ἐτέθειτο[12], ὅτε ζωὴν ἄπονον εἶχε καὶ ἄμοχθον, ὅτε γυμνὸς καὶ ἀχίτων διέτριβε, ὅτε τῶν ἀέρων τὰς τροπὰς οὐκ ἐδείμαινεν, ὅτε τοῦ κρύους ἠγνόει τὴν σύμπηξιν, ὅτε τοῦ καύσωνος τὸν φλογμὸν οὐκ ἠπίστατο, ὅτε περιάγων γυμνὸς οὐδ' ἠσχύνετο· ὅτε παθῶν προσβολὰς οὐκ ἐδέχετο, ὅτε νοσημάτων ἀλγηδόνος οὐκ ἤσθετο, ὅτε δουλείας ἀνθρωπίνης ἀπήλλακτο, ὅτε τυραννίδος βαρβαρικῆς ἠλευθέρωτο, ὅτε φορολόγων ὀχλήσεις οὐκ ἤκουεν, ὅτε δανειστῶν συναντήσεις οὐκ ἔβλεπεν, ὅτε θηρῶν οὐκ ὠρύοδει[13] σπαράγματα, ὅτε εὐημερίαν ἄκραν ἐκέκτητο, ὅτε παραδείσου καρποῖς ἀπετρέφετο, ὅτε πάντων ἀγαθῶν ἀφθόνως ἀπήλαυεν, ὅτε B Θεοῦ φωταυγείας ἐδέχετο, ὅτε κτισμάτων γηΐνων, κτιστὸς πεφυκὼς, ἐβασίλευεν, ὅτε Θεοῦ εἰκὼν ἐχρημάτιζε, καὶ ὁμοιώσει Θεοῦ θαυμαστῶς ἐφαιδρύνετο.

Quibus sane omnibus, postquam salutare Dei mandatum transgressus est, utpote in Deum ipsum rebellis, exspoliatur, ac nudus et pristino destitutus splendore relinquitur; atque a paradiso quidem e vestigio expellitur, inque terram rursus, quippe corruptibilis ob prævaricationem effectus, revertitur; excessu autem stultitiæ, pristinam illam exuens dignitatem, qua Deus Ipsum creans exornaverat, similis jumentis evadit. Atque ita dum per vim divinitate potiri se posse putat, corruptionis, mortis et passionum servitute premitur. C

Ὅνπερ ἁπάντων ἐντολὴν Θεοῦ παραβὰς τὴν σωτήριον, ὡς εἰς Θεὸν ἐπταικὼς, ὀρφανίζεται· καὶ γυμνὸς καὶ ἀλλότριος τῆς προτέρας ἀγλαΐας καθίσταται, καὶ παραδείσου μὲν εὐθὺς ἐξορίζεται, εἰς γῆν δὲ πάλιν, ὡς φθαρτὸς δι' ἁμαρτίαν γεγονὼς, ἀποστρέφεται· καὶ ὁμοιοῦται διὰ πληθὺν ἀνοίας τοῖς κτήνεσι, τὴν προτέραν τιμὴν ἀποθέμενος, ἣπερ αὐτὸν ὁ κτίσας Θεὸς ἐκαλλώπισε. Δουλεύει γοῦν φθορᾷ καὶ θανάτῳ καὶ πάθεσι, τυραννικῶς πλουτεῖν νομίσας θεότητα.

XIII. Verum qui eum e nihilo, quod prius erat, educens creaverat, in tali conditione ipsum cum cerneret, misericordia tactus est; et tactus misericordia ad miserandum est conversus; in miserando autem imis se visceribus commotum ostendit; intimis demum visceribus non utcunque, sed uti hominum amantissimus, commotus, pro summa qua pollebat benignitate, ac pro summa erga hominem dilectione, ad ipsum salvandum atque reparandum divina prorsus misericordia excitatur. Hinc antiquum illud et amoris erga homines plenum consilium exsequitur, quod ab ipso initio sua in homines charitate impulsus constituerat. Opus enim suum, psalmator ipse cum esset, non ferebat labefactatum cernere, atque in terram ac corruptionem lapsum interire.

ΙΓ'. Ἀλλὰ τοῦτον ὁ κτίσας καὶ παραγαγὼν οὐχ ὑπάρχοντα πρότερον, ἐν τάξει τοιαύτῃ θεασάμενος, ᾤκτειρε· καὶ οἰκτείρας ἠλέησε, καὶ ἐλεήσας σπλαγχνίζεται, καὶ σπλαγχνισθεὶς, ὡς φιλάνθρωπος, οἷάπερ ὢν ἀγαθὸς καὶ φιλάνθρωπος, πρὸς σωτηρίαν αὐτοῦ καὶ ἀνάκλησιν, σπλάγχνοις θείκοῖς διανίσταται· καὶ βουλὴν πληροῖ ἀρχαίαν τε καὶ φιλάνθρωπον, ἣν φιλανθρώπως ἀρχῆθεν βεβούλευται. Οὐ γὰρ ἔφερεν, ὡς πλάστης, θεωρεῖν αὐτοῦ τὸ πλάσμα φθειρόμενον, καὶ εἰς γῆν καὶ φθορὰν[14] ἀπολλύμενον.

XIV. At vero quodnam est consilium, quod ad salutem ac redemptionem hominum Deus excogitavit? Id proclamet in medium prodiens admirandus ille Esaias, qui Deum sine semine concipiendum prædixit, ipsumque e Virgine generandum in antecessum enarravit; qui pro divini hujus consilii exsecutione laudis canticum Deo in gratiarum actionem concinens, ita exclamavit[9]: « Domine, D

ΙΔ'. Καὶ τίς ἡ βουλὴ, ἣν Θεὸς ἐβουλεύσατο πρὸς ἀνθρώπων σωτηρίαν καὶ λύτρωσιν; Ἡσαΐας βοάτω παρελθὼν ὁ θαυμάσιος, ὁ καὶ τὴν ἄσπορον Θεοῦ προφθεγξάμενος σύλληψιν, καὶ τὴν παρθενικὴν αὐτοῦ προδιηγησάμενος γέννησιν· ὃς ἐπὶ τῇ πληρώσει τῆς Θείας βουλήσεως, ᾠδὴν ᾄδων Θεῷ χαριστήριον, « Κύριε, ὁ Θεός μου, δοξάσω σε, κέκραγεν· ὑμνήσω τὸ ὄνομά σου, ὅτι ἐποίησας θαυμαστὰ πράγ-

[9] Isa. xxv, 1 seqq. sec. LXX.

VARIÆ LECTIONES.

[12] Cod. ἐτέθητο. [13] Cod. ὠρύόδει. [14] Nic. pag. 245 om. εἰς γῆν καὶ φθοράν.

Digitized by Google

ματα, βουλὴν ἀρχαίαν ἀληθινήν· γένοιτο· ὅτι ἔθηκας πόλεις ὀχυρὰς εἰς χῶμα, τοῦ πεσεῖν αὐτῶν τὰ θεμέλια· τῶν ἀσεβῶν πόλις εἰς τὸν αἰῶνα οὐ[15] μὴ οἰκοδομηθῇ. Διὰ τοῦτο εὐλογήσει σε ὁ λαὸς ὁ πτωχός· καὶ πόλεις ἀνθρώπων ἀδικουμένων εὐλογήσουσί σε. Ἐγένου γὰρ πάσῃ πόλει ταπεινῇ βοηθὸς, καὶ τοῖς ἀθυμοῦσι δι' ἐνδειαν σκέπη. Ἀπὸ ἀνθρώπων πονηρῶν ῥύσῃ αὐτούς. »

A Deus meus (8), glorificabo te (9); in hymnis collaudabo nomen tuum, quoniam mirabilia fecisti, consilium antiquum verum (10). Fiat (11). Quoniam firmas urbes posuisti in tumulum, ut cadant ipsarum fundamenta (12); ne ædificetur in æternum civitas impiorum. Propter hoc benedicet tibi populus pauper (13); benedicent tibi et civitates hominum injuriam patientium (14). Quia factus es adjutor omni civitati pauperi, et præsidium iis (15), qui propter inopiam animo fracti erant· Ab hominibus scelestis liberabis eos. »

Ταῦτα ἡμῶν, ἀδελφοὶ, τὰ θεῖά ἐστιν εὐαγγέλια· ταῦτα ὑμῖν[16] εὐαγγελιζόμεθα σήμερον, οὐχ ὡς μετέπειτα γίνεσθαι μέλλοντα, ἀλλ' ὡς ἤδη θείως γενόμενα, καὶ σεσωκότα τῆς καταδίκης τὸν ἄνθρωπον, καὶ πρὸς τὴν προτέραν τοῦτον ἀναγαγόντα λαμπρότητα καὶ μακαριότητα, καὶ Θεοῦ φίλον ὡς τὸ πρὶν ἐργασάμενα.

Hoc est, fratres, divinum nuntium quod afferimus: hæc vobis hodierna die evangelizamus, non quasi deinceps eventura, sed uti divinitus jam facta, quæque hominem jam præstiterunt a condemB natione liberum, inque pristinum decus beatitatemque restituerunt, ac Deo amicum non secus ac primitus effecerunt.

ΙΕ'. Πῶς δὲ ἡμῶν ἡ σωτηρία Θεῷ πραγματεύεται; ἢ πῶς ἡ ἀνάκλησις πράττεται; συνετῶς καὶ πανσόφως ἀκούσατε (σοφὰ γάρ ἐστι καὶ ὑπέρφρα καὶ πάσης σοφίας ἀνθρωπίνης ἐπέκεινα), θείαν ἀναλαβόντες διάνοιαν καὶ ἀξίαν θεϊκοῦ ἐπαγγέλματος.

XV. At qua tandem ratione, inquies, salus nostra a Deo perficitur? aut quomodo ista fit restitutio? Dum auribus divinam hanc, divinisque pollicitationibus dignissimam adinventionem accipitis, pro vestra prudentia atque sapientia animum advertite. Sapientiæ enim plena, imo plenissima hæc sunt, omnemque humanam sapientiam longe excedentia.

Οὐκ ἄλλως κρίνει σῶσαι τὸν ἄνθρωπον καὶ τὴν οἰκείαν εἰκόνα λυτρώσασθαι, ὁ πλάσας ἀρχῆθεν τὸν ἄνθρωπον καὶ κατ' οἰκεῖον τοῦτον εἰκόνα τευξάμενος, ἢ φύσει γενόμενος ἄνθρωπος, καὶ τὴν οἰκείαν εἰκόνα οἰκεῖον ποιησάμενος φόρημα[17]. Ἐντεῦθεν τὰ ἄμικτα μίγνυται, ἐντεῦθεν ἀκράτως κιρνᾶται τὰ ἄκρατα, ἐντεῦθεν συντίθεται τὰ ἀσύνθετα, ἐντεῦθεν C τὰ ἀσύνδετα σφίγγεται, ἐντεῦθεν τὰ θεῖα ἀνθρώπινα γίνεται, ἵνα τὰ ἀνθρώπινα θειότερα γένηται· ἐντεῦθεν ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, μένων Θεὸς καὶ Θεοῦ Λόγος, παχύνεται· ἐντεῦθεν ὁ ἄκτιστος, ὡς ἐξ ἀκτίστου Θεοῦ γεννηθεὶς, μένων ἄκτιστος, κτίζεται· ἐντεῦθεν ὁ ὕψιστος, ταπεινὸς ἐξαγγέλλεται, καὶ ὁ ἀόρατος, ὁρατὸς κατοπτεύεται, καὶ ὁ ἀνέπαφος, ἁφὴν καταδέχεται· καὶ ὁ ἀσώματος, ἐνσώματος πρόεισι, καὶ ὁ ἄσαρκος, σὰρξ ἀναγράφεται· καὶ ὁ ἀπαθὴς, παθητὸς προσκηρύττεται· καὶ ὁ φύσιν ἔχων ἀθάνατον, φύσει θνητὸς ἀναγορεύεται, ἵνα τὴν παθητὴν καὶ θνητὴν ἀνθρωπότητα πρὸς ἀθανασίαν ἀγάγοι λαμπρὰν καὶ

Is, qui hominem ab initio plasmavit, ipsumque ad propriam suam imaginem condidit, non alia ratione hominem salvandum, propriamque imaginem redimendam esse judicat, quam si ipse natura fiat homo, propriamque imaginem proprium suum efficiat indumentum. Hinc impermista miscentur; hinc sine mutatione confluendo utraque temperantur integra et sincera. Inde suapte natura disjuncta conjunguntur; inde non connectenda nectuntur; exinde divina fiunt humana, ut humana diviniora fiant. Inde Dei Verbum, manens Deus et Dei Verbum, in materiam dilatatur. Inde increatus, quippe a Deo increato genitus, increatus manens, creatur. Exinde Altissimus prædicatur humilis, et invisibilis oculis visibilis cernitur, et impalpabilis palpatur, et incorporeus prodit corporeus, et carnis expers carnem habens describitur, et impassibilis proclamatur passibilis; et qui naturam habet immortalem, natura pronuntiatur mortalis, ut

VARIÆ LECTIONES.

[15] Cod. τοῦ. [16] Cod. ὑμᾶς. [17] Cod. φόρεμα.

NOTÆ.

(8) Vulgat. Lat. magis consone cum textu Hebraico: *Domine, Deus meus es tu*; pronomen μου abest a Vatic. cod. 70.

(9) Vulgatus addit conjunctionem *et*, quæ tamen etiam a textu Hebraico abest

(10) Vulg. *cogitationes antiquas, fideles.*

(11) Vulg. *Amen.* Sophronius hic Vatic. omittit vocem Κύριε, quam retinet codex Alexandrinus, quemadmodum et editio Aldina. Hinc patet codicem a Sophronio adhibitum neque cum Alexandrino, neque cum Vaticano perpetuo cohærere.

(12) Vaticanus codex oppositam sic præfert sententiam: Ὅτι ἔθηκας πόλεις ὀχυρὰς τοῦ μὴ πεσεῖν αὐτῶν τὰ θεμέλια· *Quia posuisti civitates in tumulum; civitates munitas ut non caderent fundamenta earum.* Particula tamen negativa μὴ abest etiam a D Codice Alexandrino. Cæterum cum Cod. Alex. non secus ac Vaticanus ac reliquæ editiones vocem πόλεις ita repetant: Ὅτι ἔθηκας πόλεις εἰς χῶμα, πόλεις ὀχυρὰς τοῦ πεσεῖν .., subesse suspicio potest, hanc repetitionem a Codice Sophronii amanuensium vitio abfuisse.

(13) Vulgatus cum texta Hebraico, *populus fortis.*

(14) Vulg. cum Hebr. *civitas gentium robustarum.*

(15) Ubi Sophronius habet ἀθυμοῦσι, reliqui Græci codices versionis LXX legunt ἀθυμήσασι.. Vulgatus cum Hebr. *Quia factus es fortitudo pauperi, fortitudo egeno in tribulatione sua: spes a turbine, umbraculum ab æstu.*

Digitized by Google

scilicet passibilem mortalemque humanitatem ad immortalitatis splendorem atque ad impassibilitatem adducat, Deoque inimicam atque rebellem ipsi Deo ac Patri reconciliet.

A ἀπάθειαν, καὶ τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ προσοικειώσῃ τὴν ἐχθρὰν Θεοῦ καὶ πολέμιον.

XVI. At quo (inquis) pacto hæc adimplentur, quomodo efficiuntur, atque ad opus non fallaciter deducuntur? Tremendum enim illud est et terrificum, et auribus hominum, qui vel divinissima quæque humanis rationibus dimetiuntur, prorsus incredibile. Verum ubi Deus est, qui denuntiat, silet humanarum ratiocinationum vilitas. Deo enim cuncta facillima sunt, et possibilia, imo et factu non ardua, quæcunque demum facere voluerit. Divinæ scilicet et eminentissimæ potestatis hæc est nota præclarissima atque excellentissima, et creatæ omni naturæ prorsus incommunicabilis; atque inde B fit, ut quæ supra naturam humanam sunt, ac vim omnem creatam prætergrediuntur, in admirationem ac stuporem rapiant.

ΙϚ'. Καὶ πῶς τοῦτο πληροῦται, καὶ πράττεται, καὶ εἰς ἔργον ἄψευστον διάγεται; Ἔστι γὰρ φοβερὸν καὶ κατάπληκτον, καὶ ἀνθρώπων ἀκοαῖς ἀπιστότατον, ἀνθρωπίνοις νοούντων λογισμοῖς τὰ θειότατα. Ἀλλ' ἔνθα Θεός καταγγέλλεται, ἀργεῖ τῶν ἀνθρωπίνων λογισμῶν ἡ εὐτέλεια. Πάντα γὰρ ῥᾷστα Θεῷ καὶ δυνατὰ καὶ εὐπόριστα, οἷά γε δρᾶν ἐθελήσειε. Καὶ θείας τοῦτο καὶ ὑπερτάτης δυνάμεως ἀριδηλότατόν ἐστι καὶ ἐξαίρετον γνώρισμα, καὶ πάσῃ φύσει κτιστῇ παντελῶς ἀκοινώνητον· ἔνθεν γάρ ἐστι θαυμαστὰ καὶ κατάπληκτα τὰ φύσεως ἀνθρωπίνης ὑπέρτερα, καὶ πᾶσαν κτιστὴν ὑπερβαίνοντα δύναμιν.

At quomodo Deus id perficit? Quomodo ad egregium finem perducit? Præclare nos id docet a Deo inspiratus Lucas, qui et bonum illud sacrorum omnium sacratissimum nuntium nostrum conscripsit, ut nemo ob rei magnitudinem incredulus exsistat, neve aliquis, infirmus cum ipse sit et impotens atque ad divinius quodque facinus ineptus, Deo impotentiam fallaciter attribuat. Audistis nuper, utpote ipso proclamante, quomodo « mense septimo missus est angelus Gabriel a Deo in civitatem Galilææ, cui nomen Nazareth ad Virginem desponsatam viro, cui nomen Joseph, de domo David, et nomen Virginis Maria [10]. » Audis Deum misisse, et rei fidem non vis habere? Noli de iis diffidere quæ Deus ordinavit; sed potius summa cum pietate crede, Deum, quæcunque demum facere voluerit, ea perficere pro omnipotentia sua valere. Deinde vero a quonam alio mitti posset angelus, nisi prorsus a solo Deo, qui ipsum creavit, et ex non existantibus substantiavit, universamque angelicam naturam ex tempore condidit? Si itaque constat Deum esse, qui misit, missum autem angelum fuisse in comperto est, quomodo quæ dicta sunt, vera non erunt? Hæc utique stupeant universi; at Dei virtutem cum norint prorsus infinitam esse ac vere omnipotentissimam, enarratis fidem ne abnuant.

Καὶ πῶς τοῦτο Θεῷ διανύεται, καὶ πρὸς πέρας περιώνυμον ἄγεται; Διδάσκει σαφῶς ἡμᾶς Λουκᾶς ὁ θεσπέσιος, τὸ πάντων ἱερῶν ἱερώτατον συγγράφων ἡμῶν Εὐαγγέλιον, ἵνα μηδεὶς ἀπιστῇ τῷ μεγέθει τοῦ πράγματος, ἵνα μηδεὶς ἀδυναμίαν Θεοῦ καταψεύσηται, ἀσθενὴς ὑπάρχων αὐτὸς καὶ ἀδύναμος, καὶ πρὸς πᾶσαν πρᾶξιν θειοτέραν ἀνίκανος. Καθάπερ αὐτοῦ βοῶντος, ἀρτίως ἠκούσατε, ὡς « Τῷ μηνὶ τῷ ἕκτῳ ἀπεστάλη ὁ ἄγγελος Γαβριὴλ ὑπὸ Θεοῦ, εἰς πόλιν τῆς Γαλιλαίας, ᾗ ὄνομα Ναζαρὲτ, πρὸς Παρθένον μεμνηστευμένην ἀνδρὶ, ᾧ ὄνομα Ἰωσὴφ, ἐξ οἴκου Δαβὶδ, καὶ τὸ ὄνομα τῆς Παρθένου Μαριάμ. » Ἀκούεις Θεὸν ἀποστείλαντα, καὶ ἀπιστεῖν ἐθέλεις τῷ πράγματι; Μὴ ἀπίστει Θεοῦ τῷ διατάγματι, ἀλλὰ μᾶλλον εὐσεβέστατα πίστευε, ὡς πληροῦν ἐστι Θεὸς δυνατώτατος, ἅπερ ἂν καὶ πράττειν βουλήσοιτο. Ἄγγελος δὲ πρὸς τίνος ἂν ἑτέρου καὶ στέλλοιτο, ἢ πρὸς μόνου πάντως Θεοῦ, τοῦ ποιήσαντος καὶ ἐξ οὐκ ὄντων αὐτὸν οὐσιώσαντος, καὶ πᾶσαν φύσιν ἀγγελικὴν σχεδιάσαντος; Εἰ οὖν Θεὸς ὁ στείλας διέγνωσται, καὶ ἄγγελος ὁ σταλεὶς προσκηρύττεται, πῶς οὐκ ἀληθὲς τὸ λεγόμενον; Ταῦτα θαυμαζέτωσαν ἅπαντες· μὴ ἀπιστείτωσαν δὲ τῷ κηρύγματι, Θεοῦ τὸ σθένος γινώσκοντες, ὡς παναλκές ἐστι καὶ ἀληθῶς παντοδύναμον.

XVII. Verum quid missus beatus ille angelus ad Virginem integerrimam dicit? Aut quomodo faustissimum hoc nuntium ipsi defert? Et qualia portenta per ipsam magnificentia hæc divina molitur? « Ave gratia plena, Dominus tecum [11]. »

A gaudio (16) incipit eam alloqui ille gaudii nuntius. Noverat enim et plane sciebat, nuntium illud suum universis hominibus atque omnibus pariter creaturis gaudium parare, et quoslibet a quibuscunque dolores expellere; noverat, ex di-

D

ΙΖ'. Τί δὲ σταλεὶς ὁ μακαριστὸς ἄγγελος πρὸς τὴν Παρθένον φησὶ τὴν ἀπείρανδρον; ἢ πῶς αὐτῇ τῶν τοιούτων εὐαγγελίων ἀπαγγέλλει τὴν δήλωσιν; καὶ ὅσα τίκτει δι' αὐτῆς τὸ τοιοῦτον Θεοῦ μεγαλούργημα; « Χαῖρε, κεχαριτωμένη, ὁ Κύριος μετὰ σοῦ. »

Ἀπὸ χαρᾶς πρὸς αὐτὴν ὁ τῆς χαρᾶς ἄγγελος ἄρχεται. Ἤδει γὰρ, καὶ ἠπίστατο, ὡς πᾶσιν ἀνθρώποις, καὶ πᾶσιν ὡσαύτως τοῖς κτίσμασι χαρᾶς αὐτοῦ τὸ διάγγελμα πρόξενον [18] γίνεται, καὶ λύπης ἁπάσης τοῖς πᾶσιν ὀλέθριον· ἤδει γὰρ, ἐκ τούτου

[10] Luc. I, 26, 27. [11] Luc. I, 28.

VARIÆ LECTIONES.

[18] Nic. abest πρόξενον.

NOTÆ.

(16) Nempe a salutatione, qua alios læto animo esse jubemus.

Digitized by Google

θεογνωσίᾳ τὸν κόσμον αὐγάζεσθαι· ᾔδει, τῆς πλάνης τὴν ἀχλὺν ἀφανίζεσθαι· ᾔδει, τοῦ θανάτου τὸ κέντρον ἀμβλύνεσθαι· ᾔδει, τῆς φθορᾶς τὴν δύναμιν φθείρεσθαι· ᾔδει, τοῦ ᾅδου τὴν νίκην καθέλκεσθαι· ᾔδει, τὸν ἀπολλύμενον ἄνθρωπον σώζεσθαι, τὸν τούτοις πάλαι δουλεύοντα, ἀφ' οὗ τοῦ παραδείσου τῆς τρυφῆς ἀπελήλαται, καὶ τῆς ἐκεῖσε μακαρίας διατριβῆς ἐξελήλαται. Διὰ τοῦτο χαρὰν αὐτοῦ τῶν εὐαγγελίων τὸ προοίμιον τίθησι, διὰ τοῦτο χαρὰν αὐτοῦ τῶν λόγων προφθέγγεται, διὰ τοῦτο χαρὰ τῶν εὐαγγελίων τουτωνὶ προηγήσατο, ὡς πᾶσι γενησομένων χαρὰ τοῖς πιστεύουσιν. Ἔδει γὰρ ἀπὸ χαροποιῶν[19] λόγων καὶ ῥημάτων ἄρχεσθαι τῆς χαρᾶς τὰ θεῖα μηνύματα. Διὰ τοῦτο γὰρ ὁ ἄγγελος πρὸ πάντων χαρὰν ἀναφθέγγεται, τῶν οἰκείων εἰδὼς εὐαγγελίων τὴν ἔκβασιν, καὶ ὡς χαρὰ φανεῖται παγκόσμιος ἡ αὐτοῦ τελειωμένη διάλεξις.

ΙΗ'. Ποίαν γὰρ οὐχ ὑπερβαίνει χαρὰν καὶ τερπνότητα, τὸ πρὸς τὴν μακαρίαν Παρθένον γενόμενον καὶ τῆς χαρᾶς μητέρα διάγγελμα; Χαίροις, ὦ χαρᾶς τῆς ἐπουρανίου γεννήτρια· χαίροις, ὦ χαρᾶς τῆς ὑπερτάτης μαιεύτρια· χαίροις, ὦ χαρᾶς τῆς σωτηρίου μητρόπολις· χαίροις, ὦ χαρᾶς τῆς ἀθανάτου παραίτιε· χαίροις, ὦ χαρᾶς τῆς ἀλέκτου μυστικὸν καταγώγιον· χαίροις, ὦ χαρᾶς τῆς ἀῤῥήτου ἀξιάγαστος ἄρουρα· χαίροις, ὦ χαρᾶς τῆς ἀρεύστου πηγὴ παμμακάριστος· χαίροις, ὦ χαρᾶς τῆς ἀϊδίου θεοφόρον κειμήλιον· χαίροις, ὦ χαρᾶς τῆς ζωοπαρόχου φυτὸν εὐθαλέστατον· χαίροις, ὦ Θεοῦ Μήτηρ ἀνύμφευτε· χαίροις, ὦ Παρθένε μετὰ τόκον ἀσύλητε· χαίροις, ὦ πάντων παραδόξων παραδοξότατον θέαμα. Τίς σου φράσαι τὴν ἀγλαΐαν δυνήσεται; Τίς σου φάναι τὸ θαῦμα τολμήσειε; Τίς σου κηρύξαι θαρσήσει τὸ μέγεθος; Ἀνθρώπων τὴν φύσιν ἐκόσμησας, Ἀγγέλων τὰς τάξεις νενίκηκας· τῶν Ἀρχαγγέλων τὰς φωταυγείας ἀπέκρυψας· τῶν Θρόνων τὰς προεδρίας, δευτέρας σου ἀπέδειξας· τῶν Κυριοτήτων τὸ ὕψος ἐσμίκρυνας· τῶν Ἀρχῶν τὰς καθηγήσεις προέδραμες· τῶν Ἐξουσιῶν τὸ σθένος ἠνεύρωσας[20]· τῶν Δυνάμεων δυναμωτέρα προελήλυθας δύναμις· τὸ τῶν Χερουβὶμ πολυόμματον γηΐνοις ὀφθαλμοῖς ὑπερέβαλες· τὸ τῶν Σεραφὶμ ἑξαπτέρυγον ψυχῆς θεοκινήτοις πτεροῖς ὑπερῆβηκας· καὶ πάσης ὑπερέσχες τῆς κτίσεως, ὡς πάσης πλέον τῆς κτίσεως καθαρότητι λάμπουσα, καὶ τὸν πάσης Κτίστην δεξαμένη τῆς κτίσεως, καὶ τοῦτον κυοφοροῦσα καὶ τίκτουσα καὶ Θεοῦ Μήτηρ ἐκ πάσης γεγεννημένη τῆς κτίσεως.

vina hujus mysterii cognitione mundum lumine collustrari; noverat, erroris disjici caliginem; noverat retundi mortis aculeum; noverat vim corruptionis infringi; noverat inferno victoriam auferri; noverat salutem perdito affulgere homini, qui horum malorum jugo jamdiu premebatur, ex quo scilicet a paradisi deliciis expulsus, et a beato illo domicilio ejectus fuerat. Propterea legationis suæ exordium a gaudio ducit; propterea sermonibus suis gaudii voces præmittit; propterea faustis hisce nuntiis gaudium antecedit, utpote quæ omnibus credentibus gaudio futura erant. Et sane par omnino erat, ut divina gaudii denuntiatio a sermonibus verbisque gaudium elicientibus sumeret initium. Propterea enim et angelus gaudium ante omnia renuntiat, quia faustæ legationis suæ non ignorat exitum, ac probe novit colloquium quod habebatur, in totius mundi gaudium manifeste esse cessurum.

XVIII. Et profecto quodnam gaudium, aut quænam reperiri potest jucunditas, quam non longe excedat alloquium ad Virginem illam beatam ac gaudii parentem habitum? Gaude, o supercœlestis gaudii genitrix. Gaude, o sublimissimi gaudii nutrix. Gaude, o salutaris gaudii sedes princeps. Gaude, o immortalis gaudii auctrix. Gaude, o ineffabilis gaudii mysticum diversorium. Gaude, o indeficientis gaudii fons beatissime. Gaude, o gaudii æterni deiferum cimelium. Gaude, o vivificantis gaudii arbor virentissima. Gaude, o innupta Dei Mater. Gaude, o Virgo post partum integerrima. Gaude, o spectaculum præ mirabilibus omnibus summe admirandum. Quisnam tuum eloqui splendorem poterit? Quisnam portentum, quod ipsa es, enarrare verbis audeat? Quisnam magnificentiam tuam effari se posse confidet? Tu hominum exornasti naturam: Angelorum ordines superasti; tu fulgores Archangelorum obtenebrasti; tu sublimes Thronorum sedes infra te ostendisti; tu altitudinem Dominationum depressisti; tu Principatum ducatibus præcurristi; tu enervasti fortitudinem Potestatum; tu ipsis Virtutibus potentior virtus prodiisti; tu Cherubim oculatissimum visum terrestribus oculis vicisti; tu Seraphim sex alas habentium volatus animæ pennis divinitus agitatis transvolasti; tu denique omnem creaturam longe transgressa es, quippe quæ præ omni creatura enituisti puritate (17), et omnium creaturarum conditorem in te excepisti; ipsumque et sinu tuo gestasti, et genuisti, et sola ex omnibus creaturis Dei mater effecta es.

VARIÆ LECTIONES.

[19] Cod. χαροποιοῦ. [20] Cod. ἐνεύρωσας.

NOTÆ.

(17) Inspice attente, quomodo sanctus Sophronius singularissimam Mariæ puritatem (καθαρότητα) accenseat nominibus, quibus ipsa et spectaculum summopere admirandum, et miraculum inenarrabile, et naturæ ornamentum, et præcelsior universis ac singulis cœlestibus ordinibus, ac denum omni creatura præstantior celebratur. At vero, quo pacto esset puritatis miraculum, si quod fœdissime singulos filios hominum deturpat, ipsam quoque deturpasset? Quo pacto angelicos ordines puritate longe excederet? Quo pacto creatura quæpiam Virgine Deipara purior excogitari non posset?

Digitized by Google

XIX. Propterea tibi acclamo : « Ave, gratia plena, » quoniam et præ omnibus creaturis (18) gratiæ muneribus cumulata fuisti. Et hujusmodi in te gaudii et gratiæ causam utique scio, ac plane perspectam habeo ; atque idcirco clamans et simul gratulans adjicio : « Dominus tecum ; » qui quidem tanquam conditor universis dominatur creaturis ; tecum vero est, utpote in sinu tuo gestatus, et per ineffabilem conceptionem tuam in utero tuo clausus. « Dominus tecum ; » qui æternaliter quidem ex Patre natus, cum Patre semper conjunctus intelligitur ; nunc vero tecum per conceptionem adest, ac tremendam ex te assumptionem carnis exsequitur. « Dominus tecum ; » qui primam inde habet generationem æternam, hinc vero secundam ex te generationem nanciscitur. « Dominus tecum ; » qui una cum Patre universis sane dominatur creaturis : verum ex te formam servi induit, atque humanum genus a servitute liberat. Propterea enim Dominus factus est servus, ut servum gratia sua efficeret dominum. « Dominus tecum ; » qui cum extra cujuslibet creaturæ censum prius emineret, nunc visus est cum te creata, et per te inter alias creaturas connumeratus est. In te enim creatur increatus ; et Creator procedit ex te creatus. In te cerno increatum factum creaturam ; et carnis expertem in te factum carnem intueor.

XX. Qui ad te, o Virgo, legationem mittit, in cœlo carne carebat et corpore ; hic vero carnem et corpus eum factum conspicio. In cœlo utpote increatus super omnem creaturam eminebat ; hic vero in te virgine ipsum et creaturam et manufactum opus sine sui mutatione effectum invenio. In cœlo quidem Deum humana natura carentem contemplabar ; quomodo enim in cœlo cerneretur humanitas ? Absit, ut novi somnient Origenes ; aut iterum insaniant Didymi ; aut denuo in contentione audacissimi Evagrii fabulas inanes in furorem acti enarrent, et cum detestandis Græcis fœdere inito, præcedentem animarum vitam excogitent. Hic vero eum cerno hominem sine mutatione factum ; et miraculum in miraculo contemplor, quoniam ipse et Deus est immutabilis, et homo est inexplicabilis ; duplex quoad naturam, sed non duplex quoad hypostasim ; una enim eademque persona constat, at in duabus naturis manifeste compertus ; neque propter naturarum, quibus coalescit, duplicitatem divisus, neque iterum pro-

Ιθ'. Διὰ τοῦτό σοι, « Χαῖρε κεχαριτωμένη, » προσφθέγγομαι · ἐπειδὴ καὶ πάσης πλέον ἐχαριτώθης [21] τῆς κτίσεως · καὶ τῆς τοιαύτης ἐν σοὶ χαρᾶς τε καὶ χάριτος γνωρίζω καὶ οἶδα τὸ αἴτιον · διὸ καὶ ἐπιφέρω βοῶν καὶ φθεγγόμενος · « Ὁ Κύριος μετὰ σοῦ · » ὁ πάσης μὲν, ὡς Κτίστης, κυριεύων τῆς κτίσεως · μετὰ σοῦ δὲ, ὡς ἐν κοιλίᾳ τῇ σῇ βασταζόμενος, καὶ κυοφορίαν κυοφορούμενος ἄφραστον. « Ὁ Κύριος μετὰ σοῦ · » ὁ ἀϊδίως μὲν ἐκ Πατρὸς γεννηθεὶς, καὶ μετὰ Πατρὸς ἀεὶ θεωρούμενος · μετὰ σοῦ δὲ νῦν τῇ συλλήψει γινόμενος, καὶ ἐκ σοῦ φοβερὰν ποιησάμενος σάρκωσιν. « Ὁ Κύριος μετὰ σοῦ · » ὁ πρώτην μὲν ἔχων ἀΐδιον γέννησιν, καὶ δευτέραν ἐκ σοῦ προσδεχόμενος [22] γέννησιν. « Ὁ Κύριος μετὰ σοῦ · » ὁ πάσης μὲν σὺν Πατρὶ κυριεύων τῆς κτίσεως, ἐκ σοῦ δὲ δούλου μορφὴν ἐνδυόμενος, καὶ δουλείας ἐλευθερῶν τὸ ἀνθρώπινον. Διὰ τοῦτο γὰρ δοῦλος ὁ Κύριος γίνεται, ἵνα τὸν δοῦλον ἀποδείξῃ χάριτι κύριον. « Ὁ Κύριος μετὰ σοῦ · » ὁ πρώην μὲν πάσης ἔξω τυγχάνων τῆς κτίσεως, νυνὶ δὲ μετὰ σοῦ τῆς κτιστῆς καθορώμενος, καὶ διὰ σοῦ τοῖς κτιστοῖς γενόμενος συνάριθμος [23] · ἐν σοὶ γὰρ ὁ ἄκτιστος κτίζεται, καὶ ἐκ σοῦ κτιστὸς ὁ Κτίστης προέρχεται. Κτίσμα βλέπω ἐν σοὶ γεγονότα τὸν ἄκτιστον, καὶ σάρκα θεωρῶ τελεσθέντα τὸν ἄσαρκον.

Κ'. Ἄνω μὲν στέλλων, ὦ Παρθένε, πρὸς σὲ, ἄσαρκος ἦν καὶ ἀσώματος · ὧδε δὲ σάρκα σκοπῶ καὶ σῶμα γενόμενον. Ἄνω μὲν ἄκτιστος ἦν πάσης ἐξῃρημένος τῆς κτίσεως · ὧδε δὲ κτίσμα τοῦτον εὑρίσκω καὶ ποίημα ἀτρέπτως ἐν σοὶ τῇ Παρθένῳ γενόμενον. Ἄνω μὲν Θεὸν ἐώρων γυμνὸν ἀνθρωπότητος (ποῦ γὰρ ἀνθρωπότης ἐν οὐρανῷ κατοπτεύοιτο ; Μὴ πάλιν Ὠριγέναι ληρείτωσαν · μὴ πάλιν μαινέσθωσαν Δίδυμοι · μὴ πάλιν Εὐάγριοι θυμομαχοῦντες λυττάτωσαν [24] μύθους κενοὺς ἀφηγούμενοι · καὶ προδιστὴν ψυχῶν φανταζόμενοι, καὶ Ἕλλησι μυσαροῖς συσπενδόμενοι) · ὧδε δὲ ἀναλλοιώτως ὁρῶ γενόμενον ἄνθρωπον καὶ θαῦμα ἐν θαύματι, ὅτι καὶ Θεός ἐστιν ἀναλλοίωτος, καὶ ἄνθρωπός ἐστιν ἀνερμήνευτος · τὴν φύσιν διπλοῦς, ἀλλ' οὐ διπλοῦς τὴν ὑπόστασιν, ἓν καὶ ταυτὸν ἔχων τὸ πρόσωπον · ἐν φύσεσι δὲ διττοῖς γνωριζόμενος, μήτε διὰ τὸ τῶν φύσεων διττὸν διαιρούμενος, μήτε διὰ τὸ τῆς ὑποστάσεως ταυτὸν καὶ ἑνικὸν καὶ ἀσύζυγον, τῶν, ἐξ ὧν ἐστι, φύσεων δημιουργῶν [25] τὴν ἀνάχυσιν · οὔτε τῆς ἄνω Τριάδος τῆς τῶν ὅλων ἀρχικῆς αὔξων τὴν ἀρίθμησιν, καὶ εἷς

VARIÆ LECTIONES

[21] Cod. ἐχαριτώθη. [22] Cod. προσδεχόμενον. [23] Cod. συναρίθμιος. [24] Cod. λυτάτωσαν. [25] Cod. δημιουργόν.

NOTÆ.

(18) Quo sensu in Ecclesia acciperentur verba Gabrielis ad Virginem apud sanctum Lucam, en testis etiam sanctus Sophronius accedit. Is nempe munerum divinorum cumulus intelligendus est Mariæ collatus, ut quæcunque demum cæteris creaturis tributa noveris vel excogites, longe infra gratias, quibus nobilissime exornata fuit sancta Virgo, haberi debeant. Atqui nemo ignorat, non modo cœlestes spiritus, sed et primos humani generis parentes e divinis Creatoris manibus gratia sanctificante ornatos prodiisse. Quomodo ergo creaturarum omnium prærogativæ nobilioribus Virginis prærogativis cedunt, si ad originem quod spectat, nedum cæteris omnibus ipsa anteeat, infinito intervallo splendidior non modo sanctorum angelorum, non modo protoparentum, sed ipsius quoque diaboli et angelorum ejus ortus dicendus sit ?

Digitized by Google

τῶν ἀνθρώπων τοῖς ἀνθρώποις δεικνύμενος, καὶ Θεὸν τὸν αὐτὸν εὑρίσκω καὶ ἄνθρωπον, καὶ τοῦ θαύματος θαυμάζω τὸ μέγεθος.

pter hypostasis identitatem et singularitatem et unicitatem pariens naturarum confusionem; neque supernæ, omnia pro nutu moderantis, Trinitatis numerum augens, et simul tamen unus ex hominibus inter homines apparens. Atque ita eumdem et Deum deprehendo et hominem, ac magnitudinem miraculi plane obstupesco.

ΚΑ'. « Χαῖρε, κεχαριτωμένη, ὁ Κύριος μετὰ σοῦ. » Καὶ τί ταύτης ἂν εἴη τῆς χαρᾶς, ὦ Παρθενομῆτορ, ἀνώτερον; Ἢ τί ταύτης ἂν τῆς χάριτος γένοιτο μεῖζον, ἧς μόνη σὺ θεόθεν κεκληρονόμηκας; ἢ χαριέστερόν τε καὶ φαιδρότερον; Πάντα σου κατόπιν βαδίζει τοῦ θαύματος· πάντα σου κάτω κεῖται τῆς χάριτος· πάντα δευτερεύει τὰ ἔγκριτα, καὶ τὸ ἧττον κληροῦται τῆς λαμπρότητος. « Θεὸς μετὰ σοῦ· » καὶ τίς ἀμιλλᾶσθαι τολμήσειε [26]; Θεὸς ἐκ σοῦ· καὶ τίς εὐθὺς οὐχ ἡττηθήσεται, καὶ μὴ μᾶλλόν σοι χαίρων ἀφήσει τὸ προῦχον καὶ ἔξοχον; Διὰ τοῦτό σοι τὰ μέγιστα φθέγγομαι, τὰ σὰ θεωρῶν ἐν πᾶσι κτιστοῖς προτερήματα· « Χαῖρε, κεχαριτωμένη, ὁ Κύριος μετὰ σοῦ. » Ἐκ σοῦ γὰρ ἡ χαρὰ οὐ μόνον ἀνθρώποις κεχάρισται, ἀλλὰ καὶ ταῖς ἄνω δυνάμεσι δίδοται.

XXI. « Ave, gratia plena, Dominus tecum. » Et quid sublimius esse queat hoc gaudio, o Virgo mater? Seu quid excellentius esse possit hac gratia, quam tu sola divinitus sortita es? Aut quid ea jucundius ac splendidius excogitari potest? Omnia distant a miraculo quod in te cernitur, omnia infra gratiam tuam jacent; secundas tenent omnia vel probatissima, et claritate plane inferiori potiuntur. « Dominus tecum; » et quisnam tecum contendere ausit? Deus ex te; ecquis e vestigio tibi non cedat, et non magis tibi primatum præcellentiamque gaudens tribuat? Propterea, tuas præ creaturis omnibus eminentes prærogativas intuens (19), summis tibi plausibus acclamo: « Ave, gratia plena, Dominus tecum. » Ex te enim gaudium non modo hominibus impertitum est, sed supernis quoque virtutibus tribuitur.

ΚΒ'. Οὕτως « εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξίν· » ὅτι τῆς Εὔας τὴν κατάραν εἰς εὐλογίαν μετέβαλες [27]· ὅτι τὸν Ἀδάμ, ὄντα τὸ πρῶτον ἐπάρατον, εὐλογηθῆναι διὰ σοῦ παρεσκεύασας. Οὕτως « εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξίν· » ὅτιπερ ἡ εὐλογία τοῦ Πατρὸς διὰ σοῦ τοῖς ἀνθρώποις ἀνέτειλε, καὶ κατάρας αὐτοὺς τῆς παλαιᾶς ἠλευθέρωσεν. Οὕτως « εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξίν· » ὅτι διὰ σοῦ οἱ σοὶ προπάτορες σώζονται· σὺ γὰρ τὸν Σωτῆρα γεννήσεις, τὸν τούτοις σωτηρίαν θεϊκὴν ἐργαζόμενον. Οὕτως « εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξίν· » ὅτι καρπὸν ἀσπόρως ἐβλάστησας, τὸν πάσῃ γῇ τὴν εὐλογίαν δωρούμενον, καὶ κατάρας αὐτὴν τῆς ἀκανθοφόρου λυτρούμενον. Οὕτως « εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξίν· » ὅτι, γυνὴ τῇ φύσει ὑπάρχουσα, Θεοτόκος γενήσῃ τῷ πράγματι. Εἰ γὰρ ὁ ἐκ σοῦ τεχθησόμενος, σεσαρκωμένος Θεός ἐστι κατὰ ἀλήθειαν, Θεοτόκος σὺ δικαιότατα λέγοιο, ὡς Θεὸς κατὰ ἀλήθειαν τίκτουσα.

XXII. Vere « benedicta tu in mulieribus, » quoniam Evæ maledictionem in benedictionem commutasti; quoniam Adam, qui prius jacebat exsecratione perculsus, ut per te benediceretur, effecisti. Vere « benedicta tu in mulieribus, » quoniam benedictio Patris per te affulsit hominibus, eosque a veteri maledicto liberavit (20). Vere « benedicta tu in mulieribus, » quia per te progenitores tui salutem inveniunt; tu siquidem genitura es Servatorem, qui divinam ipsis salutem comparabit. Vere « benedicta tu in mulieribus, » quoniam sine semine eum protulisti fructum, qui benedictionem terrarum orbi elargitur, ipsumque a maledictione spinas germinante redimit. Vere « benedicta tu in mulieribus, quia, mulier naturali conditione cum sis, Dei tamen genitrix reipsa fies. Etenim si qui ex te nasciturus est, secundum veritatem Deus est incarnatus, ipsa jure meritoque diceris Deipara, quippe quæ Deum verissime paris.

ΚΓ'. Ἀλλ' ἡ μακαρία Παρθένος καὶ ἔνθεος, ἰδοῦσα τὸν θεσπέσιον ἄγγελον οὕτω πρὸς αὐτὴν ἀφικόμενον καὶ τοιούτοις αὐτὴν προσφθεγγόμενον ῥήμασι, τὴν ἁγίαν ψυχὴν ἐταράττετο· καὶ τοὺς λόγους τοῖς λο-

XXIII. At beata illa ac divina Virgo cum angelum divinorum interpretem hoc modo ad se advenientem vidisset, atque hisce dictis se alloquentem [audivisset (21)], sancta turbabatur anima, et sermo-

VARIÆ LECTIONES.

[26] Ad oram codicis θελήσεις. [27] Cod. μετέβαλας.

NOTÆ.

(19) Rursus Sophronius inculcat, nullum in creaturis cerni gratiæ donum, quod longe nobilius in sancta Virgine non resplendeat.

(20) Manifestam hic habes sanctæ Virginis a communi cæterorum miserrimo statu sejunctionem illam, quam passim in SS. Patrum scriptis recurrentem contueri licet. Quid porro est *vetus maledictio*, nisi æternæ mortis sententia in omnes propter commune omnibus peccatum lata? Cum ergo sententiæ indoles postulet ut ab ea maledictione liber ille habeatur qui ad liberandos alios idoneus censetur, sua sponte hinc elucet, sanctam Deiparam a communi omnium reatu immunem hic prædicari, seu potius hanc Virginis beatitatem uti exploratam præsumi.

(21) Nisi quis malit, vocem aliquam e Græco textu excidisse, habemus Sophronium anacolutho ac figurata locutione (*zeugma* appellant) utentem, non secus ac usum esse Herodotum, putaverunt grammatici in ea pericope (lib. IV, cap. 106): Ἐσθῆτα δὲ φορέουσι τῇ Σκυθικῇ ὁμοίην, γλῶσσαν δὲ ἰδίην· ubi scilicet unico verbo adjuncta cernuntur bina nomina, quorum tamen alterum eidem verbo minus apte cohærere videtur. Verumtamen par erit, ut certiori aliquo hujus figuræ exemplo posthac grammatici utantur· ut enim in var. Herod. le-

Digitized by Google

nes illos apud se perpendens scrutabatur, quid sibi vellent angeli verba, secum ipsa inquirens et diligenter investigans. Stupebat enim, ac mirabatur angelicæ salutationis indolem. « Ipsa vero, inquit, videns, turbata est in sermone ejus, et cogitabat, qualis esset ista salutatio (22). » Erat enim, erat humanæ quoque intelligentiæ plena ; proindeque nihil eorum, quæ dicebantur, re accurate non perpensa, admittebat. Quippe animo recogitans Evæ deceptionem, timebat ac verebatur, ne denuo seipsam quoque dolosus serpens, non secus atque illam, deciperet. Prudenter itaque omnia expendebat, nequando alloquium serpentino illi simile seipsam forte e divina claritate in præceps ageret.

A γισμοῖς ἀνεσκάλευε, λογιζομένη καθ' ἑαυτὴν καὶ μαστεύουσα τῶν ἀγγελικῶν ῥημάτων τὴν δύναμιν· ἐθαμβεῖτο γὰρ, καὶ ἐθαύμαζε τῶν ἀγγελικῶν ἀσπασμῶν τὴν ποιότητα. « Ἡ δὲ γὰρ, φησὶν, ἰδοῦσα, διεταράχθη ἐπὶ τῷ λόγῳ αὐτοῦ· καὶ διελογίζετο, ποταπὸς εἴη ὁ ἀσπασμὸς οὗτος. » Ἦν γὰρ, ἦν καὶ ἀνθρωπίνης συνέσεως ἔμπλεως, καὶ τῶν λεγομένων οὐδὲν ἀδασανίστως προσίετο. Ἐδεδίει γὰρ καὶ ὑπέτρεμε, τῆς Εὔας τὴν ἀπάτην γινώσκουσα, μήπως αὐτὴν ὁ ὄφις ὁ δόλιος, καθὰ κἀκείνην, ἀπατήσοι τὸ δεύτερον· καὶ διὰ τοῦτο πάντα συνετῶς ἐδοκίμαζε, μήπως αὐτὴν ὀφιόμορφον πρόσφθεγμα θεϊκῆς ἐκβάλοι λαμπρότητος.

XXIV. Porro cum illam hoc pacto secum ipsam colluctantem cœlestis nuntius, ad eam missus, cerneret, protinus ab omni illam timore liberat, terroremque ac metum, omnimodamque eximit perturbationem, lætissima ei et jucundissima et suavissima effatus. « Ne timeas, inquit, Maria [12] ; » non sum ei similis, qui matrem tuam decepit ; non sum ei similis, qui hominem olim supplantavit : non sum ei similis, qui progenitores tuos quondam e paradisi deliciis exstrusit ; non sum ei similis, qui a beata vita hominem deturbavit, atque in vitam ærumnis plenam induxit : non sum ei similis, qui mortem præ invidia generavit [13], et universos homines obnoxios morti effecit : non sum ei similis, qui universos homines e limo terræ conditos, et suam a Dei manu formationem sortitos, divini præcepti effecit prævaricatores, ac rursus in terræ limum convertit : non sum ei similis, qui Adamum, amicitia Dei prius fruentem, Deo reddidit inimicum.

Angelus ego sum Dei omnipotentis, et dux certo cuidam angelicorum agminum exsisto, atque inter Dei angelos Gabriel nuncupor. A Deo autem Patre omnipotente ad te, immaculatam omnisque labis expertem Virginem, missus sum, ut unigeniti ejusdem Filii, qui omnia ad exsistendum perduxit, atque ex non exstantibus ad exsistentiam vocavit, tum descensum in te Virginem, tum summe celebrandam ejus in te conceptionem, et divinissimam ex te incarnationem, et admirabilissimam in tuo utero gestationem, et incomprehensibilem ex te nativitatem annuntiem.

Per hæc inimici machinamenta omnia labefactantur, per hæc universa hostis inventa simul cum ipso eorum inventore disjiciuntur ; per hæc

B Κδ'. Ἀθρήσας δὲ οὕτως αὐτὴν ἐναγώνιον ὁ σταλεὶς πρὸς αὐτὴν ἐπουράνιος ἄγγελος, φόβου παντὸς ἐλευθεροῖ, καὶ δεδίξεως [28], καὶ ταραχῆς ἐκβάλλει παντελοῦς καὶ κυνήσεως, καί φησι πρὸς αὐτὴν ἱλαρώτατα καὶ χαριέστατα καὶ ἡδύτατα· « Μὴ φοβοῦ, Μαριάμ· » οὐκ εἰμι κατ' ἐκεῖνον, τὴν μητέρα τὴν σὴν ἀπατήσαντα· οὐκ εἰμι κατ' ἐκεῖνον, τὸν τὸν ἄνθρωπον πάλαι σφάλαντα· οὐκ εἰμι κατ' ἐκεῖνον, τὸν πρώην σου τοὺς προπάτορας τοῦ παραδείσου τῆς τρυφῆς ἐξορίσαντα· οὐκ εἰμι κατ' ἐκεῖνον, τὸν ἐκ μακαρίας ζωῆς ἐκβεβληκότα τὸν ἄνθρωπον, καὶ τοῦτον ἐπωδύνῳ ζωῇ προσαρμόσαντα· οὐκ εἰμι κατ ἐκεῖνον, τὸν φθόνῳ τεκόντα τὸν θάνατον, καὶ πάντας ἀνθρώπους θνητοὺς ἐργασάμενον· οὐκ εἰμι κατ' C ἐκεῖνον, τὸν πάντας ἀνθρώπους τοὺς ἐκ γῆς γεγονότας, καὶ λαβόντας χειρὶ Θεοῦ τὴν διάπλασιν, θείας ἐντολῆς παραβάτας ποιήσαντα, καὶ πάλιν εἰς γῆν ἀποστρέψαντα· οὐκ εἰμι κατ' ἐκεῖνον, τὸν, πρώην τὸν Ἀδὰμ φίλον Θεοῦ χρηματίζοντα, Θεοῦ ἐχθρὸν ἀναδείξαντα.

Ἄγγελός εἰμι Θεοῦ παντοκράτορος, καὶ ἐν ἀγγελικοῦ τινος ἡγοῦμαι στρατεύματος, καὶ ἐν ἀγγέλοις Θεοῦ Γραβριὴλ ὀνομάζομαι. Καὶ λέγειν πρὸς σὲ, τὴν ἄσπιλον καὶ ἄμωμον Παρθένον, ἐκ Θεοῦ Πατρὸς παντοκράτορος ἐσταλμαι, τὴν τοῦ μονογενοῦς αὐτοῦ Υἱοῦ, τοῦ τὰ πάντα παραγαγόντος πρὸς ὕπαρξιν, καὶ ἐξ οὐκ ὄντων εἰς τὸ εἶναι καλέσαντος, ἐπὶ σὲ τὴν Παρθένον κατάβασιν, καὶ τὴν ἐν σοὶ πολυύμνητον σύλληψιν, καὶ τὴν ἐκ σοῦ πανυπέρτατον [29] σάρκωσιν, D καὶ τὴν ἐν σοὶ πολυθαύμαστον κύησιν, καὶ τὴν ἐκ σοῦ ἀκατάληπτον γέννησιν.

Δι' ὧν ἅπαντα τοῦ ἐχθροῦ τὰ σπουδάσματα λύεται· δι' ὧν ἅπαντα τοῦ ἐχθροῦ τὰ εὑρήματα σὺν αὐτῷ τῷ τούτων εὑρετῇ καταλύεται· δι' ὧν ἄνθρω-

[12] Luc. I, 30. [13] Sap. II, 24.

VARIÆ LECTIONES.

[28] Abest hæc vox a lexicis ; sed facile a δεδίσκομαι deducta apparet. [29] Ita ced.

NOTÆ.

ction. suadet Joannes Schweighæuser, iste de Androphagis locus sic videtur restituendus : Ἐσθῆτα δὲ (Ἀνδροφάγοι) φορέουσι τῇ Σκυθικῇ ὁμοίην· γλῶσσαν δὲ ἰδίην ἔχουσι. Vid. Herodot. tom. II, part. I, p. 298 et part. II, p. 159 edit. Argentor. 1816.

(22) Luc. I, 29. Ἡ δὲ ἰδοῦσα, κ. τ. λ. Versionis tamen Latinæ quædam exemplaria etiam ante emendationem Hieronymianam legebant, *cum audisset*, uti patet ex sancti Ambrosii scriptis.

Digitized by Google

πος σώζεται, καὶ θανάτου φθορᾶς ἐξανίσταται· δι' A homo salvatur, et a corruptione mortis resurgit ; ὧν τῆς πλάνης ἡ νὺξ ἀφανίζεται· δι' ὧν ὁ παραδείσου per hæc nox erroris evanescit ; per hæc homo, γενόμενος ἔξοικος ἄνθρωπος, πάλιν οἰκεῖ τὸν παρά- a paradiso jam extorris, rursus paradisum incolit ; δεισον· δι' ὧν ὁ τῆς πρὸς Θεὸν φιλίας γυμνωθεὶς per hæc, qui draconis versutia amicitiam Dei amiσυμβουλίᾳ τοῦ δράκοντος, Θεοῦ φίλος πάλιν καθ- serat, rursus Dei amicus constituitur. ίσταται.

Καὶ διὰ τοῦτό σοι βοῶ, ὦ μακαρία Παρθένε καὶ Et idcirco tibi, o Virgo beata, et Dei omnium Θεοῦ γενησομένη τοῦ τῶν ὅλων Σωτῆρος γεννήτρια· Salvatoris futura genitrix, clamo : « Ave, gratia plena, « Χαῖρε, κεχαριτωμένη, ὁ Κύριος μετὰ σοῦ· εὐλογη- Dominus tecum ; benedicta tu in mulieribus [14] ; » μένη σὺ ἐν γυναιξίν· » ὅτι τοιούτων τυχεῖν μεγα- quoniam et digna exstitisti, quæ tantorum magnaλείων ἠξίωσαι· ὅτι καὶ ἡ χαρὰ ἡ οὐράνιος ἐκ σοῦ lium potireris (23), et cœleste ex te gaudium mundo τῷ κόσμῳ τεχθήσεται, καὶ ἡ εὐλογία ἡ ἔνθεος, ἡ τὴν parietur, et divina benedictio, quæ veteris maleπάλαι κατάραν ἀμβλύνουσα, διὰ σοῦ τοῖς ἀνθρώποις dictionis vim retundit, per te in homines dimanat. πηγάζεται.

ΚΕ'. Ἐπαινῶ σου, ὦ Θεομῆτορ, καὶ αὐτὸς ἐγὼ XXV. Et ipse quidem tuam, o Dei Mater, collaudo τὴν ἀσφάλειαν, καὶ τὴν σύνεσιν πάνυ ἀποδέχομαι, B cautam prudentiam, ac prorsus sapientiam approbo, ὅτι φοβῇ τοῦ δολίου τὰ θήρατρα· ὅτι φοβῇ τοῦ μισ- quod nempe dolosi illius laqueos expavescas ; quod ἀνθρώπου θηρὸς τὰ τεχνάσματα· ὅτι δειλιᾷς τὰ belluæ illius, odio in homines flagrantis, timeas κρυπτὰ τοῦ διαβόλου τοξεύματα· ὅτι δειμαίνῃ καὶ insidias ; quod verearis absconditas diaboli sagitδέδοικας τὰ ποικίλα τοῦ ὄφεως καὶ ἀληθῶς θανατη- tas ; quod serpentis versutos ac vere mortiferos φόρα φυσήματα, ἵνα μὴ Εὔα τις κατ' ἐκείνην ἄλλη afflatus metuas ac formides, ne secunda quæpiam καὶ σὺ χρηματίσειας [20].

« Μὴ φοβοῦ, Μαριάμ· εὗρες γὰρ χάριν παρὰ Verum « ne timeas, Maria ; invenisti enim apud τῷ Θεῷ » τὴν ἀθάνατον· εὗρες χάριν παρὰ τῷ Θεῷ Deum gratiam [15] » perire nesciam ; invenisti apud τὴν ὑπέρλαμπρον· εὗρες χάριν παρὰ τῷ Θεῷ τὴν πο- Deum gratiam præ qualibet eximiam; invenisti λύευκτον· εὗρες χάριν παρὰ τῷ Θεῷ τὴν ὑπέρφω- apud Deum gratiam omnibus votis expetendam ; τον· εὗρες χάριν παρὰ τῷ Θεῷ τὴν σωτήριον· εὗρες invenisti apud Deum gratiam omnium gratiarum χάριν παρὰ τῷ Θεῷ τὴν ἀκλόνητον· εὗρες χάριν splendidissimam ; invenisti apud Deum gratiam, παρὰ τῷ Θεῷ τὴν ἀσάλευτον· εὗρες χάριν παρὰ τῷ nunquam elanguentem ; invenisti apud Deum graΘεῷ ἀνίκητον [21]· εὗρες χάριν παρὰ τῷ Θεῷ τὴν ἄϊδιον. C tiam, quæ te salvam præstet ; invenisti apud Deum gratiam, quæ nullo impetu quatiatur ; invenisti apud Deum gratiam plane invictam ; invenisti apud Deum gratiam perenniter duraturam (24.)

[14] Luc. I, 38. [15] Ibid. 30.

VARIÆ LECTIONES.

[20] Cod. χρηματήσειας. [21] Nic. tria incisa omittit ; post sequens vero incisum nonnulla permiscet quæ pertinent ad § XXVII.

NOTÆ.

(23) Sophronium habes suo calculo suffragantem communi SS. Patrum sententiæ, qua affirmant dignam exstitisse Mariam, quæ in Dei matrem eligeretur. Atqui notum est, id maxime ad singularissimam ejusdem puritatem spectare. Qua de re juverit hic oculis subjicere, quæ in liturgicis Ecclesiæ Græcæ precibus legimus (Men. ad diem 12 Febr. Od. α') : *Verbum suprema Deitatis majestate fulgens (et) carnis prius expers, tu, o undequaque sancta, peperisti carne indutum. A sæculo enim tu* D *sola, o purissima ab omni macula, propter micantes puritatis radios, et propter pulchritudinem virginitatis, et propter charismata quamlibet labeculam repellentia, digna apparuisti.* (Σὺ σαρκωμένον. Παναγία, τέτοκας τὸν πρὶν ἀσώματον Θεαρχικὸν Λόγον· μόνη ἐξ αἰῶνος γὰρ ἀκτῖσι καθαρότητος, παρθενίας τε κάλλει, καὶ παναμώμοις χαρίσμασι πέφηνας ἀξία, πανάμωμε.) De voce autem Θεαρχικόν, quæ in hoc canone recurrit, legenda sunt, quæ advertit Eustathius Thessalonicensis (*Comment. in hymn. Pentecost. Damasceni*, n. 82; *Spicileg. Rom.*, tom. V, p. 245), monens eam esse vim dictionis, ut nihil sublimius dici queat : Οὐκ ἂν ὀρθῶς εἴποιμεν εἶναί τι ὑπέρτερον.

(24) Inducitur hic Gabriel gratiam sanctæ Virgini divinitus collatam miris efferens encomiis, et per hæc ejusdem animum confirmans, ne scilicet deplorandum primæ matris Evæ lapsum sibi quoque metuat. Eam autem in rem archangelus tacite comparationem quamdam inter Mariæ atque Evæ gratiam instituit, et duplici ex capite gratiam Deiparæ tanquam præstantiorem celebrat. Ac primo quidem illud utriusque gratiæ discrimen attingit, quod ad illum sanctæ Virginis metum eximendum pressius facit, et temporariæ gratiæ protogenitricis (hæc enim a congenita sibi gratia cito excidit), stabilem Mariæ gratiam opponit, quam propterea ἀθάνατον, ἀμείωτον, σωτήριον, ἀκλόνητον, ἀσάλευτον, ἀνίκητον, atque ἄϊδιον appellat : quæ quidem invicte præterea ostendunt, quam vetus, quamque explorata fuerit in Ecclesia doctrina, qua traditur sanctissimam Dei Genitricem in gratia confirmatam fuisse. Deinde vero nonnulla alia interserit, quæ universim ad ejusdem gratiæ præcellentiam prædicandam spectant, uti cum eam dicit ὑπέρλαμπρον, πολύευκτον, ὑπέρφωτον. Porro facillime patet, gratiam Deiparæ haud ὑπέρλαμπρον, aut ὑπέρφωτον, aut πολύευκτον præ gratia Evæ dici posse, nisi Evæ consortem Deiparam in eo statuas, quod ad primam spectat originem. Quid enim æquiparari illi gratiæ potest, quæ efficiat, ut nunquam non charissima Deo anima exstiterit, nunquam non cœlesti illa claritate refulserit? Quænam gratia majori pretio habenda ac potiori exoptanda affectu, quam quæ impediat, ne inter prima exsistendi initia anima Deo invisa, diabolo mancipata, in se turpissima fuerit?

Digitized by Google

Et alii quidem, iique plures, ante te eximia sanctitate floruerunt. Sed nemini, quemadmodum tibi, plena gratia impertita est. Nemo, sicut tu, beatitate auctus est : nemo, sicut tu, sanctitate exornatus est : nemo, sicut tu, ad tantum magnificentiæ est evectus : nemo, sicut tu, purificante gratia præoccupatus est (25) ; nemo, sicut tu, splendida luce est circumfusus : nemo, sicut tu, cœlesti lumine refulsit ; nemo, sicut tu, præ omni celsitudine exaltatus est. Et merito quidem ; nemo enim, sicut tu, ad Deum tam prope accessit ; nemo, sicut tu, Dei donis ditatus est ; nemo, sicut tu, Dei gratiæ particeps fuit. Omnia vincis, quæcunque inter homines emineant ; omnia superas munera, quæ effusa e Dei largitate in quoslibet dimanaverint (26). Plus enim omnibus inhabitantis Dei possessione ditescis. Nemo sic in se Deum complecti potuit ; nemo potuit sic frui Dei præsentia ; nemo dignus est habitus, qui sic per Deum illuminaretur ; ac propterea non modo Deum omnium Conditorem ac Dominum in te excepisti, sed eum habes ex te ineffabiliter incarnatum. atque in utero tuo gestatum, et post hæc genitum, et universos homines a paterna condemnatione redimentem, ac salutem, quæ nullum finem habitura sit, ipsis elargientem.

A Πολλοὶ μὲν πρὸ σοῦ [32] γεγόνασιν ἅγιοι · ἀλλ' οὐδεὶς κατὰ σὲ κεχαρίτωται · οὐδεὶς κατὰ σὲ μεμακάρισται · οὐδεὶς κατὰ σὲ καθηγίασται · οὐδεὶς κατὰ σὲ μεμεγάλυνται [33] · οὐδεὶς κατὰ σὲ προκεκάθαρται · οὐδεὶς κατὰ σὲ περιηύγασται · οὐδεὶς κατὰ σὲ ἐκπεφώτισται · οὐδεὶς κατὰ σὲ ὑπερύψωται · οὐδεὶς γὰρ κατὰ σὲ Θεῷ [34] προσεπέλασε · καὶ [35] οὐδεὶς κατὰ σὲ Θεοῦ δώροις πεπλούτηκεν · οὐδεὶς κατὰ σὲ Θεοῦ χάριν ἐδέξατο · πάντα νικᾷς τὰ παρὰ ἀνθρώπους [36] ἐξαίρετα · πάντα νικᾷς τὰ παρὰ Θεοῦ [37] δοθέντα τοῖς πᾶσι δωρήματα · πάντων γὰρ πλέον Θεοῦ πλουτεῖς τὴν κατοίκησιν · οὐδεὶς οὕτω χωρῆσαι Θεὸν δεδύνηται · οὐδεὶς οὕτω Θεοῦ παρουσίαν ἴσχυσε δέξασθαι · οὐδεὶς οὕτω φωτισθῆναι Θεὸν κατηξίωται. Καὶ διὰ τοῦτο οὐ μόνον τὸ Θεὸν τὸν ἁπάντων Κτίστην καὶ Δεσπότην προσδέδεξαι, ἀλλὰ καὶ ἔχεις ἐκ σοῦ παραδόξως σαρκούμενον καὶ κυοφορούμενον, καὶ μετὰ ταῦτα γεννώμενον, καὶ πάντας ἀνθρώπους καταδίκης πατρῴου λυτρούμενον, καὶ σωτηρίαν αὐτοῖς εὐπαυσομένην δωρούμενον.

XXVI. Et propterea tibi clamavi, atque iterum vehementer clamabo : « Ave, gratia plena, Dominus tecum ; benedicta tu in mulieribus. » Ne ex-

ΚϚ'. Καὶ διὰ τοῦτό σοι κέκραγα, καὶ πάλιν ἐρῶ διαπρύσιον [38] · « Χαῖρε, κεχαριτωμένη, ὁ Κύριος μετὰ σοῦ · εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξί. » Μὴ ταράττου,

VARIÆ LECTIONES.

[32] Nic. pag. 213, addit, καὶ ἄλλοι. [33] In margin. μεγαλύνεται. [34] Nic. τῷ Θεῷ κατὰ σέ. [35] Nic. omitt. καί. [36] Nic. παρ' ἀνθρώποις. [37] Nic. πρὸς Θεοῦ. [38] Cod. διαπύρσιον

NOTÆ.

Comparatio igitur a Sophronio instituta gratiam exsistentiæ coævam in Maria non minus quam in prima matre Eva, astruit, imo præsumit.

(25) Merito quæri hic potest, quid sibi velit sanctus Sophronius, cum inquit, *Virginem Mariam purificante gratia præoccupatam fuisse*, seu magis ῥητῶς *Virginem* (*utique ope gratiæ*) *præmundatam fuisse*. Nam si generatim sermo esset de gratia humanam voluntatem prævéniente, sane obvius foret sensus, atque ad illud fidei dogma propositio referenda esset, quo adversus hæreticos Pelagianos ac Semipelagianos profitemur, gratiam divinam humanis meritis non rependi, sed eamdem prævenire humanum quodlibet non modo opus bonum, sed etiam desiderium, ipsumque credulitatis affectum. At enim liquido apparet sancti doctoris sententiam nullatenus huc spectare posse. Ut enim reliqua prætermittamus, quis non videat, Sophronium singularem aliquam Deiparæ prærogativam celebrare his verbis voluisse ? Porro quod eo sensu quispiam Dei gratia præoccupetur, adeo singulare dici non debet, ut hæreticus audiat, quisquis affirmet, aut exstitisse unquam aut exsistere quempiam posse hominem gratia exornatum, quem hac ratione gratia non prævenerit : *alioquin*, ut inquit Apostolus (*Rom.* xi, 6), *gratia jam non est gratia*. Sententia igitur sancti Sophronii, ad quidpiam aliud est referenda, quod et capax sit purificationis per gratiam, quodque purificatio ipsa prævertere vero aliquo sensu dicatur. At vero tale aliquid evidentissime habes in ipsa humana Deiparæ natura. Purificationis enim non capax modo, sed et indiga per se in præsenti conditione, est humana natura, quippe in primo parente vitiata : tum autem etiam prævertere naturam purificatio rectissime dicitur, cum gratia purificans non jam inductam delet culpam, sed ne indicatur antevertendo impedit. Et hunc quidem sensum ipsa Sophronii verba important. Singularis enim Virginis prærogativa in eo statuitur, quod ipsa *præpurgata* fuerit (προκεκάθαρται, dum cæteri Adæ filii non *præpurgari*, sed *purgari* dicuntur. At quodnam demum discrimen inter *purgatum* et *præpurgatum* reperias, nisi quod illic maculam purgatio subsequitur, ut eam auferat, hic prævenit, ne inficiat ? Singulare igitur privilegium quod eo loci Sophronius de beata Dei Matre deprædicat, nullum est aliud, quam singularissima ejusdem ab originali infectione præservatio.

Sed et dignissimus, qui consideretur, est totus hujus loci contextus. Sophronius enim, uti liquet, ad instar cujusdam principii, e quo deinde tot tantasque Deiparæ prærogativas deducat, præmittit illud, quod ex Evangelio constat, Mariam *plenam gratia* fuisse. Ac rursus horum magnalium quasi rationem postea redditurus, *gratiæ plenitudinem* iterum inculcat, cui subnectit immensum illum munerum divinorum cumulum, quo Deipara munera cuivis creaturæ collata infinito intervallo excedit. Palam est ergo, ex mente SS. Patrum tum *in ea gratiæ plenitudine*, tum in illo donorum divinorum præ omnibus excessu, et munus illud, angelis et protoparentibus commune, contineri, vi cujus gratia divina ipsi exsistendi initio coæva profitenda sit.

(26) Si gratiæ munera Mariæ collata longissime excedunt *quæcunque a Dei largitate in quoslibet dimanaverint* ; profecto aut absurdissime affirmandum est, originem peccato infectam sanctæ origini longe præcellere, aut verius fatendum est, Virginem Deiparam non modo æque ac protoparentes cœlestesque spiritus, in gratia creatam fuisse, sed longe nobilioribus gratiæ donis in eadem illa prima sui origine ex magnificentissima Dei liberalitate ac sapientia fuisse exornatam.

Digitized by Google

τῶν ἐμῶν ῥημάτων ἀκούουσα· μὴ φοβοῦ, πυνθανομένη τῆς ἐμῆς πρὸς σὲ διαλέξεως· οὐκ ἀπάτην ἄγω τοῖς ἀνθρώποις ὀλέθριον· οὐ φθόνον θανάτου γεννήτορα τοῖς ἐμοῖς ὁμοδούλοις προξενεῖν παραγέγονα· πᾶσαν ταραχὴν τῆς σῆς καρδίας ἀπέλασον· πάντα δισταγμὸν τῆς σῆς διανοίας ἐξόρισον· πάντα φόβον τῆς σῆς ψυχῆς ἀποδίωξον· οὐ φοβερὸς πρὸς σὲ παραγέγονα, εἰ καὶ πρὸς πάντας τοὺς ἄλλους φοβερώτατος φαίνομαι· οὐκ ἐχρησάμην τῷ τῆς ἐμῆς ἀρχῆς ἀξιώματι· οἶδα γάρ, πρὸς τίνα παρὼν διαλέγομαι· οἶδα, πρὸς τίνα θεόθεν ἀπέσταλμαι· οἶδα, τίνι διακονεῖν προκεχείρισμαι.

Τοὐναντίον ἐγώ σε θεωρῶν καταπλήττομαι, καὶ φόβου καὶ δέους ἐμπίπλαμαι· τοὐναντίον ἐγώ σου θαυμάζω τὸ μέγεθος, καὶ τρόμου πληροῦμαι καὶ δείματος· ἐγώ σου τὴν χάριν δεδίττομαι· ἐγώ σου τὴν λαμπρότητα τέθηπα. Ἐγὼ δοῦλός εἰμι Θεοῦ [39] καὶ διάκονος· σὺ δὲ Μήτηρ ἔσῃ Θεοῦ, τοῦ ἐμοῦ Δεσπότου [40] καὶ Κτίσαντος [41], οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ γεννήτρια, καὶ τροφὸς ἀδιήγητος μαζῶν αὐτὸν παρθενικῶν ἀποτρέφουσα χεύμασι, τὸν πάσῃ σαρκὶ « τροφὴν διδόντα τὴν εὔκαιρον. » Ἐγὼ λάτρις εἰμὶ Θεοῦ, καὶ λειτουργὸς ἀποκρίσεων· σὺ δὲ Θεὸν αὐτὸν ἔχεις ἐγγάστριον ἐν σοὶ σαρκικῶς διαιτώμενον, καὶ ἐκ σοῦ νυμφικῶς προερχόμενον, καὶ πᾶσι τὴν χαρὰν πρυτανεύοντα, καὶ αἴγλην θεΐκὴν χαριζόμενον. Ἐν σοὶ γάρ, ὦ Παρθένε, « Θεὸς, » ὡς ἐν οὐρανῷ τινι καθαρωτάτῳ καὶ λάμποντι, « τὸ οἰκεῖον ἔθετο σκήνωμα· » καὶ « ἐκ σοῦ, ὡς ἐκ παστοῦ νυμφίος, πορεύσεται· » καὶ δρόμον ἐκμιμούμενος γίγαντος, ὁδὸν ἐν βίῳ δράμοι τὴν ἐν πᾶσιν ἐσομένην τοῖς ἐν βίῳ σωτήριον, ἀπ' ἄκρων οὐρανῶν ἕως ἄκρων αὐτῶν διατείνουσαν, καὶ θέρμης ἐνθέου πληροῦσαν τὰ σύμπαντα, καὶ σὺν αὐτῇ φωτοζώου φαιδρότητος.

KZ'. Ὅθεν σοι καὶ πάλιν βοῶ τῆς χαρᾶς τὸ μακάριον πρόσφθεγμα· « Χαῖρε, κεχαριτωμένη, ὁ Κύριος μετὰ σοῦ· » χαρὰν κομίζων ἐλήλυθα, οὐ φόβον ἀνθρώποις ὀλέθριον· χαρᾶς ὑπάρχω διάκονος, οὐ λύπης ὑπηρέτης γνωρίζομαι· χαρᾶς ἄγγελος πέφηνα [42] οὐ λύπης κήρυξ γινώσκομαι. Τί [43] φοβῇ τόν σε [44] τοὐναντίον φοβούμενον; Τί δειλιᾷς τὸν δειλιῶντά σου τὸ ἄξίωμα; Τί δεδίττῃ τὸν χάριν τὴν σὴν δεδιττόμενον; Τί εὐλαβῇ τὸν ἀγλαΐαν τὴν σὴν εὐλαβούμενον; Δοῦλός εἰμι καὶ λάτρις ἐλάχιστος τοῦ σοῦ Παιδὸς καὶ γεννήματος. Αὐτός με, μὴ ὄντα, πεποίηκεν· αὐτός με πρὸς σὲ τῶν οὐρανίων χωρίων ἀπέστειλε, τὴν αὐτοῦ σοι μηνύων χαροποιὸν ἄφιξιν· τὴν αὐτοῦ σοι βοῶ ἀπερίγραφον σύλληψιν· τὴν αὐτοῦ σοι καταγγέλλω ἀνερμήνευτον σάρκωσιν· τὴν αὐτοῦ σοι προσφθέγγομαι χαρᾶς ἁπάσης γεννήτριαν γέννησιν.

KH'. Καὶ διὰ τοῦτό σοι λέγω, Παρθένε πανύμνητε· « Μὴ φοβοῦ, Μαριάμ· εὗρες γὰρ χάριν παρὰ τῷ

A pavescas ad verba mea; ne metuas ad meum alloquium; non struo dolos hominibus funestos: non adveni, ut genitricem mortis invidiam conservis meis propinem: pavorem omnem abige e corde tuo; e mente tua dubitationem omnem depelle: ejice quamlibet ab animo tuo formidinem; non asto tibi tremendus, utut maxime tremendum cæteris omnibus me exhibeam, neque præfero dignitatis meæ majestatem; novi enim quamnam præsens alloquar; novi ad quam divinitus missus fuerim; novi cuinam ministerium præstare jussus sim.

Ego contra, te conspiciens, formidine metuque perculsus expavesco: egomet contra timore correptus ac tremens stupeo magnificentiam tuam. B Ipse gratiam tuam vereor; ipse splendorem tuum admiratione defixus suspicio. Ego quidem Dei servus et minister sum; tu autem eris Dei ac Domini et Creatoris mei Mater; imo vero et genitrix et ineffabilis altrix uberum virginalium fluentis illum enutries, qui omni carni « præbet escam in tempore opportuno [16]. » Ego Dei sum famulus, ac responsa ferendi fungor munere; tu vero intra sinus tui claustrum Deum ipsum habes in te secundum carnem immorantem, et ex te procedentem veluti sponsum, et gaudium omnibus comparantem, ac divinum universis lumen impertientem. In te enim, o Virgo, tanquam in purissimo nitentique cœlo, « Deus posuit tabernaculum suum [17]; » et « procedet ex te tanquam sponsus a thalamo [18]; » C ac imitans cursum gigantis [19], in vita sua viam curret viventibus salutarem in cunctis futuram, quæque a summis cœlis usque ad summos cœlos se protendens, omnia divino calore atque una simul vivifico splendore repleat.

XXVII. Proinde etiam iterum beatam hanc gaudii salutationem tibi inclamo: « Ave, gratia plena, Dominus tecum. » Gaudium afferens veni, non exitii metum hominibus infero; gaudii sequester exsisto, non doloris minister agnoscor; adsum lætitiæ angelus, haudquaquam infausta denuntio. Quid times e converso te timentem? Quid expavescis dignitate tua expavescentem? Quid ab eo terreris, qui gratia tua terretur? Quid vereris eum, qui tuum splen- D dorem veretur? Servus sum, et minimus Filii ac germinis tui famulus. Ipse me, cum non exsisterem, condidit; ipse me e plagis cœlestibus ad te misit, jucundissimum suum tibi (per me) significans adventum; ineffabilem ejus tibi nuntio conceptionem: inenarrabilem ejus tibi revelo incarnationem; ejusdem nativitatem omnis gaudii genitricem tibi notam facio.

XXVIII. Et idcirco tibi, o Virgo omni laude dignissima, dico: « Ne timeas, Maria: invenisti

[16] Psal. CXLIV, 15. [17] Psal. XVIII, 6. [18] ibid. [19] ibid 7.

VARIÆ LECTIONES.

[39] Nic. pag. 223, omitt. Θεοῦ. [40] Nic. Θεοῦ ἐμοῦ, Δεσπότου. [41] Nic. his continuo adjungit, quæ habes § seq.: χαρᾶς ἄγγελος, κ. τ. λ. [42] Nic. pag. 223, πέφυκα. [43] Nic. addit, proprio ut videtur marte οὖν. [44] Nic. omitt. σε.

Digitized by Google

enim gratiam apud Deum [20]. » Invenisti gratiam, quam nulla penitus mulierum invenit : invenisti gratiam, quam nemo novit : invenisti gratiam, quam nemo sortitus est.

Θεῷ. » Εὗρες χάριν, ἣν γυναικῶν οὐδεμία τὸ σύνολον [45] εὗρηκεν· εὗρες χάριν, ἣν οὐδεὶς ἐθεάσατο· εὗρες χάριν, ἣν οὐδεὶς εἰσεδέξατο [46].

Et qualem istam? Audi [21]. « Ecce concipies in utero, et paries filium, et vocabis nomen ejus Jesum. Hic erit magnus, et Filius Altissimi vocabitur; et dabit ei Dominus Deus sedem David patris ejus, et regnabit in domo Jacob in æternum, et regni ejus non erit finis. » Hæc ut tibi significarem, e cœlis missus sum; ut hæc tibi perspicue annuntiarem, misit ipse qui ex te nasciturus est; ut tibi hæc verbis ac sermonibus enarrarem, mandavit Verbum Patris; ut hæc tibi proponerem, unigenitus Dei Filius imperavit; hanc mihi legationem imposuit in cœlis, at ipsum hic præsentem intueor; in cœlo hoc munus mihi commisit, et ipsum cerno in te Virgine commorantem (27). Æternus erat, qui ad te Virginem devenit : nescius erat temporis, qui in tempore a te concipitur; expers erat carnis, qui secundum carnem ex te nascetur : erat incircumscriptus, qui in te circumscriptionem recipit.

Καὶ ποίαν ταύτην; ἄκουε. « Ἰδοὺ συλλήψῃ ἐν γαστρὶ, καὶ τέξεις υἱὸν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν. Οὗτος ἔσται μέγας, καὶ Υἱὸς Ὑψίστου κληθήσεται· καὶ δώσει αὐτῷ Κύριός ὁ Θεὸς τὸν θρόνον Δαβὶδ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, καὶ βασιλεύσει ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰακὼβ εἰς τοὺς αἰῶνας· καὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ οὐκ ἔσται τέλος. » Ταῦτα πρὸς σὲ βοᾷν οὐρανόθεν ἀπέσταλμαι· ταῦτά σοι σαφῶς εὐαγγελίσασθαι, ὁ ἐκ σοῦ τεχθησόμενος πέπομφε· ταῦτά σοι μηνῦσαι λόγοις καὶ ῥήμασιν, ὁ Λόγος τοῦ Πατρὸς ἐγκεκέλευσται· ταῦτά σοι διαλέξασθαι, ὁ μονογενὴς Υἱὸς τοῦ Θεοῦ διεθέσπισεν· ἄνω μοι τὸ διάγγελμα δέδωκε, κἀνθάδε αὐτὸν κατασκέπτομαι· ἐν οὐρανῷ μοι τὸ ῥηθὲν ἐνεχείρισε, καὶ ἐν σοὶ τῇ Παρθένῳ τοῦτον θεωρῶ διαιτώμενον. Ἀΐδιος ἦν, ὁ πρὸς σὲ τὴν Παρθένον ἀφικόμενος· ἄχρονος ἦν, ὁ ἐκ σοῦ χρονικῶς κυϊσκόμενος· ἄσαρκος ἦν, ὁ ἐκ σοῦ σαρκικῶς τεχθησόμενος· ἀπερίγραπτος ἦν, ὁ ἐν σοὶ περιγραφῆς ἀνεχόμενος.

XXIX. « Ecce concipies in utero. » Neque tamen mihi cogites, o Virgo, reliquarum mulierum conceptionem. Ecce concipies in utero conceptione satus experte, conceptione ineffabili, conceptione inenarrabili, conceptione divina, quam non viri inchoaverit consuetudo, neque virilis effecerit congressus, quam nemo hominum verbis explicare valeat. Et sane quonam pacto illi, qui secundum naturam nascuntur, poterunt ea, quæ supra naturam sunt, effari? Cum itaque conceptus tuus naturæ ordinem prætergrediatur, ratiocinationibus, quæ secundum naturam sunt, ne insistas.

ΚΘ'. « Ἰδοὺ συλλήψῃ ἐν γαστρί. » Καὶ μὴ νόει μοι, ὦ Παρθένε, τῶν ἄλλων γυναικῶν τὴν σύλληψιν. Ἰδοὺ συλλήψῃ ἐν γαστρὶ σύλληψιν ἄσπορον, σύλληψιν ἄφραστον, σύλληψιν ἀῤῥητον, σύλληψιν ἔνθεον, ἣν οὐκ ἀνδρὸς ἐγεώργησε σύνοδος, οὐκ ἀῤῥενος εἴργασται σύμβασις, ἣν ἀνθρώπων ἐξειπεῖν οὐδεὶς ὁ δυνάμενος. Πῶς γὰρ οἱ κατὰ φύσιν γεννώμενοι, τὰ ὑπὲρ φύσιν εἰπεῖν ἐξισχύσουσιν; Ὑπερφυοῦς οὖν οὔσης σου τῆς συλλήψεως, τοὺς κατὰ φύσιν λογισμοὺς μὴ ἐξέταζε.

« Paries autem filium, » cui non tantum natura sit tempori mortique obnoxia, sed qui simul naturam habeat æternam ac tempora omnia omnesque vicissitudines transcendentem. « Et paries filium, » qui non solum visibilis in carne cernatur, sed invisibili quoque incorporeaque substantia constet, « Et paries filium, » qui non modo tuus, o Virgo, filius appareat, verum etiam Dei Filius agnoscatur. Et paries filium, » qui non solum deprehendatur homo, sed verus etiam creda- tur Deus. « Et paries filium, » non salutis, quæ ab alio sit, indigum, sed salutem omnibus hominibus conferentem.

« Τέξῃ δὲ υἱὸν, » οὐ μόνον χρονικὸν καὶ ἐπίκηρον, ἀλλὰ δὴ καὶ ἀΐδιον, καὶ πάντων χρονικῶν ἀρχικώτερον· « καὶ τέξῃ υἱὸν, » οὐ μόνον σαρκικὸν θεωρούμενον, ἀλλὰ δὴ καὶ ἀσώματον· « καὶ τέξῃ υἱὸν, » οὐ μόνον σοῦ τῆς Παρθένου φαινόμενον, ἀλλὰ δὴ καὶ Θεοῦ Υἱὸν γινωσκόμενον· « καὶ τέξῃ υἱὸν, » οὐ μόνον γνωριζόμενον ἄνθρωπον, ἀλλὰ καὶ Θεὸν ἀληθῆ πιστευόμενον· « καὶ τέξῃ υἱὸν, » οὐ σωτηρίας τῆς παρ' ἑτέρου δεόμενον, ἀλλὰ σωτηρίαν πᾶσιν ἀνθρώποις δωρούμενον.

[20] Luc. I, 30. [21] ibid. 31-33.

VARIÆ LECTIONES.

[45] Nic. pag. 213, τοσύνολον. [46] Nic. ἐδέξατο.

NOTÆ.

(27) Sunt et alii nonnulli e veteribus, qui cum sancto Sophronio opinati sunt Verbi incarnationem tunc perfectam fuisse, cum angelus sanctam Virginem salutans ea verba protulit : *Ave, gratia plena, Dominus tecum :* quod quidem Sophronius adhuc disertius infra (§ 36) affirmat, cum angelum inducit dicentem sanctæ Virgini : *Jam concepisti, ex quo illud* Ave *protuli.* De hujus opinionis pretio nihil attinet hoc loco disserere; hinc tamen ultro se rursus prodit portentosa Nicodemi monachi inscitia (vid. *Præfat. ad orat. Isidori Thessalon.*, § 8, 9, part. I, pag. 204, 205), qui hanc Sophronii orationem plus semel allegat, et nihilominus cum aliis Græculis addit, Virginem Deiparam ab originali peccato tunc demum emundatam fuisse, cum illud impletum est, quod posterius subdidit angelus, *Spiritus sanctus superveniet in te*, etc. Sic mira istorum sapientia novissimum oculis nostris monstrum subjicit, Virginem jam Dei Verbo fœtam, et adhuc tamen peccato inquinatam, ac proinde Deo invisam et diabolo mancipatam!

Digitized by Google

« Καὶ » διὰ τοῦτο « καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν, » ὅπερ ὄνομα *Σωτὴρ* ἑρμηνεύεται. Ἔδει γάρ, ὦ Παρθένε, τὸν Σωτῆρα τῶν ὅλων τικτόμενον, αὐτὸ κληροῦσθαι τοῦ *Σωτῆρος* τὸ ὄνομα· ἵνα κἀξ αὐτοῦ τοῦ ὀνόματος δηλῶται [47] τοῦ τεχθέντος ἡ δύναμις, καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις σημαίνηται τοῦ σοῦ παιδὸς ἡ σωτήριον λόχευσις. A

Λ'. « Οὗτος ἔσται μέγας, » ὡς « μεγάλης βουλῆς Ἄγγελος » καλούμενος, καὶ « Θεὸς ἰσχυρὸς » ἀνύμνούμενος καὶ « θαυμαστὸς τοῦ Πατρὸς » κελαδούμενος « σύμβουλος, » καὶ « Ἄρχων εἰρήνης » φαινόμενος, καὶ πάσης, ὡς Ποιητὴς, ἐξουσιάζων τῆς κτίσεως, καὶ τοῖς ἐπιγείοις εἰρηνοποιῶν τὰ οὐράνια. Τὰ γὰρ τῆς οἰκείας ἀρχῆς κατορθώματα ἐπὶ τοῦ οἰκείου ὤμου φορεῖ καὶ βραχίονος· οὐ γὰρ ἑτέρου δυνάμει, οἰκείᾳ δὲ μᾶλλον κατορθοῖ τὰ πραττόμενα, εἰρηναίαν τοῖς πᾶσι πηγάζων κατάστασιν. Ἀλλὰ καὶ « πατὴρ αἰῶνός » ἐστι « τοῦ μέλλοντος, » ὁ μόνος ἐκ μόνου τεχθεὶς Θεοῦ τοῦ γεννήτορος, καὶ πατὴρ ὑπάρξας αἰῶνος τοῦ μέλλοντος, καὶ πρὸ πάντων αἰώνων σὺν αὐτῷ τῷ Πατρὶ δοξαζόμενος. Περὶ οὗ καὶ Ἡσαΐας προλαβὼν προεφήτευσε· « Παιδίον, λέγων, ἐγεννήθη ἡμῖν, καὶ υἱὸς ἐδόθη ἡμῖν· » τὸ σὸν, ὦ Παρθένε, παιδίον, οὗ σοι νῦν ἀγγέλλω τὴν γέννησιν, οὗ ἡ ἀρχὴ ἐπὶ τοῦ ὤμου αὐτοῦ· « καὶ καλεῖται τὸ ὄνομα αὐτοῦ, μεγάλης βουλῆς Ἄγγελος, Θαυμαστὸς, Σύμβουλος, Θεὸς ἰσχυρὸς, Ἐξουσιαστὴς, Ἄρχων εἰρήνης, Πατὴρ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος. » B

« Οὗτος ἔσται μέγας· » οὐχ ὡς μὴ μέγας ὢν, μετέπειτα δὲ γεννησόμενος, ἀλλ' ὡς ἀεὶ μέγας ὢν, καὶ μετὰ ταῦτα δὲ γενησόμενος. Μεγάλου γὰρ Θεοῦ καὶ Πατρὸς κατὰ φύσιν Υἱὸς γνωριζόμενος, μέγας καὶ αὐτὸς διορίζεται, καὶ τῇ φύσει Θεὸς κηρυχθήσεται· συμφυὴς γὰρ ὢν Θεῷ τῷ γεννήτορι, πάντως καὶ τὴν σὴν ἕξει κατ' οὐσίαν ταυτότητα. Ἄνισον γὰρ ἑαυτῷ Θεὸς Υἱὸν καὶ ἀνόμοιον οὐκ ἄν ποτε τίκτων γεννήσειεν, ἀλλὰ πάντως συμφυῆ καὶ πανόμοιον, καὶ ἐν πᾶσι φυσικοῖς ἀπαράλλακτον. C

ΛΑ'. « Οὗτος ἔσται μέγας, καὶ Υἱὸς Ὑψίστου κληθήσεται. » Μέγας μὲν γάρ ἐστιν ἀεὶ, καὶ ὑψίστου Θεοῦ Υἱὸς προσηγόρευται, ὡς ἀπ' αὐτοῦ τοῦ μεγάλου Θεοῦ, καὶ Υἱὸς αὐτοῦ μονογενὴς κηρυττόμενος· *ἔσται* δὲ, φημὶ καὶ *κληθήσεται*, οὐχ ὡς ταῦτα μὴ ὢν, μὴ οὕτως ὑπόπτευε· ἀλλὰ διὰ τὴν ἐκ σοῦ ταῦτα βοῶ πολυθαύμαστον γέννησιν, καὶ τὴν ἐκ σοῦ σαρκικὴν ἐνανθρώπησιν. Τὸ *ἔσται* γὰρ καὶ *κληθήσεται*, χρονικὰ πεφυκότα προρήματα, ὡς καθ' ὑμᾶς τοὺς ἀνθρώπους γενόμενος ἄνθρωπος εἴρηται, ἐπεὶ καὶ καθ' ὑμᾶς κατ' ἀλήθειαν πρόεισιν. D

«Et » propterea « vocabis nomen ejus Jesum; » cujus sane nominis interpretatio est *Salvator*. Oportet enim, o Virgo, ut qui nascitur in omnium salutem, nomen ipsum *Salvatoris* sortiatur; ut ex ipso quoque nomine manifestetur nati potestas, ac filii tui nativitas universis hominibus salutifera ostendatur.

XXX. « Hic erit magnus, » quippe [22] « magni consilii Angelus » appellatus, et « Deus fortis [23] » celebratus, et prædicatus « mirabilis consiliarius Patris, » et declaratus « Princeps pacis, » et, utpote Conditor, creaturarum omnium dominator, ac [24] terrestribus pacem cum cœlestibus concilians. Præclara enim principatus sui facinora feret super humerum brachiumque suum [25]; quippe non alterius, sed sua ipsius virtute ac potentia rem geret, pacificam omnibus comparans conditionem. Sed est præterea « Pater futuri sæculi [26], » solus ex solo Deo genitore genitus, et futuri sæculi Pater exsistens, et ante omnia sæcula cum ipso Patre glorificatus. De quo Isaias quoque, tempora præcurrens, prophetavit inquiens: « Parvulus natus est nobis, et filius datus est nobis, » tuus nempe parvulus, o Virgo, cujus tibi nunc nativitatem annuntio: « Cujus principatus super humerum ejus: et vocatur nomen ejus magni consilii Angelus, Mirabilis, Consiliarius, Deus fortis, Dominator, Princeps pacis, Pater futuri sæculi (28). »

« Hic erit magnus; » non instar illius, qui, magnus cum non sit, magnus postea sit evasurus, sed tanquam qui semper magnus et est et deinceps permanebit. Cum enim eum Dei ac Patris Filium secundum naturam esse constet, ipse quoque magnus decernitur et natura Deus prædicabitur. Et profecto ille eamdem tecum substantiam habebit, qui prorsus ejusdem etiam cum Deo Patre naturæ exsistit. Neque enim, dum generat Deus, inæqualem sibi dissimilemque posset progignere. Sed eadem omnino essentia præditam, et perfecte similem, et omnibus naturalibus proprietatibus sibi prorsus æqualem.

XXXI. « Hic erit magnus, et Filius Altissimi vocabitur. » Semper enim magnus est, et Filius proclamatur Altissimi, utpote ab ipso magno Deo natus et unigenitus ejusdem Filius declaratus. Dico autem *erit* et *vocabitur*, non quasi reipsa ejusmodi ipse modo non sit; ne id suspiceris; sed hæc propter summe admirandam ejus ex te nativitatem, et propter humanæ carnis ex te assumptionem dico. Illa enim verba *erit* et *vocabitur*, quæ locutiones sunt temporis, de illo dicta sunt, quatenus homo, vobis hominibus similis, factus est; nam vere etiam vobis similis enascitur.

[22] Isa. IX, 6, sec. LXX. [23] ibid. sec. communiorem lectionem: nam a cod. Vat. hæc absunt. [24] Coloss. I, 20. [25] Isa. IX, 6. [26] ibid.

VARIÆ LECTIONES.

[47] Cod. δηλοῦται.

NOTÆ.

(28) Isa. IX, 6. Cum tam varia sit penes veteres sive Græcos sive Latinos celeberrimi hujus versiculi lectio, haud inutile fuerit ex hoc Sophronii loco nosse, quamnam lectionem Palæstini codices præferrent.

Digitized by Google

Similiter et illud : « Dabit ei Dominus Deus sedem David patris ejus; et regnavit in domo Jacob in æternum, et regni ejus non erit finis [27]. » Hæc enim omnia propter carnalem ejus ex te generationem de illo affirmantur. Postquam enim semel propter vos homo, vobis similis, fieri dignatus est, simul et perfectus homo audire, et humana omnia pati non abnuit, ut scilicet neque se audientibus videretur spectrum, neque ab intuentibus phantasma putaretur, et miraculum verissimi sui ad vos descensus factis probaret, utque evidentia assumptæ a se propter vos humanæ naturæ argumenta præberet. Nam quomodo homo, qui terrenæ particeps nativitatis non fuerit, nec terrenam gerat abjectionem (quid enim terra abjectius est?), vel magnus fiet, vel verus Altissimi Filius vocabitur (29)? Aut quomodo (homo) æternum Davidis thronum sortiretur? Aut quomodo in domo Jacob (homo) semper regnaret, et regnum ejus finem non habebit? David enim et Jacob secundum sensum mysticum acceptus, ipse intelligitur Christus. Nam ipse fortis manu, id est virtute, exsistit, et supplantavit hostes vestros (30), et victoriam adversus eos vobis donavit. Per quem illi quoque ex hominibus, qui in ipsum credant, merito antiquum illum Judæorum populum supplantabunt, et utpote Christo egregie fideles inventi, primogenituram, quæ, si tempus spectes, illius (Judaici) populi erat, obtinebunt.

Verum cum naturam ipse æternam, atque incomprehensibilem ex Patre habeat nativitatem, hæc (humana) assumere et in se suscipere per indutam ex te piissima carnem, et per nativitatem ex te Dei matre sibi eligit; ut nempe illa eadem, quæ secundum immortalem naturam ipse possidet, hæc vobis quoque, quibus sua in vos homines charitate etiam consubstantialis secundum carnem secundum gratiam divinam donaret.

XXXII. At illa Dei capax, Deumque gestans, ac plane immaculata (31), atque universis simul crea-

Emmanuel enim, si interpretemur, duplicem habet significationem, naturæ scilicet humanæ et divinæ, e quibus etiam constituitur, et in quibus cognoscitur. Perfectus enim Deus ante sæcula, perfectus in te factus est homo, humanam ex te naturam assumens, sibique hanc coaptans secundum hypostasim, naturalem utriusque naturæ qualitatem ac naturales et essentiales utriusque proprietates immutabiles servans. Nam et quod erat Deus Verbum, etsi naturam carnis realiter indutus est ; itemque quod erat caro, anima rationali prædita, quam e sanguine tuo immaculato assumpsit, rationalisque vitæ spiritu animavit, caro anima rationali prædita permansit, etsi caro cognoscatur unius Dei Verbi, ipsi secundum hypostasim conjuncta, et in unius personæ atque unius hypostasis indivisibilem conveniens unionem, quæ sane neque connexas naturas immutat, neque in unius substantiæ identitatem adducit.

Etsi igitur Christus utriusque naturæ ac substantiæ discrimen servaverit ; tamen unus Filius et Christus ex te manifestabitur mundo, nullam (plurium) filiorum et christorum diversitatem præferens. Namque idem, qui verus est Deus, verus quoque nascetur homo, nihil eorum, quæ vocetur, et dicatur, non verissimum ostendens. Vocabitur idcirco Eminanuel, quippe qui verissime utrumque sit, et Deus idem incircumscriptus, et idem homo secundum veritatem : illud quidem secundum æternam ex Patre nativitatem ; hoc vero secundum temporalem et corpoream ex te matre generationem. Sic enim ipsi complacuit humanam salvare naturam ; is videlicet, qui exinaniri non potest, in hujusmodi exinanitionem semetipsum demisit, ut humanitatem, in terram corruptionis misere deturbatam, rursus e terra erigeret, et loco deliciarum, quibus fruebatur primitus in paradiso, hæreditatis cœlestis participem efficeret.

XLIII. Quonam autem modo, o Dei capax Virgo, id perficiendum sit, dicam, verbisque enarrabo, cum ad hoc quoque tibi revelandum advenerim : « Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi ; ideoque et quod nascetur ex te sanctum vocabitur Filius Dei [34]. » Ecce habes perspicuam declarationem, veram habes explicationem. In te immaculatam Spiritus sanctus descendet, nitidiori te exornaturus puritate, virtutemque tibi ferendi fructum collaturus. « Obumbrabit » autem « tibi » omnipotens « Dei virtus, » Dei Verbum scilicet (39), atque consubstantialis

[33] Hebr. II, 16. [34] Luc. I, 35.

VARIÆ LECTIONES.

[37] Coll. φυλλάξας.

NOTÆ.

(39) Non singularis est Sophronii sententia, Verbum Dei Filium beatam Virginem obumbrasse ; id ipsum legere est et in homilia Joannis Geometræ (§ 16) ; imo et in Synodica Severi Antio-

Digitized by Google

Filius. Ipsius enim Dei ac Patris hic et manus est et brachium et virtus, ac per ipsum Pater tanquam per Filium fecit omnia, et « In ipso omnia constant [35] : » ipse ineffabili modo ex te carnem assumet, et satus expertem ex te conceptionem subibit, humanæque menti imperviam ex te nativitatem in opus deducet.

A

XLIV. « Propterea et quod nascetur sanctum, vocabitur Filius Dei. » Si itaque Filius Dei vocabitur, qui ex te Deipara Virgine nasciturus est, quomodo non virgo apparebit illa, quæ ipsum est paritura? Quod enim virgo immaculata exsistens ineffabili generatione pepereris, quodque post incorruptum partum virgo permanseris, id luculentissime et citra quamlibet ambiguitatem omnipotentem illius divinitatem evincet. Si enim Deus est qui ex te nascitur, quemadmodum reipsa Deus et est et prædicatur, quid igitur erit, quod, si voluerit, efficere ipse non possit? Deus namque est, licet præterea nascatur ut homo; et homo est, licet te parientem, uti etiam Deus, servet virginem.

B

Idcirco enim ad te Virginem ego Gabriel missus fui, ut vel ipso meo nomine palam faciam, eum, qui ex te Virgine intemerata gignitur, Deum pariter esse atque hominem. Nam et hoc nomen *Gabriel*, si ad interpretationem deducatur, Deum simul atque hominem enuntiat (40). Profecto cum multi in cœlo essent angeli, nullum tamen eorum mittendum censuit; sed me, qui unus ex ipsis noscor, nominorque Gabriel, ideo misit, ut non solum alloquiis, sed et meo ipso nomine perspicue tibi significarem, eum qui ex te nasciturus est, Deum simul hominemque exsistere, atque « omnia verbo virtutis suæ portare [36], » et, quippe qui sanctus sit, universorum quoque hominum sanctificaturum nativitatem, et Filium vocatum iri Altissimi, atque eos qui in ipsum credant, filios Altissimi per gratiam effecturum. Cæterum verbis meis, o Virgo, fidem habe : hæc enim reipsa ex omni parte implebuntur. Vera siquidem tibi loquor, utpote veritatis præco ac nuntius.

C

Atque ut in fide immota perseveres, ad firmius argumentum ac certum indicium exitus, quem sermo meus sortietur, et hoc haud anceps signum præbeo : « Ecce enim Elisabeth cognata tua et ipsa concepit filium in senectute sua; et hic mensis sextus est illi, quæ vocatur sterilis; quia non

D

[35] Coloss. I, 17. [36] Hebr. I, 3.

ναμις, καὶ δι' αὐτοῦ ὁ Πατὴρ, ὡς δι' Υἱοῦ, τὰ πάντα πεποίηκε, καὶ « ἐν αὐτῷ τὰ πάντα συνέστηκε, » τὴν ἐκ σοῦ ποιησόμενος ἀνερμήνευτον σάρκωσιν, καὶ τὴν ἐκ σοῦ ἐνδειξόμενος ἀγεώργητον σύλληψιν, καὶ τὴν ἐκ σοῦ ἐργασόμενος ἀπερινόητον γέννησιν.

ΜΔ'. « Διὸ καὶ τὸ γεννώμενον ἅγιον, κληθήσεται Υἱὸς Θεοῦ. » Εἰ τοίνυν Θεοῦ Υἱὸς, ὁ ἐκ σοῦ τεχθησόμενος τῆς Θεοτόκου Παρθένου, κληθήσεται, πῶς οὐ παρθένος ἡ τοῦτον γεννῶσα φανήσεται; Δεῖγμα γὰρ τοῦτο σαφὲς καὶ ἀκράδαντον γνώρισμα ἔσται τῆς αὐτοῦ τῶν πάντων κρατούσης θεότητος, τὸ παρθένον σε τυγχάνουσαν ἄσπιλον τεκεῖν τὴν ἀνέκφραστον γέννησιν, καὶ παρθένον μεῖναι μετὰ τὴν ἄφθορον λόχευσιν. Εἰ γὰρ Θεὸς, ὁ ἐκ σοῦ τῆς παρθένου τικτόμενος, ὥσπερ οὖν καὶ Θεὸς ἔστι καὶ κηρύττεται, τί οὐκ ἂν βουληθεὶς διαπράξαιτο; Θεὸς γάρ ἐστι, κἂν εἰ καὶ ὡς ἄνθρωπος τίκτηται· καὶ ἄνθρωπός ἐστι, κἂν εἰ καὶ ὡς Θεὸς παρθένον σε φυλάττῃ τὴν τίκτουσαν.

Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ αὐτὸς ἐγὼ Γαβριὴλ πρὸς σὲ τὴν Παρθένον ἀπέσταλμαι, ἵνα μου καὶ αὐτῷ δηλῶ τῷ ὀνόματι, ὡς Θεὸς ὑπάρχει καὶ ἄνθρωπος ὁ ἐκ σοῦ τῆς ἀχράντου Παρθένου τικτόμενος. Καὶ γὰρ καὶ τὸ *Γαβριὴλ* ὄνομα εἰς ἑρμηνείαν ἀγόμενον, Θεὸν ἀγορεύει καὶ ἄνθρωπον. Ἐπεὶ πολλοὶ κατ' οὐρανὸν [68] ἐτύγχανον ἄγγελοι, ἀλλ' οὐδένα τούτων στεῖλαι βεβούλευται [69]· ἀλλ' ἐμὲ, τὸν τούτων ἕνα φαινόμενον, Γαβριὴλ δὲ ὀνομαζόμενον, ἔπεμψεν, ἵνα καὶ λόγῳ τῷ ἐμῷ καὶ ὀνόματι δηλώσω σοι σαφῶς τὸν ἐκ σοῦ τεχθησόμενον, ὡς Θεός ἐστι καὶ ἄνθρωπος, καὶ « πάντα φέρει τῷ τῆς οἰκείας δυνάμεως ῥήματι· » καὶ, ὡς ἅγιος εἶη, καὶ τῶν ἁπάντων ἀνθρώπων ἁγιάσοι τὴν γέννησιν, καὶ ὡς Υἱὸς Ὑψίστου κληθήσεται, καὶ υἱοὺς Ὑψίστου ποιήσειε χάριτι τοὺς εἰς αὐτὸν πιστεύοντας. Λοιπὸν τοῖς ἐμοῖς, ὦ Παρθένε, πίστευε ῥήμασι· πάντως γὰρ οὗτοι [70] πραγματικῶς πληρωθήσονται. Ἀληθεύω γάρ σοι φθεγγόμενος, ὡς ἀληθείας κήρυξ καὶ ἄγγελος.

Καὶ πρὸς σὴν πληροφορίαν καὶ πίστωσιν μείζονα τῆς τῶν ἐμῶν ῥημάτων πληρώσεως, καὶ σημεῖον ἀναντίῤῥητον δίδωμι, ὅπως μένοις περὶ τὴν πίστιν ἀσάλευτος· « Ἰδοὺ γὰρ Ἐλισάβετ, ἡ συγγενής σου, καὶ αὐτὴ συνειληφυῖα υἱὸν ἐν γήρει αὐτῆς· καὶ οὗτος μὴν ἕκτος ἐστὶν αὐτῇ τῇ καλουμένῃ στείρᾳ· ὅτι οὐκ

VARIÆ LECTIONES.

[68] Nic. κατ' οὐρανὸν πολλοί. [69] Nic. p. 223 βεβούληται. [70] Ita cod. et subintellig. λόγοι.

NOTÆ.

cheni ad Theodosium Alexandrinum, cujus excerptum ex Arabico codice vulgavit eminentissimus Maius (*Spicil. Rom.* tom. III, p. 723), sic eadem recurrunt : *Æternum Dei Verbum, Patris virtus, per se Virginem obumbravit, uti Evangelia docent.*

(40) In S. Germani CP. ejusdem ac præsens argumenti oratione (§ 46) eadem nominis *Gabrielis* recurrit interpretatio, licet ad significandum pertrahatur non quidem duplicem Christi Domini naturam, sed potius reconciliationem inter Deum et humanum genus ope divinæ incarnationis perficiendam. Cæterum notum est Hebraicam vocem גַּבְרִיאֵל pro eo usurpari quod est *vir Dei.*

Digitized by Google

ἀδυνατήσει παρὰ τῷ Θεῷ πᾶν ῥῆμα. » Καὶ τοῦτό σοι δεῖγμα γενήσεται κράτιστον, ὡς πάντα μου τὰ ῥήματα, πρὸς σὲ, τὴν πᾶσι σεπτὴν, εὐαγγέλια, τέλος ἀληθὲς καὶ σωτήριον δέξεται πρὸς ἀνθρώπων ἁπάντων.ζωὴν καὶ ἐκλύτρωσιν. Τῆς γὰρ αὐτῆς παρὰ Θεῷ τυγχάνει δυνάμεως, καὶ τὸ, στεῖραν τεκεῖν τὴν οὐ τίκτουσαν, καὶ τὸ, παρθένον τεκεῖν τὴν ἀνύμφευτον. Σὺ οὖν χαῖρε, ὦ κεχαριτωμένη παρθένε καὶ ἔνθεε, ἐφ' οἷς σοι Θεὸς ὁ τῶν ὅλων Δεσπότης κεχάρισται, καὶ ἐφ' οἷς Θεοῦ τὸν Υἱὸν, τὸν πάντων χαρὰν γενησόμενον τῶν ἀνθρώπων τῷ γένει, γεννήσειας.

ΜΕ'. Πρὸς ὃν ἡ Θεομήτωρ Παρθένος πιστεύσασα, καὶ ὡς ἔσται πάντως τελείωσις τοῖς λελαλημένοις αὐτῇ παρὰ Κυρίου, θαρσήσασα, πράως ὁμοῦ καὶ ταπεινῶς, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ παρθενικῶς ἀποκρίνεται· τὸν « πρᾶον γὰρ καὶ ταπεινὸν τῇ καρδίᾳ » Χριστὸν γεννᾷν ἡ πάναγνος ἔμελλε, καὶ πλουτεῖν αὐτὴν ἔδει τὴν αὐτοῦ ταπεινότητα καὶ πραότητα· « Ἰδοὺ ἡ δούλη Κυρίου· γένοιτό μοι κατὰ τὸ ῥῆμά σου. »

ΜΖ'. Γαβριὴλ μὲν οὖν ὁ ἀρχάγγελος ταῦτα πρὸς τῆς Θεοτόκου Παρθένου [71] πυθόμενος, εἰς οὐρανὸν ἀνελήλυθεν, ὅθεν πρὸς αὐτὴν καὶ ἀπέσταλτο [72]. Ἡ δὲ Θεὸν ἐκυοφόρει τὸν στείλαντα, τὸν ἄνω μὲν σὺν Πατρὶ δοξαζόμενον, κάτω δὲ καὶ ἐξ αὐτῆς, σαρκικῆς κυοφορίας ἀνεχόμενον. Ἅμα γὰρ ὁ Λόγος καὶ Θεὸς πρὸς αὐτὴν παραγέγονε, καὶ διὰ τῆς τοῦ ἀγγέλου φωνῆς, εἰς τὴν θείαν αὐτῆς νηδὺν εἰσελήλυθε καὶ σεσάρκωτο, καὶ ἄνευ τροπῆς σεσωμάτωτο, σάρκα προσλαβὼν ἐξ αὐτῆς τὴν ἀνήροτον, καὶ ταύτην ἑνώσας ἑαυτῷ κατ' ἀλήθειαν, λογικῶς μὲν ἐμψυχωμένην, οὐ προϋποστᾶσαν δὲ τῆς [73] πρὸς αὐτὸν ἀνεκφράστου συνθέσεως. Ἅμα γὰρ σὰρξ, ἅμα Θεοῦ Λόγου σὰρξ· ἅμα σὰρξ ἔμψυχος λογικὴ [74]· ἐν αὐτῷ [75] γὰρ τὴν ὑπόστασιν [76], καὶ οὐ πρὸ αὐτοῦ τὴν σύστασιν ἔσχηκεν.

Οὔτε τινὸς ἑτέρου σὰρξ τῶν καθ' ἡμᾶς ἀνθρώπων γέγονε πώποτε, καὶ τότε τῷ Θεῷ Λόγῳ συνέδραμε [77], καὶ τὴν πρὸς αὐτὸν ἐποιήσατο σύνθεσιν· ἀλλ' ἐν τῷ [78], τὸ εἶναι σὰρξ ἔμψυχος λογικὴ, καὶ Θεοῦ Λόγου σὰρξ ἔμψυχος λογικὴ ἐκ παρθενικῶν καὶ ἀχράντων αἱμάτων ληφθεῖσα τῆς ἀχράντου Παρθένου κεκλήρωκεν. Οὐδεμία γὰρ τοῖς διαιρεῖν τὸν ἕνα Υἱὸν καὶ Χριστὸν εἰς δύο υἱοὺς καὶ Χριστοὺς ἀσεβέστατα θέλουσιν ἐμ-

A erit impossibile apud Deum omne verbum [37]. » Hoc utique validissimum tibi argumentum erit, omnia verba mea, fausta hæc ad te omnibus venerandam nuntia, certissimum ac salutarem exitum ad universorum hominum vitam ac redemptionem esse receptura. Divinæ enim virtuti perinde est efficere sive ut pariat sterilis, quæ impos erat gignendi, sive ut pariat virgo ignara connubii. Tu ergo, o Virgo, gratia plena ac divina, lætare de muneribus quibus Deus, universorum Dominus, te cumulavit, et quibus Filium Dei, qui universo hominum generi gaudio futurus est, generabis.

XLV. Ad quem Virgo Dei Genitrix plane credens, et confidens, omnia prorsus perfectum iri, quæcunque sibi a Domino dicta fuerant, mansuete simul et humiliter (nam « mitem et humilem corde [38] » Christum purissima illa generatura erat, atque oportebat (41) ut propria illius humilitate et mansuetudine eximie ornaretur), imo vero et ratione Virgini consentanea respondit : « Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum [39]. »

XLVI. Porro cum Gabriel archangelus hoc a Virgine Deipara responsum tulisset, in cœlum, unde et missus ad eamdem fuerat, reversus est. Ipsa vero Deum, qui illum miserat, gestabat in utero, in cœlo quidem cum Patre glorificatum, in terris vero et ex ipsa in utero secundum carnem gestari sustinentem. Simul enim Verbum ac Deus ad ipsam descendit, ac per angeli vocem divinum ejus ingressus est sinum et incarnatus est, et sine sui mutatione corpus induit, carnem non satam ex ipsa assumens et sibimet hanc vere uniens, atque eam rationali quidem anima præditam, non tamen ante ineffabilem cum ipso conjunctionem jam subsistentem. Simul enim caro, simul Dei Verbi caro, simul caro animata rationalis; subsistentiam enim habuit in ipso, exsistentiam vero ante id ipsum non habuit.

Neque enim ea aliquando caro fuit cujuspiam alterius hominis nobis similis, quæ dein cum Deo Verbo conjuncta fuerit, in compositionemque cum ipso concurrerit ; sed simul atque esse cœpit caro animata rationalis, ex virginali atque intemerato Virginis immaculatæ sanguine desumpta, accepit etiam ut esset caro animata rationalis Verbi Dei. Nulla enim unum Filium et Christum in duos fi-

[37] Luc. I, 36. [38] Matth. VI, 29. [39] Luc. I, 38.

VARIÆ LECTIONES.

[71] Cod. πρὸς τὴν Θεοτόκον Παρθένον. Idem et in Cæsar. codicis fragmento legitur. [72] Cod. Cæs. ἀπέσταλται. [73] Cod. τήν. [74] Nic. pag. 221 addit, ἅμα Θεοῦ Λόγου σάρξ· sed forte e præcedentibus, quæ ipse non affert, huc ea transtulit. [75] Nic. ἑαυτῷ. [76] Nic. intra parenthesim addit, ἤτοι τὸ εἶναι, sed plane inscite ; caro enim in Verbo quidem subsistebat, sed in se *erat*, atque *esse* sui proprium habebat : nec minus inscite, uti patet, illud αὐτῷ immutavit in ἑαυτῷ. [77] Nic. sequens incisum omittit. [78] Nic. ἐν αὐτῷ τῷ.

NOTÆ.

(41) Ecce doctrinam illam apud SS. Patres exploratissimam, oportuisse ut Filio quam simillima Genitrix exsisteret. E quo principio cum S. Sophronius summam sanctæ Virginis humilitatem ac mansuetudinem hic arguat, alii, ut vidimus, pari jure eam in Virginis puritatem innocentiamque deducunt, quæ a quavis labe immunis prædicanda sit. Vid. Orat. Isidor. Thessalon. *in Nativ. Deip.* § 17, part. I, pag. 243.

Digitized by Google

lios et Christos dividere impiissime volentibus (42), nulla (inquam) præsto est sive demonstratio sive prætextus, ut affirmare possint, eam (carnem Verbi) substitisse aliquando per se ipsam, et propriam habuisse personam, deinde vero sic eum Verbo et Deo in naturalem unionem convenisse. Quæ enim seorsim exsistunt, atque ab invicem sejuncta conspiciuntur, nunquam unitionem naturalem et secundum hypostasim accipiunt. Ubi autem naturalis primitus non adsit unitio, neque ea, quæ est secundum hypostasim, fit conjunctio, neque una atque eadem assurgit hypostasis, neque una atque eadem, indivisa pariter et individua, omnemque respuens divisionem, persona prædicatur.

A φασις ἢ πρόφασις ἔνεστιν, ὡς ὑπέστη ποτὲ καθ' ἑαυτὴν, καὶ ἴδιον ἔσχηκε πρόσωπον, καὶ εἶθ' οὕτως τῷ Λόγῳ καὶ Θεῷ πρὸς ἕνωσιν φυσικὴν συνελήλυθε. Τὰ γὰρ ἀνὰ μέρος ὄντα, καὶ ἀπ' ἀλλήλων ἐν χωρισμῷ θεωρούμενα, οὐδέποτε φυσικὴν, ἢ τὴν καθ' ὑπόστασιν ἕνωσιν δέχεται. Ὅπου δὲ ἕνωσις φυσικὴ μὴ προέρχεται, μηδ' ἡ καθ' ὑπόστασιν γίνεται σύνθεσις, οὐδὲ μία [79] καὶ ἡ αὐτὴ ὑπόστασις δείκνυται, οὔτε ἓν καὶ τὸ αὐτὸ καταγγέλλεται πρόσωπον, ἀδιαίρετον ὁμοῦ καὶ ἀμέριστον, καὶ πᾶσαν τομὴν διωθούμενον.

VARIÆ LECTIONES.

[79] God. οὐδεμία.

NOTÆ.

(42) Manifeste hic Sophronius docet, hunc quoque errorem Nestorio tribuendum, quod Dominicæ carnis seu naturæ humanæ exsistentiam non contemporaneam qualicunque, quam admisit, conjunctioni cum Deo Verbo, sed plane huic præcedentem tradiderit. Et ne putes, his Samosatensem Paulum (qui § seq. simul cum Nestorio ac Theodoro memoratur) potius quam Nestorium impeti, videsis quæ eadem de re Sophronius habet in celeberrima sua Synodica (*supra*) : Σαρκοῦται γοῦν Λόγος ὁ Θεὸς, ... οὐ προπλασθείσῃ σαρκὶ συναπτόμενος, ἢ προμορφωθέντι καὶ καθ' αὐτὸ προϋποστάντι ποτὲ προσπλεκόμενος σώματι ... ἀλλὰ τότε τούτοις παραγενομένοις πρὸς ὕπαρξιν, ὅτε αὐτοῖς ὁ Λόγος ... συνετίθετο· φυσικῶς σύγχρονον ἔχοντα τῇ ὑπάρξει τὴν ἕνωσιν, καὶ οὐ πρὸ τῆς πρὸς τὸν Λόγον ἀληθεστάτης συμβάσεως καθ' ἑαυτὰ γενόμενα πώποτε ... ἀλλὰ σύνδρομον ἔχοντα τῇ φυσικῇ τοῦ Λόγου συμβάσει τὴν ὕπαρξιν, καὶ οὐκ ἐκείνης, οὐδὲ ὡς ἐν ὀφθαλμοῦ ῥιπῇ ταύτην προτερεύουσαν ἔχοντα, ὡς Παῦλος ὁ Σαμοσατεὺς βομβεῖ καὶ Νεστόριος. Ἅμα γὰρ σάρξ, ἅμα Θεοῦ Λόγου σάρξ, κ. τ. λ. *Incarnatur ergo Verbum Dei, ... non præformatæ carni semel coaptans, aut præformato corpori aliquando in se subsistenti se conjungens, sed his ad exsistentiam tunc venientibus, quando ipse Deus Verbum eisdem copulabatur : naturalem* nempe *unionem habent contemporaneam exsistentiæ, non vero exstiterunt in se aliquando ante verissimum cum Verbo conventum : ... sed synchronam naturali Verbi conjunctioni exsistentiam habent, non autem, ut Samosatensis Paulus ac Nestorius perstrepit, hanc illi tempore præcedentem habent, ne ictu quidem oculi. Simul quippe caro, simul Verbi Dei caro*, etc.

¶ Porro hæc quoque conferre debent ad abstergendam labem qua inconsulto vel sanctus pontifex Leo M. aspergitur. Scilicet cum Leo quoque et apertissime et sæplus (vid. epist. 59, ad cler. et pleb. Constantinop., cap. 5, epist. 102, ad episc. Galliar., cap. 3, et serm. 28, in Nativ. Dom., 8, cap. 5, edit. Baller.) Nestorium vitiati dogmatis circa tempus unionis Verbi cum carne incuset, jam si vera est sententia Joannis Garnerii (*De hær. et libr. Nestor.*, diss. 1, § 3, pag. 286), *de unionis tempore Nestorium ab Ecclesiæ sententia non recessisse*, eo res adducitur, ut sanctus doctor insigni imprudentia (ne temeritate dicamus, aut calumnia) falsum Nestorio crimen dicendus sit imposuisse. Atqui hoc ipsum morari Garnerium debuit, ne præceps eam in opinionem veniret. Quid enim? Nonne sanctus Leo quo tempore controversia Nestoriana agitabatur, sancti Cœlestini lateri, utpote Romanæ Ecclesiæ archidiaconus, assidebat, primasque in gerendis negotiis partes agebat? Nonne sanctus Leo, quod Garnerius non diffitetur, ad manus habuit Nestorii scripta, etiam ea e quibus suam Garnerius opinionem firmat, quæ et refutanda ad Joannem Cassianum ante ipsam synodum Ephesinam transmisit? Nonne, cum synodus Ephesina celebraretur, ad Leonem Cyrillus de gravissimis concilii negotiis, quo ad sanctum Cœlestinum deferrentur, scribebat? Cuinam vero e Romano clero, vel quandonam apostolicæ sedi perspectas Nestorii res affirmabimus, si tunc incompertas putemus sancto Leoni, qui propterea tam crasse erraverit, atque insuper ad affirmanda ea, de quibus ignorabat, temere progressus fuerit?

Miratur Garnerius (*l. c.*) *hominum aliud Nestorio tribuentium sententiam.* Atqui mirandum potius, quod tam facile sibi ipse suaserit, tot viros doctrina et sanctitate præclaros, quorum prolixum catalogum tum ex Oriente, tum ex Occidente, si locus ferret, facile foret subjicere, et quorum multi cœvi factis fuerunt, nihil aut certe minus, quam ipse viderit, de hac re parvidisse, ac temere scripsisse. Præsertim vero, quod summa argumentorum pro ea sententia in verbis demum Nestorii sita sit, ut merito domui in summa arena fundatæ comparari queat. Numquid enim ea Nestorii dicta evincunt, ipsum aliter docuisse nunquam? Sane ut id affirmes, unica tibi præsto est ratio, ut Nestorii in doctrinis semel prolatis constantiam vindices. Atqui occurret tibi sanctus Cœlestinus, quo auctore (*Epist. ad Nestor.*, n. 2) Nestorius *vera involvens obscuris, rursus utraque confundens, vel confitetur negata; vel nititur negare confessa;* occurret tibi et Marius Mercator, lectorem monens (*Dissert. de XII anathem. Nest.*, n. 22), ut *cautus sit de* Nestorii *varietate et inconstantia, quam*, ait, *utrum astutia an vecordia ad alliciendum auditorem habeat, non est facile nosse : quovis tamen pacto constat, eum varium esse, sibique contrarium.* Agitur ergo de re judicata : ac tantumdem constantiæ Nestorii deferre licet, quantum fidei tribuere consuevimus hominis testimonio, qui solemni judicio maxime mendacissimus fuerit proclamatus. Non adeo ergo de ea constantia præsumendum fuit, ut tot Patres antiqui, quibus nemo unus e veteribus contradixerat, inscitiæ damnarentur.

Cæterum aliqua Garnerio excusatio ex eo non defuerit, quod Petavius, quem oppugnandum sibi proposuit, leviuscule hoc argumentum pertractaverat. Nunc autem eo minus dubitandi locus superest, quo certius corruunt et binæ ratiunculæ, quas Garnerius in rem suam addidit, scilicet 1. Quod Nestorius Mariam Χριστοτόκον constanter dixerit; 2. Quod Cyrillus ejusmodi errorem non reprehenderit. Jam enim ab anno 1833 Em. Maius sancti Cy

Digitized by Google

ΜΖ'. Ὥσπερ δὲ τοὺς τοιούτους παράφρονας ἡ ἀδιαίρετος ἐκκλίνει τοῦ Λόγου καὶ ἀμέριστος σάρκωσις, καὶ πάντη τῶν τῆς εὐσεβείας τροφίμων ἐξίστησι (Νεστόριοι οὗτοι καὶ Παῦλοί εἰσι, καὶ Θεόδωροι, καὶ οἱ τούτων πρὸς θεομάχον μανίαν συνόμιλλοι [80]), οὕτω καὶ τοὺς συγχέειν τὰς φύσεις θέλοντας, καὶ φύσιν μίαν ἐξ ἀμφοτέρων ἐργάσασθαι σπεύδοντας φύσεων, συλλόγων ἔξω τῶν εὐσεβῶν ἀποπέμπεται. Οὔτε γὰρ, κατὰ τὴν ἐκείνων μανίαν, ὁ Λόγος σαρκούμενος, τρέψας ἑαυτοῦ πρὸς σάρκα τὴν φύσιν σεσάρκωται, ἀλλ' οὔτε τὴν σάρκα τὴν ἔννουν καὶ ἔμψυχον, ἣν ἐκ Παρθένου ταυτησὶ τῆς Θεοτόκου προσείληφε, πρὸς φύσιν ἑαυτοῦ τὴν θείαν ἠλλοίωσε, καὶ θεϊκὴν πρὸς οὐσίαν μετέβαλεν· ἀλλ' ἔμεινεν ἄτρεπτος, καὶ μεταβολῆς παντοίας ἀνώτερος, καὶ συγχύσεως πάσης ἐλεύθερος, καὶ σάρκα σαρκωθεὶς τὴν ἡμῖν ὁμοούσιον, καὶ γενόμενος δι' ἡμᾶς κατ' ἀλήθειαν ἄνθρωπος. Μεμένηκε δὲ καὶ ἡ σὰρξ ἀναλλοίωτος, καὶ πάσης ἔξω τροπῆς καὶ συγχύσεως· καὶ τῷ λόγῳ συμβᾶσα πρὸς σύστασιν, καὶ ἐνωθεῖσα καθ' ὑπόστασιν αὐτῷ τὴν ἀμέριστον, ἔχουσα μὲν τὸ πρὸς ἡμᾶς ὁμοούσιον ἄτρεπτον, καὶ σώζουσα, ὅσον εἰς φύσιν καὶ οὐσίαν καὶ ὕπαρξιν, ἀπαράλλακτον πρὸς ἡμᾶς τὴν ὁμοίωσιν, οὐδένα δὲ τοῦ Λόγου μερισμὸν ὑπομένουσα, ἢ τομὴν καὶ διαίρεσιν πάσχουσα· ἀλλ' αὐτοῦ τοῦ Λόγου ἰδία καὶ ἰδικὴ χρηματίζουσα, καὶ πρὸς ὑπόστασιν αὐτῷ μίαν συντρέχουσα, διὰ τὴν πρὸς αὐτὸν καθ' ὑπόστασιν ἕνωσιν, ἐπὶ τῶν ἰδίων ὅρων τῆς φύσεως ἑστῶσα καὶ μένουσα δείκνυται· διαφορὰν μὲν φυσικὴν πρὸς αὐτὸν ὑποφαίνουσα, διαφορὰν δὲ προσωπικὴν πρὸς αὐτὸν οὐ γινώσκουσα, ἀλλ' εἰς μίαν μὲν σὺν αὐτῷ τελοῦσα καὶ μόνην ὑπόστασιν, καὶ ταύτην ἐνιαίαν καὶ σύνθετον (οὐ γὰρ ἁπλῆν καὶ ἀσύνθετον), οὐκ εἰς μίαν δὲ φύσιν συνθέουσα σύνθετον· ἀρχὴ γὰρ τοῦτο τυγχάνει συγχύσεως, καὶ κρηπὶς ὑπάρχει τρεπτικῆς ἀλλοιώσεως.

XLVII. Quemadmodum autem inseparabilis hæc et individua Verbi incarnatio tali stultitia insignes præterit, cujusmodi sunt Nestorii, Pauli, et Theodori, horumque in furore adversus Deum collegæ, atque eos proinde a veræ pietatis alumnis plane excludit; sic a piorum cœtu etiam eos removet, qui conantur naturas confundere, atque ex utraque natura unam nituntur naturam efficere. Neque enim Verbum, dum carnem assumeret, suam ipsius naturam in carnem (secundum illorum insaniam) vertendo incarnatus est; neque rursus carnem mentis compotem et animatam, quam ex hac eadem Virgine Deipara assumpsit, in suam ipsius divinam naturam immutavit, in divinamque substantiam convertit; sed immutatus permansit, et a qualibet conversione remotus, ab omnique confusione immunis, et carnem nobis consubstantialem induit, ac verus propter nos homo factus est. Itemque caro nihil prorsus mutata permansit caro, cujuslibet et conversionis et confusionis expers; et conjuncta Verbo, ut consistere possit, ipsique secundum individuam hypostasim adunata, id quidem, quod nobis est consubstantiale, sine ulla mutatione retinet, et in nullo pariter mutatam nobiscum similitudinem, quoad naturam et essentiam et substantiam, servat; neque tamen ullam a Verbo divisionem sustinet, neque scissionem aut sejunctionem ullam patitur; sed ipsius Verbi propria est et peculiaris; dumque propter unionem cum eo secundum hypostasim in unam cum ipso personam convenit, propriis tamen naturæ suæ finibus consistens ac perseverans ostenditur; diversam quidem ab ipso (Verbo) prælerens naturam, non tamen diversam ab eodem personam ullatenus habens, sed in unam et solam cum ipso hypostasim, eamque unitam et compositam (43) (non enim simplex ea est et incomposita), non autem in unam compositam naturam convenieus; hinc enim suum confusio ducit initium hoc convertentis illius mutationis exsistit fundamentum.

Ὥσπερ οὖν τοὺς διαιροῦντας καὶ τέμνοντας ὁ Λόγος σαρκωθεὶς ἀποσείεται, οὕτω καὶ τοὺς ἄμφω τὰς φύσεις συγχέοντας, καὶ κρᾶσιν αὐτῶν καὶ ἀλλοίωσιν φάσκοντας, περιβόλων ἱερῶν ἀποβάλλεται [81]· Σευῆροι οὗτοι [82] καὶ Εὐτυχεῖς, καὶ Διόσκοροι, Ἀπολινά-

Verbum igitur incarnatum quemadmodum illos rejicit, qui scissionem ac divisionem inducunt; ita et eos, qui ambas naturas confundunt, ipsarumque mistionem atque mutationem prædicant, a sacris septis repellit. Ejusmodi sunt Severi, et

VARIÆ LECTIONES.

[80] Ita cod. pro συνόμιλοι, vel forte pro συνάμιλλοι, quanquam usitatum reperiamus quidem ἀμιλλότερος, non vero ἄμιλλος. [81] Cod. Cæs. ἀποφαίνεται. [82] Codex Cæsareus duplici mendo sic binas voces in unam contrahit: σευκροιοῦτοι.

NOTÆ.

rilli homiliam Græce edidit (*Collect. vet. script.*, vol. VIII, part. II, pag. 108), eamque an. 1814 rursus dedit versione auctam (*Nov. PP. Bibl.*, vol. II, pag. 75), qua utraque ea ratio plane eliditur. En tibi vel unam Cyrilli sententiam, qua et errorem illum arguit, et ideo abusive ab iis Mariam dici Christiparam contendit (n. 10, pag. 82): Εἰ δὲ μετὰ τὴν ἕνωσιν κέχριται, τὴν δὲ ἕνωσιν οὐ βούλονται λέγειν πρὶν ἐκ τῆς Παρθένου τεχθῆναι, οὐδὲ Χριστοτόκος οὐκέτι πρὸς αὐτῶν ἡ Παρθένος ὁμολο- *Jam si post conjunctionem Jesus unctus* [illegible] *nullam dicere volunt antea sequitur ut isti ne Christiparam quidem Virginem fateantur.* Et hæc quidem panca pro argumenti, nimis forte multa pro loci ratione, ad tuendos Patres dicta fuerint.

(43) Consuetum fuisse SS. Patribus, maxime Græcis, ut Christi Domini personam *compositam* dicerent, ostendit Dionysius Petavius, idque altero ejusdem sancti Sophronii testimonio ex encyclica illius epistola confirmat: simul vero egregie, pro more suo, disputat, quo sensu hæc accipienda sententia sit, et quomodo conciliari commode queat cum eorum sive veterum sive e schola recentiorum qui *simplicem* dicendam esse Christi personam contendunt. Vid. *De incarnat.*, lib. III, cap. 12-16

Digitized by Google

Eutychetes, et Dioscori; Apollinarii quoque et Polemones, et ante istos Simones, Valentini, Marciones, Basilidæ, Manetesque (44) ac Mænandri, et quæ nunc omnia agitat, universa acephalorum polycephala hæresis; quæ quidem unum communeque adversus pietatem bellum gerit, innumera vero ac nunquam finem habentia in se ipsa bella patitur. Hæc itaque vere augusta, imo vero augustissima, divinisque piorum auribus plane digna, quæ modo annuntiamus, nos quidem suaviter invitant; sed a solemni lætitia felicis eorum annuntiationis sceleratos illos ac stultos foras expellunt, quippe qui impie de iisdem et sentiunt et loquuntur.

A ριοί τε καὶ Πολέμωνες, καὶ πρό γε τούτων Σίμωνες, Οὐαλεντῖνοι, Μαρκίωνες, Βασιλεῖδαι, Μανέντες τε καὶ Μαίνανδροι, καὶ ἡ νῦν κακῶς ἀνασκάλλωσα, πᾶσα τῶν Ἀκεφάλων αἵρεσις πολυκέφαλος· ἡ ἕνα μὲν πόλεμον καὶ κοινὸν πρὸς τὴν εὐσέβειαν ἔχουσα, μυρίους δὲ πρὸς ἑαυτὴν καὶ παυομένους [83] μηδέποτε φέρουσα [84]. Ταῦτα οὖν τὰ ὄντως ἱερὰ καὶ πανίερα, καὶ ἀκοῶν ἐνθέων ἐπάξια τῶν εὐσεβούντων ἡμῶν εὐαγγέλια, ἡμᾶς μὲν ἡδέως προσίεται, ἐκείνους δὲ τοὺς μιαροὺς καὶ παράφρονας ἔξω διώκει ταυτησὶ τῆς εὐαγγελίου αὐτῶν πανηγύρεως, ὡς ἀσεβῶς αὐτὰ νοοῦντας ἐκείνους καὶ λέγοντας.

XLVIII. Ego autem minimus (45) ad hæc prædicanda hodie cum prodierim, ad vos solos pietatis fideique filios, ac pie illa, quæ dicuntur, excipientes, clamo voce magna, et palam promulgo, et dico: « Bonum nuntium, bonum nuntium, bonum nuntium. » Bonum nuntium Salvatoris nostri; bonum nuntium Dei propter nos incarnati; bonum nuntium divini ad nos adventus; bonum nuntium Dei naturam humanam e nobis assumentis; bonum nuntium conceptionis Dei sine semine; bonum nuntium Dei in virgineo sinu gestati; bonum nuntium Dei cum carne sine mutatione conjuncti; bonum nuntium, cujus virtute nos abjecti erigimur, et deificamur, et dii secundum gratiam efficimur. Jam non amplius correptionem timemus; non amplius passionibus terremur; non amplius mortem expavescimus; non amplius scelestum diabolum trepidamus; non amplius occultas ejus insidias metuimus; non amplius manifestam ejusdem tyrannidem formida-

MH'. Ἐγὼ δὲ ὁ ἐλάχιστος, ὁ τούτων προελθὼν B κήρυξ τήμερον, πρὸς μόνους ὑμᾶς, τοὺς εὐσεβείας παῖδας καὶ πίστεως, καὶ δεχομένους εὐσεβῶς τὰ λεγόμενα, μεγαλοφώνως βοῶ, καὶ διαῤῥήδην κηρύττω καὶ φθέγγομαι· « Εὐαγγέλια, εὐαγγέλια, εὐαγγέλια. » Εὐαγγέλια [85] τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν, εὐαγγέλια τοῦ σαρκωθέντος Θεοῦ δι' ἡμᾶς· εὐαγγέλια τῆς Θεοῦ παρουσίας πρὸς ἡμᾶς· εὐαγγέλια ἐνανθρωπήσεως Θεοῦ τῆς ἐξ ἡμῶν· εὐαγγέλια ἀσπόρου συλλήψεως Θεοῦ· εὐαγγέλια κυοφορίας Θεοῦ παρθενικῆς· εὐαγγέλια ἀτρέπτου συνδρομῆς Θεοῦ πρὸς σάρκα· εὐαγγέλια, ἐφ' οἷς ἡμεῖς οἱ ἀπόβλητοι ὑψούμεθα καὶ θεούμεθα καὶ θεοὶ κατὰ χάριν γινόμεθα. Οὐκέτι φθορὰν δεδιττόμενοι· οὐκέτι πάθη φοβούμενοι· οὐκέτι θάνατον τρέμοντες· οὐκέτι τὸν μιαρὸν ὀῤῥωδοῦντες διάβολον· οὐκέτι τὰς ἀφανεῖς αὐτοῦ προσβολὰς εὐλαβούμενοι· C οὐκέτι τὰς φανερὰς αὐτοῦ τυραννίδας δειμαίνοντες· ἀλλ' ὅλοι θεοὶ φαινόμενοι, ὅλοι θεοειδεῖς εὑρισκόμενοι, ὅλοι τῆς ἄνω χορείας [86] γραφόμενοι, ὅλοι πολί-

VARIÆ LECTIONES.

[83] Cod. Cæs. πανομίους. [84] Cod. Cæs. hic finem fecit hisce verbis: τέλος καὶ τούτων, eorum nempe quæ ex Sophronii sermone scriptor decerpserat. [85] Nic. pag. 242 omittit hæc εὐαγγέλια, quam deinde vocem ex sequenti inciso et hic et deinceps suffuratur, usque ad πρὸς σάρκα, ubi sermoni abrupto conjungit quæ § 50 occurrunt: Ἄρα μὴ ταπεινὴ, κ. τ. λ. [86] Cod. χορίας.

NOTÆ.

(44) Communior apud Græcos inflexio nominis Manetis est Μάνης, Μάνους; ita enim, ut aliquos allegem, Cyrillus Hierosol. (*Catech.* VI, n. 24), Nazianzenus (orat. 25, al. 23, § 8), Nyssenus (*Contr. Eunomium*, orat. 10), Chrysostomus (*De Virginit.*, § 3), Epiphanius (hæres. 66, § 1, 2), Damascenus (*De hæres.*, § 66). Eusebius tamen Cæsariensis (*Hist. eccl.* lib. VII, cap. 31) nomen pro Manetis ingenio flectens, utitur voce Μανὴς, quasi a μαίνομαι (*insanio*) dictus sit, utpote qui, prout idem subdit, τὴν φύσιν μανιώδης (*suapte natura furiosus*) exstiterit, et τυφούμενος ἐπὶ τῇ μανίᾳ. Eadem de causa licet Socrates (*Hist. eccl.* lib. I, cap. 22) de Manete scripserit: μετονομάζει ἑαυτὸν Μάνην, (*semet Manem appellat*), tamen in titulo ejusdem capitis legimus: περὶ τοῦ Μανέντος. Utramque pariter formam habes in *Historia Manichæorum* a Petro Siculo conscripta, in qua (n. 11, apud Mai, *N. PP. Bibl.*, tom. IV, part. II, pag. 15) et δυσώνυμος Μάνης (*infausti nominis Manes*) occurrit, et (n. 21, pag. 29) τοῦ Μανέντος μαθητὴς Κωνσταντῖνος (*Manetis discipulus Constantinus*), quanquam Petrus, non secus ac Socrates, scribit (n. 12, pag. 17): ἀντὶ Κουβρίκου Μάνην ἑαυτὸν ὠνόμασεν (*pro Cubrico Manetem se nominavit*). Attamen Nicetas Choniates (*de Manichæis*, apud Mai, ibid., pag. 110) vocem Μανέντα adhibet, ubi et de nomine assumpto a Manete agit: Ἐκεῖνος γὰρ Κούβρικος ἐκαλεῖτο πρότερον, εἶτα μετεκάλεσεν ἑαυτὸν Μανέντα (*Is enim antea Cubricus appellabatur; deinde semet Manetem nominavit*); licet nec alia forma desit apud eumdem Nicetam, qui mox subdit: Δηλοῖ δὲ ὁ Μάνης τῇ Βαβυλωνίων γλώσσῃ τὸ σκεῦος (*significat autem Manes Babyloniorum lingua vas*). Imo apud Theodoretum cernere est (*Hæret. fabul.* lib. I, c. 26) non modo Μάνης, et Μανέντος, sed tertia quadam inflexione εἰς Μάνητα. Hæc adnotata fuerint, ut pateat, quorsum Sophronius usus fuerit voce Μανέντες, quam eadem ætate usurpavit et sanctus Maximus, ubi (tom. II, p. 18) Severo exprobrat, quod et Μανέντος φαντασίαν docuerit.

(45) Et ex his colligi potest hanc orationem a sancto Sophronio adhuc monasticam vitam agente habitam fuisse, antequam scilicet Hierosolymitanam Ecclesiam gubernandam susciperet. Licet enim episcopus cum episcopo agens interdum semet ἐλάχιστον appellat, uti Cyrus Alexandrinus in inscriptione epistolæ ad Sergium Constantinopolitanum (act. 13 synod. VI), non eadem tamen ratione oves suas pastor alloqui solebat.

Digitized by Google

ται τῆς ἄνω πόλεως Ἱερουσαλὴμ θεωρούμενοι. Ἔνθα γὰρ ἂν σχῶμεν ἡμῶν τὸ πολίτευμα, ἐκεῖ καὶ τοὺς κλήρους δεξόμεθα, καὶ τὰς ἀῤῥήτους μονὰς κατοικήσομεν[87].

ΜΘ'. Τούτων ἁπάντων, ἀδελφοί, τὰ εὐαγγέλια φέροντες, πρὸς τοὺς φιλτάτους ὑμᾶς ἀφικόμεθα τήμερον. Τούτων γὰρ ἁπάντων ἀρχὴ καὶ ῥίζα καὶ κρηπὶς καὶ θεμέλιος τὰ νῦν πρὸς ὑμᾶς εὐαγγέλια πέφυκεν. Ἐκ τούτων γὰρ, ὡς ἐμάθετε, πᾶσα ἡμῖν τῶν ἀγαθῶν ἡ ἀφθονία πηγάζει, ὥσπερ ἀπὸ πηγῆς τινος ἀναβλύζουσα, καὶ πᾶσαν ὁμοῦ τὴν οἰκουμένην ἀρδεύουσα, καὶ εὐφραίνουσα καὶ ἐκτρέφουσα, καὶ εἰς οὐρανίους αὐλὰς ἀναφέρουσα, καὶ τῶν ἐκεῖσε θειοτάτων μονῶν καὶ μακαρίων δωρεῶν κοινωνοὺς ἀποφαίνουσα. Καὶ διὰ τοῦτο πολλάκις βοῶ γεγηθὼς διαπρύσιον· « Εὐαγγέλια, εὐαγγέλια, εὐαγγέλια· » πρὸς ἅπερ ὑμᾶς καλῶ καὶ προτρέπομαι, καὶ ἅπερ ὑμᾶς ἑορτάζειν βεβούλημαι σήμερον. Ἔνθεν γὰρ ἡμῶν ἡ σωτηρία προέρχεται· ἔνθεν ἡμῖν ἡ ἐλευθερία πυρσεύεται· ἔνθεν ἡμῶν ἡ πρὸς Θεὸν υἱοθεσία μαιεύεται· ἔνθεν ἡμῶν ἡ ἀνάκλησις τίκτεται· ἔνθεν ἡμᾶς ὁ Λόγος σώζειν καὶ Θεὸς ἀφικόμενος τῆς σωτηρίας ἅπάρχεται. Ταύτην τῆς εἰς ἡμᾶς εὐσπλαγχνίας ποιεῖται προοίμιον· ταύτην τῆς ἡμῶν θεουργίας τὴν ἀρχὴν ἐπεδείξατο· ἧς ἀνθρώποις οὐδὲν θυμηρέστερον· ἧς γηΐνοις οὐδὲν τιμαλφέστερον· ἧς τοῖς θνητοῖς οὐδὲν χαριέστερον. Ὅθεν ὁ δεύτερος Ἀδὰμ, τὴν παρθένον γῆν προσλαβόμενος, ἀναμορφώσας ἑαυτὸν ἀνθρωπίνῳ τῷ σχήματι, δευτέραν ἀρχὴν τῇ ἀνθρωπότητι τίθεται, τὴν τῆς προτέρας ἀνακαινίζων παλαίωσιν, καὶ δευτέραν ἡμῖν δεικνὺς ἀπαλαίωτον, τὸ μὲν συγγενὲς πρὸς ἐκείνην καὶ ὁμόφυλον ἔχουσαν, οὐ φέρουσαν δὲ πρὸς αὐτὴν τῆς ζωῆς τὸ ὁμότροπον, οὔτε τῆς ἀξίας καὶ δόξης ἱερᾶς τὸ ἰσόῤῥοπον. Ἐκείνη διὰ τὸν πρῶτον Ἀδὰμ κατεκρίνετο· αὕτη διὰ τὸν δεύτερον Ἀδὰμ ἠλευθέρωται μέμψεως. Ἐκείνη διὰ τὸν πρῶτον Ἀδὰμ, θείκῶν αὐγῶν ἐξωρφάνισται· αὕτη διὰ τὸν δεύτερον Ἀδὰμ, οὐρανίων αὐγῶν ἀναπέπλησται. Ἐκείνη διὰ τὸν πρῶτον Ἀδὰμ, τὸν ἐκ γῆς χοϊκὸν καὶ χοόφρονα, δουλείας ζυγὸν ὑπεδάσταξεν· αὕτη διὰ τὸν δεύτερον Ἀδὰμ καὶ Θεοῦ Υἱὸν ὁμοούσιον, υἱοθεσίας ἀξίωμα δέχεται· καὶ, « Ἀββᾶ, ὁ Πατήρ, » κράζειν καὶ βοᾷν κατεπλούτησεν.

Ν'. Ἆρα μὴ μικρὰ ἡμῶν, ἀδελφοί, τὰ εὐαγγέλια; ἆρα μὴ εὐτελὴς τῶν ἡμετέρων εὐαγγελίων ἡ κήρυξις; ἆρα μὴ ταπεινὴ καὶ κατάπτυστος[88] τῶν ἡμῶν εὐαγγελίων ἡ ἔκλαμψις; ἢ[89] οὐ πᾶσαν ὑπερβαίνει

mus; sed omnes dii cernimur, omnes Deo similes deprehendimur, omnes cœlesti choreæ ascripti, omnes supernæ civitatis Jerusalem cives conspicimur. Ubi enim conversationem nostram habemus (46), ibi hæreditatem quoque accipiemus, et ineffabilem mansionem obtinebimus.

XLIX. Horum omnium bonorum nuntium lætissimum ad vos dilectissimos, fratres, hodie pervenientes attulimus. Namque horum omnium origo, et radix, et fundamentum, et basis ea sunt, quæ modo vobis annuntiavimus. Ex his siquidem, uti nostis, tanquam e fonte quodam dimanans, nobis omnis bonorum copia profluit, atque universam pariter terram irrigat, et exhilarat, et nutrit, et ad cœlestes aulas reducit, et divinissimarum, quæ illic sunt, mansionum, ac beatorum munerum participes efficit. Ac propterea sæpius vehementi voce cum gaudio exclamo : « Bonum nuntium, bonum nuntium, bonum nuntium ; » propter hoc vos voco et excito, et ut hodierna die hoc festive celebraretis, optavi. Inde enim salus nostra procedit; inde nobis elucet libertas; inde nostra in Dei filios adoptio enascitur; inde nostra revocatio paritur; inde Verbum ac Deus ad nos salvandos accedens salutiferum opus inchoat. Hoc suæ in nos misericordiæ facit exordium; hoc statuit deificationis nostræ initium, quo nihil jucundius hominibus, quo nihil terrestribus pretiosius, quo nihil mortalibus gratius; unde secundus Adam, terra virgine (47) assumpta, se ipsum humano habitu (ut primum quondam Adamum) formans, alterum humanitati creationis initium facit, prioris renovans vetustatem, et secundam nobis exhibens non inveteratam, quæ ejusdem cum (priori) illa est naturæ atque ejusdem propaginis, non tamen eosdem habet cum illa vitæ mores, neque dignitatis et sublimis gloriæ pondus. Illa per primum Adam condemnata fuit; hæc a crimine per secundum Adam est liberata. Illa per primum Adam divinis exspoliata fuit splendoribus; hæc per secundum Adam cœlesti luce est restaurata. Illa per primum Adam « e terra terrenum [40], » ac terrena sapientem servitutis jugum subiit; hæc per secundum Adam et consubstantialem Dei Filium « adoptionis in filium » dignitatem recepit, et clamandi ac vocandi, « Abba, Pater [41], » potestate aucta est.

L. Nunquid, fratres, levis momenti hoc nostrum est nuntium? Nunquid nullius pretii annuntiationis nostræ est præconium? Nunquid exiguus ac despiciendus nuntii nostri splendor? An potius non

[40] I Cor. xv, 47. [41] Rom. viii, 15.

VARIÆ LECTIONES.

[87] Cod. κατοικήσωμεν. [88] Nic. pag. 242 omitt. καὶ κατάπτυστος. [89] Nic. omitt. ἢ.

NOTÆ.

(46) Patet e contextu hæc Sophronii verba ad illud Apostoli spectare (*Philipp.* III, 20) : Ἡμῶν γὰρ τὸ πολίτευμα ἐν οὐρανοῖς ὑπάρχει, *nostra autem conversatio in cœlis est.*

(47) Frequentissima apud SS. Patres occurrit comparatio sanctæ Virginis cum terra illa virgine, e qua primus Adam formatus est. Comparationem autem inde etiam institui, quod utraque terra purissima fuerit, nec maledictioni subjecta, in Commentario prosequimur.

Digitized by Google

omnem fulgorem, omnemque nitorem superat, atque omnem obscurat venustatem? Propterea ad vos consortes, eademque sapientes clamo, et clamans, « Bonum nuntium, bonum nuntium, bonum nuntium, » non satior. Sermonem excurrere adhuc volentem et ulterius expedito gressu progredi cupientem, cohibeo. Jam enim defessos auditores cerno, quanquam sublimium annuntiationum nostrarum auditione nondum satiatos. Spiritum siquidem promptum habetis, sed carnem infirmam [92]; quoniam et sermonis satietate tenemini, et laborem ferre ulterius non valetis. Scio autem satietatem sermonis, utut divinus hic sit et sublimis, etiam audiendi alacritati inimicam esse, præsertim vero si quis in sermonibus audiendis ad fastidium sit pronus. Sancte igitur et sublimi sensu sublimium ac sanctarum annuntiationum nostrarum sublimem sanctamque celebremus solemnitatem, ac digno ipsam ac decenti honore prosequamur, ut per ipsam invictissime consequamur bona illa cœlestia, quorum ipsa nobis radix et fons, et mater apparuit in ipso Christo Jesu Domino nostro, quocum Patri et sancto Spiritui gloria, honor, imperium, majestas in sæcula sæculorum. Amen.

A λαμπρότητα, καὶ πᾶσαν ὑπεραίρει φαιδρότητα, καὶ πᾶσαν [90] ἀποκρύπτει κομψότητα; καὶ [91] διὰ τοῦτο βοῶ πρὸς τοὺς κοινωνοὺς ὑμᾶς καὶ ὁμόφρονας· καὶ [92], « Εὐαγγέλια, εὐαγγέλια, εὐαγγέλια, » βοῶν οὐ κορένυμαι. Ἔτι τρέχειν βουλόμενον καὶ καλῶς εὐδρομεῖν ἐφιέμενον, ἐπέχω τὸν λόγον. Κεκμηκότας γὰρ ὁρῶ τοὺς ἀκούοντας, καὶ ταῦτα μὴ κορεσθέντας τῆς τῶν ἱερῶν εὐαγγελίων ἡμῶν ἀκροάσεως. Τὸ μὲν γὰρ πνεῦμα πρόθυμον ἔχετε, ἀλλ' ἀσθενῆ τὴν σάρκα· ἐπεὶ καὶ λόγου κόρον περίκεισθε, καὶ ἐπὶ πλεῖον μοχθεῖν οὐκ ἰσχύετε. Οἶδα δὲ ταῖς ἀκοαῖς καὶ λόγου κόρον πολέμιον, κἂν θεῖος ᾖ καὶ ὑπέρτατος, καὶ μάλιστα ταῖς ἀψικόρως [93] πρὸς λόγων ἐχούσαις ἀκρόασιν. Ἱερῶς τοίνυν καὶ ὑψηλῶς τῶν ὑψηλῶν ἡμῶν εὐαγγελίων καὶ ἱερῶν τὴν ὑψηλὴν καὶ ἱερὰν ἑορτὴν ἑορτάσωμεν· καὶ ἀξίως αὐτὴν καὶ πρεπόντως τιμήσωμεν· ἵνα δι' αὐτῆς ἀμαχότατα τῶν οὐρανίων ἀγαθῶν ἐπιτύχωμεν· ὧν ἡμῖν αὕτη ῥίζα καὶ πηγὴ καὶ γεννήτρια πέφηνεν, ἐν αὐτῷ Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι δόξα, τιμή, κράτος, μεγαλωσύνη, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

B

III.

Oratio de Hypapante sive occursu Domini,

Ex ms. Græco Medicco Regis Franciæ. Edid. Bollandiani. *Act. Sanct.*, Februar. t. I, p. 274.

—

Cap. I. *Mysteria Christi celebranda. Hujus festi solemnitas.*

1. Aliud Christi est hoc mysterium, alia hæc est Christi Dei nostri magnificentia. Magna enim semper sunt illius miracula, ut quæ orationum aditus accessusque vincant omnium, omnisque excedant virtutem sapientiæ, non humanæ modo, sed etiam angelicarum, earumque quæ sub aspectum non cadunt, Virtutum. Sermo namque et lingua quædam, quæ a nobis hominibus comprehendi nequeat, cœlestibus angelis seorsum data est. Quapropter et magna voce cum magno Paulo exclamabo: Ubi sapiens? Ubi scriba? Ubi conquisitor hujus sæculi? » [93.1] Ubi rhetorum ornamenta? Ubi philosophorum problemata? Ubi grammaticorum facetæ artes? Certe stultam fecit Deus sapientiam hujus mundi, et supervacaneam vanamque, et inutilem vel ideo magis demonstravit, quia hæc sapientia donum etiam ac munus gratiæ erat, ad

C observationem inquisitionemque Dei, vanoque ex errore resipiscendum, incredulis gentibus data. Verum « quia per mundi sapientiam non cognovit mundus Deum, placuit Deo per stultitiam prædicationis salvos facere credentes [3]. » Et hæc jure cum Paulo clamo, ipseque etiam nunc admirabundus exclamabo: « O altitudo divitiarum et sapientiæ et scientiæ Dei? Quam incomprehensibilia sunt judicia ejus, et investigabiles viæ ejus? Nullus enim cognovit sensum Domini, neque quisquam consiliarius ejus fuit [4]. » Nam quo modo res creata mentem videat Conditoris, vel ingenium intellectumque illius possit comprehendere? Vel quo modo figmentum det consilium ei, qui ipsum finxerit, quasi committenti se figmenti consilio, indigentique imperfecto ad perfectionem? Ideo apud insipientes, quod prædicatur, stultitia est: quia sapientia hominum infatuata est. Ideo Academia obdormiit, Stoa (1) conticuit, vacat Peripatus, dor-

D

[92] Matth. xxvi, 41. [93.1] I Cor. i, 20. [3] I Cor. i, 21. [4] Rom. xi, 33-35

VARIÆ LECTIONES.

[90] Nic. πᾶσιν. [91] Nic. omitt. καί. [92] Nic. partic. καὶ postponit ter repetita voci εὐαγγέλια. [93] Cod. ἐφικόρως.

NOTÆ.

(1) Schola Stoicorum et Peripateticorum.

Digitized by Google

mit Lycæum (2), Athenæ proculcatæ sunt : ut ne, relicto Deo omnium Conditore, deos faciant res ab ipso creatas. Hæc enim contra Deum Deique militant: sapientiam, quæ ea quæ videntur, Deo esse majora judicant, neque Deum eorumdem Conditorem videre cupiunt. Propterea tradita ea silentio sunt, atque in profundum oblivionis projecta.

2. Hinc potius Nazareth prædicatur, in qua Evangelia Dei recitata sunt : prænuntiatur hinc Bethlehem, ubi Deus in carne nascitur (3).... ubi Deus miracula patrans vitam degit. Præsignatur hinc Golgotha, ubi Deus crucem suscipit : hinc canitur resurrectio, in qua e sepulcro Deus rursum exsurgit [a] : prædicatur hinc Sion, ac latera Aquilonis præsignificantur, ubi Christus, cum a mortuis resurrexisset, apparet : hinc gloria mons Olivarum afficitur, e quo cum humana natura in cœlum Deus revertitur. Ablata sunt priora, atque alia introducta : infatuata illa, hæc demonstrata sunt : illa in cinerem redacta, hæc illustrata : illa juste, quia Deum non honoravere, contempta sunt; convenienter hæc, quia Deo, ut oportebat, dedere gloriam, vicissim gloriæ commendata sunt. Illa enim hominibus erant offensioni, trahebant ad interitum, in inferni barathrum deferebant; ast hæc hominibus et saluti sunt, eosque e morte ad vitam reducunt, et e terra in cœlum revehunt. Illis in oblivionem actis, hæc festo jam colimus : hæc hodierna die universi concelebramus : his, ut par est, initiamur. Dei enim festa sunt, atque mysteria, quæ, cum juxta hominum conditionem apte perficiuntur, tum mystice sese perficientem ipsa perficiunt.

3. At quod nunc etiam hoc mysterium sit (hujus enim est præsens hæc celebritas) vel quæ hæc Christi magnificentia (hujus enim est hæc pompa atque progressus) continuo nos roget quispiam, vel infidelitate detentus, vel etiam ignorantiam religionis affectans: Ecclesiæ namque filiis, initiatisque a sancto Spiritu, omnia, quæ Christum attinent, manifesta sunt atque cognita, nihilque est eorum, quæ peraguntur, ignotum. Ego vero et clamabo, atque eloquar, prædicaboque, quæ festi hujus sunt propria. « Non enim erubesco Evangelium Christi, » quod clamavit ante nos Paulus, sed extraneorum sapientum per ipsum fastus pudore suffundo. « Virtus enim Dei, quæ comprehendi nequit, est in salutem omni credenti [a]. » Et vero qui possit fieri, ut potentiam Numinis ineffabilem proferre erubescam ? mysteria nostra frustra ne incusent Aristagoræ (4), Anaxagoræ, Anaximandri, Pythagoræ, Aristoteles, Platones, sapientiæ jam corruptæ sapientissimi defensores, qui quæ dicunt nesciunt, eaque quæ asserunt intelligere nequeunt, quos merito et piscatorius (5) nota perstrinxit calamus, et artis sutoriæ scalpellum demessuit, mortuaque et insensilia ostendit esse ferræ retrimenta : verum his e sapiente nostra celebritate dimissis (quippe qui Dei sapientiam et ex se ipsi expulerunt, et inani se vanaque stultitia repleverunt) nos ore cuncti theologico miranda atque a Deo recte facta accinamus, purisque mentibus celebremus. Hoc enim et divinis Dei festis conducit maxime, atque hic eos, qui festa sua concelebrent, requirit.

4. Natus est æternus ille Christus in carne, ac more nostro sibi matrem sumpsit, quæ ipsum indubitate et ineffabiliter genuit : atque hanc nos, qui salutem ex ipsa decerpsimus, mystice nuper festo die coluimus. Post quem rite octavus dies exspectatam carnis circumcisionem excepit : tum vero tanquam mystæ clientesque Dei, quique divina Dei dona acceperimus, rursum mystice hanc peregimus. Aliud autem nunc succedit illis mysterium alioque mortalibus dono gratificatur. Nihil enim a Deo nato proficiscitur, quin ad hominum utilitatem omnino referatur : præ desiderio certe humiles abjectosque extollendi, nostra hominum causa natus est. Quodnam autem nunc etiam illud est, quod ut Deum decet, celebramus mysterium ? Progressus Christi perquam admirabilis, adventus Christi felicitate plenissimus, Christi perdifficilis explicatu oblatio, Christi e divinissimo quidem Bethleemo excedentis, adventantis autem hanc in urbem Hierosolymam (6), de loco in locum transgressio.

5. Ecquis potest hanc Dei ex alio in alium locum migrationem effari ? Quapropter, o viri, eadem nobiscum sapientia repleti, ineffabilia Jesu Christi mysteria, atque ejusmodi ut nequeat ea flumen orationis complecti. Quomodo enim Dei non circumscripti progressum, ejusdemque ex aliis in alia loca transgressionem audiens, non continuo ridebit dicentem, tanquam incredibilia in hominum mentes nulloque pacto recipienda inducentem ? Prodit tamen incircumscriptus (reprehendant licet gentiles hoc præconium, insipientia ejus notata), prodit qui naturalem ambitum (quippe Deus) non sustinet, imo, qui natura potentiaque infinitus est, (finita enim hæc natura est finitæque virtutis) nostro hominum more prodit : rumpatur licet, qui Filium ait esse alium, qui processerit, in alioque

[a] Psal. LXVII, 3. [a] Rom. I, 16.

NOTÆ.

(2) Gymnasium Athenis, in quo docuit Aristoteles.

(3) Desunt nonnulla, potissimum de urbe Hierosolymitana.

(4) De his philosophis agit Laertius in libris De Vitis philosophorum, et passim antiqui.

(5) Apostolos Petrum et Paulum intelligit : ita eosdem S. Chrysostomus aliique Patres describunt.

(6) Græce ταύτην τὴν πόλιν, ubi se degere indicat.

Digitized by Google

dellrat, qui non processerit, atque ita filiorum Christorumque par nobis somniat miser ille Nestorius. Ille vero potius et ex se sibi persuadet impie, et Christi mysterium nefando ausu dilacerat. Voluit enim procedere duntaxat natum ex Virgine, non autem natum ex Patre Filium, Verbum illud sempiternum. At verum manifestumque Deus fecit progressum. Vere enim erat caro factus et corpus, comprehensusque fuerat circumscriptione corporea : exasperetur licet is, qui naturam carnis in Verbo negat, quod caro factum est, progressionemque merum spectrum fuisse somniat, miser Eutyches. Si enim Verbi, quod caro factum est natura mansisset unica, fuisset spectrum, quod apparebat, et nuda umbra hoc Christi esset mysterium, nec vere Verbum incarnatum. Etenim quomodo Verbum, si non assumpsit naturam carnis, immutabiliter caro factum est ? At Verbum revera caro factum est, conversionemque in carnem nullo modo sustinuit ; inviolataque ex Virgine accepit naturam carnis, secundum quam ex ea etiam est progenitum. Idem et dissolutionem non admittit naturarum, et in naturis innotescit duabus : neque ob differentiam earum divisum, quemadmodum insanus furebat Nestorius : neque confundens substantiam (7), quorum in hypostasi facta est conjunctio. Ita unus idemque et in eodem exsistens, Deus innotescit et homo, exhibet personam unicam, constitutam, ex ambabus constantem naturis ; attamen, quæ erant ambarum propria, non confundentem : ex quibus enim immutabiliter componebatur, indivise in iisdem apparet, nec mysterium confundens suum, neque suam personam dividens.

Cap. II. *Occursus Christi. Lumina collata. Dies purgationis.*

6. Ita cœlestis ille Bethlemita procedit : ita apparet aspectabilis, qui fugit aciem oculorum : ita expers ille corporis in carne monstratur : ita venit circumscriptus, qui circumscribi non potest. At in occursum curramus ejus universi, qui tam pie illius colimus veneramurque mysterium, propenso cuncti animo eamus. Quis illi primus occurret ? Quis Deum oculis cernet primus? quis Deum primus excipiet ? Quis primus ulnis portabit Deum? Neminem pigeat cursus accelerati, nemo ad gressum concitatum claudicet, nemo pium abrumpat exitum, nemo ad divinum occursum tardet : nemo celebritatis degustatæ spectetur expers, nemo mysteriorum exsors appareat, nemo lucifera hilaritate privetur : nemo ad cursum Simeonis senis velocissimum fiat languidior, nemo anu illa Anna pede tardior judicetur, ut ne quo modo senes vereque grandævi illum, quem desiderium viderint pedibus, citoque cursu destitui, non solum incusent, sed remissum etiam animum, fortasse et infidelem, eidem propheticis verbis exprobrent. Nemo igitur sit occursus non particeps, nemo ab luce (8) ferenda alienus.

7. Cereorum etiam splendorem addimus, tum ostendendo splendorem accedentis divinum, a quo cuncta splendescunt, pessimisque depulsis tenebris illustrantur abundantia lucis æternæ ; tum vel maxime manifestando splendorem animæ, quicum nos occurrere Christo necesse sit. Ut enim Dei Mater Virgoque integerrima, veram ulnis tulit lucem, iisque adfuit, qui jacebant in tenebris ; ita et illustrationibus illius nos illustrati, ac lumen omnibus apparens tenentes manibus, ei qui vere lux est, obviam ire festinemus. Nam profecto, quia lux venit in mundum [6], eumque tenebris circumfusum illustravit, et quia visitavit nos Oriens ex alto, atque his qui in tenebris sedebant, affulsit [7] ; hoc nostrum est mysterium ; idcirco lampades tenentes incedimus, idcirco lumina ferentes accurrimus, tum ita designantes, quod illuxit nobis, lumen ; tum splendorem, ab eo nobis affuturum, innuentes. Quapropter curramus una, Deo cuncti occurramus : ne, si facere id piguerit, vel de animo ab eo ingrato aliquando accusemur, vel de metuendo ipsius contempti crimine : audiamusque, quod etiam dicentem eum prius audierant tenebris illis involuti, nec illustrandi Judæi : « Quia Lux venit in mundum, et dilexerunt homines magis tenebras, quam lucem : erant enim eorum mala opera [8] (semper enim animum obscurat malitia, nec eum sinit videre lucem) : vel etiam illa (quod sacrum ait Evangelium) « Lux in tenebris lucet, et tenebræ eam non comprehenderunt [9]. » lux ergo illa vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum [10], venit. Omnes ergo, o fratres, illuminemur ; omnes illustremur. Nemo nostrum maneat hoc non initiatus splendore, nemo oppletus illum nocte persistat ; sed prodeamus omnes splendidi : illustrati eamus obviam simul universi, lucemque illam claram ac sempiternam excipiamus cum sene Simeone : exsultantesque cum eo animis, Genitori Patrique lucis, qui misit lucem veram, caliginemque depulit, ac nos omnes effecit splendidos, cum gratiarum actione hymnum concinamus. Dei enim salutare, quod paravit ante faciem omnium populorum atque ad nostram novi Israelis gloriam manifestavit, etiam nos per ipsum vidimus, fuimusque veteri illo obscuroque crimine, uti vitæ præsentis vinculis viso Christo Simeon [11], confestim absoluti. Nos etiam Christum e Bethlehemo ad nos profectum complexi fide, facti sumus ex gentibus, Dei populus (ipse enim Dei Patrisque salutare est) oculisque Deum carnem factum con-

[6] Joan. III, 19. [7] Luc. I, 78. [8] Joan. III, 19. [9] Joan. I, 5. [10] Joan. I, 9. [11] Luc. II, 31.

NOTÆ.

(7) Græce, οὔτε συγχέων τὴν ἕνωσιν (potius οὐσίαν) τῶν ἐξ ὧν ἡ καθ' ὑπόστασιν γέγονεν ἕνωσις.

(8) Græce φωτοφορίας ἀλλότριος, allusione ad cereos qui ferebantur, facta.

Digitized by Google

speximus, ac visa Dei præsentia ulnisque mentis admissa, novus Israel nuncupamur, eamque festis anniversariis, in oblivionem ejus nunquam venturi, celebramus.

8. Verum Christusne ubique præsens accedit (9)? An lux implens omnia procedit in medium? Nihil enim illius, cum natura non circumscripta sit, nullaque abs re arceri valeat, velitque legem implere priscam, vacuum est claritate. Imo vero accedit, ortumque suum omnino summum præsignificans, de se Mosaico vaticinatus est ore. At quale hoc vaticinium? « Omne masculinum adaperiens vulvam, inquit, sanctum Domino vocabitur [12]. » Quod quidem præceptum, magis tamen denuntiationem propheticam, etiam solus implevit, cum ex utero Virginis solus ipse prospexit, eamque tamen virginitate non privavit sua, ejusdemque, cum procederet, vinculum non dissolvit : quod de solo ipso aperte prædictum erat. Nam et ipse solus e sola natus est Virgine, et a seminis experte vulva solus est genitus, et solus e Virginis utero progressus, ipsam Virginem conservavit, non corrupta ejus gratia nascens, illius non minuto splendore in lucem veniens, vinculo illius non soluto progrediens : quæ et Deum ostendunt eum esse, qui nascitur, et Deiparam declarant proprie eam esse quæ parit. Ubi scelestus iterum videtur esse Nestorius, qui neque Deum dicere vult eum qui nascitur; nec Deiparam eam sustinet vocare quæ peperit : ubi exsecrandus quoque Eutyches spectatur, qui carnem negat Domino ejusdem, atque nobis, esse naturæ. Quo enim modo Verbum, quod caro nostra fieri causa sustinuit, « Caro factum est [13], » si natura carnis ab eo ex nobis neque vere assumpta, neque ita ipsi juncta erat, ut ostenderet liquido, eamdem, quam nos, naturam Verbum ante corporis expers suscepisse, atque ita vere hominem factum esse nobiscum, si neque habeat corpus ejusdem eum corporibus nostris generis, neque animam ejusdem, qua nostræ constant naturæ? At vere « Verbum caro factum, » nos servare cupit : et exsistens in ipso Deus vere factus homo, nihil falsi præsefert, neque homines nos decepit; sed nostra natura suscepta gratificatus est nobis suam.

9. Etenim, si hoc ita non erat ut credimus, quomodo, qui hæc scribit, ait Evangelista : « Et postquam impleti sunt dies purgationis eorum [14]? » Qualis porro purgationis, o abominande Eutyches, si caro in Christo non erat vera? si natura humana adunata non erat Verbo? nam divina expers corporis quali eget purgatione? quæ contaminatio in experte carnis divinitate conspicitur? Quanquam ut hominum conditio exigebat, humilius hoc conscriptum est, vel maxime ob te amentiamque tuam imaginariam, atque instar Manichæorum attonitum stuporem tuum. Nam neque, qui omnium est expiator Christus, ulla expurgatione indigebat, accepta præsertim carne illa sola immaculata : neque quæ peperit, inviolata illa impollutaque vere Virgo, quæ omnium genuit expiamentum, expiatione per legem præscripta eguit. Quanquam hoc, secundum legem, ascriptum sit, ut ne Christus dissolutor esse legis existimaretur.

Cap. III. *Ad occursum admittuntur orthodoxi, repelluntur hæretici.*

10. Quid autem vel ipsa inviolatis gestavit ulnis, vel quid Simeon excepit suis, præter Deum carnemque corpusque factum? Et Deum affectu religioso propheta suscipiebat, ac Patri Deoque illum deferebat, et legem implebat spiritu, « Nunc, » gratis inquiens labiis, « dimittis servum tuum, Domine, secundum verbum tuum, in pace [15]. » Quod ei ex Spiritu dictum erat [16], non visurum se mortis aditum, nisi prius videret Christum Domini, legisque vinculum solveretur. Senex enim ille obtinebat personam legis. « Quia, inquit, viderunt oculi mei Salutare tuum [17]. » Non enim erat Salutare lex illa Mosaica. Lex autem vetus et senex et infirma, viso Christo, hoc est Salutari Dei, et ab infirmitate ad salutem reducebatur; et vetustate, quæ illi aderat, convenienter novitati renovata, eximebatur : lumen enim veterem Israel omni vetustate liberans, ad eumque gentes adducens, oculis cernebatur. Idcirco clamat, clamansque enuntiat : « Nunc dimittis servum tuum, Domine, secundum verbum tuum, in pace; quia viderunt oculi mei Salutare tuum, quod parasti ante faciem omnium populorum, lumen ad revelationem gentium et gloriam plebis tuæ Israel [18]. » Exsistens novus e veteri (et Galilæa gentium illustratur, et novus Israel demonstratur) Christum, lumen, aspexit.

11. Quid autem vidit etiam oculis, nisi cognatum nobis corpus atque conspicuum, convincensque inscitiam Eutychetis e Manichaica semente productam? Ex natura enim sua fugit aspectum Deitas, nec hominum oculis cerni potest. Excedant ergo hac nostra celebritate simul Eutyches ac Nestorius ejusdem hostes et adversarii, illiusque lætitiam violare certantes : hic quidem Christum dividens individuum, ille vero impie ea, quæ confundi non possunt, confundens : nec enim unquam a talibus nostra se patitur adornari celebritas. Idcirco purgamini, idcirco nitescite, idcirco Christi mysteria, velut Christo amici, colite; etenim aliter sibi obviam accurrentes neque admittit, neque oculis videre sustinet : verum a celebritate sua

[12] Exod. XIII, 2; Luc. II, 23. [13] Joan. I, 14. [14] Luc. II, 22. [15] Luc. II, 29. [16] ibid. 26. [17] ibid. 30. [18] ibid. 31.

NOTÆ.

(9) Intelligi solam Christi deitatem infra patet, ubi hæretici de ea male sentientes perstringuntur.

Digitized by Google

eos exsules esse jubet, profanosque constituit et occursus ad se exsortes. Abeant una cum his Eunomii et Eudoxii (10-11) et Asterii (12), et cum ipsis Manichæi et Apollinarii (13), Severi ac (14) Dioscori (15), omnisque Acephalorum (16) misera illa ac vere capite carens gangræna. Illi quidem quia ob carnem Christi conspicuam, et inaspectabilem perfectamque deitatem imminuere et abrogare conati sunt, eamque alterius efficere naturæ, substantiæque a natura, quæ est in Patre, qui genuit, contendere diversæ, in creatis eam rebus audacter numerantes, ac decernentes Christum Deum creatum esse, et, secundum utramque naturam, divinam, inquam, et humanam adorandum esse. Hi vero ob illam Christi, quæ non videtur, deitatem, etiam carnem ejus eludere ementirique volunt : qui ea quæ unius solum naturæ propria sunt, abripientes, conjunctarum confusionem substantiarum imaginantur : et miseras Apollinarii Polemonisque (17) præstigias libenti animo accipiunt. Quibuscum Ebiones (18) ac Samosateni (19), Pauli et Bardesanæ collocentur, nostroque e festo hoc exigantur. Hi quidem, quia Christum solummodo nudum hominem ac nobis parem arbitrati sunt, ilsque quæ deitatis sunt propria, carentem, ac ne Deum quidem ullo modo nominaverunt. Illi vero, quod Christum non æternum esse Deum Patrique æternitate parem, sed ex Maria affirmabant solum ex ipsa ineffabili incarnatione Deum exstitisse rati.

12. Et si quidem universi, quotquot vel impie secundum ipsos insanierunt, vel secundum eosdem evaserunt insane impii, a divino Christi occursu repellantur, ut nos, qui recte sentimus, cuncti hunc festo colentes die, hæreseos multifariæ nulla labe suscepta Christo Deo eamus obviam, eumque cum sene Simeone et cum anu ac vate Anna excipiamus. Ambo enim antiquabantur, et lex videlicet, et secuti illam prophetæ, dimissionem exspectabant. Nam usque ad repletam luminibus Christi ostensionem, et obtinuit lex, et prophetæ vaticinantes, a Deo erga Christum sapienter peracta mysteria, admirandaque de Christo oracula prædixerunt. Nos ab ethnicorum multitudine in novum translati Israel, novusque Dei populus appellati, confiteamur vicissim, ac Psalmos accinentes, « Cantemus Domino canticum novum [10]. » Nos pulchre renovati Christique præsentia in altum sublati, abjecto splendore vetustateque gentili simul ac legali universa, omnique eam, quæ carnem sapiat, clarissimaque hac Christi celebritate indigna, cantemus Domino canticum novum. Renovati etenim sumus, novique facti e veteribus, jussique canticum novum canere Deo ac Patri, qui Christi nos præsentia et innovavit universos et populum illius novum esse demonstravit. « Cantemus Domino canticum novum : quia mirabilia fecit [10], » atque per Christi quidem præsentiam mirabilius, per quam omnia innovantur, recuperantur perdita vetera, nova conspiciuntur, atque in Deum sublata in primam juventutem transferuntur.

13. Qualia autem hæc sint, evidenter tradit lyra Spiritus : « Salvavit ipsum dextera ejus, inquiens, et brachium sanctum ejus [11]. » Et quænam hæc, quæso, dextera Dei ac genitoris, et brachium sanctum exstitit, nisi solus ille, per quem omnia fecit Filius? per quem, quæ ante non erant, condidit, et e non exsistentibus ad exsistendum perduxit : quæ postea ad interitum ac vetustatem repentia (veterascens enim res unaquæque et consenescens ex naturæ suæ habitu semper ad interitum vergit)

[10] Psal. CXVII, 1. [10] Psal. CXVII, 1. [11] Psal. CXVII, 2.

NOTÆ.

(10-11) Eudoxius Arianus Constantinopolitanæ invasor sedis baptizavit Valentem imperatorem, cui se adjunxit Aetius magister Eunomii, dein ab Eudoxio constituti episcopi Cyziceni, quem expulsum apud se Constantinopoli detinuit. Ita Socr. l. IV, c. 1 et 7, et S. Epiphan. hæres. 73, n. 38, qui hæreticis Anomœis annumerat, quorum princeps Eunomius habebatur.

(12) Asterius Sophista in persecutione Maximiani Christianam fidem ejuravit. S. Epiphan. hæres. 76, n. 3. Agunt de eo homine Cappadoce et Ariano, ejusque libris Socr. l. I, c. 24; Sozom. l. II, c. 31; S. Athanasius *De Synodo*, aliique.

(13) Apollinaris Laodiceni hæreses describit Epiphan. hæresi 77, n. 22; scilicet Christum corpus e cœlo detulisse, animam non assumpsisse, corpus divinitati consubstantiale fuisse. Agit de eo Sozomen. l. VI, c. 25, et alii : eum S. Damasus papa Romæ in synodo damnavit anno 373.

(14) Severus sedem Antiochenam expulso S. Flaviano per vim invasit anno 513, ex secta Acephalorum, oppugnator concil. Chalcedonensis. Colunt SS. Flavianus, et Elias tunc quoque per ipsum e sede Hierosolymitana pulsus, 4 Julii.

(15) Dioscorus episcopus Alexandrinus patronus Eutychetis, cum eo in concilio Chalcedonensi damnatus. De eo agemus 18 Febr. ad *Vitam S. Flaviani episcopi Constantinopolitani*, ab ejus factionis hominibus in exsilium pulsi.

(16) Cum Petrus Moggus in sedem Alexandrinam anno 482 receptus, Henotico Zenonis imperatoris admisso, Catholicos simul et hæreticos offendisset, Eutychiani plures ab utrisque deficientes, Acephali, id est, sine capite sunt appellati : in varias mox sectas divisi.

(17) Polemonem ex scriptis Apollinarii ansam nactum, dixisse in Christo substantiarum confusionem factam, et commistionem divinitatis et corporis tradit Theodoretus, l. IV *Hæret. fabul.* cap. 9.

(18) Ebion princeps hæresis, quæ Christum nudum hominem appellavit, contra quem et Cerinthum S. Joannes suum Evangelium scripsit. Agunt de eo Theodoretus in compendio *hæreticarum fabularum*, earumque lib. II, cap. 1; S. Epiphanius hæresi 51, aliique.

(19) De Paulo Samosateno agit S. Ephræm Syrus in Testamento quo Bardesanem strenue confutatum esse tradit Theodoretus lib. I *Hær. fab.*, cap. 22; de hoc etiam agit S. Epiphanius hæresi 22.

Digitized by Google

omnipotente quoque dextera et excelso omnimodeque sancto brachio servat. Confitentur enim splendore cognitionis divinæ locupletati, præclareque et corpore et animo, et intellectu lustrati solum Christum esse cognoscique qui per carnis similitudinem ob rerum omnium conditarum recuperationem ad nos venit; per quem et manifeste servamur, et antiqua nostra vetustate eximimur, redimimurque ac Deo efficimur nova conspersio [21], apparentes nos jam veteris acidique fermenti.

14. Nos enim vere sumus dicimurque Dei dextera inexspectato modo conservatæ creaturæ, ac potenti ejus brachio renovatæ : de quibus David vaticinando modulans tenere cantabat : « Salvavit ipsum dextera ejus et brachium sanctum ejus [22]; » salute scilicet indigebamus, ac recessum redemptionemque ab exitiali vetustate petebamus : quibus Psaltes secum adventu Christi ad salutem indigentibus, addicit dexteræ ac brachii Patris corroborationem ad renovandum gloriosam, ut in cantico hoc divinitus inspirato exponitur : « Notum fecit Dominus salutare suum : in conspectu gentium relevavit justitiam suam [23]. » Quod et Simeon (id est, lex) suscipiens, clamitabat ad Deum, sibi concesso salutari, id est, Christo gratificantem : « Nunc dimittis servum tuum, Domine, secundum verbum tuum in pace [24]. » Pax enim cœlestibus ac terrestribus vere Christus significatur. « Quia viderunt oculi mei Salutare tuum, quod parasti ante faciem omnium populorum, lumen ad revelationem gentium, et gloriam plebis tuæ Israel [25]. » Completum est vaticinium : perfecta promissio : illustratum est, quod errabat : affectum est gloria, quod erat inglorium : atque ego (et in me lex) abii a vetustate, neque tantum evasi novus, verum etiam tuum, Domine, conspicatus Salutare, oculisque senilibus gloriam tuam intuitus, vigorem prorsus expertem rugæ juvenilemque recepi. Etenim Christus lumen gentibus factus est, et Israelem novum genitum vocatumque novum, excellenti mirificaque affecit gloria, dispertitus illi gloriam vere expertem senii, et luce nunquam consenescente, neque ex lege agente rugas illustrans.

Cap. IV. *Simeonis et Annæ prophetiæ explicatæ.*

15. Et ille quidem grandævus Simeon, viso Dei salutari, gratis hæc cum ipso verbis sermocinabatur; illud Dei ac Patris Salutare ulnis gerens, quo is salutem transmisit omnibus eximiamque dedit redemptionem. Conversus autem et ad Virginem, quæ Salutare Dei in carne genuit peperitque, et ad Josephum, qui putabatur pater hujusce luminis, innotuit tamen a carnali partu lucis omnino alienus : « Ecce, inquit, positus est hic in ruinam et in resurrectionem multorum in Israel [27]; » in ruinam servorum litteræ, in resurrectionem filiorum gratiæ; in ruinam, legalem adhuc colentium vetustatem, in resurrectionem amantium evangelicam novitatem; in ruinam gloriantium paternitate carnali Abrahæ, in resurrectionem factorum Abrahæ filiorum per fidem; in ruinam indutorum prudentiam Adæ veteris, in resurrectionem sapientium indumentum Adæ novi; in ruinam sapientium pulverea ac terrena, in resurrectionem cupientium excelsa atque cœlestia. Primus enim Adam e terra factus, pulvereus, terrenum habuit affectum. Hic autem secundus Adam, qui et in carne meis portatur manibus, et ipse me ferentem divine fert, peregre venit ad nos e cœlo, omnibusque adventum suum fideliter admittentibus, ac primi quidem Adæ vestem respuentibus, novi vero nativitatem desiderantibus, cœlestem largitur censum. Quotquot enim eum cum fide receperint, iis adoptionem immortalem filiorum apud Deum ac Patrem confert [28], qui neque ex voluntate carnis gignuntur, neque ex voluntate viri constituuntur, sed ex Deo secundum gratiam nascuntur : nec enim e substantia ejus naturaque proveniunt.

16. Solus enim hic, o Virgo Mater inviolata, ex Deo secundum naturam genitus est ac Deo Patri consubstantialis; solus ex Deo natus genitore, Filiusque ejus unicus agnoscitur, et certe ex te Virgine incarnatus, generationem humanam ex te suscepit. Ac tuam ipsius, quæ et magna Dei conspexisti mysteria, et thesaurum gratiæ nobis hunc peperisti, animam pertransibit anceps gladius [29], ac mentem stupore percussam ensis percurret, quando eum oculis conspexeris sponte clavis cruci affixum atque inter latrones medium sublatum, interimere ipsam mortem, a qua occidebamur; nobis vero, qui juste moriebamur, donare vitam; ac ligatis legionibus dæmonum, solvere peccatorum vinculis hominem, antiquitus a dæmone alligatum. At non persistet, neque omnino in te permanebit gladius ille pertransiens : nunquam enim, o Dei Mater, in divini ex te conceptus, miræque ex te progenerationis oblivionem adducta fueris. Corripieris certe quodam humano stupore ex iis, quæ infandæ Crucifixionis tempore eventura sunt; quomodo Deus qui per naturam neque mori, ac ne pati quidem potest, in crucem agi sustineat, quomodo, qui ab angelis sempiterna effertur gloria, idem latronum medius contumeliis afficiatur, quomodo, qui escam præbet omnibus esurientibus, quique potum dat omnibus sitientibus, fel bibat et acetum : quomodo vita illa, quæ dat vitam omnibus ea carentibus, subeat necem : quomodo latus illi hasta confodiatur, qui lancea sensum omnem oculorum fugiente mortem confoderit; quomodo, qui mortem corruptionemque sepelit, qui sepultos tumulis eximit, qui sortitis ex Adamo corpora cademque

[21] I Cor. v, 7. [22] Psal. xcvii, 1. [23] ibid. 3 [24] Luc. ii, 29. [25] ibid. 30. [27] ibid. [28] Joan. i, 12. [29] Luc. ii, 35.

Digitized by Google

mortua ob contractam ejusdem Adami primi parentis labem circumferentibus, vitam reddit a morte excitatis, ferat tridui sepulturam! percelleris enim nonnihil, hæc videns omnia : at non diu parebis ambigens : animam quippe tuam ac mentem pertransibit perculsionum tantarum tamque terribilium gladius. At non persistet : nec mansionis stationisve locum occupabit, ocissime quippe depulsus abs tuo illo seminis experte conceptu, atque abs tuo illo semper virgineo partu.

17. His omnino nihil est vel horribilius, vel, iis qui non intelligunt, visu incredibilius. Idcirco revelantur ex multis cordibus cogitationes, quæ conspicere nequeunt divina tua ac mira mysteria, quæ nec cœlorum virtutes quidem videre potuerunt. Idcirco cadit, qui non credit, præconio : resurgit autem atque ad vitam immortalitatemque illustratur, qui preli tuæ credit, ipsumque ore Deum prædicat, teque, quæ genueris, sentit esse Deiparam. Idcirco Christus ita ex te natus, ignaris mysteriorum ejus vere ponetur in signum, cui contradicetur [36], patienturque illi lapsum, a quo erigi non poterunt, participes redditi infidelitatis; excitationemque a mortuis, vitamque, quæ in cœlis est, propterea quod vitæ æternæ non crediderint, nunquam contemplabuntur. Hæc locutus desistit, dominationemque legis, ipsum legislatorem jam advenientem suæque ipsius legis consilio perfecte stantem conspicatus, simul sistit. Processit enim Christus, complementum legis; Paulique sententiæ [37] qui contradicat est nemo. Unde in salutem quidem credenti est, at infidelem habenti animum in interitum ac ruinam.

18. Adstat Anna etiam huic operi, anilibus incedens gressibus. Nam et illam advocabat mysterium impleturam prophetiæ gratiam, dum prophetico spiritu testatur quod notum fecit Dominus salutare suum, ac quod in conspectu gentium revelavit justitiam suam : et quod non sit lex [38], quæ in umbra figuraque prævaluerit, hominibus imponens onera importabilia [39], revelata jam cunctis gratia, suave habente jugum et onus leve facilequeportatu [40]. Et quod non sit lex vaticinantur de Christo prophetæ, ubi, qui iisdem inspiravit vaticinia, vaticinatumque eos misit, ipse jam adventarit. Quæ quidem Anna cum prophetiæ clareret gratia, diceretque ad eos, qui exspectabant redemptionem Israel [41], consolationem ingenerabat iis undique divinam, venisse omnium Redemptorem, apparuisse Salvatorem universi, qui velit imaginem redimere suam, cupiatque homini a se creato salutem conferre. Nam ideo Christo est nomen Jesus : quippe et Jesus Salvator exponitur.

19. Hæc autem omnia cum et re ipsa fierent, et propalarentur verbis, stupebat Maria Dei Mater, admirabatur una cum ipsa præsens Josephus. Postquam tamen, quæ a lege injuncta erant, consummassent (omnia namque quæ legis erant, Christus venerat implere et legalibus finem præceptis imponere); revertuntur in Nazareth, ubi a Gabriele archangelo fuerat salutata, quæ mundo genuit Salvatorem, et de seminis experte conceptu gravida, et virgo a partu manens, videntibusque declarans universis, notum factum esse Salutare Dei, lumen gentibus illuxisse, omnibus terrarum finibus justitiam redemptionemque Dei apparuisse : ac divinam gloriam claritatemque æternam omnis interitus, corruptionisque nesciam induisse eos, qui illum exspectabant [42].

Cap. V. *Mysterium turturum et columbarum oblatarum Epilogus.*

20. Quid autem volunt et turtures, aut cur pulli columbarum accepti sunt, quæ Christus adiens Hierosolymam ad sistendum se Genitori Deo in sacrificium deferebat? aut quam ob rem par unum ex alterutro genere obtulit, si, quæ hunc genuit, virgo manserit? offerebat pro se Patri hæc animalia, quæ pura deprehenduntur, interque volucres eximia : ac, præterquam quod ambo munda sint nec profana, horum genus utrumque simul, propriam quamdam virtutem continet : ostenduntque aves illæ, eximium esse aliquid atque selectum, præter cætera, innatum sibi, quod spiritaliter contemplantibus afferat utilitatis haud parum. Præceptum namque servandæ legis non intra solam consistit litteram : abditum etiam quiddam continet, et eminens magis eo, quod apparet, atque incomparabili pretio excedens. Ideo littera me occidit, solam sequentem litteram; Spiritus autem vivificat spiritui bene obtemperantem [43] : et dum littera a velamine dehiscit quodammodo, spiritus subeuntem fundum, ac denudantem thesaurum illic abditum, atque ita opes illas infinitas adeptum perficit. Puræ erant aves turtures et columbæ, sicuti dictum est, ac turtures quidem summa temperantia, quam adeo amplectuntur, ut, si conjugi mors contigerit, nec superstes cum alio convenire sustineat, vitam reliquam agat cælibem, viduitatemque colat potius quam ut connubialem cum alio mare contactum sufferat. Columbæ vero sunt purissimæ a malitia, omnisque noxiæ expertes, quas ideo ob simplicitatem suam vacuitatemque malitiæ Christus simplices vocat [44], quæque ad suos quoque persecutores, tanquam mali nil passæ, mox redeant : quod summæ signum est innocentiæ, multæque ut sic dicam, simplicitatis indicium. Et quidem casti turtures, degunt privati ac solitarii; at insontes columbæ non modo cicures, domorumque incolæ, sed etiam hominum peramantes. Id persuadeat illa peramabilis columba, ad Noe in arcam rediens, oleæ ramum ore afferens, et misericordiam declarans Domini diluviique finem,

[36] Luc. II, 35. [37] Rom. I, 16. [38] Psal. CXVII, 2. [39] Matth. XXIII, 4. [40] Matth. XI, 30. [41] Luc. I, 38. [42] Luc. III, 7. [43] II Cor. III, 6. [44] Matth. X, 10.

Digitized by Google

mystice vero, ut Patri Spirituique videbatur, benignum Christi adventum, quem extremis temporibus per amorem misericordiæ vere plenum, exhibuit. Erat quippe tunc quoque vespera, cum ad Noe, secundum ab auctore generis Adamo vitæ genitorem, frondifera illa prophetice revolavit; atque ad futuram nobis inclinante sæculo Christi Dei misericordiam prænuntiavit.

21. Vult ergo Christus manifestissime, ad se accedentes temperantiæ cum primis habere puritatem innocentiæque splendorem sapere, atque his magis illustrari, ipsumque Christum, qui eos condidit, et ea qua erga homines fuit misericordia, eosdem servaturus descendit, exhilarare; ut is et videat et lætetur, libensque illos simul occurrentes excipiat. Nec enim alia re ulla sic Deus colitur, atque temperantiæ et castimoniæ omnisque innocentiæ perfectione. Est autem honestum, suave ac quietum, negotiorumque æstu liberum, et Deo, quoad fieri id quidem potest, adhærere, et nulla ab re implicari studiosius, distractum scilicet atque occupationibus mundanis avulsum: quibus etiam illud canticum videtur dicere: « Vacate et videte, quoniam ego sum Deus [39], » tanquam in solitaria sibi vita vacaturis semper amans commonstrare sanctimoniam suam illuminantem. Honestate effulgent etiam similiter tum mansuetudo, tum communio amorque mutuus, quo quis agere recte poterit, tum qua convenienter erga proximum alliciatur misericordia, cum eaque naturaliter conjuncta humanitas, in quibus fit ipso cum Deo prægrandis assimilatio.

22. Cur autem volucres binas attulit? sic enim lex afferre imperabat: quia unus idemque Christus naturis duplex cernitur, e duabus quidem naturis adunatus, atque in duabus sine divisione confusioneque innotescens, tam divina quam humana, ex quibus etiam est compositus. Verum nos ipsi etiam constantes animo atque corpore, constituti sumus duplices, apparentesque et in animo et in corpore, ut ambobus etiam, quod honestum est, faciamus; neque altera quidem parte expleamus virtutem, claudicemus autem altera, virtutumque splendore careamus. Atque hoc ipse Dominus, qui virtutis universæ bonus dator agnoscitur, cum doceret, aiebat: « Estote perfecti, sicut et Pater vester cœlestis perfectus est [40]. » Imperfectum enim inexpletumque si quid est, Deo etiam non acceptum continuo esse judicatur.

23. Hoc itaque scientes etiam nos, desideratissimi, Christo Deo ita simul eamus obviam: temperantiam afferentes, apportantes castimoniam, ferentes innocentiam, injuriarum oblivionem ostendentes, separantes nos ipsi a curis sæcularibus, Deoque sistentes puros, conferentes morum lenitatem, benevolentiam, amoremque habentes in omnes mutuum, addicentesque ad hæc omnia miserentem omnium animum, prodeuntique ex animo commiserante misericordia abundantes, ita Christum accipiamus accedentem, ita spectemus Christum, ita Christum divina quadam ratione stringamus ulnis, verbisque coram confiteamur propheticis, illius ad nos adventum laudantes, eamque, quam erga nos exercuit, misericordiam ore magnisque vocibus prædicemus, ut et regnum cœlorum adipiscamur, et æternis fruamur bonis in ipso Christo Redemptore ac Salvatore nostro Deo, cum quo optimo Deo Patri sanctissimoque Spiritui gloria, honor, et adoratio undique sit et nunc et semper et in sæcula sæculorum. Amen.

[39] Psal. LXV, 11. [40] Matth. V, 48.

IV.

Σωφρονίου ἀρχιεπισκόπου Ἱεροσολύμων λόγος εἰς τὴν ὕψωσιν τοῦ τιμίου σταυροῦ, καὶ εἰς τὴν ἁγίαν ἀνάστασιν.

Sophronii patriarchæ Hierosolymitani oratio (1) *in exaltationem venerandæ crucis, et in sanctam resurrectionem.*

Interprete Godfrido Tilmano. — GRETSER, III 226.

Σταυροῦ πανήγυρις, καὶ τίς οὐ σκιρτήσειεν; ἀναστάσεως κήρυξις, καὶ τίς οὐ γελάσειεν; Ὁ μὲν γὰρ ἐν τόπῳ Κρανίου παγεὶς καὶ τὸν Δεσπότην προσηλωμένον ἔχων τῆς κτίσεως, « τὸ καθ' ἡμῶν χειρό-

Crucis panegyris est et solemnitas, quis non exsultaverit? Resurrectionis prædicatio est, quis non in hilaritatem diffundatur? Nam crux, quæ in Calvariæ loco fixa fuit, universorumque condito-

NOTÆ.

(1) Habemus hanc orationem ex bibliotheca Maximi Margunii. Latine versa est jam olim ab Achille Statio, Lusitano, cujus versio, postquam hanc novam confeceram, Roma ad me missa est a R. P. Hieronymo Brunello, Societatis nostræ presbytero. Auctor orationis hujus est Sophronius patriarcha Hierosolymitanus, cujus anniversariam memoriam Græci et Latini agunt 2 die Martii. Græci hoc Elogio: « Sancti Patris nostri Sophr. patriarchæ Hierosolymitani, ex civitate Damasco, multiplici eruditione, divinarum litterarum scientia et pietate insignis. Floruit temporibus Heraclii, cujus anno 19 ad sedem illam evectus est, mortuus anno 28 ejusdem: « Cum, ut inquit Cedrenus, diu multumque adversus Heraclium, et cum eo sentientes Sergium, ac Pyrrhum Monothelitas, decertasset, » et multa scripta Ecclesiæ reliquisset; inter quæ liber qui *Pratum spirituale* inscribitur; *Vita Mariæ Ægyptiacæ*, varia Encomia in sanctos, duæ homiliæ in crucem; et Epistola synodica ad Joannem Pontif. Max. et Sergium episcopum Constantinopolitanum. Vide Cedrenum et Zonaram in Heraclio. Habuit Sophronius orationem hanc pridie Exaltationis sanctæ crucis, nempe 13 Septembris; quo die celebratur Hierosolymis dedicatio templi, quod *Anastasis* seu *Resurrectio* vocabatur. Typicum Sabæ, 13 die, Τὰ ἐγκαίνια τῆς ἁγίας Χριστοῦ Θεοῦ ἡμῶν ἀναστάσεως· *Dedicatio sanctæ Christi Dei nostri Resurrectionis.* Et de hac resurrectione loquitur in tota hac oratione Sophronius; non autem de festo Resurrectionis seu Paschæ.

Digitized by Google

rem affixum tenuit, illud : « *Quod contra nos erat, chirographum disrupit* [1], » et nos a peccati nexibus exsolvit (chirographum, inquam, quod progenitor noster Adamus, Dei mandata transgressus, subsignavit) effecitque, ut omnibus lætitiis pleni incedere, et instar vitulorum solutis vinculis saltare possimus. « Ubi enim abundavit iniquitas, ibi superabundavit et gratia [2]; » resurrectio vero mortis corruptionem exterminavit, tenebrasque inferni expulit, et mortuos ex sepulcris excitavit, et *ab omni facie*, ut cum propheta loquar, *lacrymas abstersit*; gratiamque, quæ hæreditate et successione non comparatur, omnibus impertivit. Non enim particulare est resurrectionis donum, neque ad paucos quosdam hujus beneficii amplitudo sese extendit. Omnis namque creaturæ Deus et Dominus erat, qui secundum humanam naturam sepulcrum vel potius resurrectionem in ipsa effecit; qui beneficia ad paucos manare solita dare non solet; apud quem personarum acceptio nihil loci habet. Nam cum verissimus sit rerum omnium Dominus, in omnes gratiæ salutisque dona effundit, rationem enim habet suæ imaginis, eamque perfectissime renovat, quandoquidem omnis homo, nemine excepto, ad similitudinem Dei efformatus est.

γραφον ἔρρηξε, » καὶ δεσμῶν ἁμαρτίας ἡμᾶς ἠλευθέρωσεν, ὅπερ Ἀδὰμ ἡμῶν ὁ προπάτωρ ὑπέγραφε, παραβὰς τοῦ Θεοῦ τὰ ἐντάλματα, καὶ σὺν θυμηδίᾳ σκιρτᾷν παρεσκεύασεν, ὡς ἐκ δεσμῶν ἀνειμένα μοσχάρια. « Ἔνθα γὰρ ἡ ἁμαρτία ἐπλεόνασεν, ἡ χάρις τοῦ Θεοῦ ἐπερίσσευσεν. » Ἡ δὲ τοῦ θανάτου τὴν φθορὰν ἐξωστράκισε, καὶ τοῦ ᾅδου τὸν ζόφον ἀπήλασε, καὶ τοὺς τεθνεῶτας τῶν τάφων ἀνέστησε, καὶ προσώπου παντὸς, προφητικῶς εἰπεῖν, ἀπήλειψε δάκρυον, καὶ τὴν χάριν τὴν ἀληθῶς ἀδιάδοχον ἀνθρώπῳ παντὶ προσκεχάρισται. Οὐ γὰρ μερικὸν τὸ τῆς ἀναστάσεως δώρημα, οὐδ' εἰς ὀλίγους τινὰς ἡ ταύτης ἐδείχθη κατόρθωσις. Θεὸς γὰρ ἁπάσης ὑπῆρχε τῆς κτίσεως, ὁ ἀνθρωπείᾳ σαρκὶ τὴν ταφὴν ἐν αὐτῇ ποιησάμενος, μᾶλλον δὲ τὴν ἀνάστασιν· ὃς μερικὰς οὐκ οἶδε παρασχέσθαι χάριτας, οὐδὲ προσωποληψία τις παρ' αὐτῷ πολιτεύεται. Πάντων γὰρ Θεὸς ἀληθὴς γνωριζόμενος, εἰς πάντας ἀνθρώπους τῆς σωτηρίας ἐκτείνει τὸ χάρισμα, εἰκόνος τῆς ἰδίας φειδόμενος, καὶ ταύτην ἀνανεῶν τελειώτατα, ἐπεὶ καὶ πᾶς ἐπίγειος ἄνθρωπος ἐν εἰκόνι Θεοῦ πεπλαστούργηται.

Crucis memoria agitur; quis hominum se ipsum non crucifixerit? Hunc enim Deus pro maxime legitimo et germano adoratore agnoscit, qui seipsum mundo crucifixit, quique opere ipso suum erga crucem cultum et amorem comprobat. Resurrectionis encænia sunt; quis fidelium non renovabitur, omni illa morte, quam passiones et immoderatæ cupiditates afferunt, repulsa, animæque immortalitate et incorruptione induta? Alia enim mors est animæ, alia corporis; illam enim mortem generat peccatum, ut hujus cathedræ princeps Jacobus, frater Domini, scriptum reliquit [3]; hanc vero parere consuevit resolutio elementorum, ex quibus cujuslibet essentia constituitur. Certe immortalis itidem animæ separatio et quasi mors quædam est, etiam si hoc medicorum decretis minime approbetur (quippe qui solam corporum curationem promittant), nam et hoc primo homini, cum divinum præceptum prævaricatus esset, disertis verbis, ab hujus universi procreatore, loco pœnæ, impositum est. Crux in altum extollitur; quis a terra in altum mystice sese non attollet? nam ubi liberator in altum effertur, ibi oportet, ut et is, qui liberatur, pariter ascendat, desiderio semper cum Servatore versandi, semperque permansurum auxilium ab illo accipiendi. Hodie procedit resurrectio, suaque progressione omnia illustrat et ornat. Cras crux manifestatur, munera cultoribusque largitur. Hodie resurrectio expanditur, cras crux in edito loco quodammodo supervolat; illa quidem mortem publice traducens; hæc vero turbas dæmonum; illa per seipsam prædicans et proclamans, mortem jam vere deletam esse, hæc

Σταυροῦ προῆλθε μνημόσυνα, καὶ τίς ἀνθρώπων ἑαυτὸν οὐ σταυρώσειε; Τοῦτον γὰρ οἶδε προσκυνητὴν γνησιώτατον. Τὸν ἑαυτὸν τῷ κόσμῳ σταυρώσαντα, καὶ ἑαυτὸν δεικνύντα τοῖς πράγμασιν, ὃς σταυροῦ φίλος πεφώραται γνήσιος. Ἀναστάσεως τὰ ἐγκαίνια, καὶ τίς πιστὸς οὐκ ἀνακαινισθήσεται, πᾶσαν παθῶν ἀπωσάμενος νέκρωσιν, καὶ ἀφθαρσίαν ψυχῆς ἐνδυσάμενος; Ἄλλος γὰρ ψυχῆς διορίζεται θάνατος, καὶ ἄλλος τοῦ περὶ αὐτὴν γινώσκεται σώματος. Ἐκεῖνον μὲν γὰρ ἡ ἁμαρτία κυΐσκει τὸν θάνατον, ὡς ὁ ταύτης τῆς καθέδρας ἀρχηγὸς καὶ ἡγούμενος ὁ ἀδελφόθεος Ἰάκωβος γέγραφε. Τοῦτον δὲ ἡ τῶν στοιχείων ἀνάλυσις γεννᾷν πέφυκεν, ἐξ ὧν οὐσιωδῶς καὶ συνίσταται. Ναὶ μὴν καὶ τῆς ἀθανάτου ψυχῆς ἀναχώρησις, κἂν ἰατρῶν παισὶ μὴ δοκῇ τοῖς μόνα θεραπεύειν ἐπαγγελλομένοις τὰ σώματα· ἐπειδὴ τῷ ἀνθρώπῳ τῆς θείας ἐντολῆς παρακούσαντι τοῦτ' αὐτὸ πρὸς τοῦ Κτίσαντος σαφὲς ἐπιτίμιον ἐδέδοτο. Σταυρὸς εἰς ὕψος ἐπαίρεται, καὶ τίς ἀπὸ γῆς μυστικῶς οὐχ ἁρθήσεται; Ἔνθα γὰρ ὁ Λυτρωτὴς ὑπεραίρεται, ἐκεῖ καὶ ὁ λυτρωθεὶς φοιτᾷ καὶ διάλλεται, ποθῶν ἀεὶ συνεῖναι τῷ σώσαντι, καὶ τὴν ἀπ' ἐκείνου τρυγᾷν οὐ φθειρομένην ἀντίληψιν. Σήμερον ἡ ἀνάστασις πρόεισι, καὶ φαιδρύνει τῇ προόδῳ σύμπαντα· αὔριον ὁ σταυρὸς ἐμφανίζεται, καὶ τοῖς προσκυνηταῖς τὰ δῶρα παρέχεται. Σήμερον ἡ ἀνάστασις ἥπλωται, καὶ αὔριον ὁ σταυρὸς ὑπερίπταται· ἡ μὲν τὴν φθορὰν στηλιτεύουσα, ὁ δὲ τῶν δαιμόνων τὰς φάλαγγας· ἡ μὲν δι' ἑαυτῆς προκηρύττουσα, ὡς ἀληθῶς τεθνάτωται ὁ θάνατος· ὁ δὲ διαγγέλλων τοῖς ἅπασιν, ὡς πᾶσα κακουργία δαιμόνων κατήργηται, καὶ ὡς πᾶσα αὐτῶν ἐκνενέκρωται μιαρὰ καὶ ψυχοφθόρος ἐνέργεια. Καὶ ὢ τοῦ θαύματος! καὶ τί εἰπεῖν ἀπορῶ τὸ μυ-

[1] Coloss. II, 14. [2] Rom. V, 20. [3] Jac. I, 15.

Digitized by Google

στήριον ; πάλαι μὲν γὰρ τῆς ἀναστάσεως ὁ σταυρὸς προηγήσατο, ἄρτι δὲ ἡγεμόνα καὶ πρόδρομον ὁ σταυρὸς τὴν ἀνάστασιν κέκτηται.

A autem omnibus annuntians, omnem dæmonum improbitatem exinanitam, omnemque animas perdendi perniciosum conatum jam ad nihilum recidisse.

O miraculum, et quid cunctor mysterium edicere? Olim quidem crux resurrectionem antecedebat ; nunc vero resurrectio dux et velut anteambulo crucis est.

Ὦ τῆς θαυμαστῆς ἀγταμείψεως ! Ὁρῶ γὰρ κἀνθάδε τοῦ Σωτῆρος τὸ λόγιον ἀναφανδὸν ἐπ' αὐτοῖς ἐκπληρούμενον· « Ἰδοὺ γὰρ οἱ ἔσχατοι γεγόνασι πρῶτοι, καὶ τὸ ἔμπαλιν οἱ πρῶτοι πεφήνασιν ἔσχατοι. » Καὶ τίς ἄρα φάναι δυνήσεται τουτωνὶ τῶν ἀμοιβῶν καὶ ἀλλαγμάτων τὸ αἴτιον ; Οὐ γὰρ δρόμοις τισὶ τούτων χρωμένων, ἡ μὲν προπεπήδηκεν, ὁ δὲ ὡς βραδὺς ἐφυστέρησε. Τί γὰρ μὴ, ὡς καὶ πρότερον, ὁ μὲν θεῖος σταυρὸς προανατείλας ἐξήστραψεν, ἡ δὲ φωτοφόρος ἀνάστασις μετ' ἐκεῖνον τριήμερος ἔλαμπε ; Καὶ τί μὲν συνειδότες ἡμῶν οἱ γεννήτορες τούτων τὴν ἀμοιβὴν ἐποιήσαντο, λέγειν ἀναμφιβόλως οὐκ ἔχομεν. Οἰόμεθα δὲ καὶ στοχαζόμεθα, τοὺς ἐκ τῶν περάτων ἀφικνουμένους πρὸς τὴν αὐτῶν ζωηφόρον προσκύνησιν τῆς ὑστερήσεως καὶ τῆς προπορεύσεως εἶναι τὸ αἴτιον· ὅπως πρότερον οὗτοι τῆς ἀναστάσεως τὴν περιχαρῆ καὶ λαμπρὰν ἑορτὴν ἑορτάσαντες, μετὰ δὲ ταύτην εὐθὺς σταυροῦ τὴν μακαρίαν ὕψωσιν βλέποντες, ἐφόδιον καλὸν καὶ σωτήριον τὴν αὐτοῦ πανσθενεστάτην συμπόρευσιν ἔχοιεν, ἐν ὁδοιπορίαις συνθέουσαν ἐν πελάγει συμπλέουσαν, καὶ τὴν πανταχοῦ σωτηρίαν βραβεύουσαν, καὶ ἐκ πάντων ἐναντίων φυλάττουσαν, καὶ αὐτοῖς ὑμῖν δεικνῦσαν τοῖς πράγμασιν, ὡς πάντα τῆς οἰκουμένης τὰ πέρατα ἡ παναλκεστάτη τοῦ σταυροῦ περιείληφε δύναμις, καὶ ὡς τὰ πάντα πλήρωσε, καὶ ἀκόπως παντὶ παραγίνεται, τῶν δυσχερῶν τοὺς πιστοὺς διασώζουσα καὶ σωτηρίαν αὐτοῖς εὐσεβοῦσι πυρσεύουσα, καὶ τὰ πάντων ἐχθρῶν καταργοῦσα βουλεύματα.

O admirandam permutationem ! Video enim et hic Salvatoris verbum perspicue impletum esse : « Ecce novissimi facti sunt primi [a]. » Et quisnam hujus vicissitudinis et permutationis causam explicare poterit ? Neque enim cursus velocitate usa, illa antegressa est ; hæc, ut tardior, subsecuta. Cur igitur non, ut prius, divina crux prius exorta refulsit ; luciflua vero resurrectio triduo post illam resplenduit ? Equidem quid majores nostri spectarint in hac permutatione facienda, nemo nostrum pro certo et explorato dixerit. B Arbitramur autem, nobisque, conjectura ducti, persuademus, eos, qui ex finibus terræ ad utriusque adorationem sese conferunt, hujus subsecutionis et antegressionis causam fuisse, ut obito prius et celebrato lætissimo et splendidissimo Resurrectionis festo ; post hoc autem statim crucis exaltatione conspecta, potentissimum ejus comitatum, quasi egregium et salutare viaticum secum asportent ; habeantque crucem in terra quidem simul gradientem, in mari simul navigantem comitem ; tanquam salutis utique largitricem, omniumque incommodorum profligatricem, quæ reipsa demonstret, quomodo immensa crucis virtus omnes fines terræ complexa sit, et ut omnia compleat ; et quam omnibus locis absque labore præsens sistatur ; eripiens fideles ex cunctis difficultatibus salutemque piis concilians, et omnia hostium consilia irrita reddens.

Τάχα δέ τις καὶ ἕτερος λόγος ἔνεστι κρύφιος, ὃν ἴσασι καὶ ἐπίστανται οἱ πάλαι γεγονότες ταυτησὶ τῆς ἐκκλησίας διδάσκαλοι, ὃν ἡμεῖς οἱ ἐλάχιστοι μὴ εἰδέναι τανῦν σαφῶς ὁμολογεῖν οὐκ αἰδούμεθα. Δοίη δὲ ὁ Θεὸς καὶ τούτου τὴν εἴδησιν, ὡς ἀραρότως πιστεύομεν, διὰ μόνην ὑμῶν τῶν πιστοτάτων ὠφέλειαν. Τί τοίνυν τούτων ἡμῖν τῶν μακαρίων ἑορτῶν ὑψηλότερον ; τί τούτων ἡμῖν τῶν ἱερῶν πανηγύρεων ἐν τοῖς οὖσίν ἐστιν ἱερώτερον ; ἢ πῶς χαρησόμεθα καὶ σκιρτήσομεν τούτων τὰς ἑορτὰς ἑορτάζοντες ; Ἀναστάσεως ἔλλαμψις, καὶ σταυροῦ δᾳδοῦχος προσκύνησις. Ταῦτα ἡμῖν τῆς πάσης σωτηρίας τὰ τρόπαια. D Ταῦτα ἡμᾶς θανάτου καὶ παθῶν λυτρωσάμενα, καὶ τῆς δαιμόνων κακίστης λυμάνσεως, πρὸς τὸν Δεσπότην ἡμῶν ἐπανήγαγε, τὰ κατηφῆ καὶ σκυθρωπὰ καταλύσαντα, καὶ τῶν χαροποιῶν ἡμῖν τὴν αὐγὴν ἐκπετάσαντα. Ἢ οὐ ζωῆς ἡμῖν ἡ ζωοτόκος ἀνάστασις δωρεῖται τῆς ἀθανάτου τὴν εἴσοδον ; ἢ οὐ παθῶν ἡμῖν ἀπολύτρωσιν ἐγγενᾷ καὶ ὁ σταυρὸς ἀνυψούμενος ; Καὶ γὰρ ἀληθῶς ταῦτα τῆς πρὸς Θεὸν οἰκειώσεως πάλιν ἡμᾶς μετόχους ἀνέδειξε, δι' ἣν καὶ γεγέννηται καὶ πᾶσιν ἡμῖν τοῖς ἐπὶ γῆς ἀνατέτακε.

Forte subest alia occultior ratio comperta veteribus hujus Ecclesiæ magistris ; quam nobis ignotam esse publice fateri non erubescimus. Deus det, ut et hujus cognitionem consequamur, ut merito credimus, propter solam vestram, qui maxime fideles estis, utilitatem. Quid igitur beatissimis hisce solemnitatibus sublimius ? Quid his sacris conventibus et festis in tota rerum universitate est sanctius ? Quomodo non efferemur gaudio, et exsultabimus, dum hæc festa celebramus ? Eu resurrectionis claritas, et crucis fulgida adoratio : hæc omnis nostræ salutis tropæa sunt. Hæc a morte cunctisque pravis animi motibus nos liberarunt ; et a durissima dæmonis vexatione expeditos ad Dominum nostrum reduxerunt, fugataque omni tristitia et anxietate, lucem eorum, quæ lætitia refertissima sunt, expanderunt. Annon vitæ genitrix resurrectio ingressum ad immortalem vitam nobis largitur ? Annon crux exaltata a passionibus perturbationibusque nos liberat ? Vere hæc similitudinis illius cum Deo et familiaritatis denuo nos participes fecerunt ; cujus gratia etiam instituta et nobis omnibus terram incolentibus exorta sum.

[a] Matth. xix, 30

Digitized by Google

Cognita igitur horum plena mysteriis virtute, et quantis beneficiis nos affecerint, et quæ dona nobis itidem conciliarint, ita præclare et pie illa celebremus, prout ipsamet coli exoptant : non in « cubilibus et impudicitiis; non in contentione et æmulatione; non in rapinis et injustitiis [4]. » Omitto reliqua scelera commemorare; audeo enim dicere, fratres charissimi, ejusdem fidei nobiscum consortes, iisdemque spiritualibus fructibus et donis cumulati, si quis hoc modo ea venerari velit, futurum, ut talem non tantum non respiciant aut admittant, sed et aversentur et abominentur, tanquam hominem, qui vitam illis indignam agat, et facta illis plane exosa perpetret. Quapropter hortor et admoneo, ut illa fugiamus et caveamus, quæ odio esse scimus tam augustis et venerandis mysteriis : illa autem omni studio amemus et agamus, quæ ipsis grata et accepta novimus. Grata vero sunt et jucunda omnia ; quæ agentem ad salutem ducunt, et quæ viam ad æternam vitam præmonstrant. Annon vitam nullo fine terminandam, lucemque minime celeriter diffugere solitam hominibus impertierunt, postquam a Christo resplenduerunt? Igitur et nos mutemus nostrum vivendi institutum, depositaque priore conversatione, tanquam noxia et perniciosa, in novitate vitæ, facili cursu, feremur. Annon vitæ hæreditatem resurrectio nobis donat? An non crux nostrum veterem hominem crucifixit?

A Τούτων τοιγαροῦν τὴν μυστικὴν γινώσκοντες δύναμιν, καὶ ὅσον ἡμᾶς εὐεργέτησε, καὶ ὥνπερ ἡμῖν ταῦτα γεγένηται πρόξενα, οὕτως αὐτὰ καλῶς καὶ εὐσεβῶς ἑορτάσωμεν, ὡς αὐτὰ τιμώμενα βούλεται, « μὴ κοίταις καὶ ἀσελγείαις, μὴ ἔριδι καὶ ζήλῳ, μὴ ἁρπαγαῖς καὶ ἀδικίαις · » καὶ τῶν λοιπῶν σιγῶ τὸν κατάλογον. Τολμῶ γὰρ εἰπεῖν, ἀδελφοὶ γνησιώτατοι, καὶ τῆς αὐτῆς ἡμῶν πίστεως σύγκληροι, καὶ γονὰς τὰς αὐτὰς πνευματικὰς συμπλουτήσαντες, ὡς τὸν οὕτως αὐτὰς ἑορτάζειν ἐθέλοντα, οὐ μόνον οὐχ ὁρᾷ, οὐ προσίεται, ἀλλὰ καὶ ἀποστρέφεται, καὶ βδελύττεται, ὡς ἀπρεπῶς αὐτοῖς πολιτευόμενον, καὶ τὰ μισητὰ πάμπαν αὐτοῖς ἐργαζόμενον. Διὸ παρακαλῶ καὶ προτρέπομαι, ταῦτα μισεῖν καὶ ἐκτρέπεσθαι, ἅπερ ἡμῶν μισεῖ τὰ σεβάσμια · κἀκεῖνα φιλεῖν καὶ B ἐργάζεσθαι, ἅπερ ἀρέσκειν αὐτοῖς ἐπιστάμεθα. Ἀρέσκειν δὲ καὶ τέρπειν ἐπίστανται, ὅσα πρὸς σωτηρίαν ἐπανάγει τὸν πράσσοντα, καὶ ὅσα πρὸς ζωὴν ὁδηγεῖ τὴν αἰώνιον. Ἡ οὐ ζωὴν ἡμῖν μὴ τελευτῶσαν, καὶ φῶς ἡμῖν οὐ δυόμενον ἤστραψε Χριστόθεν ἀνθρώποις ἐκλάμψαντα ; Οὐκοῦν ἀμείψωμεν καὶ ἡμεῖς τὰ ἑαυτῶν πολιτεύματα, καὶ τὴν προτέραν ἀναστροφὴν ἀποδυσάμενοι ὡς βλαβερὰν καὶ ὀλέθριον, ἐν καινότητι ζωῆς εὐδρομήσωμεν. Ἡ οὐ ζωῆς ἡμῖν ἡ ἀνάστασις δωρεῖται τὴν κλήρωσιν ; ἢ οὐ τὸν παλαιὸν ἡμῶν ὁ σταυρὸς ἀπεσταύρωσεν ἄνθρωπον ;

Si igitur resurrectionem colimus, et hujus festum feriamur, vitam quoque novam diligamus, qua non solum verbis amici erimus, sed et ipsius C quam maxime germani et legitimi antistites et sacerdotes. Si vero crucem salutamus et exosculamur, cur non et cupiditates simul « cum membris » (quæ super terram) crucifigimus, ut cum Paulo clamare liceat : « Christo confixus sum cruci ; vivo ego jam non ego, vivit vero in me Christus [5]. » Si ergo Christus vivere dicitur in illis, qui seipsos mundo crucifixerunt, et « membra, quæ super terram sunt, mortificarunt [6], » ut Paulus clamat et attestatur, cur non et nos similia opera suscipimus, et omne, quod super terram est, membrum mortificamus, passiones, appetitiones malas, et cætera de genere eodem, ut et in nobis Christus vivat, vitamque senii expertem largiatur? Sectemur igitur pacem cum omnibus, et simul cum illa D sanctificationem nobis comparemus; nam sine his « nemo unquam Deum videbit [7], » ut Paulus testis est : qua de causa Christus pax nominatur : « Ipse enim est, inquit, pax nostra [8]. » Quin et « sanctificatio [9] » appellatus est. Pax quidem, ut pacificæ concordiæ et conjunctionis auctor, uniens cœlestia terrestribus, unamque ex ambobus Ecclesiam constituens. Sanctificatio vero et redemptio (nam et hoc nomen præter cætera adeptus est) eo quod sit liberator noster, qui captivi fuimus; neque a dæmonum duntaxat et perturbationum jugo nos liberavit, sed et divinam quamdam sanctificationem pectoribus nostris inspersit.

Εἰ οὖν τὴν ἀνάστασιν σέβομεν, καὶ ταύτης τὴν ἑορτὴν ἑορτάζομεν, καὶ καινοτέραν ζωὴν ἀγαπήσωμεν, δι' ἧς οὐκ ἐσόμεθα φίλοι μόνῳ τῷ στόματι, ἀλλὰ καὶ μύσται αὐτῆς οἰκειότατοι. Εἰ δὲ καὶ τὸν σταυρὸν ἀσπαζόμεθα, τί μὴ καὶ τὰ πάθη συσταυροῦμεν τοῖς μέλεσιν, ἵνα Παύλῳ καὶ ἡμεῖς συμβοήσωμεν · « Χριστῷ συνεσταύρωμαι, ζῶ δὲ οὐκέτι ἐγώ, ζῇ δὲ ἐν ἐμοὶ ὁ Χριστός ; » Εἰ οὖν ἐν τούτοις ζῇν ὁ Χριστὸς ἐπαγγέλλεται ἐν τοῖς ἑαυτοὺς τῷ κόσμῳ σταυρώσασι, καὶ « τὰ ἐπίγεια μέλη νεκρώσασιν, » ὡς Παῦλος βοᾷ καὶ μαρτύρεται, τί μὴ τοιαῦτα καὶ ἡμεῖς ἐργαζόμεθα, καὶ μέλος ἅπαν νεκροῦμεν ἐπίγειον, πάθος, ἐπιθυμίας κακάς, καὶ τούτων τὴν λοιπὴν συναρίθμησιν, ἵνα καὶ ζήσῃ ἐν ἡμῖν ὁ Χριστὸς, καὶ ζωὴν τὴν ἀγήρω δωρήσηται ; Οὐκοῦν τὴν μετὰ πάντων εἰρήνην διώκωμεν, καὶ τὸν ἁγιασμὸν σὺν αὐτῇ πορισώμεθα ; τούτων γὰρ χωρὶς « οὐκ ἂν ποτέ τις τὸν Κύριον ὄψεται, » ὡς Παῦλος πάλιν ἡμῖν μεμαρτύρηκε. Καὶ διὰ τοῦτο καὶ εἰρήνη Χριστὸς καταγγέλλεται · « Αὐτὸς γάρ ἐστι, φησὶν, ἡ εἰρήνη ἡμῶν · » καὶ « ἁγιασμὸς » προσωνόμασται. Εἰρήνη μὲν, ὡς εἰρηναίαν κομίσας ὁμόνοιαν, ἑνώσας τε τοῖς ἐπὶ γῆς τὰ οὐράνια, καὶ Ἐκκλησίαν μίαν ἄμφω τευξάμενος. Ἁγιασμὸς δὲ καὶ ἀπολύτρωσις (πρὸς γὰρ τοῖς προτέροις καὶ τοῦτο κηρύττεται), ὡς λυτρωτὴς ἡμῶν τῶν αἰχμαλώτων γενόμενος, καὶ οὐ μόνον ἡμᾶς δαιμόνων καὶ παθῶν λυτρωσάμενος, ἀλλὰ καὶ ἁγιασμὸν ἡμῖν ἐμφυτεύσας τὸν ἔνθεον.

[4] Rom. XIII, 13. [5] Galat. II, 19. [6] Coloss. III, 5. [7] Hebr. XII, 14. [8] Ephes. II, 14. [9] I Cor. I, 30.

Digitized by Google

Ἅπερ ἐκ φωνῆς τῆς ἐμῆς ἐπακούσητε, πάσῃ A σπουδῇ καὶ προθέσει διώκωμεν καὶ κτώμεθα, καὶ ἁρπάζωμεν, καὶ Χριστῷ δι' αὐτῶν συναπτώμεθα, τὴν καλὴν καὶ μακαρίαν συνάφειαν. Τὸν γὰρ οὕτω πρὸς αὐτὸν ἀφικνούμενον, οὐ μὴ ἐκβάλῃ ἔξω τῆς αὐτοῦ ἀγαθότητος καὶ μακαριότητος, ἅπαγε ! Σπεύσωμεν οὖν ταυτηνὶ τὴν συμφωνίαν πρὸς αὐτὸν κτήσασθαι, ἧς οὐκ ἔστι τι προτιμότερον, καὶ τὸ ζῆν Χριστὸν ἐν ἡμῖν ἐξωνήσασθαι δράμωμεν, οὗπερ οὐδέν ἐστι κραταιότερον, ἵνα τοῦτον τὸν πλοῦτον κτησάμενοι, καὶ βασιλείας οὐρανῶν ἀπολαύσωμεν, καὶ ζωὴν τὴν αἰώνιον εὕρωμεν ἐν αὐτῷ Χριστῷ τῷ Θεῷ καὶ Σωτῆρι ἡμῶν, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ δόξα σὺν ἁγίῳ Πνεύματι νῦν καὶ ἀεί, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

Quæ ergo ex me jam audiistis, omni studio, diligentia et conatu sectemur, mentibus infigamus, et cupide arripiamus, eorumque interventu cum Christo, præclaro illo et felicissimo nexu copulemur. Nam eum, qui hac ratione instructus ad ipsum accedit, non repellet a sua bonitate et beatitudine; absit ! Quapropter posita mora enitamur, ut hanc conjunctionem cum Deo nobis comparemus, qua nihil est excellentius ; curemusque ut Christus in nobis vivat, quo nihil est validius et potentius, ut his opibus ditati potiamur etiam regno cœlorum, vitamque æternam inveniamus, in ipso Christo Deo et Salvatore nostro, cum quo Patri, et sancto Spiritui gloria nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

V.

Σωφρονίου τοῦ ἐν μοναχοῖς ἁγιωτάτου, μετὰ ταῦτα δὲ πατριάρχου Ἱεροσολύμων, ὁμιλία λεχθεῖσα εἰς τὴν προσκύνησιν τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιοῦ σταυροῦ τῇ μέσῃ ἑβδομάδι τῆς ἁγίας Τεσσαρακοστῆς· καὶ ὅτι διὰ νηστείας εἰλικρινοῦς δυνατὸν ἐκκαθαρθέντας τὸν νοῦν, ἀκατακρίτως προσελθεῖν, καὶ μετασχεῖν τῶν θείων μυστηρίων. B

Sophronii monachorum sanctissimi, postea patriarchæ Hierosolymitani, oratio dicta in adorationem venerandæ ac vivificæ crucis media S. Quadragesimæ hebdomade; et quod mente per jejunium sincerum purificata Eucharistiæ et divinorum mysteriorum possimus compotes fieri.

Interprete Godefrido Tilmanno. — GRETSER. II, 226.

Οἱ τῶν ἰατρῶν πάντες (2), πολλάκις μὲν ἐπιγιγνώσκοντες τὰς εἰσόδους τῶν ἐπερχομένων ἡμῖν νόσων, φάρμακά τινα ἐξεπίτηδες κεραννύντες, ἀποτρέπουσι τὰς δι' ἀνορεξίαν τοῦ σώματος μελλούσας ἐπεισέρχεσθαι ἀῤῥωστίας, πρὸς τὸ μὴ νομήν τινα λάβῃ καὶ δυσφόρητον ἄλγος ἐμποιήσῃ τῷ κάμνοντι. Πολλάκις δὲ εἰώθασιν ἐκ τῆς πολυπειρίας καὶ τὰ ἐγχρονίζοντα πάθη τοῖς σώμασιν εὐχερῶς ἀποκρούεσθαι, καὶ μάλιστα εἰ τύχοι ὁ κάμνων ἑαυτὸν ἐπιδεδωκέναι ταῖς C τοῦ ἰατροῦ χερσὶ, καὶ πειθήνιος γενόμενος ἕποιτο ταῖς πράξεσι ταῖς τούτου. Τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ ὁ ἀγαθὸς ἡμῶν Θεὸς πεποίηκε, καὶ φάρμακον ἀκεσώδυνον προστίθησιν ἡμῖν τὴν ἱερὰν ταύτην καὶ παν-άριστον νηστείαν, οὐ χρόνοις καὶ καιροῖς ὁριζομένην, ἀλλὰ διηνεκῶς φυλαττομένην, ὡς τὰς ὀρέξεις τῆς σαρκὸς χαλινοῦσαν, καὶ τὴν νομὴν τὴν ἐκ τῆς ἡδυπαθείας τῷ σώματι ἐπιγινομένην προσαναστέλλουσαν, πρὸς τὸ μὴ καταστρατευσάμενον ἐκ τῆς καθ' αὐτὸ φιληδονίας ὑποβρύχιον τὸ πνεῦμα ποιήσῃ, καὶ πτῶμα οὐ μικρὸν ἀπεργάσηται. Καὶ γὰρ ὡς ἀληθῶς κατὰ τὴν τοῦ μεγάλου κήρυκος Παύλου φωνὴν ἀλλήλων προσάντη παρατάττονται. « Ἡ σὰρξ γὰρ, φησὶν, ἐπιθυμεῖ κατὰ τοῦ πνεύματος, καὶ τὸ πνεῦμα κατὰ τῆς σαρκός. Ταῦτα δὲ ἀλλήλοις ἀντίκεινται. » D

Et quidem medici plerumque omnes, simul ac cognoverint morborum nobis ingruentium assultus primos, solerti quapiam et ex composito temperata permistione pharmacorum, multifariam infirmitatem, per stomachi fastidium alioqui in nobis coorituram, depellunt e corporibus, et ita abalienant, ut ulcus nullum depascens adeat ægrotus, nullo incommodiore aut toleratu difficili sensu doloris afflictetur. Quin et illi ipsi, multa suæ artis freti peritia, subinde consueverunt diuturnos quoque affectus, nullo prope negotio, velut ab radice revellere e corporibus ac profligare, idque cumprimis contingit, si qui incommode habet, eloret se totum ac dedat manibus medicantis, et iis, quæ ab illo præscripta sunt observanda, per omnia moriger obsecundet. Ad eum sane modum benignus et clemens Deus noster nobiscum egit. Pharmacum siquidem nobis suggerit doloris omnis delinitivum, sacrum nempe hoc ac longe optimum jejunium. Non id intelligi velim, quod stata dimensione temporis circumscribitur, aut certe per occasionem se offert, sed quod continenter et anxia sedulitate observatur, quippe quod intemperantem carnis appetitum omnem, velut freno quopiam injecto, coercet ac frangit. Adde quia et id ulceris, quod insinuare se assolet, corporis per captatam studio illecebram voluptatum, ipso statim aditu supprimit: nedum sponte sua militans adversum se, per eam vitæ indulgentioris mollitiem, in barathrum perditionis præcipitet et immergat spiritum, ac proinde ruinam operetur haud mediocrem. Revera enim juxta mentem eximii illius præconis Pauli, adversum se hæc velut in acie consistunt ac decertant. « Caro enim, ait, concupiscit adversus spiritum, et spiritus adversus carnem. Hæc enim sibi invicem adversantur [10]. »

[10] Galat. v, 17.

NOTÆ.

(2) Mendose Gretserus Οἱ τῶν ἰατρῶν πάντες πολλάκις, *Medici plerumque omnes*, pro vera lectione quam res ipsa clamat et confirmant codices Vaticani, Οἱ τῶν ἰατρῶν παῖδες πολλάκις, *Medici sæpenumero*. Ang. Mai, *Spicileg. Rom.* IV, præf. pag. IX.

Digitized by Google

Dirimendi igitur istius duelli causa, dilectissimi, universorum Deus universis nobis magnopere profuturum hoc jejunium dierum quadraginta proposuit, ad tolerandos fortiter, qui supersunt, agones, et ad profligandos spiritus, circumsistentis nos aeris incolas, ut extersa tandem vitiligine peccati per vitæ munditiam ad diem Dominicam pertingamus vivificantis et triduanæ resurrectionis, purique purum Deum propius contemplemur, ipsi coexcitemur ad vitam, cum ipso glorificemur, denique et ab eodem amanter excipiamur. Nam et viator, cum ob destinatum initio locum debeat quotidie gradum promovere, si modo contempletur aliquando interquieturum se a defatigatione arreptæ peregrinationis; etiamsi is sit quamlibet lassus de prolixitudine viæ difficilioris, spe tamen quam optima dum alitur obtinendi refrigerii, majori accingitur alacritate ad iter conficiendum. Et ipsi plane viatores sumus hanc nostram perbrevem vitam trajicientes celeri admodum curriculo. Et hi quidem qui probe fuerint perfuncti vita, prono occursu provehentur ad supernam illam regiam, ubi eatenus fuerat illorum conversatio. Contra, qui improbe (sicut ego) comperientur vixisse in lacu longe infimo, at illorum congruenti vitiis, quibus superstites adhuc in miserandam servitutem totos se addixerant, cum iisdem illic defossi conspicientur.

Dixeris: Ecqua tandem ratione possit quis cursu contendere ad ea, quæ sursum sunt, tantisper dum vita hæc superstes est? Qui id fiat, rogas? Ego dico: qui expurgata mente per contemplationem sublimiter evolant, et supernis illis virtutibus collætantur; qui hostis totius generis humani demolitionem celebrant festiviter ac jucunde. Itaque per jejunium neutiquam observatu difficile, perdet contactum intemerati ad vivificantis ligni, perinde ac utraque hominis parte, perpurgati (ceu dictum jam est) exsultemus una cum virtutibus illis cœlorum municipibus, quibus nos concives fore spes est, quando e cœlis judex advenerit. Rogas, qui id fiat? Quo primum tempore cœlitus aspiratam menti nostræ affulgentiam per adversantium nobis spirituum depulsionem, digni habebimur, qui mundis labiis reverenter attingamus vivificantem et intaminatam crucem. Et quando benignus Deus noster per sanctorum Patrum traditionem hanc nobis indixit viam, viam dico magnopere commodi et utilis jejunii, ut cum quidvis quamlibet pusillum de nostro labore adjecerimus, a squalenti situ peccatorum expiati ac repressis surrepentium affectionum insidiis, absolutam remissionem percipere mereamur, per venerabilem attactum vivificantis ligni, ipso clementer indulgente, qui eidem affixus est, ceu deinceps perspicuum evadet. Alioqui quonam pacto alterutrum alteri profuerit, nosque velut manu deducat ad Dominicam diem sanctæ Resurrectionis? Jejunium quidem agilitatem parit corpori, venerandæ autem crucis adoratio, quæ sincera prorsus sit, mentem remolitur et avocat ab obscenorum maxime operum confusanea turpitudine, nosque ceu reduces ad cœlestem illam revocat regiam. Hæc sane a nobis ut observentur,

A Διὰ τοῦτο οὖν, ἀγαπητοί, τὴν τεσσαρακονθήμερον νηστείαν προῦπτον ἅπασιν ἡμῖν προτέθεικεν ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, πρὸς τὸ περισσοτέρους πάντως ἀγῶνας καὶ ἀνατροπὴν τῶν ἀερίων πνευμάτων· ἵνα τελέως αὐτοὺς ἐκκαθάραντες, φθάσωμεν διὰ καθαρᾶς βιώσεως εἰς τὴν Κυρίαν ἡμέραν τῆς τριημέρου καὶ ζωηφόρου ἀναστάσεως, καὶ καθαροὶ τῷ καθαρῷ ἡμῶν Θεῷ ἐποφθείημέν τε καὶ συναναστησώμεθα, καὶ σὺν αὐτῷ δοξασθησώμεθα, καὶ φιλικῶς ὑπ' αὐτοῦ προσδεχθείημεν. Ἐπεὶ καὶ ὁδοιπόρος, ὅταν ἐφ' ᾧ τόπῳ ὀφείλῃ καθ' ἡμέραν ἐπιβαίνειν, εἰ μόνον θεατὴς γένοιτο τῆς καταπαύσεως, τῆς ὁδοιπορίας πλείονα τὴν προθυμίαν πεποίηται, κἂν ἄρα εἴη κεκμηκὼς τῷ πλήθει τῆς χαλεπωτάτης ὁδοῦ, τῇ ἐλπίδι τῆς ἀναψύξεως λίαν τρεφόμενος. Καὶ γὰρ καὶ ἡμεῖς ὁδῖταί ἐσμεν, διὰ τῆς βραχείας ἡμῶν ζωῆς ἀνατρέχοντες, καὶ τὴν διόδευσιν ἡμῶν ποιοῦντες· οἱ μὲν καλῶς ζήσαντες πρὸς τὰ ἄνω βασίλεια, ὅπου ἡμῶν τὸ πολίτευμα, καταντῶντες· οἱ δὲ ἀσεβῶς, κατ' ἐμὲ, βιοτεύσαντες, ἐν λάκκῳ που κατωτάτῳ τῶν ἑαυτῶν παθῶν, οἷς καὶ καταδουλωθέντες βιοῦντες κατείχοντο, ἐν αὐτοῖς ἐκεῖθεν κατωρυγμένοι φανήσονται

B Καὶ πῶς, φασὶν, οἷόν τέ τινα ἀναδραμεῖν πρὸς τὰ ἄνω ἔτι περιόντα ἐν τῷδε τῷ βίῳ; Πῶς; Ἐγὼ λέγω· διὰ τοῦ καθαρτικοῦ νοὸς ἀναπτερούμενοι, καὶ ταῖς ἄνω δυνάμεσι συναγαλλόμενοι, τὴν κατάλυσιν ἑορτάζοντες τοῦ πανόλου ἐχθροῦ· ὥστε ψυχῇ καὶ σώματι

C διὰ τῆς πραείας νηστείας, καὶ τῆς προσψαύσεως τοῦ ζωοποιοῦ καὶ ἀχράντου ξύλου, ὡς ἑκατέρωθεν καθαρθέντες συσκιρτῆσαι, ὡς ἔφαμεν, ταῖς οὐρανίαις δυνάμεσιν, αἷς καὶ πολῖται γενησόμεθα, ἡνίκα κατ' οὐρανῶν ὁ κριτὴς παραγένηται. Καὶ πῶς, φησὶ, τοῦτο γένοιτο; Ὅταν ἀγνοῖς τοῖς χείλεσι διά τε τῆς ἡγεμονικοῦ ἡμῶν ἐλλάμψεως, καὶ τῆς ἀποτροπῆς καὶ ἐναντιώσεως τῶν ἐναντίων πνευμάτων, τοῦ ζωοποιοῦ καὶ ἀχράντου σταυροῦ τῆς καθαρᾶς προσψαύσεως ἄξιοι φανησόμεθα· ἐπεὶ καὶ ὁ ἀγαθὸς ἡμῶν Θεὸς διὰ τῆς τῶν ἁγίων Πατέρων παραδόσεως τὴν ὁδὸν ἡμῖν ταύτην ἀνεδείξατο, τῆς ἐπωφελοῦς, φημὶ, νηστείας· ἵνα μικρὸν ἀναθέντες τῆς ἡμῶν ταλαιπωρίας, τοῦ ῥύπου τε καθαρθέντες, καὶ τὰς τῶν

D παθῶν ἐπιβουλὰς ἀναστείλαντες, τὴν τελείαν ἄφεσιν τῆς τοῦ ζωοποιοῦ ξύλου προσψαύσεως παρὰ τοῦ ἐν αὐτῷ παγέντος λῃψώμεθα, ὡς λοιπὸν ἔστιν ἰδέσθαι· ἑτέρως πῶς τῷ ἑτέρῳ συναντιλαμβανόμενον, καὶ χειραγωγοῦν πρὸς τὴν ἡμέραν τῆς ἀναστάσεως, ἡ μὲν νηστεία τὸ κοῦφον τοῦ σώματος ἀποτελοῦσα, ἡ δὲ τοῦ θείου σταυροῦ καθαρώτατη προσκύνησις τὸν νοῦν ἡμῶν ἀπάγουσα τῆς τῶν αἰσχίστων ἔργων συγχύσεως, καὶ πρὸς τὰ ἄνω βασίλεια ἐπάγουσα. Ταῦτα ὁ μεσίτης Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων γενέσθαι πεποίηκεν, ὁ τὴν ἡμῶν σωτηρίαν ἐν μέσῳ τῆς γῆς τῇ σωτηρίῳ αὐτοῦ τοῦ σταυροῦ προσηλώσει κατεργασάμενος, καὶ τῷ μεσασμῷ τῆς θείας ταύτης νηστείας χρηστὰς ἡμῖν ἐλπίδας ὑπέφηνε τῆς ἀναστάσεως.

Digitized by Google

mediator Dei et hominum providit, qui salutem nostram operatus est in medio terræ, huic cruci apprime salutari affixus, perque hoc jejunium spem bonam secuturæ resurrectionis nobis indicavit.

Ἀλλ' ὦ νηστεία, θεόσδοτον ἐργαλεῖον, ἡ συγκόπτουσα ὡς πέλεκυς τὰς ἀναφυείσας ἡμῖν ἐμπαθεῖς ὀρέξεις, ὅπερ ἀπολέσας ὁ Ἀδὰμ, ἐξόριστος δέδεικται τῆς τοῦ παραδείσου συμβιώσεως, συντηρήσας δὲ Μωϋσῆς θεάπτης ἐγένετο. Ὦ νηστεία δυνατωτέρα πυρὸς, ἡ τὸ πῦρ τὸ Χαλδαϊκὸν τεφρώσασα, καὶ τοὺς τρεῖς παῖδας ἀτρώτους διαφυλάξασα. Ὦ νηστεία ἡ τὸν προφήτην Ἰωνᾶν λυπήσασα, καὶ τὴν Νινευϊτῶν πόλιν φυλάξασα· καὶ εἴ τις τὰς ὁδοὺς τῆς νηστείας ἐθελήσειεν ἐξιχνιάσαι, τάχα ἂν δυνηθῇ καταλαβέσθαι τὰ Θεοῦ ἄπειρα κρίματα. A Sed enim, o jejunium, organum plane ferreum nobis Dei providentia subministratum, quo ceu acutissima bipenni intempestivi vitiosique appetitus in nobis repullulascentes præsecantur. Et quidem Adam mox id ut perdidit, extorris declaratus est a communione paradisi : contra, Moyses, eo penes se conservato, Deum videre promeruit. O jejunium igne quovis præpollentius, quod et Chaldaicum illum ignem redegit in cineres, tresque pueros conservavit citra vulneris vestigium. O jejunium, quod cum aliquantum mœroris Jonæ prophetæ invexisset, civitatem Ninivitarum servavit incolumem. Si quis proinde velit persequi vestigiatim multifariam jejunii viam, utique nullo prope negotio assequi possit, quin et nonnihil ex arcanis Dei judiciis percipere valebit.

Ἀλλ' ἵνα μὴ τὴν νηστείαν μόνην, καὶ τὰ ζωοποιὰ αὐτῆς χαρίσματα ἐγκωμιάσωμεν, φέρε προθῶμεν ἐν μέσῳ τὸ ἐν μέσῳ τῆς νηστείας προτεθὲν ἡμῖν ζωοποιὸν ξύλον τοῦ τιμίου σταυροῦ, καὶ ἐν μέσῳ τῆς γῆς προσπαγὲν εἰς σωτηρίαν ἡμῶν. Τί καὶ πῶς αὐτὸ ἀνυμνοῦντες ἔν τε στόματι καὶ καρδίᾳ ; Οὕτως εἴπωμεν βοῶντες καὶ λέγοντες αὐτῷ· Χαίροις, σταυρὲ τίμιε, ἐν ᾧ τὰς χεῖρας ὑφαπλώσας ὁ τοῦ Θεοῦ Υἱὸς καὶ Λόγος, ἐνηγκαλίσατο ἡμᾶς, καὶ προσήγαγε τῷ ἐπουρανίῳ Πατρί. Χαίροις, σταυρὲ, δι' οὗ ἐκκαθαίρονται ἡμῶν αἱ αἰσθήσεις πάσης κηλίδος διὰ τῆς ὁλοκαρδίου ἡμῶν ἐν σοὶ περιπτύξεως. Χαίροις, σταυρὲ, ὁ χαρὰν ἀνεκλάλητον τοῖς πατράσιν ἡμῶν διὰ τοῦ ἐν σοὶ καθηλωθέντος ἀψεύστως προξενήσας. Χαίροις, σταυρὲ, ἐκθάμβωσις τῆς φλογίνης ῥομφαίας, ὡς νῶτα δούσης διὰ σοῦ τῷ εὐγνώμονι λῃστῇ. Χαίροις, σταυρὲ, ὃν κατέχοντες ἡμεῖς νυνὶ ὁ πιστὸς λαὸς, τὸ ξθνος τὸ ἅγιον εἰς ἱκετηρίας σου προσάγομεν τῷ ἐν σοὶ προσπαγέντι Χριστῷ καὶ Θεῷ, διὸ καὶ πάνυ καυχώμεθα ἐπὶ σοὶ, ὡς τοῦ Δεσπότου ἡμῶν ἐν σοὶ τὰς ἀχράντους χεῖρας ἐκτανύσαντος, καὶ ἐν σοὶ ἐκχυθέντος τοῦ θεορρύτου αἵματος τοῦ Υἱοῦ καὶ Λόγου, τοῦ ἀοράτου Πατρὸς, οὗτινος οἱ εὐσεβῶς μετέχοντες σήμερον ἐξιλεοῦνται τῷ ζωοποιῷ ἡμῶν Θεῷ ἐπὶ τῶν ἤδη κακῶν αὐτοῖς πλημμεληθέντων, καὶ τὴν λύσιν αὐτῶν διά τε τὴν αὐτοῦ πρὸς ἡμᾶς γενομένην ἄκραν συγκατάβασιν, καὶ διὰ τῆς ἀναμνήσεως τοῦ ζωοπαρόχου αὐτοῦ πάθους εὐχερῶς ποριζόμεθα. Ne interim solitarium quidem jejunium deprædicemus, aut certe ea sola, quæ per jejunium conferuntur homini, beneficia meritis attollamus præconiis : agite, in medium depromamus, quod in medio jejunii adorationis gratia proponi solet, lignum vitale venerandæ Crucis, quodque nostra salutis causa defixum est in medio terræ : quid aut certe quo nos pacto debitas illi exsolvemus laudes ? Ore nimirum juxta ac corde. Hunc plane in modum ei ipsi voce exserta dicamus : Salve, crux pretiosa, in qua ipse Dei Filius ac Verbum expansis manibus circumplexus nos est, et cœlesti suo conciliavit Patri. Salve, crux, cujus salutari interventu, nostri sensus ab omni probro expurgantur sordentis maculæ, per humilem complexum toto corde nostro sibi exhibitum. Salve, crux, quæ ineffabile gaudium patribus nostris conciliasti, per B C eum qui tibi clavis confixus est. Salve, crux, hebetatio flammeæ illius rhomphææ aciem obtundens, ac si terga det tui unius gratia, non male grato latroni. Salve, crux, cujus præsentiam nunc obtinentes nos populus fidelis, gens sancta, supplici cum devotione offerimus te Christo ac Deo, ei utique, qui confixione clavorum tibi cohærere voluit. Eoque in tui unius gratiam magnifice gloriamur et exsultamus, nimirum quoniam Dominus noster innoxius prorsus, nec ullius maculæ colore interpunctas manus expandere in te dignatus est, in te quoque effusus sanguis ille est, a Deo profluens, nempe a Filio, qui idem sanguinis particeps hodie effecti, quicunque pie te colunt, repropitiantur vivificanti Deo nostro pro eatenus male sibi commissis, eorumque absolutionem facile promeremur accipere per summam ejus condescensionem, qui tanta gessit nostri causa, perque commemorationem vivificæ passionis ipsius.

Χαίροις, σταυρὲ, νικοποιὸν ὅπλον τοῦ μεγάλου Βασιλέως, ὁ ἐν τῇ δευτέρᾳ καὶ φρικτῇ αὐτοῦ ἐλεύσει μέλλων συνδιαπορευθῆναι ταῖς οὐρανίαις δυνάμεσι, καὶ ταῖς τῶν δικαίων ἁπάντων ὁμηγύρεσιν, οἳ καὶ συνεκλάμψουσί σοι ὡς φωστῆρες, δηλοῦντες καὶ προοδοποιοῦντες τὴν ἔλευσιν τοῦ Βασιλέως τῆς κτίσεως ἁπάσης, οὗ ἡ ἐνέργεια τῆς χάριτος, καὶ τοῦ ἀμήχανου κάλλους, τῆς ἐν σοὶ ἐναποκειμένης δόξης, ἧς ἔλαβες παρὰ τοῦ ἐπὶ σοὶ προσηλωθέντος Ἰησοῦ ἐκφαντικώτερον σὺν τοῖς δικαίοις συναστράψει εἰς αἰσχύνην μὲν τῶν Ἰουδαίων εἰς καύχημα δὲ τῶν τὰς D Salve, crux, magni illius Regis scutum, cujus prætentu paratur victoria omnis, quod et in secundo ac formidabili ejus adventu viam præmuniet cœlestium virtutum choris, et universo justorum cœtui, qui instar luminarium tibi præradiabunt prænuntiantes, et adventui Regis universæ creaturæ prægredientes, cujus quidem vis gratiæ efficax adeo, neque non inimitabilis decor gloriæ in te repositæ, quam ab ipso mutuata es Jesu, qui tibi cohæsit clavis suffixus, et idem expressius, palamque conspiciendus una cum justis, in pro-

Digitized by Google

brum quidem ac dedecus Judæorum; e diverso in eorum gloriam et exsultationem, qui propriam tibi ac divinitus insitam vim sedulo contemplati fuerint in hac adhuc constituti concreta ac rudi mole gravissimæ carnis. At certe, veneranda crux, Christianorum quidem tutelaris et fidissima custos, universorum autem ex adverso occursantium insultuum potentissima profligatrix, aspice nos eo, qui in te est splendore, vim qualemcunque perspectivam cordis nostri, ea claritate enitescere facito, et illustra, ut tale aliquid spontanei eligamus perpeti, cujusmodi patientissime pertulit nostri causa Filius ipse et idem Verbum invisibilis Patris, nimirum ut in ipsius gratiam et nos, quemadmodum ipse prior pro nobis, animas nostras ad mortem usque deponamus. Id etenim si voluerimus perpeti, et ejusmodi honestam atque perutilem non inviti ingrediemur viam, nimirum poterimus omni cum alacritate Christi passionibus effici conformes, quarum sancta æmulatione, per efficacem vim tuæ virtutis efficito, ad id ut indemnati pertingamus, teque digne contemplemur, et summa cum observatione colamus, inexpugnabili potestate subnixi ejus, qui per se mortem ipsam mortificavit; simul etiam dignos reddito, qui hilariter ac festive spectemus lucifluum diem, observamus in arrham quidem expressioris ac participii eorum, quæ reposita sunt nobis, et contingat consortes fieri gratia et clementi erga nos benignitate Domini nostri Jesu, gloria una cum sancto ipsius Spiritu nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

A ἰδίας καὶ θείας σου ἐνεργείας ἐν τῷ παχεῖ τούτῳ καὶ βαρυτάτῳ σαρκίῳ τεθεακότων. Ἀλλ', ὦ σταυρὲ τίμιε, φύλαξ μὲν ἀσφαλέστατε τῶν Χριστιανῶν, ἀναιρέτα δὲ δυνατώτατε ἁπασῶν τῶν ἐναντίων ἐφόδων, αὔγασον ἡμᾶς τῇ σοι ἐναποκειμένῃ αἴγλῃ· φώτισον ἡμῶν τὸ ὀπτικὸν τῆς καρδίας, ἵνα καὶ ἡμεῖς ἐλώμεθα τοιοῦτόν τι πεπονθέναι, οἷον ἐπὶ σοὶ πέπονθεν ὁ Υἱὸς καὶ Λόγος τοῦ ἀοράτου Πατρὸς ὑπὲρ αὐτοῦ τε ἡμᾶς, ὥσπερ αὐτὸς ὑπὲρ ἡμῶν, θεῖναι μέχρι θανάτου τὰς ἡμετέρας ψυχάς. Καὶ γὰρ εἰ τοῦτο ἐλέσθαι θελήσωμεν παθεῖν, καὶ τὴν καλὴν ταύτην ὁδὸν καὶ χρηστὴν αἱρετίσασθαι, δυνησόμεθα μετ' εὐκολίας καὶ τοῖς πάθεσιν αὐτοῦ συμμορφωθῆναι, ἧς ἀκαταχρίτους διὰ τῆς σῆς ἐνεργειῶν δυνάμεως φθάσαι καὶ γενέσθαι θεάμονας ἀξίους καὶ προσκυνητὰς B τῇ ἀκαταμαχήτῳ ἐξουσίᾳ τοῦ διὰ σοῦ θάνατον νεκρώσαντος, ποίησον, κατιδεῖν δὲ ἅμα καὶ τὴν λαμπροφόρον ἡμέραν καὶ φαεσφόρον τοῦ Πάσχα μεθ' ἱλαρᾶς εὐφροσύνης ἀξίωσον, εἰς ἀῤῥαβῶνα μὲν τοῦ ἐκτυπωτέρου τε καὶ ἀληθεστέρου Πάσχα, εἰς ἀπόλαυσιν μὲν τῶν αἰωνίων ἐκείνων ἀγαθῶν, ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς μετασχεῖν χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ δόξα, ἅμα καὶ τῷ ἁγίῳ αὐτοῦ Πνεύματι νῦν καὶ ἀεὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

VI.

Sophronii Hierosolymorum episcopi, sanctorum Archangelorum, et Angelorum, cæterarumque cœlestium Virtutum Encomion.

Interprete Theodoro Peltano. — Combef. Biblioth. Concionat. VIII, 226.

O divini materiæque expertes Dei exercitus! o mente rationeque præditæ intelligentiæ! At præstat gradatim, et ex ordine vos prædicare, magnificare, et invocare. O Seraphim, quæ sex alis exornata, inque prima cœlestium exercituum acie collocata, vestro ardore cæteros omnes incenditis. Vos estis, quæ propter inconcussam stabilitatem, corporeæque concretionis vacuitatem, tum ob æternitatem vobis communicatam, cognoscendique et inflammandi virtutem, expressum quoddam divinæ similitudinis simulacrum præ vobis fertis; vos secundaria lumina, emanatione plane beata, e prima luce prodeuntia, recte appellamini, ut quæ immensum infinitumque trini unicique principatus illius, numeris omnibus absoluti, splendorem, quantum fas est, citra ullum medium excipiatis, exceptumque cæteris mentibus et intelligentiis communem faciatis. Cum vos ergo ob incendendi expiandique vim, qua polletis, quaque omnem malitiam omnemque fœditatem absumere et expiare consuevistis, incensorum et calfactorum nomini-

C bus designemini, internos, obsecro, animæ meæ accessus, a vitiorum sordibus expiate, spinosaque materia quæ eidem cohæret, incensa absumptaque, divinum sermonem pectori meo inserite; ac cordis mei tenebris penitus eliminatis discussisque, intimos mentis meæ sensus illuminate.

O vos, Cherubim, oculis plena et quadriformia, quæ internis viribus formæ vestræ cognatis, appositaque proportione respondentibus, vi ratiocinante nimirum, et irascente: fortitudine rursum, et cœlesti celsitudine, ample magnificeque exculta, omnique sapientia plena estis (quare etiam cognitionis fontes et scaturigines appellamini), divini verbi cognitione me expolite, itaque contra veterem serpentem incendite, et e terra in sublime poD tenter evehite.

O Throni ardore accensi et inaccessi, qui Dei Opt. Maximi sedes, vehiculum, et requies estis omnique humili abjectaque servitute superiores: utpote summum illum omnium regem inter vos complexi, me ab omni fraude et exsecrando opere liberate, Deique gloria et majestate dignum efficite.

O venerandæ Dominationes, hoc nominis ea de causa sortitæ, quod divinam auctoritatem vestro munere exprimatis, cœlestiumque bonorum communicationem vere proprieque citra ullum prorsus impedimentum excipiatis: donate mihi ut,

Digitized by Google

animi perturbationibus, quæ mentem corrumpunt, imperare, dæmonisque insidiis, quæ animum graviter lædunt usque ad ultimum vitæ spiritum dominari queam.

O Potestates, quæ appellationem functioni vestræ consentaneam consecutæ, nulla prorsus servitute valetis premi, nullo turbine concuti : quæque ab illo solo principatu, a quo omnis potestas fluit, potestatem et firmitatem nactæ estis : impertiamini mihi potestatem contra aspectabiles et inaspectabiles hostes, qui contra animam meam insurgunt, mentemque meam in captivitatem redigere contendunt, et gressus meos, ne secundum Deum dirigantur, evertere nituntur.

O immotæ masculæque Virtutes, quæ propter animi robur et fortitudinem invictamque virium præstantiam, divinam potentiam et vim adumbratis ; me debilem ac infirmum divino robore et fortitudine circumcingite et quo spiritales illos angues, et scorpios viriliter propulsem proteramque, idoneum reddite.

O flecti moverique nescii Principatus, qui a divino principatu omnis principii experte, omnisque principatus auctore, et nomen, et dignitatem principatus citra controversiam accepistis, quique tertio angelorum choro prælati estis, fidi adeste : et quo de infestissimis hostibus triumphem, iisdemque ad finem usque imperterrite et sine vulnere resistam, sedulam operam navate.

O ter sanctissime, summeque amande, et venerande sacræ militiæ princeps, et administer Michael, angelorum coryphæe, omni cultu omnique laude et celebratione dignissime ; qui Judaici populi ductor quondam exstitisti, ipsique planam ad meliora salutique viciniora viam, summa fide ostendisti, quique ingenti illa horrendaque, ac longe lateque per omnia sonitum spargente tuba, olim personiturus es : cujus quidem terribili clangore, qui a sæculo mortui fuerant, ex abditis terræ receptaculis resurgent ; et terra veluti funda rotata, e fundamentis movebitur ; et elementa dissolventur, et sol atro colore perfundetur, et in cilicini sacci modum obscurabitur ; et luna tota in sanguinem convertetur ; et stellæ perinde ac grossus e ficu, dum valida vi venti agitantur, e cœlo in terram decident ; et universus aer, quasi tetris nubibus obductus, in noctem vertetur ; et cœlum instar libri involutum e medio facesset ; et mons omnis, et vallis, et insula, et civitas e sedibus suis emovebuntur ; et magnates, et potentes, et duces, et terræ judices, et reliqui populi humiliabuntur ; et quod gravissimorum dolorum, et gemituum, stridorumque dentium, ac omne genus suppliciorum, tempus jam adesse cernent, præ timore et horrore exanimabuntur. Quando ergo omnes, qui in vivis adhuc degunt in momento (2), et quasi in ictu oculi emorientur, statimque immutabuntur ; quando mare et flumina, et infernus ingenti impendentium malorum formidine metuque concussa, quos detinebant, mortuos emittent ; quando justi quidem, aeris nubibus subvecti, obviam Christo Domino rapientur, in omnem æternitatem vitam cum eo acturi ; peccatores autem ad supplicia, quæ in illos constituta sunt, amandabuntur ; quando tandem omnia illa admirabilia, quæ exspectantur per sonitum quem daturus es, consummabuntur ; tunc, o sancte archisatrapa, errantium ductor, prolapsorum excitator, animorum propugnator, corporum conservator, dæmonum exterminator, universæque creaturæ illustrator ; tunc, obsecro te, tunc fidus causæ meæ patronus adesse ne gravere. O sanctissime Michael, qui populum Israeliticum Dei mandato per mare trajectum, in terra promissionis constituisti, et Jesum Nave contra adversarios armasti, et Moysi tabernaculum a sanguinario hoste liberasti, et multorum aliorum sanctorum animas illuminasti, meos quoque internos sensus illustra, internumque animæ meæ oculum illumina ; et cor meum, vitæ hujus fluctibus agitatum, confirma ; et mentem meam ad terrena inclinatam, sursum ad cœlestem prudentiam subleva ; et remissas manus meas, contra bello assuetos hostes confirma ; et emortuos pedes meos, ne semitam, quæ ad cœlos ducit, deserant, corrobora ; et cervicem meam peccatis onustam subrige ; et cicatrices meas, quæ graveolentiam exhalant, planeque computrescunt, sana ; et ardentium libidinum perturbationumque incendium seda ; et cæteras tandem miseriarum et laborum meorum molestias cura. Iterum, re et nomine Michael, te oro, et quanto possum sensu obtestor, ut e vitæ hujus curriculo exituro, lætus pacatusque appareas, meque sub honorato alarum tuarum velamine abscondas atque ex angustis obscurisque inferorum locis ereptum, in loca tabernaculi admirabilis constituas, deducens « usque ad domum Dei, in voce exsultationis, et confessionis et soni festum celebrantium [1]. »

Tu quoque, divinissime angelorumque præstantissime Gabriel, qui mundi es exoptatissimus, gaudiique et lætitiæ dator optimus ; qui divinorum arcanorum interpres es scientissimus, bonorumque omnium administer et procurator primarius ; qui sacrorum tandem ministrorum dux et princeps es augustissimus ; agedum mentem et cor meum instrue, et ad universa Dei judicia et justificationes dirige. Qui Ezechieli [2] in Chobar visionem illam plane divinam patefecisti, sterilitatis meæ labem dissolve. Qui infecundum ante Elisabethis uterum a vinculo, quo tenebatur, Dei jussione solvisti [3], eamdemque fructuosam effecisti,

[1] Psal. XLI, 5. [2] Ezech. I, 1 seqq. [3] Luc. I, 36.

NOTÆ.

(2) Vivi tempore judicii in ipso raptu morientur et immutabuntur. Aliqui tamen sentiunt, non morituros, sed tantum immutandos.

Digitized by Google

meam quoque infelicem afflictamque animam, grata quadam venustate, internaque lætitia, et luce perfunde, qui beatissimam inculpatissimamque sacratissimæ purissimæque Dominæ nostræ Genitricis Dei Mariæ animam, læta salutarique annuntiatione ingenti gaudio imbuisti [a]; Evæque tristitiam, ejusdemque luctum, certæ salutis sponsione in lætitiam transformasti; paucis, qui totius mundi mœrorem in gaudium convertisti, vesteque luctuosa discissa, omnes lætitiæ stola induisti; te etiam atque etiam, o Gabriel, veræ lætitiæ conciliator et dator, rogo obtestorque, ut me, gravi ægritudine pressum, clementer visites, divinaque virtute atque animi jucunditate impleas, necnon a tormentis Belial, aspectabiliumque et inaspectabilium hostium periculis exemptum, per tuam auctoritatem et apud Deum intercessionem, justorum et sanctorum cœtui adjungas, et tandem in locis illis, quæ omnibus deliciis affluunt, tuto colloces.

O vos, reliqui omnes angeli et archangeli, cœtus cœlestis, corona impenetrabilis, phalanx præstantissima, multitudo immensa, exercitus innumerus, celsitudo inaccessa, magnitudo incomprehensa, chorus incomparabilis, notitia omni indagatione superior, lætitia inexplicabilis, pompa summe admirabilis, quantitas cogitationem omnem excedens, subtilitas mensuram ignorans, agilitas cui alia nulla est similis, ordo infinite multiplex, celeritas infanda, substantia quæ circumscribi nequit, gloria mentis cogitatione comprehendi nescia, vis omni virtute et robore major; vos omnium Regis estis administri, vos venti, et spiritus, et aquæ, et Principes, et equi, et exercitus, et diaconi, et apostoli, et prædicatores, et prophetæ, et evangelistæ, et rerum divinarum interpretes, et custodes, et præsides, et conservatores, et abactores, et conductores et viæ duces, et inquisitores, et libripendes, et calculatores, et curatores, et illuminatores, et opum datores, et luminaria, et lucernæ, et lampades, et montes, et colles, et nubes, et judices, et susceptores, et relatores, et defensores, et decertatores, et propugnatores, et divina specula, et simulacra, et imagines, et nautæ, et naves, et gubernatores. Vos ii estis, qui cœlum cursu expeditissimo transmittitis; qui motu celerrimo incitatissimoque per aerem discurritis; qui cœlum et æthera repletis; qui nulli non homini custodes et comites adestis; qui Creatoris voluntatem indefleхe perficitis; qui vocem sermonum ejus citra intermissionem auditis, qui semper crescitis et proficitis, perpetuaque incrementa sumitis (solus enim Deus est, in quem nulla cadit mutatio); qui cœlestia corpora vocamini; qui mentes Deique tabernacula appellamini; qui carbones, et turbines, et flammæ nominamini: qui mystæ, mysteriorumque interpretes, et omnium Regis amici, et musici, necnon sacrorum ministri, et diaconi dicimini.

A Cum igitur tali tantaque gloria sitis exornati, totque prærogativis cumulati, merito vestram benignitatem rogo et obsecro, o boni omnisque maculæ exsortes angeli et archangeli: vestræ, o impolluti spiritus, magnificentiæ supplico, conservare vitam meam inoffensam, spem infractam, mores inculpatos, dilectionem erga Deum et proximum integram, et ab omni offensione liberam. Manu me, quæso, ducite et deducite, et ad omnem salutarem Deoque acceptam semitam dirigite. Iterum, o divini spiritus, vos rogatos plurimumque obtestatos cupio, quando in ultimo vitæ meæ hiatu, ex luteo hoc vase excedere compellar, vosque omnes actiones meas trutina expensuri estis, cunctaque, quæ vel palam, vel clam designavi, calculaturi, ut tunc vel omnes, vel ii certe, quos Deus ex vestro ordine tum mittet, quo infelicem miseramque animam meam excipiant, placidos clementesque vos mihi exhibeatis, bilancemque, quam pravis meis operibus perdite gravavi, dextere sublevetis, eamdemque tanquam solius clementis Dei ministri, quavis ratione et arte exonerare studeatis. Porro autem bonorum honestorumque operum loco, de quibus spem concipere licebat, immensam Domini misericordiam, in medium proponite, beneficum clementemque Deum, o laudatissimæ præstantissimæque mentes, orantes, ut per vestram intercessionem, omnes afflictiones, et morbos, et calamitates, quæ unquam in vita pertuli, in criminum meorum compensationem condemnationisque, et cruciatuum non vulgarium, quos juste promeritus fueram, relaxationem et condonationem admittere, eorumdemque vice et loco habere et calculare dignetur: quo, inimico per divinam gratiam perfecte semel superato debellatoque, ob servatam miseram animam meam, ingens gaudium oriatur in cœlo: conditore ter benignissimo vos convocante, et dicente: « Congratulamini mihi, amici, quia inveni ovem [b], » quæ olim in montibus aberraverat. Denique, cum consummationis dies advenerit, et mundi finis jam præ foribus urserit, et cœli contremiscent, et firmamentum nutabit, et terræ fundamenta quatientur, et abyssus abyssi præ timore obrigescet, et inferi formidine horrebunt, et immensi maris divisiones in ignem vertentur, et elementa omnia a facie ignis, ut cera, dissolventur, et qui in terræ recessibus obruti jacebunt, exsuscitabuntur, et mundi hujus figura pertransibit, et tremendus judex in limine ipso assistet, vosque adventum illius antevertentes, terminos finesque terræ percurretis, quo universos mortales, qui a sæculo mortem obierant, in unum cogatis, illosque incorrupto judici simul omnes sistatis, quo singuli de omni opere, omnique cogitatione, et animi conceptione rationem reddant: tunc, obsecro vos, neque unquam usque ad vitæ finem obsecrare desinam, qui omnia lustratis, publicaque Dei ministeria non absque auctoritate obitis, et hoc ipso

[a] Luc. I, 28. [b] Luc. XV, 6.

Digitized by Google

regiam quamdam dignitatem præ vobis geritis, quod et sceptra, et virgas, et hastas defertis (per hæc enim coercendi, et puniendi vim, quâ polletis, evidenter ostenditis), tunc, inquam, tunc, obsecro, propitii adeste, miseroque, et infelici tanquam ter optimi regis illius principes, parcite, et me a tristi illa, iracundaque sententia, quæ in ignem æternum amandat, per vestram apud Deum intercessionem liberate. Contra vero lætæ, et jucundæ illius vocationis, vitæque, quæ omni mœrore caret, nullaque re indiget, me una cum meis synergis, et cognatis, quorum nomina, et vocationem novit is, qui nihil nescit, participem efficite, et gaudii tandem quod nunquam finem facit, hæredem declarate.

O Domine, Servator, Deus et Verbum, qui dominatum in excelso obtines : qui principio cares, universaque continues : qui ingenti roboré polles, omnibus vitam, omnibus timorem affers; qui cœlum et terram, omniaque, quæ illorum ambitu continentur, solo nutu condidisti [6,7]; qui primum quidem angelos mente concepisti, tuusque conceptus opus fuit : quod enim mente conceperas, id solo verbo explesti, et absolvisti. Mox pari arte et facilitate hominem e terræ pulvere, secundum tuam imaginem et similitudinem formasti [8], efformatumque, et modicum quid ab angelis diminutum [9], et liberó arbitrio ornatum, omnium creatarum rerum regem et dominum constituisti; nempe quo bonis illis, quæ illi in paradiso præparaveras, frueretur, quibus etiam tantisper fruitus est dum a serpente, et uxore captus, atque seductus, divina tua mandata prævaricatus est, degustando nimirum lethiferæ arboris pomum : quare e regia dignitate e vestigio excidit, paradisoque exclusus, in pœnam factis suis dignam incurrit; puta in fletum, et servilem habitum, in sudorem, laborem et molestiam, in tristitiam et dolorem, et quod suppliciorum omnium vere est acerbissimum, in justam tandem mortem, dissolutionemque in terram, ex quâ primo susceptus, productusque fuerat. Tu autem, Domine, vere clemens, et miseri- cors, peculium, quod præ cæteris omnibus tibi charum, diaboli tyrannis oppresserat, nequaquam aspernatus es; verum tremendum illud mysterium, quod ante omnia sæcula definieras, expleturus, teipsum, qui Patris es sapientia, et mens, et Verbum, et character, et terminus, et imago, et sigillum, et Filius, et forma expressa, exinanivisti. Nam et in casta Virgine per Spiritum sanctum inhabitasti, et ortum ex ea, qui omnem rationem excedit, sumpsisti. Nec enim virginea claustra omnino solvisti; sed carnis expers, modo, quem tu nosti, in eam ingressus, carne indutus ex ea denuo egressus es, uteri ostio clauso, ut ante erat, relicto. Mox crucem subiisti, felle, et aceto inter se permistis, potatus, lanceaque ad latus tuum adacta, confossus. Mortem tandem sponte perpessus, mortem ipsam peremisti, mundumque universum immortalitate donasti; et prolapsam, deformatamque imaginem, in integrum instaurasti, et veterem maledictionem, quæ per lignum irrogata fuerat delevisti. Tu ergo universorum Rex et Conditor, qui unus tantarum, tamque admirabilium rerum architectus es, cunctaque, quæ usque exstant, in communem mortalium utilitatem condidisti, ac pœnæ obnoxios non sine paterna affectione punire consuevisti, quando pro tribunali sedens, omnes ad judicium es adducturus, statione dextera cum iis omnibus, quorum memoriam in mente habeo, me dignare. O omnium inspector, occultorumque cognitor, criminibus, quæ ullo unquam tempore perpetravi, oblivioni traditis, immortalis thalami ostium, hoc est, cœlestem gloriam mihi pande. O immortalis Sponse, benedictionis vocem fac nos audire. O benefice, justorum numero me accense, tuique gaudii, inculpatæ Matris tuæ, angelorumque sanctorum, et apostolorum, et prophetarum, et martyrum, et justorum omnium, qui a sæculo fuerunt, precibus intercedentibus, consortes nos effice, qui cum Patre tuo, et Spiritu sancto es benedictus nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

[6,7] Esther. XIII, 10. [8] Gen. I, 26, 27. [9] Psal. VIII, 6.

VII.

Ἐγκώμιον εἰς τὸν ἅγιον Ἰωάννην τὸν Πρόδρομον.

Encomium in sanctum Joannem Præcursorem.

ANG. MAI *Spicileg. Rom.* t. IV, p. 130.

α'. Δίδου, ὦ φωνὴ τοῦ Λόγου φωνήν· δίδου ἡμῖν, ὦ λύχνε τοῦ φωτὸς, τὴν αὐγήν· δίδου ἡμῖν, ὦ τοῦ Λόγου Πρόδρομε, τοῦ λόγου τὸν δρόμον, ἵνα σε πρὸς ἀξίαν τοῖς σοῖς εὐφημήσαντες ἐντρυφήσωμεν σήμερον· ὑμνεῖν γάρ σε κατὰ χρέος πατρῷόν [a] τε καὶ ἰδικῶν πάντων πλέον, ὦ Βαπτιστὰ, προθυμούμεθα.

1. O vox Verbi, da vocem! Tu lucerna luminis, da nobis splendorem! O Verbi Præcursor, da nobis verbi cursum, ut hodie exsultemus dignis teipsum celebrando laudibus! Nos enim impulit animus ut majorá tibi canamus quam patribus et coetaneis tuis, o beate Joannes! plus tuis cumulati

VARIÆ LECTIONES.

[a] πατρῴων.

Digitized by Google

sumus muneribus quam majorum tuorum omnium. Cum grates debitas a nobis effundere nequeamus, denuo ad te benignum confugimus datorem, ut præconiis nostris dux et magister adesse velis; ne forsan te solis verbis prædicantes, propter verborum exilitatem et dedecus, gloriæ tuæ detractores potius videamur quam grati laudatores. Qui verborum nostrorum simplicitatem ignorant, sermonem requirunt comparem magnitudini et dignitati Præcursoris, nec unquam veniam concedunt oratori, cum viribus deficientibus, propositum suum non attingit, et flammam ab aliis exspectatam non accendit. Quicunque te gloriæ corona redimire voluerit, semper a digna longissime aberit; nemo enim totis exclamat faucibus, nisi furat et mente solita excesserit. Quid igitur mihi agendum est, qui, per singulas horas, muneribus tuis innumeris veluti arbor ad aquas, undis indesinenter affluentibus, sua agmina sumit, ita ex vivificante infusione tua meum profectum capio? Quid gratius, an silere et nullatenus clamare, si quis digne profari nesciat? An clamare quo quis possit modo ita ut indomitum mentis sensum demonstret, etiamsi præ vocis imbecillitate ingentem clamorem edere nequeat? Hic profecto veniæ dignus est, quia sapientium partes complectitur. Inter decem leprosos a Domino mundatos, fuit quidam alienigena, ex Samaria oriundus; ingratæ turbæ adnumeratur quæ benefactori suo fausta ex viribus non deprecabantur: languore enim purgati, gloriam Deo non tribuerunt, qui ipsis mundationem dederat.

2. Ideo non est silendum, sed tibi laudes ex affectu tribuendæ sunt, etiamsi ad celsitudinem tuam non attingamus. Nequaquam carpamus probrum illorum novem, celebratam autem societatem illius habeamus, qui gratior judicatus fuit. Clama in nobis, o Baptista, sicut prius clamasti in deserto: deserti enim sumus et verbo et voce et splendore, quibus gloriæ tuæ corona complectitur. Imo et altius clama in nobis: clamabimus cum clamaveris, et silebimus cum silueris, etsi ingentes edituri essemus clamores. Clamor noster ad nihilum reputabitur, nisi ex divino clamore tuo suum fragorem hauserit, et nusquam terrarum vox nostra audietur, nisi e voce tua magna sonitum sumpserit. Ideo plus magisque te in adjutorium invocamus et adprecamur, ut linguam nostram, voce carentem, a vinculis absolvas, veluti nascendo linguam patris Zachariæ solvisti! Da quoque supplicibus nobis vocem ad præconia tua longe lateque diffundenda, quemadmodum infans genitorem tuum voce donasti ad nomen tuum publice proferendum. Si lingua ejus alligata fuit dum per adventum tuum illam solveres et ad salutandum teipsum, moveres, quomodo linguam nostram in laudem tuam movebimus,

Ἐπειδὴ δὲ πάντων πλέον ἐκ προγόνων σου ταῖς δωρεαῖς ἐνεβρύνθημεν, καὶ οἴκοθεν τοῦτο δρᾷν οὐ δυνάμενοι, πάλιν ἐπὶ σὲ τὸν φιλόδωρον τρέχομεν, καὶ σὲ γενέσθαι χορηγὸν ἡμῖν τῶν ἐπαίνων αἰτούμεθα. Ἵνα μή σε μόνον τοῖς ἐξ ἡμῶν λόγοις γεραίροντες, ὑβρισταί τινες εἶναι τῆς μικροπρεπείας τῶν λόγων καὶ ἀτιμίας δόξωμεν, ἢ ἐπαινέται τε καὶ εὐχάριστοι, παρὰ τοῖς οὐκ εἰδόσι τὴν ἡμῶν ἐν λόγοις εὐτέλειαν, ἀλλὰ τῷ μεγέθει ἢ ἀξίᾳ τοῦ τιμωμένου ἀπαιτοῦσιν εἶναι τὸν λόγον ἐφάμιλλον· καὶ μὴ δι-
δοῦσι συγγνώμην τῇ προθέσει τοῦ λέγοντος, τοῦ πόθου τὴν φλόγα μὴ φερούσῃ, εἰ τὸ ὑπὲρ αὐτὴν ἐκ βίας ἐφάπτοιτο. Ὅτι μὲν γὰρ οἱ σε ταῖς εὐφημίαις στεφανοῦν ἐθελήσοιεν πόρρω που τῆς ἀξίας καὶ πάνυ μακρὸν ἀπολείπονται, οὐκέτι οὐδεὶς ὡς οὐχ ὅλῳ κατρύξειε τῷ στόματι, εἰ μὴ μέμηνε καὶ τοῦ κατὰ φύσιν ἐξέστη φρονήματος. Τί οὖν χρὴ διαπράττεσθαι τὸν οἷον ἐμὲ μυρίοις σου καθ' ὥραν ἑκάστην δωρεαῖς, ὥσπερ τι δένδρον παρ' ὕδασι τὴν φυτείαν λαχὸν, ἀρδευόμενον καὶ ἀλήκτως παραρρέουσαν ἔχοντα τῆς σῆς ἐνεργητικῆς χύσεως τὴν ἐπίδοσιν; Ἆρα σιγᾷν καὶ μηδὲν ὅλως βοᾷν χαριστήριον ὅτι κατ' ἀξίαν μὴ δεδύνηται, ἢ βοᾷν ὡς οἷός τε εἴη καὶ δύνηται, καὶ ταύτῃ δεικνύναι τῆς ἐνούσης αὐτῷ γνώμης τὸ ἀσχετον; κἂν ἡ βοὴ ταύτης τὸ μέγεθος δι' οἰκείαν φανεροῦν μὴ ἰσχύσῃ σμικρότητα. Ὁ μὲν γὰρ καὶ ἀποδοχῆς ἄξιος κρίνεται, κἂν τὴν τῶν εὐγνωμονούντων μοῖραν λογίζηται· καθὰ κἀκεῖνος ὁ ἐν τῇ δεκάδι τῶν ὑπὸ τοῦ Σωτῆρος καθαρθέντων λεπρῶν ἀλλογενὴς καὶ ἀλλόφυλος· ὁ δὲ τῷ τῶν ἀχαρίστων στίφει συνάπτεται, τὸν εὐεργέτην οὐκ εὐφημῶν κατὰ δύναμιν, καθὰ καὶ οὗτοι εἰληφότες μὲν τῆς νόσου τὴν κάθαρσιν, οὐ δεδωκότες δὲ δόξαν Χριστῷ τῷ ταύτην αὐτοῖς δεδωκότι τὴν κάθαρσιν.

β'. Οὐκοῦν οὐ σιωπητέον, λεκτέον δέ σοι ποθητῶς τὸ ἐγκώμιον, εἰ καὶ κατόπιν τῆς σῆς μεγαλειότητος λέξοιμεν· ὡς ἂν μὴ τούτων τῶν ἐννέα τὸν μῶμον δρεψόμεθα· ἀλλὰ τοῦ κριθέντος εὐγνώμονος τὴν ἐπαινετὴν ἑταιρίαν ἁρπάσωμεν. Βόησον τοίνυν, ὦ Βαπτιστὰ, καὶ νῦν ἐν ἡμῖν ὡς ἐν ἐρήμῳ τὸ πρότερον. Ἔρημοι γὰρ καὶ ἡμεῖς λόγου καὶ φωνῆς καὶ ταῦτα βλαστώσης αὐγῆς καθεστήκαμεν· ἐξ ὧν σοι καὶ δι' ὧν ὁ τῆς εὐφημίας ἀναπλέκεται στέφανος· βόησον καὶ νῦν ἐν ἡμῖν γεγωνότερον. Βοησόμεθα γὰρ εἰ βοήσειας, καὶ σιγήσομεν εἰ σιγήσειας, κἂν μεγαλοφώνως βοᾷν προῃρήμεθα. Εἰς οὐδὲν γὰρ ἡμῶν ἡ βοὴ λογισθήσεται, μὴ τῇ θειοτέρᾳ σου βοῇ τὸ σθένος λαμβάνουσα· καὶ οὐδαμόθι γῆς ἡμῶν ἡ φωνὴ ἀκουσθήσεται, μὴ ἐκ τῆς μεγάλης σου φωνῆς δεχόμενοι τὸ εὔηχον. Διὸ μᾶλλον καὶ μᾶλλον εἰς συμμαχίαν σε προκαλούμεθα καὶ λῦσαι δεόμεθα τὴν γλῶτταν ἡμῶν ἀφωνίᾳ δουλεύουσαν, ὥσπερ καὶ Ζαχαρίας τῷ πατρὶ πάλαι γενόμενος ἔλυσας· καὶ δοῦναι φωνὴν ἱκετεύομεν πρὸς τὴν τῆς σῆς εὐφημίας ἀνάῤῥησιν, καθὰ κἀκείνῳ τικτόμενος δέδωκας πρὸς τὴν τοῦ σοῦ δημηγορίαν ὀνόματος. Εἰ γὰρ ἐκεῖνος τὴν γλῶτταν πεπέδητο ἕως αὐτὴν ἡ σὴ προέλευσις ἔλυσε, καὶ τῆς σῆς προσηγορίας κεκίνηκε πρόοδος, πῶς ἂν ἡμεῖς πρὸς τὴν σὴν εὐφημίαν τὴν γλῶτταν

Digitized by Google

κινήσοιμεν, μὴ σοῦ ταύτην κινοῦντος καὶ στρέφοντος καὶ πρὸς τὸ σὸν αὐτὴν κατευθύνοντος στάδιον;

γ'. Ἀλλά μοι πρὸς τὴν βαλβίδα τῶν λόγων ὁ λογος ἐλθὼν, καὶ πρὸς τὴν τῶν σῶν θαυμάτων πληθὺν ἐκθαμβούμενος, ἀπορίᾳ συνέχεται μείζονι, ὅθεν τῆς κατὰ σὲ διηγήσεως ἄρξηται. Τὴν γέννησιν εἴποι πρώτην ἦν ὁ Γαβριὴλ προεμήνυσε ὡς χαρᾶς ἐσομένην τῷ κόσμῳ προοίμιον; Ἀλλὰ τὴν κυοφορίαν ἣν ἡ στεῖρα γραῦς ὡς ὑπερφυᾶ περιέκρυβε; Ἀλλὰ τὴν ἐγγάστριον ὄρχησιν τὴν πρώτην Θεὸν ἐγγάστριον πᾶσι κηρύξασαν; Ἀλλὰ τὴν ἐκ στείρας ἀπότεξιν ἱστορεῖν ἐπεθύμησε; Ἀλλὰ καὶ πορείαν τριήμερον ἦνυσε καὶ χρόνον τριμηνιαῖον παρέμεινεν, ἵνα τὴν θαυμαστήν σου θεωρήσασα γέννησιν τὸ τῆς Τριάδος ἑνὸς μήτηρ ἀπειρόγαμος ἔσεσθαι οὐ συνελήφθη βεβαίως τε καὶ ἀραρότως πιστεύσειεν; Ἀλλὰ τὴν γαλούχησιν ἣν ξηρός σοι μασθὸς θηλὴν διὰ γῆρας βαθὺ παραδόξως προέχευεν; Ἀλλὰ τὴν ἐν ἐρήμῳ δίαιταν ἣν ὁ κόσμος χωρεῖν οὐκ ἠδύνατο, τὴν ἐκ τῆς ἐρήμου πρὸς τὸν Ἰσραὴλ τελευταίαν καὶ πρώτην ἀνάδειξιν δι' ἧς αὐτοῖς τὸν Χριστὸν ἐξεκάλυπτε, καὶ τὴν τῶν οὐρανῶν βασιλείαν ἐκήρυττε. Ἀλλὰ τὸν Ἰορδάνην ἐν ᾧ τὸν λεὼν ἐκαθάριζες, καὶ δι' οὗ σε Χριστὸς ἐκαθάρισε, λειτουργόν σε λαβὼν ποιήσας τοῦ οἰκείου βαπτίσματος; Τὴν νομοθεσίαν ἣν φιλανθρώπως τοῖς πειθομένοις ἐθέσπιζες; Τὴν ἀπειλὴν ἣν ἐμβριθῶς τοῖς ἀπειθοῦσι προέφερες; Τὴν παρρησίαν δι' ἧς ἄρχοντας καὶ βασιλέας κατέπληττες, καὶ ἣν ἀξίως ὁ βασιλεὺς Ἡρῴδης ἐτρόμασε, καὶ εἰ πάθει γυναίου τὸ δέος ἀπέβαλε; Τὴν γενναίαν ἀποτομὴν καὶ τῆς τιμίας κεφαλῆς τὴν ἀφαίρεσιν, δι' ἧς σεαυτὸν διπλοῦν τοῦ Σωτῆρος κατέστησας Πρόδρομον, οὐκ ἐπὶ γῆς μόνον αὐτοῦ προῖὼν καὶ προτρέχων, ἀλλὰ καὶ εἰς ᾅδην γιγνόμενος Πρόδρομος καταδοκοῦσι καὶ μένουσιν, ὥσπερ τοῖς ἐπὶ γῆς προκηρύττων αὐτοῦ τὴν σωτήριον ἄφεσιν;

δ'. Ἀλλὰ τί τῶν σῶν ἐπέλθωμεν πρότερον; ἢ τί καταλείψωμεν δεύτερον; ἑκάστου τὴν ὑπεροχὴν σύγκληρον ἔχοντος καὶ φιλονεικοῦντος εἰκότως εἰς προοίμιον τάττεσθαι καὶ τὸ πέρας ἐφ' ἑαυτῷ πάσης τῆς παρούσης ἐγκωμιαστικῆς διαλέξεως δέχεσθαι, καὶ μὴ συγχωροῦντος ἐπ' ἄλλο τι τὴν γλῶτταν διήγημα φέρεσθαι, ὅπως ἂν ἀτελὲς αὐτῷ μὴ ἑαθῇ καὶ ἀπροπλήρωτον. Δοκεῖ δὲ ἡμῖν ἔχειν καλῶς εἰ τοῦ χρόνου καὶ ἡμεῖς τὴν τάξιν φυλάξοιμεν, καὶ τῷ χρόνῳ πρωτεύουσαν, καὶ νῦν πρωτεύσοι ταῖς λέξεσιν· ἵνα καὶ τάξιν λάβοι τὴν πρέπουσαν, ἁρμόδιον ἑκάστῳ καὶ βραχεῖαν παρέχων διήγησιν, καὶ φύγοι τῆς χρονικῆς ἐναλλαγῆς τὴν ἀνάχυσιν· ἐπαινῶν ἐν τούτῳ Λάβαν τὸν δόλιον, ὅτι τῶν θυγατέρων τὴν ἥττονα πρὸ τῆς πρεσβυτέρας γάμῳ κατεγγυᾶν οὐκ ἠνέσχετο, καὶ ταῦτα ποθουμένην καὶ πρόκριτον νομισθεῖσαν τῷ γήμαντι, οὐ μόνης χάριν σωματικῆς, ἀλλὰ καὶ ψυχικῆς ὡραιότητος ἕνεκα; Οὐκοῦν ἐπαναγέσθω πάλιν ἡμῖν ὁ λόγος ἐπὶ τὴν ἀρχὴν τοῦ λόγου καὶ τοῦ θαυμαζομένου τὴν σύλληψιν, εἰ τῆς εἰς τὸ εἶναι παρόδου προοίμιον καὶ πάντων ἐφεξῆς ἐν τάξει τιθέτω τὸν ἔπαινον, ὡς αὐτὸς ὁ παρ' ἡμῶν εὐφημούμενος τὸν λόγον ἡμῖν χορηγεῖν ἐπι-

A nisi illam moveas, vertas et ad cursum tuum dirigas?

3. Verbo autem ad exordium verborum stante, præ multitudine prodigiorum obstupesco et qua progrediar via magis obstupesco, cum mirabilia tua sint proferenda. Quid prius dicendum? An generatio tua, quam Gabriel archangelus ceu gaudii initium mundo annuntiavit? An prægnatio tua, quam mulier sterilis et superadulta in se abscondidit? An saltatio interna, quæ Deum in visceribus mundo indicavit? Quis generationem ex sterili enarrare audebit? Nonne et trium dierum iter perfecit et tres permansit menses, ut admirabilem ortum tuum videret et firmiorem atque gratiorem ex præsentia carperet fidem intemerata mater illa, quæ B conjugii expers, unum e Trinitate editura fuit? Quis lactationem dicet, quam tibi ex siccis uberibus præstavit mulier annis incurva? Vivendi rationem in deserto, quam mundus capere non potuit? Manifestationem ex deserto, quæ ultima et prima ad Israel facta est, Christum revelavit, et regnum cœlorum prædicavit? Jordanem, in quo populum purificasti, per quem Christus teipsum purificavit, cum teipsum in ministrum baptismatis sui assumpserit? Præcepta, quæ perhumaniter dedisti obsequentibus, et minas quas in perfringentes duriter protulisti? Libertatem qua reges et principes corripuisti, qua Herodes rex merito contremuit etiamsi propter libidinem mulieris terrorem excusserit? Generosam venerabilis capitis tui ablationem, per quam duplex Salvatoris Præcursor C constitutus es; non enim in terris solum præiisti et antevolasti, sed in inferos descendisti præcursor illis qui ibidem exspectabant et remanebant, quemadmodum in terra salutiferam redemptionem prædicasti.

4. Verum ad quænam tuorum procedemus prius, et quæ secundo reponemus loco? Qui superabundantem substratam habet materiam, et palmam referre desiderat, aptissime quædam ad exordium ordinat et ad finem suum singula laudis momenta dirigit; nec unquam concedit ut lingua ad extranea confugiat, ne forte incompleta sit oratio et a proposito aberret. Nobis igitur pulchrum videtur si D temporis ordinem sequamur (præstat enim tempus gestis, præstet quoque verbis); ita conveniens exponitur rerum series, consonans et brevis fluit factorum narratio, attamen temporum variantium confusio vitabitur. Nonne callidus ille celebratur Laban qui filiarum suarum natu minorem ante majorem desponsari non permisit, etiamsi a sponso desiderata et in præmium efflagitata fuerit, propter gratiam corporis et dotes animæ? Reducamus igitur verbum ad initium verbi et admirabilem conceptionem illam, quæ introitus fuit ad vitam et ad res subsequentes. Adsit nobis prædicandus ille Præcursor et laudes nostras ad finem perducat. Attamen inopportunum non erit ut rem altius desumamus; apparebit enim infantem, antequam in

Digitized by Google

utero conceptus fuerit, magnum esse futurum et exspectantibus bona majora oriturum, propter deflebile Adami nobis haud ignotum excidium. Cujus ruinæ causa omnes miserrime versamur et in terram corruptionemque abibimus, qui semel omnes audivimus : « Terra es et in terram reverteris [9]. » Hæc enim contra naturam nostram lata est sententia ; hominum vitæ immista est non sola infelicitas, sed et quid contra Deum. Creatorem et Dominum totius mundi reliquimus et minorem habuimus quam conservos nostros creatos, imo et factu-
B ras manuum nostrarum Deos, appellavimus ! Ideo ignominiæ passionibus inserviebamus, quia ignominiosis idolis et dæmonibus tribuebamus honorem Dei solius honorandi ! Talis naturæ nostræ erat infirmitas, quæ supereminentem non acceperat magnitudinem, ut maximæ indigeret medelæ, scilicet ut Creator noster suis similis esset creaturis, ut Deus quoad nos fieret homo per conjunctionem cum carne humana, omnium nostrum naturales passiones in se susciperet et diabolo non afficeret. Sic demonstranda erat summa rerum differentia ! Sic sub cœlo salvandus erat homo, voluntarie cum suis vincendus et constringendus passionibus, ad pristinam felicitatem, quam illi Deus ab initio comparaverat.

σώσασθαι τὸν τούτοις ἐκουσίως κρατηθέντα τε καὶ κρατούμενον ἄνθρωπον, καὶ πρὸς τὴν πρώτην αὐτὸν ἐπανάγειν μακαριότητα, ἣν αὐτῷ καὶ ἀπ' ἀρχῆς δημιουργήσας συνέζευξε.

5. Hanc felicitatem promisit Deus primo illo Abraham, in cujus semine omnes tribus terræ benedicere largitus est, propter unigeniti Filii sui,
C et Verbi incarnationem ; post Abraham hanc et Davidi per juramentum confirmavit : de fructu enim lumborum ejus statuit Regem gloriæ in thronum suum, ex omnibus maxime regalem, ponere, cum sæculum præsens ad finem pervenerit et lex scripta in definito tempore plenitudinem acceperit. Hanc videre et contemplari desideraverunt non solum Abraham et David, qui tantas promissiones accipere meruerunt, sed et multi prophetæ et reges. Quemadmodum in Evangeliis beata discipulorum conjungebatur societas, ita sanctorum omnium vehemens desiderium ibat ad Christum ; novissima hujus sæculi jam aderant : Evangelium salutarem habebat promulgationem, et lex per Christum exspectatam plenitudinem consequebatur ; prophetæ
D et justi omnes in Jerusalem exspectabant redemptionem Israel, qua instante a Spiritu edocti, præsentem intueri cupierunt non solis animæ sed corporis quoque oculis, antequam ex hac vita discesserint. Non modo desiderabant sed etiam deprecabantur et Deo supplicationes offerebant, et quoniam digni erant, petitiones suas consecuti sunt. Talis erat Simeon, qui Christum ut sacerdos in ulnas accepit et Domino totius creationis benedixit ; talis erat Anna, quæ longum viduitatis suæ tempus honeste perficiendo, dies noctesque consumendo in

A νεύσειεν. Τάχα δὲ καὶ ταύτης ἀνωτέρω τὸν λόγον ἀγαγεῖν οὐκ ἀσύμφορον· δείξειε γὰρ καὶ οὕτως αὐτὸν καὶ πρὸ ταύτης τῆς ἐν κοιλίᾳ συλλήψεως μέγαν τινὰ γενησόμενον καὶ ἐπὶ μειζόνων ἀγαθῶν προσδοκίᾳ φανούμενον, τὴν ἐν Ἀδὰμ ἡμῶν αὐχ ἀγνοούμενον ἔκπτωσιν. Διὰ ταύτης γὰρ πάντως ἀθλίως ἐπράττομεν καὶ εἰς γῆν καὶ φθορὰν ἀπελήγομεν, ὡς ἅπαξ οἱ πάντες τὸ, « Γῆ εἶ, καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ, » πειθόμενοι· τοῦτο γὰρ τῆς ἡμῶν ἐτύγχανε φύσεως ὑπὲρ τῆς ἡμῶν παρακοῆς τὸ κατάκριμα. Οὐκ αὐτὴ δὲ μόνη τῆς ἀνθρωπίνης ζωῆς ἡ ἀθλιότης ἐδείκνυτο, ἀλλ' εἶχεν αὐτῇ συμμεμιγμένον τὸ ἄθεον. Τὸν γὰρ Κτίστην τοῦ παντὸς καὶ Δεσπότην ἐάσαντες ταῖς ὁμοδούλοις ἐλατρεύομεν κτίσμασιν, καὶ θεοὺς ὠνομάζομεν τῶν ἰδίων ἡμῶν χειρῶν τὰ ποιήματα. Διὸ
B καὶ τοῖς τῆς ἀτιμίας ἐδουλεύομεν πάθεσι, ἐπειδὴ τοῖς ἀτίμοις εἰδώλοις καὶ δαίμοσιν τοῦ μόνου τιμίου Θεοῦ τὴν τιμὴν προσεφέρομεν. Τοῦτο τῆς ἡμῶν φύσεως ἦν τὸ ἀῤῥώστημα, ὃ μεγέθους ὑπερβολὴν οὐ δεχόμενον μεγίστης ἰατρείας ἐδέετο. Αὕτη δὲ ἦν τὸ τὸν Κτίστην ἡμῖν ὁμοιωθῆναι τοῖς κτίσμασιν, καὶ τὸν Θεὸν ἄνθρωπον γενέσθαι καθ' ἡμᾶς διὰ τῆς πρὸς σάρκα τὴν ἀνθρωπίνην συνθέσεως· καὶ πάντων ἡμῶν ἀναλαβεῖν ἐν ἑαυτῷ τὰ φυσικὰ καὶ διαβολὴν οὐκ ἐμποιοῦντα παθήματα· καὶ τοῦτον παντελῆ τὸν ἀφορισμὸν ἐπιδείξασθαι, καὶ οὕτω περιφανῶς διαδημιουργήσας συνέζευξε.

ε'. Ταύτην Θεὸς καὶ ποιεῖν πρώτῳ τῷ Ἀβραὰμ ἐπηγγείλατο, καὶ ἐν τῷ σπέρματι αὐτοῦ πάσας εὐλογηθῆναι τὰς φυλὰς τῆς γῆς ἐχαρίσατο, διὰ τῆς
C ἀπ' αὐτοῦ τοῦ Μονογενοῦς αὐτοῦ Υἱοῦ καὶ Λόγου σαρκώσεως· ταύτην μετὰ τὸν Ἀβραὰμ τῷ Δαβὶδ ἐπωμόσατο, καὶ ἐκ καρποῦ τῆς κοιλίας αὐτοῦ ἐπὶ τὸν βασιλικώτατον αὐτοῦ θρόνον τὸν βασιλέα τῆς δόξης τιθέναι συνέθετο, ὅτ' ἂν ὁ παρὼν αἰὼν ἐπὶ τὸ τέλος ἀφίκοιτο καὶ τοῦ γραπτοῦ νόμου ὁ διορισθεὶς ὑπ' αὐτοῦ καιρὸς τὸ πλήρωμα δέξοιτο. Ἦν ἰδεῖν καὶ θεάσασθαι οὐ μόνος Ἀβραὰμ καὶ Δαβὶδ οἱ τὰς τοιαύτας ἐπαγγελίας ἀξιωθέντες κληρώσασθαι, ἀλλὰ καὶ πολλοὶ μετ' ἐκείνους προφῆται τε καὶ βασιλεῖς ἐπεθύμησαν, καθάπερ ἐν Εὐαγγελίοις πρὸς τὴν τῶν οἰκείων μαθητῶν μακαρίαν ὁμήγυριν, αὐτὸς ἡ πάντων ἁγίων ἐπιθυμία Χριστὸς ἀπεφήνατο. Παρῆν οὖν τοῦ παρόντος αἰῶνος τὰ ἔσχατα, καὶ ἡ ἐπαγγε-
æqualis ergo utrisque et similis apparet gratia Dei. Prophetico spiritu afflante, admirabile nomen Joannis protulit Zacharias et verbo et scripto : his duobus loquendi signis unam adoptionis gratiam indicat, quæ dabitur et Judæis et gentibus. Omnis accipit qui desiderat et efflagitat cum fide vera et mundo corde ; dicitur enim : « Quicunque receperunt eum, dedit illis potestatem filios Dei fieri, qui non ex sanguine, non ex voluntate carnis, non ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt [34]. » Patet enim Judæos scripto tabellæ significari, quia legi scriptæ serviebant ; gentes autem verbo et spiritu oris, quia verbum habebant et spiritu ad legem accedebant. Lex verum duplici modo nota fuit ; modo carnali et litteræ adhærenti, modoque rationali et in spiritu. Hoc sensu accipiendum est evangelicum mysterium de mystica et duplici prolatione nominis, quod profecto non a nobis invenire potuimus, sed ostendit Joannes, cum ut lucerna inexstinguibilis effulgeat et abscondita illuminet. Major nostra est admiratio quam veterum, qui non futura, sed tantum præterita et præsentia perspiciebant. In vita procedit Joannes : saliendo præcedit Solem justitiæ, sicut matutinus lucifer, qui flamma et splendore suo omnes superat stellas et lumen acceptum diffundit, dum oriatur sol, magis coruscet, ardeat et effulgeat. Tantus, tam illustris et incomparabilis fuit præcursor.

ἐπεὶ καὶ εἷς καὶ μόνος ὑπάρχει Θεὸς, ὃς δικαιώσει περιτομὴν ἐκ πίστεως, καὶ ἀκροβυστίαν διὰ τῆς πίστεως, » τὴν πρὸς τούτους οὖν ἑκατέρους τῆς θείας χάριτος ἴσην καὶ ὁμοίαν ἐμφάνειαν. Πάλιν ὁ Ζαχαρίας προφητικῷ κινούμενος Πνεύματι, λόγῳ καὶ γράμματι Ἰωάννου τὸ θαυμαστὸν προσεκόμιζεν ὄνομα, τῷ ἐφαμίλλῳ τῆς ἑκατέρας δεικνὺς ἐκφωνήσεως, ὡς μία τοῖς πᾶσιν τῆς υἱοθεσίας χάρις δοθήσεται τοῖς ἐκ νόμου καὶ ἐθνῶν ἐπ' αὐτὴν ἐπιστρέφουσιν, καὶ προϊεμένοις αὐτὴν καὶ λαμβάνουσι μετὰ πίστεως ἀληθοῦς καὶ ψυχικῆς καθαρότητος. « Ὅσοι γὰρ αὐτὸν ἔλαβον, φησὶν, ἔδωκεν αὐτοῖς ἐξουσίαν τέκνα Θεοῦ γενέσθαι, οἱ οὐκ ἐξ αἱμάτων οὐδὲ ἐκ θελήματος σαρκὸς, οὐδὲ ἐκ θελήματος ἀνδρὸς, ἀλλ' ἐκ Θεοῦ ἐγεννήθησαν· » πρόδηλον γὰρ ὡς Ἰουδαῖοι μὲν τῷ τῆς πινακίδος ἐσημαίνοντο γράμματι, ὡς τῷ τοῦ νόμου δουλεύοντες γράμματι· τὰ ἔθνη δὲ τῷ τοῦ στόματος Λόγῳ καὶ Πνεύματι, ὡς Λόγου μᾶλλον μετέχοντες καὶ τὰ τοῦ νόμου προσχωρήσαντες Πνεύματι· ἐπεὶ καὶ ὁ νόμος αὐτὸς διπλοῦς ἐγνωρίζετο, τὸ μὲν ἔχον σαρκικὸν καὶ ἐν γράμματι, τὸ δὲ λογικὸν καὶ ἐν Πνεύματι· αὕτη διερμηνευομένη ἡμῖν τὸ εὐαγγελικὸν τοῦτο μυστήριον τῆς Ἰωάννου διπλῆς ἐν ταυτῷ καὶ μυστικῆς ἐκφωνήσεως ἡ αἰτία κατείληπται, ἣν οὐχ ἡμεῖς ἐξ αὐτῶν εὑρεῖν δεδυνήμεθα, ἀλλ' Ἰωάννης αὐτὸς ὁ λύχνος ὁ ἄσβεστος ἀστράπτων καὶ τὰ κρύφια φωτίζων ὑπέδειξεν· ὅθεν νῦν ἡμεῖς μᾶλλον θαυμάζομεν ἢ ἐκεῖνοι· ἐκεῖνοι τὸ παλαιὸν ἀλλ' ἐπὶ μόνοις τοῖς ὁρωμένοις θαυμάζοντες· οὕτω δὲ Ἰωάννης ἐν βίῳ προέρχεται τοῦ τῆς δικαιοσύνης Ἡλίου προτρέχων τοῖς ἄλμασιν, ὥσπερ ἑωσφόρος τις δι' αὐγῆς, καὶ λαμπρότατος καὶ πάντας ἐκπλήττων τῷ μεγέθει τῆς οἰκείας λαμπρότητος, ἣν αὐτῷ προφέρειν παρείχετο ἡ Ἡλίου τοῦ μετ' αὐτὸν εὐθὺς ἀνατέλλοντος δι' ὑπερβολὴν μαρμαρυγῆς καὶ ἄκρας τοῦ φωτὸς καὶ ἐκλάμψεως, ἡ μεγάλη τε καὶ περιφανὴς καὶ ἀχώριστος πρόοδος.

17. Ita natus, ita vocatus est Joannes : nomine suo virtutem illius præsagit, qui ex Virgine nascendus erat. Linguam patris et legis a vinculis cohibentibus solvit ; legi tremulæ et patri muto tribuit vocem, quia ipse erat vox ad Verbum venturum alte annuntiandum, et ad præsentem vocem Moysi legislatori adimendam. Quomodo fieri potuit ut, voce Verbum generante, coram Verbo siluerit, cum ipsa fuerit enata ? Num stultitiæ vinculis alliganda erat lingua, ne forsan ad verbi productionem et generationem procederet ? Patet enim quod Jesus, Verbum Dei, post vocem Joannis apparuerit et linguam legis titubantem solverit. In prophetarum promissionibus futura erant consignata et abscondita : ideo data est Joanni vox ingens et resonans, ut repelleret quidquid antea visum fuerat mutum et elinguem tribulatum propria virtute in respondendo promptum et paratum redderet. Zacharias quidem erat sacerdos et propheta ut mystica nobis forma esset : sacerdotio et senectute figuratur lex et legis vetustas ; prophetiæ dono prophetarum numerus. « Apertum est autem illico os ejus et lingua ejus, et loquebatur benedicens Deum [35] ; » videlicet quod Christus in terris apparuerit, qui est Verbum et sapientia Patris ; quod sigillum ab ore

ιζ'. Οὕτος τεχθεὶς, καὶ Ἰωάννης κληθεὶς, καὶ τῷ οἰκείῳ μηνύσας ὀνόματι τοῦ μετ' αὐτὸν ἐκ Παρθένου τεχθησομένου τὴν δύναμιν, λύει τοῦ τεκόντος καὶ κεκληκότος νόμῳ τὴν γλῶτταν δεσμοῖς βραδυγλωττίας πρὸ τούτου δουλεύουσαν, καὶ παρέχει τῷ βαρυφώνῳ νόμῳ καὶ Πατρὶ φωνὴν ἡ φωνὴ διαπρύσιον τὸν Λόγον κηρύττειν τὸν μετ' αὐτὸν φανησόμενον, τῷ καὶ τὴν προσοῦσαν Μωϋσεῖ τῷ νομοθέτῃ βαρυφωνίαν ἐλαύνοντι· πῶς γὰρ ἦν δυνατὸν πρὸ τοῦ Λόγου τικτομένης τὸν Λόγον τῆς φωνῆς ἀφωνίᾳ τὸν ταύτῃ γεγεννηκότα κατέχεσθαι ; ἢ δεσμοῖς ἀλογίας τὴν γλῶτταν πιέζεσθαι μέλλοντος ὅσον οὐδέπω τοῦ Λόγου προϊέναι καὶ τίκτεσθαι ; πρόδηλον γὰρ ὡς μετὰ Ἰωάννην τὴν φωνὴν Ἰησοῦς ὁ Λόγος γενόμενος, τὴν γλῶτταν τοῦ νόμου βραδυγλωττίας δεσμῶν ἐλευθέρωσεν· ἐσφράγιστο γὰρ αὐτοῦ καὶ τῆς προφητικῆς ἐπαγγελίας τὰ κρύφια, καὶ φωνὴν αὐτῷ μεγάλην καὶ εὔρυθμον δέδωκεν ἀπελάσας αὐτοῦ τὸ πρώην φαινόμενον ἄφωνον, καὶ ἐξελὼν αὐτοῦ τὴν ἀφωνίαν τῇ φανερώσει τῆς οἰκείας ἐκλάμψεως, τὴν πρὶν αὐτὸν ἀφανῶς καταθλίβουσαν· διὰ τοῦτο γὰρ ἐν Ζαχαρίᾳ τὸ κατ' αὐτὸν ἱερεῖ καὶ προφήτῃ τυγχάνοντι, ἐτελεῖτο μυστικῶς τὰ ἑκάτερα, ὡς ἑκατέρου σαφῶς εἰκονίζοντι, τῇ μὲν ἱερωσύνῃ τὸν νόμον, καὶ τῷ γηραλαίῳ τῷ παλαιῷ τὴν νομικὴν παλαιότητα· τὸ δὲ

[34] Joan. I, 12, 13. [35] Luc. I, 64.

Digitized by Google

τῆς προφητείας χάρισμα, τοῦ προφητικοῦ καιροῦ τὴν ὁμήγυριν· « Ἀνεῴχθη γάρ, φησίν, τὸ στόμα αὐτοῦ παραχρῆμα, καὶ ἡ γλῶσσα αὐτοῦ, καὶ ἐλάλει εὐλογῶν τὸν Θεόν· » καὶ γὰρ ὡς ἀληθῶς Χριστοῦ κατὰ γῆν τοῖς ἐπὶ γῆς ἐπιφανέντος, ὃς καὶ Λόγος ἐστὶ καὶ σοφία τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ προφητικοῦ στόματος ἡ σφραγὶς ἀπεσφράγισται, καὶ τῆς νομικῆς γλώττης ὁ δεσμὸς ἀπολέλυται· καὶ ὁμοίως ἑκάτεροι ὅ τε νόμος καὶ οἱ προφῆται λαλοῦσι φανερῶς Χριστοῦ τὸ μυστήριον, καὶ εὐλογοῦσιν αὐτὸν ὡς Θεὸν προαιώνιον, τῷ εὐαγγελικῷ συναθλοῦντες καὶ συμβροντῶντες κηρύγματι. Διὰ ταῦτα τῶν τότε παρόντων ὁ σύλλογος καὶ τῶν γειτόνων ποιουμένων τὴν οἴκησιν, φόβῳ μεγάλῳ συνείχοντο· καὶ περιμερίμνως περὶ αὐτὸν διελέγοντο· Καὶ τί ἄρα καὶ τίς Ἰωάννης ἔσται, συνεχῶς διεσκέπτοντο· ὅτι γεννώμενος τοιαῦτα θαυμαστὰ συμβέβηκε πράγματα οἷαπερ ἐπ' ἄλλου τινὸς μὴ συνήκαμεν.

A prophetarum ademptum fuerit et vinculum linguæ legalis solutum·; quod lex et prophetæ simul et aperte mysterium Christi annuntient, ipsum ceu Deum benedicant æternum et quod evangelicæ prædicationis cooperatores sint et tonitrua. Circa hæc versabatur præsentium sermo et vicinorum in domo affluentia : magno detinebantur timore et solliciti inquirebant et perscrutabantur : « Quid et quis erit iste Joannes [26], » quia in nativitate ejus tanta mirabilia evenerunt, quanta ab alio nunquam audiamus?

ιη'. Ἀλλ' ἐγὼ φήσω πρὸς τὴν ἐκείνων διάσκεψιν, ἐπεὶ μηδ' ἄλλος τις κατ' αὐτὸν μέχρις αὐτοῦ γυναικὸς ἀποτέτεκται, ἵνα καὶ τοιαῦτα συμβαίνῃ θαυμαστὰ καὶ παράδοξα· ἐπειδὴ γὰρ μείζων εἶναι τῶν ἐν γεννητοῖς γυναικῶν μεμαρτύρηται, ταύτῃ τοι καὶ δόξης ἠξίωται τηλικαύτης γενέσθαι, ἵνα καὶ διὰ τοῦτο δοξάσοι Χριστὸν τὸν μετ' αὐτὸν δι' ἡμᾶς τεχθησόμενον· οὐ μόνον δὲ ταύτῃ τῇ διὰ τεράτων Χριστὸς τὸν οἰκεῖον ἡμφίασε Πρόδρομον, ἀλλὰ καὶ ἀοράτως αὐτῷ συνὼν ὡς Θεὸς παρὰ πᾶσιν ἐποίει μέγα καὶ ἐπίδοξον φαίνεσθαι· ἔχει γὰρ αὐτὸ περὶ τούτων τῆς εὐαγγελικῆς φωνῆς ἡ ὑφήγησις· « Καὶ ἐγένετο ἐπὶ πάντας φόβος τοὺς περιοικοῦντας αὐτοὺς καὶ ἐν ὅλῃ τῇ ὀρεινῇ τῆς Ἰουδαίας ἐλαλεῖτο πάντα τὰ ῥήματα ταῦτα· καὶ ἔθεντο πάντες οἱ ἀκούσαντες ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτῶν λέγοντες· Τίς ἄρα τὸ παιδίον τοῦτο ἔσται; καὶ χεὶρ Κυρίου ἦν μετ' αὐτοῦ· » εἶργετο γὰρ οὐδαμῶς ἡ τοῦ Κυρίου χεὶρ, ὁ Μονογενὴς τοῦ Θεοῦ Λόγος τοῦ εἶναι μετ' αὐτοῦ τῇ θεότητι καὶ μεγαλύνειν αὐτὸν ὥσπερ πρῶτον αὐτοῦ καὶ μέγιστον κήρυκα· αὐτὸς γὰρ ἡ τοῦ Θεοῦ δεξιὰ καὶ χεὶρ καὶ βραχίων ὠνόμασται, ὡς πάντα δρῶντος δι' αὐτοῦ τὰ γενόμενα, κἂν ἐν μήτρᾳ παρθενικῇ σεσαρκωμένος συνείληπτο, καὶ ὡς ἐν θαλάμῳ βασιλικῶς κατευνάζετο· ὅθεν ὁ Ἰωάννης γεννώμενος πάντας ὑπερέχων τοὺς ἐκ γυναικῶν γεννωμένους ἐδείκνυτο, καὶ φόβον ἐγέννα καὶ ἔτικτε μέγιστον, οὐ μόνον τοῖς συνοικοῦσιν αὐτῷ καὶ ὁμόφροσι καὶ ποθοῦσι Χριστοῦ τὴν θεῖκὴν εἰς ἡμᾶς ἐπιφάνειαν· ἀλλὰ καὶ τοῖς περιοικοῦσι καὶ ἔξω τῆς χάριτος μένουσι διὰ τὴν ἐν τῷ τοῦ νόμου γραπτῷ δυσαπόσπαστον οἴκησιν· περιοικεῖν γάρ πως ἡμᾶς οὕτω νομίζουσι μερικῶς τὸν νόμον δεχόμενοι, καὶ μονοστοιχοῦντες τῷ γράμματι· δι' οὗ καὶ ὑφ' ἡμῶν γεγόνασιν ἔξοικοι καὶ τῆς αὐτῶν νοουμένης ἀποικίσθησαν χάριτος· ἐκεῖνοι μὲν οὕτως οἱ δείλαιοι δι' οἰκείαν κακόνοιαν τῆς ἐν νόμῳ κεκρυμμένης ζωῆς ἐξεβλήθησαν· ὁ δὲ ταύτης κήρυξ καὶ Πρόδρομος μετὰ τοιαύτης τεχθεὶς γαλουχεῖται δυνάμεως· καὶ μετὰ μαζὸν εἰς τὴν ἔρημον ἔξεισιν, παντὶ τὰς ἐν ἀνθρώποις διατριβὰς ἀρνούμενος, ὡς οὐκ ἀξίας τῆς ὑπὲρ ἀνθρώπους αὐτοῦ διαγωγῆς καὶ βιώσεως· πῶς γὰρ ὁ μηδὲν ἔχων χαμερπὲς καὶ ἀν-

18. Ast de vicinorum perscrutatione aliquid dicendum est, quia nec alius e muliere natus est usque ad Joannem, cui talia et tanta mirabilia atque portentosa contigerunt. Major inter natos e muliere perhibetur, tantaque dignatus est originis gratia ut Christum post ipsum et pro nobis nasciturum glorificaret; suum Præcursorem non tantum his circumdedit prodigiis, sed cum ipse invisibiliter ceu Deus adfuerit, hunc magnum et illustrem omnibus videri effecit. Sic enim habet evangelica narratio : « Et factus est timor super omnes vicinos eorum et in omni montana Judææ divulgabantur omnia verba hæc, et posuerunt omnes audientes in corde suo, dicentes : Quisnam puer iste erit? Et manus Domini erat cum illo [27]. » Nullus obex implicabat manum Domini, ne unigenitus Dei Filius in sua adesset divinitate, et magnum atque primum suum Præcursorem magnificaret; ipse enim Joannes dextra Dei et manus et brachium vocatur, quia facta ejus operabatur Deus, etsi per incarnationem suam in utero Virginis conciperetur et veluti in lecto regali recubaret. Inde Joannes nativitate sua omnes e muliere natos superat, et nascendo magnum infundit timorem, non solummodo comparibus ejus vicinis, divinum Christi adventum expetentibus, sed et conterminis et extra gratiam habitantibus, quia sub lege scripta difficillime convertebantur tabernacula. Qui partim legem recipiunt et litteræ inhærent, forte et nos ipsos in numerum confinitorum reponent; se autem a nobis separant et a gratia impertienda recedunt, quia timore et depravato sensu a vita in lege abscondita aberrant. Hujus vitæ præco et præcursor tantam in nativitate recepit virtutem, eaque cum lacte pascitur; a mamma autem exivit in desertum et communem hominibus vivendi rationem respuit, quasi conversatione et vita sua non fuissent digna. Quomodo ille, qui nihil terreni, neque humani, nec domum, nec victum, nec tectum, nec amicitiam, neque necessitatem, neque ad sexum affectus, nec ad mulierem obsequium et mentem, nec quidquam eorum quæ in vicis et urbibus perficiuntur, habebat, cum ho-

[26] Luc. I, 64. [27] ibid. 65.

Digitized by Google

minibus sive in urbe, sive in vico habitasset? In desertum exivit, non eo fine ut cum Moyse viro præstantissimo æmularetur; in divinis enim magis eruditus fuit quam Moyses, ad suos reversus est ut leges indiceret, populum errantem liberaret et Ægyptiaca sapientia tribulatum ad pietatem reduceret. Non exivit ut Eliam antiquum imitaretur, qui tanta prodigia in terris patraverat; attamen novus appellatus fuit Elias : in virtute et spiritu Eliæ procedit : egreditur ut Herodem, novum Achab, reprehendat et ab Herodiade, altera illa Jezabel, vexatur, persecutusque occiditur. Nec quem alium inter viros famosum sibi in vitæ scopum proponit, siquidem prudentes et inspirati non minorem æmulantur virtutem, sed cum perfectioribus contendere soleant; natura autem non permisit ut quis inter homines videndus sit melior Joanne. Inter homines dico, id est inter viros, Christus enim nullo concedit modo ut quis suspicetur sanctissimam Virginem et venerabilem Dei genitricem, quæ omnes viros et feminas superat. Manifesto Joannes non ad homines sed ad angelos cœli imitandos exivit in desertum, quia eorum nomen accipere meruit.

A θρώπινον, μὴ οἶκον, μὴ τροφὴν, μὴ σκέπην. μὴ φιλίαν, μὴ συναλλαγὴν, μὴ πρὸς γένος συνάφειαν, μὴ πρὸς γυναῖκα ὁμόνοιαν, μὴ ἄλλο τι τῶν ἐν κώμαις δρωμένων καὶ πόλεσιν, ἀνθρώποις συνῴκησεν ἐν πόλεσιν, ἢ κώμαις συνῴκησεν; ἔξεισιν δὲ οὐ Μωϋσέα ζηλώσας τὸν ἄριστον, εἰ καὶ πλείω Μωϋσέως τὰ θεῖα παιδεύεται, καὶ νομοθετῶν ἐπανέρχεται, καὶ λαὸν λυτροῦται πλανώμενον, καὶ ποδηγεῖ καλῶς πρὸς εὐσέβειαν ὑπ' Αἰγυπτίων νοητῶν κακῶς ἐκθλιβόμενον· οὐδ' Ἠλίαν τὸν παλαιὸν ἐκμιμούμενος τὸν μεγάλα κατὰ γῆν ἐργασάμενον τέρατα, κἂν νέος Ἠλιοῦ προσηγόρευται, καὶ ἐν Ἠλιοῦ δυνάμει καὶ Πνεύματι πρόεισι, καὶ Ἡρῴδην τὸν νέον Ἀχαὰβ σωφρονίσων ἐπάνεισιν, καὶ ὑπὸ τῆς Ἡρωδιάδος τῆς ἄλλης Ἰεζάβελ διώκεται, καὶ διωκόμενος κτείνεται, οὐδέτερόν τινα τῶν κατὰ τούτους τοῦ ἰδίου βίου σκοπὸν προτιθέμενος, εἰ μὴ πρὸς ἧττους τὴν ἀρετὴν τοῖς ἐνθέοις καὶ σώφροσιν, ἀλλὰ πρὸς τοὺς κρείσσους εἴωθεν ἡ ἅμιλλα γίγνεσθαι· εἰ δὲ ἃ παρ' ἀνθρώποις Ἰωάννου τὸν κρείττονα βλέπειν ἡ φύσις οὐκ ἠνεγκεν ἄνθρωπον, ἄῤῥενα δέ φημι διὰ τὴν ὑπὲρ πάντας ἀνθρώπους θηλείας καὶ ἄῤῥενας Παναγίαν Παρθένον καὶ σεπτὴν Θεομήτορα, οὔτε Χριστὸς ἐννοεῖν συνεχώρησεν, φανερῶς ὡς οὐκ ἀνθρώπων τινὰς μιμησόμενος, ἀλλ' οὐρανίους ἀγγέλους εἰς τὴν ἔρημον ἔξεισιν, ἐπειδὴ καὶ τῆς αὐτῶν προσηγορίας ἠξίωτο.

B

19. Jure et merito cum illis bonum et Deo gratum certamen habuit, qui solus in corpore angelus terrenis apparuit; ætherea dignitatis fuit particeps, cœlesti ministerio Christum in fluctibus Jordanis baptizaturus erat et totum servitium suum angelico more, vita autem humana, erat perfecturus. Tali proposito focos paternos reliquit Joannes, ut regionem quamdam elevatam et cœlestem, desertum videlicet, habitaret; ita omnibus, quasi in speculo, videri fuit quod gratia Dei, quod Christus recessurus esset a patrum synagoga, secundum carnem genita, ut desertam gentium ecclesiam esset aditurus. Hoc non ad tempus sed pro semper acturus erat, usque dum secundo a cœlis apparuerit cum gloria multa et majestate, ut verum Israel ostendat. « At puerulus crescebat et corroborabatur spiritu, et erat in deserto usque in diem ostensionis suæ ad Israel [28] .» Qui spiritu pollent perspicaci, illud Christi tenent ad Judæos : « Ecce domus vestra relinquetur vobis deserta [29], » domum suam a deserta gentium ecclesia facit, vocatos autem in corpus suum habet et omnes æque capite suo dirigit. « Corpus Christi sumus et membra de membris, fidem caput habemus [30] ,» ut docet nos præclarissimum vas electionis. Christus inhabitans in nobis, membris et corpori nostro dat incrementum, confortatur spiritu qui spiritualem fortitudinem nostram confortat, quam suam propriam propter nos esse putat. Quam belle demonstratur in desertis! Sic luculentissime apparet Christum non in sola gente, scilicet in solo Israel fuisse et subsistere, verum in omnibus gentibus et ecclesiis, quæ suam

C

ιθ'. Ἔσχε δὲ δικαίως πρὸς αὐτοὺς τὴν τοιαύτην ἔριν ἀγαθὴν καὶ φιλόθεον ὁ μόνος φανεὶς ἐπὶ γῆς ἐνσώματος ἄγγελος, ὡς καὶ τῆς αἰθρίας αὐτὸν ἀξίας συμμέτοχον, καὶ τὴν ἴσην μέλλων Χριστῷ λειτουργίαν προσάγειν Ἰορδάνου βαπτιζομένῳ τοῖς ῥεύμασιν, καὶ τὴν ἄλλην ἅπασαν ὑπηρεσίαν ἣν δι' ὅλης αὐτοῦ τῆς ἐπιγείου ζωῆς ἀγγελικῶς ἐκτελῶν εἰσαγήοχεν· μετὰ τοιαύτης γοῦν Ἰωάννης τῆς ἐφέσεως, τὴν πατρῴαν ἑστίαν ἀφεὶς, ὡς χῶρον ὑψηλόν τινα καὶ οὐράνιον τὴν ἔρημον ᾤκησε, πᾶσι διδοὺς ἐνορᾶν τῷ αἰνίγματι ὡς τὴν κατὰ σάρκα γεννήσασαν καὶ πατρῴαν συναγωγὴν ἡ τοῦ Θεοῦ χάρις Χριστὸς καταλείψειε, καὶ τὴν τῶν ἐθνῶν ἔρημον Ἐκκλησίαν οἰκήσειε· καὶ τοῦτο οὐκ ἐπὶ χρόνον τινὰ, ἀλλ' εἰς ἀεὶ διαπράξοιτο, καὶ ἕως ἀναφανεῖν πάλιν τὸ δεύτερον ἀπ' οὐρανοῦ μετὰ δόξης πολλῆς καὶ δυνάμεως πρὸς τὸν ἀληθινὸν Ἰσραὴλ ἀναδεικνύμενον. « Τὸ δὲ παιδίον ηὔξανεν, καὶ ἐκραταιοῦτο πνεύματι, καὶ ἦν ἐν ταῖς ἐρήμοις ἕως ἡμέρας ἀναδείξεως αὐτοῦ πρὸς τὸν Ἰσραήλ· » ἴσασι γὰρ οἱ ἀγχινοίᾳ πατρικῇ στεφόμενοι, ὡς τοῖς Ἰουδαίοις δήμοις εἰπὼν ὁ Χριστὸς, « Ἰδοὺ ἀφίεται ὑμῖν ὁ οἶκος ὑμῶν ἔρημος, » οἶκον ἑαυτοῦ τὴν ἔρημον τῶν ἐθνῶν Ἐκκλησίαν πεποίηται, καὶ σῶμα ἴδιον τοὺς κεκλημένους ἡγούμενος, καὶ ἐν ἴσῳ κεφαλῆς αὐτοῖς ἐπικείμενος· σῶμα γάρ ἐσμεν Χριστοῦ καὶ μέλη ἐκ μέρους, καὶ κεφαλὴν αὐτὸν ἔχομεν, ὡς τὸ τῆς ἐκλογῆς ἐκδιδάσκον σκεῦός φησιν· αὔξει τὴν ἡμῶν τῶν μελῶν καὶ τοῦ σώματος οἰκειούμενος αὔξησιν, καὶ κραταιοῦται πνεύματι ὁ τὴν πνευματικὴν ἡμῶν κρατύνων κραταίωσιν, ταύτην ἰδίαν διὰ τοὺς ἰδίους ἡμᾶς λογιζόμενος· εὖ δὲ καὶ τὸ ἐν ἐρήμοις αὐτὸν εἶναι φάσκειν τὰ Λόνια· δείκνυσι

D

[28] Luc. I, 80. [29] Matth. XXIII, 38. [30] I Cor. XII, 27; Coloss. I, 18.

Digitized by Google

γὰρ τοῦτο ἐμφαντικώτερον λέγοντα, ὡς οὐκ ἐν ἔθνει μόνον ἐνὶ καθὰ καὶ πρώην ἐν μόνῳ τῷ Ἰσραὴλ Χριστός ἐστι καὶ γίνεται, ἀλλ' ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσι καὶ ταῖς ἐκ τούτων λαχούσαις Ἐκκλησίαις τὴν σύστασιν. Οὕτως γὰρ πολλαχοῦ τῆς Γραφῆς πληθυντικῶς ὀνομάζονται· νῦν μὲν ὄρη τὰ ὑψηλά, νῦν δὲ βουνοί, ἄρτι δὲ πηγαί, καὶ ἄλλοτε νῆσοι τῶν ἐθνῶν, καὶ ἀλλαχοῦ πλοῖα Καρχηδόνος τροπικῶς σημαινόμενα. Σὺ μὲν οὖν, ὦ μακάριε Βαπτιστὰ (καλέσω γάρ σε Χριστοῦ βαπτιστήν, καὶ εἰ μήπω σε τοῦτο ποιεῖν ὁ Λόγος ὑπέδειξεν), οὕτω τε καὶ διὰ ταῦτα τὰς ἐρήμους κατέλαβες, ὡς ἐγώ σε νοῆσαι καὶ φράσαι δεδύνημαι, μυστικώτερον πως αὐταῖς εὐαγγελιζόμενος τὴν καταλειψομένην θᾶττον αὐτὰς τῆς θείας χάριτος σωτήριον ἄφιξιν. A

ex illis constitutionem habent. Hoc multis in locis Scripturæ et abundantius quidem enuntiatur: vocantur nunc montes altissimi, nunc colles, modo fontes, modo insulæ gentium, alibi sub tropico nomine Carthaginensium navium designantur. Tu igitur beatissime Baptista, te enim Christi baptistam nomino (etiamsi sermo te baptizantem nondum ostenderit), desertum petivisti ut modo mystico, sicuti intelligere et dicere possum, ibidem nuntiaturus gratiam Dei et salutem citius adventuram esse atque permansuram.

κ'. Ἐγὼ δέ σοι πρόθεσιν ἔχων τῷ λόγῳ συνέπεσθαι εἴργομαι καὶ καρτερῶς κωλύομαι· τοῦτο μὲν δι' ἀνθρωπίνην ἀσθένειαν (σοὶ γὰρ λέγειν τἀληθὲς οὐκ αἰσχύνομαι, ταύτην εἰδότι καὶ πρὸ τῆς ἡμῶν ἀγορεύσεως)· τοῦτο δὲ, ὅτιπερ ὁ τῆς ἱερᾶς λειτουργίας καιρὸς, ὡς ὁρᾷς, παραγέγονεν, καὶ πάντας ἡμᾶς ὡς ἑαυτὸν κατέχειν βιάζεται καὶ σὺν σοὶ πρὸς τὴν φίλην χωρεῖν οὐκ ἀφίησιν ἔρημον· ὃν κἂν πρὸς βραχὺ οὔτε σοὶ ποθητὸν, οὔτ' ἐμοὶ δυνατὸν, οὔτε τῇ σῇ πανηγύρει πρέπον καθέστηκε· διό σοι συγγνώμης προσάγων τὴν αἴτησιν παρακαλῶ συμπαραμεῖναι τῷ Πνεύματι, κἂν εἰ τῷ σώματι χωρεῖς πρὸς τὴν ἔρημον, καὶ τὴν σὴν ἀρωγὴν ἀπαύστως παρέχεσθαι τοῖς ταύτης ἡμῖν ἀδιαλείπτως ἐγχειρίζουσιν· εἴργει γάρ σε τόπος οὐδεὶς βοηθεῖν ἐπινεύσαντα, ἐν οὐρανῷ παρόντα τῷ Πνεύματι, καὶ πάντας ἡμᾶς εὐχερῶς κατοπτεύοντα· καὶ ταύτην μέν σου τὴν σεβασμίαν πανήγυριν δίδου μετὰ τῆς ἀξίας ἡμᾶς πανηγυρίσαι τερπνότητος, καὶ ὡς σοί τε φίλον τῷ Προδρόμῳ τῆς χάριτος, καὶ τῇ Θεῷ σοι κεχαρισμένῃ πολιτείᾳ κατάλληλον· τῆς παρούσης δὲ ζωῆς τὸ ἐπίλοιπον μόριον οὕτως ἁγοις καὶ περιέποις, ὡς ὁ νόμος κελεύει τοῦ Πνεύματος, οὗ τύπος αὐτὸς ἡμῖν ἐν Χριστῷ προκεκάθικας, ἵνα τούτου πληρωταὶ ταῖς σαῖς ἐπιπνοίαις γιγνόμενοι, καὶ τῆς ἐνθάδε ζωῆς καλοίη Χριστὸς ὁ ταύτης χορηγὸς χωριζομένοις ἐν μιᾷ τῶν ὑπὸ σὲ τελουσῶν πόλεων, ὧν διδόναι σοί τε καὶ τοῖς μετὰ σὲ θείοις ἀνδράσιν· οὐ γὰρ τολμήσω κατὰ σὲ φάναι, Χριστὸς ἐπηγγείλατο, ὡς ταῖς ἱεραῖς σου κἀνθάδε νομοθεσίαις βραχέως πως πειθαρχήσαντι· ὅπως καὶ ἡμεῖς ἐν ταύταις γινόμενοι, καὶ σοὶ μὲν ὡς ὑπασπιστῇ καὶ προστάτῃ καὶ φύλακι νομοθέτῃ τε καὶ παιδευτῇ τοῦ λαμπροῦ πολιτεύματος, τοῖς δὲ σοῖς ἡγουν τοῖς ὑπὸ σὲ ὡς συνδούλοις ἐνθάδε τελέσασιν καὶ νῦν σὺν μαθηταῖς συναπτόμενοι κοινωνοὶ καὶ τῆς ἀποκειμένης σοι ζωῆς αἰωνίου γενοίμεθα, καὶ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ σὺν ἁγίῳ Πνεύματι δόξα, τιμὴ, κράτος, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν. B C D

20. Quæ in laudem tuam addere et conjungere desidero, proferre prohibeor et vehementissime impedior. Hinc obstat humana fragilitas, veritatem enim tibi confiteri non vereor, quam ante sermonem jam noveras; illinc autem sacrosanctæ actionis tempus vides quantum instet: nos omnes ad liturgica premit et non sinit ut tecum in peramatum desertum tuum abeamus. Si brevius dixerimus quam ipse desideras, quam possumus et hæc festivitas expostulat, veniam nobis concede; Supplices te precamur ut spiritu nobiscum remaneas, etsi corporaliter abeas in desertum et indigentibus nobis quoque momento indeficiens tuum auxilium præstes. Cum volueris, nullus te impedit locus quin nos adjuves: es quidem præsens in cœlis, et nos omnes facillime conspicis; da igitur nobis ut hanc venerabilem festivitatem debito celebremus gaudio, veluti præcursori gratiæ et conversationi tuæ a Deo tributæ convenit. Per reliquas vitæ nostræ semitas duc, et custodi nos in lege spirituali cujus formam in Christo nobis proposuisti, ita ut inspiratione tua legem spiritus adimpleamus, et Christus vitæ hujus ductor invocetur ab iis qui in civitatem tibi devotam secesserunt. Dicere non audeo Christum post teipsum apparuisse, ut quodam modo sanctis institutis tuis, quæ tibi et divinis viris dedit, inserviret; sed nosmet homines in illis dirige, ut sub galea, defensione, custodia et institutione tua pie atque sancte conversemur, ut cum famulis tuis et generosis discipulis hic degentibus conjungamur et participes efficiamur illius æternæ et repromissæ vitæ, in Christo Jesu Domino nostro, per quem et in quo cum Deo Patre et Spiritu sancto gloria, honor et virtus in sæcula sæculorum. Amen.

Digitized by Google

VIII.

S. Patris nostri Sophronii archiepiscopi Hierosolymorum Laudes BB. Apostolorum Petri et Pauli dictæ die quarta festi SS. Natalis.

Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Σωφρονίου ἀρχιεπισκόπου Ἱεροσολύμων εἰς τοὺς ἁγίους Πέτρον καὶ Παῦλον τοὺς μακαρίους ἀποστόλους τῇ δ' ἡμέρᾳ τῶν Γενεθλίων.

ANG. MAI *Nov. Collect.* t. V, p. XXV.

1. Rursus nobis inseparabile par illuxit, rursus sodalitas indissolubilis nobis efloruit, rursus nobis connexio indivisibilis pullulavit, apostolicis nempe solemnitatibus in unum festum concurrentibus ac solemnitatem; quæ cum duplici hilaritate refulgeant, unicum tamen, veluti lux solaris, fulgorem demonstrant. Petrus enim summus apostolorum apex hodie celebratur; simulque Paulus gratia æmulus, et apostolatus dignitate proxime accedens: quamquam is minime ad duodenarium illum pertinet splendidorum apostolorum numerum, cujus deletum ac designationem haud homo aliquis simplex curavit, non propheta, non patriarcha, non justus quivis, non cœlestis et incorporeus angelus; quippe hi omnes servi, nobisque hominibus conservi fuere, etsi nos virtutibus et spiritalibus meritis gratiisque longe superarunt; verum ipse Christus omnium herus simul et Deus ac Dominus; ille, inquam, natura duplici personaque unica præditus, ille ex divina humanaque constans natura, quem divinam simul humanamque substantiam habere manifeste dignoscimus; qui neque in has duas secatur, neque ullam divisionem patitur, propter scilicet mutationis omnis ac partitionis nesciam conjunctionem: neque enim illa, ex quibus constat, confudit, licet ea hypostatice copulaverit: neque ea in quibus subsistit, mutuo distraxit; quamvis in iisdem perfectus cernatur Deus et homo, eumdem nempe in eodem conspiciendum se præbens: qui corda et renes novit, animæque invisibilis consilia spectat, quæ unusquisque videlicet clam in corde molitur, et eos qui ejusdem naturæ sunt callidissime celare putat.

2. Sic ergo salutis nostræ sollicitus, cujus rei gratia ad nos quoque de cœlo venit, piscatorum delectum fecit, hisque gratiam contulit apostolatus, ipsorum utique numero congruam, quin tamen idcirco divideret eorumdem dignitatem, aut perturbationem ordini induceret, sed cum apostolicæ dignitatis gratiæque unitate, differentiam ordinis conservavit. Præclara enim Dei sapientia virtusque atque intellectus omnium mentium solertissimus, et unitatem in apostolatus dignitate conservandam, et ordinis differentiam inconfuse denotandam judicavit, ut neque in perturbationem verteretur (in-

α'. Πάλιν ἡμῖν δυὰς ἀδιάλυτος ἔλαμψεν, πάλιν ἡμῖν συζυγία ἀδιάζευκτος ἤνθησε, πάλιν ἡμῖν συνάφεια ἀδιάτμητος ἔβρυσεν, ἀποστολικῶν ὁμοῦ πανηγύρεων εἰς μίαν συνδραμουσῶν ἑορτὴν καὶ πανήγυριν, καὶ διπλαῖς ἡμᾶς λαμπρυνουσῶν ταῖς φαιδρότησιν, ἐν μιᾷ φωτὸς ἡλιακοῦ φαινομένων λαμπρότητι. Πέτρος γὰρ τῶν ἀποστόλων ὁ κορυφαιότατος σήμερον, καὶ Παῦλος ὁ Πέτρῳ τὴν χάριν ἐφάμιλλος, καὶ τὴν ἀξίαν τῆς ἀποστολῆς παραπλήσιος, κἂν εἰ μὴ τῆς ἱερᾶς ὁωδεκάδος ἐκείνης τῶν φωτοφανῶν ἀποστόλων ἐτύγχανεν, ἧς τὴν ἐκλογὴν καὶ πρόκλησιν, οὐκ ἄνθρωπός τις ψιλὸς τεκτήναιτο, οὐ προφήτης, οὐ πατριάρχης, οὐ δίκαιος, οὐκ οὐράνιος καὶ ἀσώματος ἄγγελος· δοῦλοι γὰρ οὗτοι καθεστήκασιν ἅπαντες, καὶ ἡμῖν τοῖς ἀνθρώποις ὁμόδουλοι, κἂν εἰ ἀρεταῖς ἡμῶν καὶ πνευματικαῖς ἀξίαις καὶ χάρισι μέτρῳ πολλῷ διαφέρωσιν· ἀλλ' αὐτὸς ὁ Χριστὸς ὁ Δεσπότης πάντων ὁμοῦ καὶ Θεὸς καὶ Κύριος, ὁ τὴν φύσιν διπλοῦς καὶ μοναδικὸς τὴν ὑπόστασιν (1), ὁ ἐκ θείας τε καὶ ἀνθρωπίνης συγκείμενος φύσεως, καὶ ἐν οὐσίᾳ τε θείᾳ καὶ ἀνθρωπίνῃ φανερῶς γνωριζόμενος, καὶ οὐδαμῶς εἰς αὐτὰς διαιρούμενος, οὐδὲ τομὴν τὴν οἱανοῦν προσδεχόμενος, διὰ τὴν ἄτρεπτον καὶ ἀμέριστον ἕνωσιν· οὐδὲ γὰρ τὰ ἐξ ὧν ἐστι συνέχυσεν, εἰ καὶ ἀλλήλοις ταῦτα καθ' ὑπόστασιν ἥνωσεν· οὔτε τὰ ἐν οἷς ἐστιν ἀλλήλων διέστησεν, κἂν εἰ ἐν αὐτοῖς τελείως γνωρίζεται Θεὸς καὶ ἄνθρωπος, ὁ αὐτὸς καὶ ἐν αὐτῷ θεωρούμενος· ὁ καρδίας καὶ νεφροὺς ἐπιστάμενος, καὶ ψυχῆς ἀφανοῦς θεωρῶν τὰ βουλεύματα, ἅπερ ἕκαστος ἄνθρωπος ἐν καρδίᾳ κρυφαίως βουλεύεται, κἂν εἰ λανθάνειν δοκῇ ληστρικώτατα τοὺς τῆς αὐτῆς ὑπάρχοντας φύσεως.

β'. Οὕτως ἡμῶν τῆς σωτηρίας κηδόμενος, δι' ἣν καὶ πρὸς ἡμᾶς ἐξ οὐρανοῦ κατελήλυθεν, ἁλιέων ἐκλογὰς ἐποιήσατο, καὶ χάριν ἀποστολῆς αὐτοῖς κατεμέρισε, συναριθμουμένην μὲν αὐτῶν τῇ ποσότητι, οὐ διαιροῦσαν δὲ αὐτῶν τὸ ἀξίωμα, οὔτε τὴν τάξιν συγχέουσαν (2). Ἀλλ' ἐν τῇ ἑνότητι τῆς ἀποστολικῆς ἀξίας καὶ χάριτος, τὸ τῆς τάξεως τηροῦσαν διάφορον· καλὸν γὰρ ἡ σοφία τοῦ Θεοῦ καὶ ἡ δύναμις, καὶ ὁ Λόγος ὁ πάντων γνωστῶν γνωστικώτατος, κέκρικε καὶ τῆς ἀποστολῆς τὴν ἀξίαν ἑνιαίαν φυλάττεσθαι, καὶ τῆς τάξεως τὴν διαφορὰν ἀσυγχύτως γνωρίζεσθαι, ὡς ἂν μήτε ἡ τάξις εἰς ἀταξίαν μετέρχηται·

NOTÆ.

(1) Notemus S. Sophronii doctrinam contra Monophysitas, Monothelitarum fratres, quorum hæreseos malleus ipse fuit.

(2) En ut S. Sophronius primatum Petri in apostolico ordine bene tuetur, etiam supra Paulum; quorum dignitatem neoterici aliquot, male ergo sedem Petri Romanam affecti, æquare volebant: ita ut ipsorum doctrina inter damnatas merito propositiones relata sit.

Digitized by Google

ἐξεχθρὸν γὰρ Θεῷ τυγχάνει τὸ ἄτακτον· μήτε τῆς ἀξίας ἡ χάρις εἰς ἀνίσους διατέμνεται χάριτας· ἀμεταμέλητα γάρ εἰσι τὰ χαρίσματα, καὶ τὸ ὅριον ὅπερ αὐτὸς διορίσοιτο, οὐδαμῶς, ὡς ἡ μελῳδία φησὶ, παρελεύσεται· οὗτος ὁ πάντα ζυγῷ καὶ σταθμῷ διοικούμενος, καὶ ἑκάστῳ διδοὺς ἀπροσωπολήπτῳ βουλῇ τὰ χαρίσματα, μετὰ τὴν πρώτην ἐκλογὴν, ἣν ἐπ' ἀποστόλοις πεποίηται δώδεκα, καὶ τὴν δευτέραν, ἣν ἐπὶ μαθηταῖς δύο καὶ ἑβδομήκοντα τέτευχε· μετὰ τὴν εἰς οὐρανοὺς ἐκ τῶν ἐπιγείων πραγμάτων ἀνάβασιν, ἥτις διὰ τὴν σάρκα γεγένηται, ἣν ἐξ ἡμῶν προσελάβετο (ἄσαρκος γὰρ καὶ ἀσώματος τὸ πρὶν ὡς ἡμᾶς κατεβέβηκε), καὶ τρίτην ἐκλογὴν ἐπιδείκνυται, αὔξων τῶν ἀποστόλων καλῶς τὴν ἀρίθμησιν, οὐκ ἀποστολῆς διαφορὰν ἐργαζόμενος· ἐξουσίαν γὰρ ἔχει ὁ πάντων κεραμεὺς ἡμῶν Θεὸς, τοῦ πηλοῦ καὶ τοῦ πλάσματος σκευοποιεῖν, καὶ παράγειν ὡς βούλεται, μηδενὸς αὐτοῦ ταῖς βουλαῖς ἀντιπράττοντος· ὃς καὶ τὸν Παῦλον σαφῶς ἐκλεγόμενος, ἔφασκε πρὸς Ἀνανίαν τὸν Παύλου βαπτιστὴν καὶ διδάσκαλον· ἐκεῖνος γὰρ αὐτὸν καὶ τυφλωθέντα πεφώτικε, καὶ φωτισθέντα βεβάπτικε, καὶ βαπτισθέντα δεδίδαχε τὸ θεόπνευστον δίδαγμα· « Πορεύου » πρὸς τὴν τούτου θείαν κατήχησιν, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἀνάβλεψιν, « ὅτι σκεῦος ἐκλογῆς μοί ἐστιν οὗτος, τοῦ βαστάσαι τὸ ὄνομά μου ἐνώπιον ἐθνῶν καὶ βασιλέων υἱῶν τε Ἰσραήλ· ἐγὼ γὰρ ὑποδείξω αὐτῷ ὅσα δεῖ αὐτὸν ὑπὲρ τοῦ ὀνόματός μου παθεῖν. » Ἀλλὰ καὶ Παῦλος αὐτὸς ὁ θαυμάσιος, τῆς οἰκείας ἀξίας δεικνὺς τὴν προχείρισιν, ἔγραφεν, ὡς « Ὁ ἐνεργήσας Πέτρῳ εἰς τὴν περιτομὴν, ἐνήργησε κἀμοὶ εἰς τὰ ἔθνη. »

γ'. Τῆς οὖν τοῦ Σωτῆρος κατ' ἐκλογὴν προχειρίσεως, Πέτρῳ τῷ πρώτῳ τῶν ἀποστόλων καὶ κήρυκι Παῦλον συναρμοσάσης τὸν ἔνθεον, καὶ ἓν ἀμφοῖν δεδωρημένης ἀξίωμα, κἂν εἰ τὸν μὲν εἰς ἀποστολὴν τῶν ἐν περιτομῇ προεβάλλετο, τὸν δὲ ἀγέλαις ἐθνικαῖς προσεκλήρωσε· καὶ χάριν μίαν, καὶ θεόσδοτον ἀξίωμα, τὸ τῆς υἱοθεσίας φημὶ τῆς πρὸς τὸν Θεὸν καὶ Γεννήτορα, τοῖς δι' αὐτὸν ὡς Χριστὸν αὐτὸν ἐπιστρέφουσι δέδωκε, καὶ ὄνομα ἓν ἀμφοῖν προσκεχάριστται, τὸ ἀπ' αὐτοῦ Χριστοῦ Χριστιανοὺς ὀνομάζεσθαι· εἰκότως καὶ ἡμεῖς οἱ τούτων μαθηταὶ καὶ ἀκόλουθοι, πίστιν τὴν αὐτῶν περιέποντες, καὶ δίδαγμα τὸ αὐτῶν ἀσπαζόμενοι, ἀλλήλοις τούτους συνήψαμεν, οὓς ἡ χάρις συνῆψε τοῦ Πνεύματος· καὶ κοινὴν αὐτοῖς συνιστῶμεν πανήγυριν, ὡς κοινὸν λαχοῦσι καὶ ἰσοκλεὲς τὸ προχείρισμα· καὶ μίαν Χριστῷ ἑορτὴν ἑορτάζομεν, ὡς μιᾶς ἡμῖν πνευματικῆς αὐτῆς διὰ τῆς ἀμφοτέρων ἐπαστραπτούσης φαιδρότητος· οὓς γὰρ Χριστὸς αὐτὸς συνηρμόσατο, καὶ μιᾷ κατεκόσμησε χάριτι, τούτους ἀλλήλων διαιρεῖν οὐκ ἀκίνδυνον, οἱ εἰς Χριστὸν τετοκότες ἡμᾶς ἐψηφίσαντο· διὰ τοῦτο γὰρ καὶ μίαν αὐτοῖς πανήγυριν ὥρισαν, ἵνα μὴ Χριστοῦ τῇ ψήφῳ φανῶσιν μαχόμενοι· οἷς καὶ ἡμεῖς οἱ ἐλάχιστοι, ἐν πᾶσιν ἀκολουθεῖν ἐπισπεύδοντες, καὶ κοινὴν αὐτοῖς συνδρομὴν συνιόντες ἀθροίζοιμεν, καὶ ταύτῃ φανότατα τιμῶμεν αὐτῶν τὴν

A visa enim Deo perturbatio) neque gratia dignitatis, inæquali gradu beneficii uteretur. Sunt enim sine pœnitentia dona; et terminum ab eo præfinitum, ut ait Psalmus, nemo transgredietur. Cum is itaque cuncta cum pondere et statera fecisset, et unicuique libera sua voluntate dona attribuisset, post priorem duodecim apostolorum delectum, alterum quoque discipulorum septuaginta duorum fecit. Denique post suum, cum ea carne quam a nobis sumpsit, in cœlum reditum (etenim sine carne ullove corpore ad nos antea descenderat) tertium quoque peregit delectum, ut apostolorum numerum præclare augeret, quin propterea differentiam in apostolatum inveheret. Est enim in Dei arbitrio, utpote omnium figuli, luto et forma ad plasticen prout vult utendi, et pro libito moderandi, quin quispiam ipsius voluntati obsistere queat. Atque is quidem post Paulum publice electum, Ananiam Pauli postea baptizatorem magistrumque admonuit. Quippe ille hunc et cæcum illuminavit, et illuminatum baptizavit, et baptizatum cœlesti doctrina imbuit. « Perge, inquit Christus, ad hunc divinitus erudiendum, nec non visui restituendum; quia vas electionis mihi iste est, ut deferat nomen meum coram gentibus, regibus, filiisque Israel: ego enim ei ostendam, quanta ipsum oporteat pro nomine meo pati [1]. » Quin adeo Paulus ipse mirificus, suæ dignitatis initium demonstrans, ait: « Qui operatus est Petro in circumcisione, idem mihi inter ethnicos operatus est [2]. »

3. Cum igitur Servator per electionem suam Petro principi apostolorum divum Paulum associaverit, unamque ambobus dignitatem contulerit (quanquam illum circumcisorum apostolum fecerit, hunc autem gregi ethnico destinaverit), cumque unam eamdemque gratiam, supernamque dignitatem, ut filii scilicet Dei et Patris fiant, quicunque per ipsum ad Christum convertuntur, dederit; et nomen utrique simul largitus fuerit, ut Christiani ab ipso Christo nuncuparentur; merito et nos qui sumus horum discipuli et asseclæ, fidem eorum amplexi, doctrinamque secuti, alterum alteri copulavimus, quos gratia spiritus jam conjunxerat: communemque ipsis solemnitatem agimus, utpote qui commune et par officium sortiti sunt: unumque Christo festum celebramus, quia una nobis spiritalis per ambos lætitia illuxit. Quos enim ipse Christus conjunxit, et eadem gratia ornavit, hos invicem separare, periculosum ii judicarunt qui nos Christo genuerunt: quamobrem unam ambobus solemnitatem indixerunt, ne Christi sententiæ adversari viderentur. Quibus et nos pusilli, in omnibus obsequi satagentes, ad communem utrique apostolo festivam concionem concurrimus, atque hoc publico testimonio sodalitium ipsorum honoramus: ubi enim Petrus coryphæus prædicatur, ibi statim et Paulus nomina-

[1] Act. IX, 15, 16. [2] Galat. II, 8.

Digitized by Google

tur : et ubi divus homo Paulus apparet, ibi et Petrus comes conspicitur.

συνάφειαν · ἔνθα γὰρ Πέτρος ὁ κορυφαῖος κηρύττεται, ἐκεῖ καὶ Παῦλος εὐθὺς ὀνομάζεται · καὶ ὅπου Παῦλος ὁ ἔνθεος ἄνθρωπος φανῇ, καὶ Πέτρος συναγελαζόμενος δείκνυται.

4. Sic hi sapientes et eximii ineffabile sodalitium inter se colunt, separationem respuunt, partitionem recusant, discidium vitant, divisiones fugiunt, a dissensionibus abhorrent, tanquam odiorum causis, et inimicitiæ occasionibus; nempe ut nos doceant spiritalis dilectionis commoditatem, et amoris secundum Christum utilitatem. Nam quidquid secundum Christum non est, id verum emolumentum præbere minime potest. Qamobrem uterque, ut charitatis bona nobis demonstrent, atque exemplo suo vim ejus exprimant, communem solemnitatem agitari gaudent. Quare horum alter, charitatis vinculum invictum agnoscens, cunctis hanc charismatibus majorem esse definivit, quæ proximo suo male facere nescit : « Charitas enim, inquit, proximo non nocet [a] : » et eos, qui hac sunt imbuti, invicem tolerare jubet; neque id solum, sed alienam quærere præcipit non propriam, stimulante amore, commoditatem; quæ virtus unum corpus atque unam animam facit sectatores suos, et in eadem spe vocationis collocat, et participes æternæ vitæ declarat. Alter autem apostolus : « Animas, inquit, vestras castificantes in obedientia veritatis, sincero amore atque ex corde invicem amate, atque ut Dei famuli omnes nos honorate, et fraternitatem diligite [b]. » Sciebat enim, nos invicem fratres fieri per charitatem : unde et ante omnia mutuam impense fovere charitatem mandat; quia charitate multitudinem peccatorum operiri diserte definit. πάντων τὴν εἰς αὐτοὺς ἀγάπην ἐκτενῶς ἔχειν ἡμᾶς ἐγκελεύεται · ὅτι τὴν ἀγάπην καλύπτειν πλῆθος ἁμαρτημάτων, ὁριστικῶς ἀπεφήνατο.

δ'. Οὕτως ἀλλήλων οἱ σοφοὶ καὶ θεσπέσιοι τὰς συνουσίας ἀῤῥήτους ἐργάζονται, τὸν χωρισμὸν οὐ βουλόμενοι, τὸν μερισμὸν ἐκτρεπόμενοι, τὰς διαιρέσεις ἐκκλίνοντες, τὰς τομὰς ἀποφεύγοντες, τὰς διαστάσεις οὐ στέργοντες, ὡς μίσους ἐκγόνους, καὶ ἔχθρας οὔσας προβλήματα · διδάξαι διὰ τούτων ἡμᾶς ἐφιέμενοι, τὴν τῆς πνευματικῆς ἀγαπήσεως δύνησιν, καὶ φιλίας τῆς κατὰ Χριστὸν τὸ ὠφέλιμον · τὸ γὰρ κατὰ Χριστὸν τὸν Θεὸν οὐ γινόμενον, οὐδὲ μίαν παρέχειν οἶδε τοῖς δρῶσιν ὠφέλειαν · διὰ τοῦτο δὴ καὶ ἀμφότεροι, τὸ τῆς ἀγάπης ἡμᾶς ἐκδιδάσκοντες ὄφελος, καὶ ἐν ἑαυτοῖς τυποῦντες αὐτῆς τὴν ἐνέργειαν, καὶ κοινὴν τὴν πανήγυριν ἄγουσιν. Ὅθεν, ὁ μὲν, ἀλλήλοις ἡμᾶς τῷ συνδέσμῳ τῆς ἀγάπης γιγνώσκων τὸ ἄπτωτον, ἣν καὶ πάντων μείζονα τῶν χαρισμάτων ὡρίζετο, ὡς καὶ τὸ πλησίον κακὸν οὐκ εἰδυῖαν ἐργάζεσθαι · « Ἡ γὰρ ἀγάπη, φησὶ, τὸν πλησίον κακὸν οὐκ ἐργάζεται · » καὶ ἀλλήλων ἐνδέχεσθαι τοῖς αὐτὴν ἐνδεδυμένοις ἐντέλλεται · καὶ οὐ τοῦτό γε μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ σφῶν αὐτῶν μὴ ζητεῖν διατάττεται, ἀλλὰ τὸν πλησίον ποθεῖν δι' ἀγάπησιν, ἥτις καὶ ἓν σῶμα, καὶ ἓν Πνεῦμα ποιεῖ τοὺς μετέχοντας, καὶ ἐν μιᾷ ἐλπίδι τῆς κλήσεως τίθησι, καὶ κοινωνοὺς τῆς αἰωνίου ζωῆς ἀποδείκνυσιν · ὁ δὲ, « Τὰς ψυχὰς ὑμῶν ἡγνικότες ἐν τῇ ὑπακοῇ τῆς ἀληθείας, φησὶν, εἰς φιλαδελφίαν ἀνυπόκριτον ἐκ καρδίας ἀλλήλους ἐκτενῶς ἀγαπήσατε, καὶ ὡς Θεοῦ δοῦλοι, πάντας ἡμᾶς τιμήσατε · τὴν ἀδελφότητα ἀγαπᾶτε, » ἀδελφοποιεῖν ἀλλήλοις ἡμᾶς εἰδὼς τὴν ἀγάπησιν · ὅθεν καὶ πρὸ

ε'. Ἀλλ' ἡμεῖς τἀναντία τούτων ταῖς διδασκαλίαις σπουδάζοντες, οὐ μόνον ἀλλήλους ἀγαπᾷν οὐ βουλόμεθα, ἀλλὰ καὶ μισεῖν ὡς πολεμίους τοὺς πλησίον ἐθέλοιμεν · οὐκ εἰδότες, ὡς ἔοικεν, ὡς ἔχθρα καὶ μίσος τοῦ πονηροῦ καθέσηκεν ἔγγονα πνεύματος · ὅθεν καὶ ἀδικοῦμεν τούτους, καὶ θλίβομεν, καὶ μυρίαις διαβολαῖς ἐκτοξεύομεν, καὶ πᾶν εἴ τι κακὸν εἰς αὐτοὺς ἐργαζόμεθα, τῆς ἀγάπης ἅπαξ χῳρεύσαντες · ἥτις κατὰ Παῦλον τὸν πάνσοφον, τὸν πλησίον κακὸν οὐκ ἐργάζεται · ἀγάπης γὰρ ἔργον ὄντως πεφώραται κάλλιστον, τὸ τὸν πλησίον κακὸν μὴ ἐργάζεσθαι · ὀλλ' οὔτε τούτων τὰ θεῖα διδάγματα, τὰ θείας γέμοντα χάριτος, καὶ σωτηρίαν τοῖς ποιηταῖς αὐτοῖς [οὐ] μόνον ἀκροαταῖς παρεχόμενα, οὔτε τὰ σοφὰ πάλιν ὑποδείγματα μετάγειν ἡμᾶς πρὸς ἀγάπην δεδύνηται · οὕτω νοσοῦμεν χαλεπῶς τὸ μισάδελφον, καὶ ἀῤῥωστοῦμεν δεινῶς τὴν πρὸς ἀλλήλους ἀπέχθειαν, ἥτις πάντων κακῶν καὶ πηγὴ κυρίως ἐστὶ καὶ γεννήτρια · διὸ παρακαλῶ, προσφιλέστατοι, ἵνα τὴν ἀποστολικὴν ὁμοῦ καὶ φιλικὴν Πέτρου καὶ Παύλου τῶν θεσπεσίων ἀνδρῶν πανήγυριν ἄγοντες, ζηλοῦμεν αὐτῶν τὴν ἀγάπησιν, καὶ τὴν εἰς ἓν σῶμα ποθοῦμεν συνάφειαν, καθὰ καὶ ἐν τῷ τῆς μιᾶς ἐδε-

5. Atqui nos contraria horum præceptis agentes, non modo invicem amare nolumus, verum etiam hostili odio proximos prosequi malumus; nescii, ut reor, quod discordia et odium, mali spiritus genimina sunt : quare proximos et injuriis afficimus, et sexcentis calumniis quatimus, atque omni maleficii genere affligimus, postquam semel charitatem exuimus; quæ quidem, ut ait sapientissimus Paulus, malum proximo inferre non solet. Sed enim neque horum divina præcepta, cœlestis gratiæ plena, quæ salutem ipsorum exsecutoribus, non tamen auditoribus tantum, suppeditant; neque rursus prudentia exempla, transferre nos ad charitatem mutuam potuerunt. Adeo diro odii morbo laboramus, tamque exulceratis animis ad mutuas inimicitias sumus; qui sane malorum omnium præcipuus fons est et parens. Unde vos obsecro, dilectissimi, ut qui apostolicam simul, et benevolentiæ plenam, divorum hominum Petri ac Pauli solemnitatem celebramus, æmulemur ipsorum charitatem; atque ut unus spiritus unumque corpus efficiamur, studeamus; ceu nobis in unius fidei unctione traditum est; finemque mutuis injuriis imponamus, ut cœlestia charitatis

[a] I Cor. XIII, 4. [b] I Petr. II, 16, 17.

Digitized by Google

ξάμεθα χρίσματι πίστεως, καὶ κακῶν τῶν εἰς ἀλλήλους παυσώμεθα, καὶ τῶν ἀγάπης οὐρανίων αὐτοῖς ἀμειβῶν κοινωνήσοιμεν, φοιτηταὶ χρηματίζοντες γνήσιοι, καὶ ὄντες αὐτῶν παῖδες, καὶ υἱοὶ γνωριζόμενοι, ὡς κρατοῦντες αὐτῶν τὴν ἀγάπησιν, καὶ τιμῶντες ἀκριβῶς τὰ προστάγματα, καὶ μηδὲν παντελῶς τῶν ἱερῶν μαθημάτων αὐτῶν παραφθείροντες.

A præmia una cum illis consequamur; genuinos nosmet discipulos et progeniem demonstrantes; ut filii eorum dignoscamur, quorum charitatis sumus hæredes, præcepta insuper illorum accurate servantes, nullamque doctrinæ eorumdem partem corrumpentes.

ς'. Ἀλλὰ τί τοῦτο νῦν οἱ σοφοὶ καὶ παμμέγιστοι πράττουσι, μετὰ Στέφανον ἡμῖν τὸν πανάριστον εἰς θεωρίαν σαφῆ προερχόμενοι, καὶ τετάρτην ἑκουσίως πρᾶξιν αἱρούμενοι; καίτοι τῇ ἀξίᾳ τῆς κορυφαίας ἀποστολῆς καὶ προβλήσεως, οὐ Στεφάνου μόνον τοῦ λαμπροῦ πρωτομάρτυρος, ἀλλὰ καὶ πάντων ὁμοῦ θεοφιλῶν ἀνδρῶν προηγούμενοι, καὶ τῷ μεγέθει τῆς αὐτῆς πρωτερεύοντες· οὐκ ἄδηλον γὰρ ὡς μαρτυρικὴ λαμπρότης καὶ ἔλλαμψις, πολλῷ τῆς ἀποστολικῆς αἴγλης ἡττᾶται καὶ στάσεως· τρίτην γὰρ μετὰ τοῦ Χριστοῦ σωτήριον γέννησιν Στεφάνῳ δεδωκότες πανήγυριν, τετάρτην ἑαυτοῖς διετηρήσαντο (5), τῶν ἐντολῶν τοῦ Δεσπότου μνημονεύοντες, καὶ ταύτας κἀνθάδε πληροῦν ἐφιέμενοι· τοῖς γὰρ τὰ πρωτεῖα λαμβάνειν ἐθέλουσι, καὶ τὰς μείζους ἀξίας αἱρεῖσθαι διώκουσι, τάξιν αἱρεῖσθαι τὴν ἐσχάτην ἐθέσπισεν, ὧδέ πως διαῤῥήδην πρὸς αὐτοὺς φθεγξάμενος· « Ὁ θέλων ἐν ὑμῖν εἶναι πρῶτος, γενέσθω πάντων ἔσχατος· » καὶ, « Ὃς ἐὰν θέλῃ ἐν ὑμῖν πρῶτος εἶναι, ἔστω ὑμῶν δοῦλος· » καὶ πάλιν, « Ὁ μείζων ἐν ὑμῖν, γενέσθω ὡς νεώτερος, καὶ ὁ ἡγούμενος ὡς ὁ διακονῶν. Ὁ γὰρ ὑψῶν ἑαυτὸν ταπεινωθήσεται, καὶ ὁ ταπεινῶν ἑαυτὸν ὑψωθήσεται. » Ἀλλὰ καὶ οἱ ἔσχατοι πρὸς τὴν ἀμπελουργίαν καλούμενοι, πρῶτοι τὴν μισθοφορίαν ἐδέχοντο. Ὅθεν τοῦτο σαφῶς ἐπιστάμενοι, καὶ τάξιν τὴν δευτέραν λαμβάνουσι, καὶ Στεφάνῳ τῷ θείῳ τὰ πρωτεῖα παρέχουσιν· ἵνα πρῶτοι δικαιότατα γένοιντο, καὶ τὴν ἀρίστην ἡμᾶς ὁδὸν τῆς ὑψώσεως, τὴν εὐτέλειάν φημι καὶ ταπείνωσιν, ἣν πρῶτος ἐνεργήσας Χριστὸς ἐτέμετο, ὑποδείγμασι τοῖς ἑαυτῶν ἐκδιδάσκουσι· μάθετε ἀφ' ἡμῶν, τοῖς ἔργοις φθεγγόμενοι, ὡς πρᾶοι καὶ ταπεινοὶ τῇ καρδίᾳ τυγχάνομεν, κατὰ τὸ Χριστοῦ τοῦ Δεσπότου καὶ διδασκάλου διάταγμα· καὶ διὰ τοῦτο, ὁ μὲν ἀλλήλους ἡμᾶς ἡγεῖσθαι ἑαυτῶν ὑπερέχοντας ἔφασκεν· ὁ δὲ τὴν εἰς ἀλλήλους ἡμᾶς ταπεινοφροσύνην ἐγκομβώσασθαι βούλεται· « Ὅτι ὁ Θεός, φησὶν, ὑπερηφάνοις ἀντιτάσσεται, ταπεινοῖς δὲ δίδωσι χάριν· » διὸ καὶ προστίθησι τῷ τοιούτῳ διηγήματι, « Ταπεινώθητε ὑπὸ τὴν κραταιὰν χεῖρα τοῦ Θεοῦ, ἵνα ὑμᾶς ὑψώσῃ ἐν καιρῷ ἐπισκοπῆς· » ὧν, ἀδελφοὶ ποθεινότατοι, ἀκροαταὶ καὶ μαθηταὶ χρηματίζοντες, συνάψωμεν τῇ μαθήσει τὴν μίμησιν, καὶ τῇ ἀκροάσει τοῦ λόγου τὰ πράγματα, ἐκεῖθεν μὲν τὴν εἰς ἀλλήλους ἀγάπην λαμβάνοντες· ἵνα καὶ λόγῳ καὶ πράγματι τὴν πρὸς αὐτοὺς ἐπισπεύδοντες μίμησιν, καὶ τὴν αὐτῶν ὁμοιότητα φέροντες, καὶ οὕτως αὐτῶν ἐμφερῶς τὴν ἑορτὴν ἑορτάζοντες, εὐφράνωμεν ἡμῶν τὰς ψυχὰς καὶ τὰ πνεύματα, καὶ φαιδρύνωμεν ἡμῶν ταῖς αἰσθήσεσι

6. Verum enimvero, cur hi demum sapientes ac maximi, post egregium Stephanum ad publicum nobis spectaculum prodeunt, quartum sponte dramatis actum sibi vindicantes? Atqui summi culmine apostolatus et electionis, non splendidum tantummodo Stephanum protomartyrem, sed omnes simul Deo charos homines antevertunt, suæque dignitatis magnitudine primas ferunt. Neque enim B est dubium, quin martyrii amplitudo et nitor, apostolico splendori et gradui longe sit inferior. Nihilo tamen minus tertiam, post Christi Servatoris natalia, Stephano concedentes solemnitatem, quartam sibi reservarunt, præceptorum Domini memores, quorum hic quoque observandorum studium præ se ferunt. Dominus enim iis qui primas partes ambiunt, majoresque dignitates consequi avent, locum novissimum occupare mandavit, sic diserte illos alloquens: « Qui vult inter vos primus esse, fiat omnium postremus; et qui vult ex vobis princeps esse, sit omnium famulus [6]. » Et rursus: « Qui major est in vobis, fiat ut junior; et præses, tanquam ministrator: nam qui se ipsum extollit, humiliabitur; et qui se humiliat, exaltabitur [6]. » Insuper illi ultimi ad colendam vineam vocati, mercedem primi C acceperunt [7]. Quare apostoli hoc probe scientes, secundam stationem deligunt, divoque Stephano primam concedunt; nempe ut ita primi justissime evadant, nobisque optimam exaltationis viam, humilitatem dico atque demissionem, quam primus operibus propriis Christus munivit, exemplis suis doceant: discite a nobis (voce operum clamant) quomodo mites humilesque cordibus sumus, juxta Christi domini magistrique præceptum. Itaque alter apostolus ut nos invicem revereamur ceu superiores, admonebat: alter vero mutuam humilitatem insinuare vult; quia Deus, inquit, superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Quare et subdit hujusmodi admonitioni: humiliamini sub potente manu D Dei, ut vos exaltet in tempore visitationis. Atque horum, fratres desideratissimi, cum simus auditores atque discipuli, adhibeamus præceptis imitationem, verborumque auditioni opera; inde scilicet mutuam charitatem referentes: ut et verbis et opere eos imitantes, nosque similes exhibentes, et sic pari cum illis ratione festum celebrantes, animos nostros mentesque lætificemus, sensuumque consonantia nostrorum exhilaremus lætissimum illorum solemnitatem. Hoc enim ipsi cernentes, magis lætantur; atque ita exhilarati et gaudio perfusi, suas pro nobis

[6] Marc. x, 44. [6] Matth. xxiii, 12, 13. [7] Matth. xx, 1 seqq.

NOTÆ.

(5) Notemus morem Hierosolymitanæ Ecclesiæ celebrandi festum sanctorum Petri et Pauli quarto a Christi natalibus die.

Digitized by Google

preces Deo offerunt, vitam nobis tanquillam petentes, regnumque cœlorum expostulantes; cujus utinam (postquam nos recte composuerimus, et ad Deum conversione expiaverimus, charitatisque vinculis invicem constrinxerimus) gloria et gaudiis omnes potiamur, et æternæ juventæ vitam nunquamque desinentem consequamur in Christo Jesu Domino nostro; cum quo Deo Patri et sancto Spiritui gloria, honor, potentia, magnificentia, et laudatio ubique, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

A τὴν αὐτῶν φαιδροτάτην πανήγυριν· τοῦτο γὰρ θεωροῦντες πλέον εὐφραίνονται, καὶ πλέον ἀγάλλονται, καὶ χαίροντες ὁμοῦ καὶ γαννύμενοι, τὰς ὑπὲρ ἡμῶν Θεῷ δεήσεις προσφέρουσιν, εἰρηναίαν ζωὴν πρεσβευόμενοι καὶ βασιλείαν οὐρανῶν ἐξαιτούμενοι· ἧς γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἑαυτοὺς, ὡς δέον ῥυθμίσαντας, καὶ μετανοίᾳ τῇ θείᾳ λαμπρύνοντας, καὶ ἀγάπης συνδέσμῳ συσφίγξαντας, τὰς ἀπολαύσεις καὶ τὴν ἐκλαμψιν δρέψασθαι, καὶ τὴν ἀγήρω ζωὴν καὶ μὴ λήγουσαν δέξασθαι, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, μεθ' οὗ τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ καὶ τῷ παναγίῳ Πνεύματι δόξα, τιμὴ, κράτος, μεγαλωσύνη τε καὶ ἀνύμνησις πάντοτε, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

IX.

COTELER. *Patr. Apostol* p. ~~288~~. I, 274

Sophronii sanctissimi archiepiscopi Hierosolymitani, Ex Encomio sancti Joannis Theologi et evangelistæ, quod incipit ab his verbis : *Joannes tonitrui filius* ista tonat : « In principio erat Verbum. »

Et post alia.

Illuxit Joannes filius Zebedæi et Salomes. Hoc quippe nomen matris compertum est : quemadmodum etiam qui Spiritu Dei locuti sunt sancti Patres agnoverunt. Ideoque et aliam bonam sortem sorte omni prosperæ sortis multo meliorem ac majorem. Hæc autem erat matris quæ peperit, ut sororis Dei gloria. Etenim Salome quæ magnum Joannem genuit, erat filia Josephi, qui omnium nostrum Salvatoris Christi pater existimabatur : sicuti sapientissimus Lucas retulit [a]. Neque enim pater revera erat : quandoquidem nec vere Dei Genitricem ac semper Virginem Matrem Domini ullatenus cognovit, aut eam immaculata virginalique gratia privavit. Fuit etiam Salome Jacobi, Josæ, Judæ, et Symeonis, necnon Mariæ ac Annæ soror atque consors : quos Numine afflati Patres ἀδελφοθέους, hoc est, fratrem habentes Deum, præclare appellant, et nomine tenus nec ultra illos ea dignitate ornant : quia plane procreati sunt ab eo qui pater Christi putabatur esse ab hominibus ; quique ita in Evangeliis vocatur : sicut et Josephum nuncupare cernitur ipsa purissima et prorsus immaculata Virgo Mater Dei, quæ nunquam omnino virum cognovit. « Fili enim, inquit, et ego, et pater tuus dolentes quærebamus te [b]. »

Et post pauca.

Salomen novam Saram Zebedæus in medium vocavit, quo tanquam soror Christo supplicaret.

B Σωφρονίου τοῦ ἁγιωτάτου ἀρχιεπισκόπου Ἱεροσολύμων ἐκ τοῦ ἐγκωμίου τοῦ εἰς τὸν ἅγιον Ἰωάννην τὸν Θεολόγον καὶ εὐαγγελιστὴν, οὗ ἡ ἀρχὴ, Ἰωάννης ὁ τῆς βροντῆς υἱὸς, τὸ· « Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος, » βροντᾷ.

Καὶ μεθ' ἕτερα.

Ζεβεδαίου Ἰωάννης παῖς καὶ Σαλώμης προέλαμψεν. Αὕτη γὰρ καὶ τῆς μητρὸς ἡ προσηγορία ἐπεφώρατο καθάπερ καὶ ταύτην οἱ Πνεύματι Θεοῦ λαλοῦντες Πατέρες ἐφώρασαν ἅγιον. Ὅθεν καὶ εὐκληρίαν ἄλλην, κλήρῳ πάσης εὐκληρίας πολλῷ κρείττονά τε καὶ μείζονα. Αὕτη δὲ ἦν ἡ τῆς τεκούσης μητρὸς ἀδελφότητος εὔκλεια. Σαλώμη γὰρ ἡ τὸν μέγαν Ἰωάννην κυήσασα, τοῦ μὲν Ἰωσὴφ θυγάτηρ ἐγένετο, ὃς τοῦ πάντων ἡμῶν Σωτῆρος Χριστοῦ πατὴρ ἐνομίζετο, ὡς ὁ πάνσοφος Λουκᾶς ἀπεγράψατο [b]. Οὐ γὰρ ἦν πατὴρ ἔργῳ καὶ πράγματι· ἐπεὶ οὐδὲ τὴν ἀληθῶς Θεοτόκον καὶ ἀειπαρθένον Μητέρα τοῦ Κυρίου τὸ σύνολον ἔγνωκεν, ἢ τῆς ἀχράντου καὶ παρθενικῆς αὐτὴν ἀπεγύμνωσε χάριτος. Ἰακώβου δὲ καὶ Ἰωσῆ καὶ Ἰούδα καὶ Συμεῶνος, καὶ μὴν καὶ Μαρίας καὶ Ἄννης ἦν ἀδελφὴ γνησία καὶ σύγκληρος οὓς καὶ πατέρες οἱ ἔνθεοι *ἀδελφοθέους* καλῶς ὀνομάζουσι, μέχρις ὀνόματος καὶ μόνου τῷ τοιούτῳ κατακοσμοῦντες αὐτοὺς ἀξιώματι· ἐπειδὴ ὅλως ἐκ τοῦ παρὰ ἀνθρώποις νομισθέντος εἶναι τοῦ Χριστοῦ καὶ κληθέντος ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις πατρὸς ἀπετέχθησαν καθὰ τὸν Ἰωσὴφ καὶ ἡ πάναγνος αὕτη καὶ πανάχραντος Παρθένος Θεομήτωρ προσαγορεύουσα φαίνεται, ἣ μηδαμῶς ἄνδρα τὸ παράπαν γινώσκουσα [c]· « Τέκνον γὰρ, φησὶ, καὶ ἐγὼ καὶ ὁ πατήρ σου ὀδυνώμενοι ἐζητοῦμέν σε. »

Καὶ μετὰ βραχέα.

Ὡς Σαλώμην τὴν νέαν Σάῤῥαν ὁ Ζεβεδαῖος εἰς μέσον ἐκάλεσεν, ἵνα ὡς ἀδελφὴ τὸν Χριστὸν ἱκετεύσειεν.

[a] Luc. III, 23. [b] Luc. II, 48.

MONITUM IN SEQUENS OPUSCULUM.

Ang. MAI, *Spicileg Rom.* .. III, p. XV.

Quanquam de novis aliquot S. Sophronii scriptis supra col. 3125, seq. 3372, locutus sim, hoc tamen loco non incommodum est unum ex his commemorare, quod in Græca quidem bibliotheca non recenset Fabricius, sed tamen nuper a Pithœo didici, in quem casu incidi, qui in historica synopsi corpori Juris canonici præposita scribit inter cæteros canonum collectores Sophronium patriarcham Hierosolymitanum,

Digitized by Google

cujus collectionem quamdam ex synodis exstitisse ait ætate sua in bibliotheca reginæ Galliarum. Quantum vero aut cujusmodi id opus fuerit, silet Pithœus, atque ego a Gallicano codice absens divinationibus indulgere vix ausim. Ecce tamen in codice Vat. brevem quamdam Sophronii nostri scriptiunculam reperi *De peccatorum confessione* (sic enim cum Cangio interpretor titulum Περὶ ἐξαγγελιῶν) ubi vir sanctus urget, quantopere oporteat, ut is qui peccatorum confessiones a pœnitentibus excipit, morali canonicaque doctrina instructus sit, quo et culparum diversa genera cognoscere, et remedia idonea adhibere queat. Reapse olim sacerdotum audiendis confessionibus præpositorum sapientia in eo præcipue versabatur, ut canones pœnitentiales probe scirent, quibus nulla Ecclesia seu Latina seu Græca seu denique Orientalis caruit. Postquam vero ejus scientiæ necessitatem demonstravit Sophronius, canones ipsos pœnitentiales, legum instar pœnalium, ponit ; quos videlicet canones apud Hierosolymorum Ecclesiam usitatos fuisse credendum est. Et quoniam hujusmodi canones in synodis plerique condi solebant, hinc fortasse, ni fallor, Parisiacus reginæ codex, opusculum hoc Sophronii, collectionem ex synodis appellavit. Sed utcunque Regius codex se habet, mihi quidem Vaticanam Sophronio inscriptam lucubratiunculam recitare hoc loco placet.

ΠΕΡΙ ΕΞΑΓΓΕΛΙΩΝ

ΕΚ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΣΩΦΡΟΝΙΟΥ ΙΕΡΟΣΟΛΥΜΩΝ.

DE PECCATORUM CONFESSIONE

A SANCTO SOPHRONIO HIEROSOLYMITANO.

Πολλοὶ τρόποι τῶν ἐξαγγελιῶν εἰσιν· ἄλλος γάρ ἐστιν ὁ ἑκουσίως ἐξαγγέλλων, καὶ ἄλλος ὁ ἀπὸ πειρασμοῦ ἢ ἀῤῥωστίας· καὶ τινὲς μὲν φεύγουσι τοὺς ἐστυμμένους καὶ τὴν Γραφὴν μεμυημένους, προστρέχουσι δὲ τοῖς ἰδιώταις· ἄλλως γὰρ ὠφελεῖται ὁ εἰς ἰατρὸν δόκιμον ἀῤῥωστος περιοδευόμενος, καὶ ἄλλως ὁ εἰς ἄπειρον τῆς ἰατρικῆς τέχνης· καὶ ἄλλος τρόπος πάλιν τῆς ἐξαγγελίας τῶν ἀρχόντων, καὶ ἄλλος τῶν στρατευομένων, καὶ ἄλλος τῶν πλουσίων, καὶ ἄλλος τῶν πτωχῶν καὶ πενήτων, καὶ ἄλλος τῶν γερόντων, καὶ ἄλλος τῶν νεωτέρων· καὶ ἄλλος ὁ τρόπος τοῦ ἐκκλησιαστικοῦ τάγματος, καὶ ἄλλος τῶν μοναζόντων, καὶ ἄλλος τῶν ἐν κοινοβίῳ, καὶ ἄλλος τῶν ἡσυχαζόντων, καὶ ἄλλος τῶν ἀναχωρητῶν· οὓς ὀφείλει ἀκριβῶς εἰδέναι ὁ τὰς ἀναδοχὰς δεχόμενος· ὥσπερ ὁ δόκιμος ἰατρὸς ἑκάστου πόνου καὶ ὀδύνης καὶ ἀλγήματος, τάς τε βοτάνας καὶ τὰ κενωτικὰ καὶ τὰ ξύρια καὶ τὰ οὐλωτικὰ γινώσκει καὶ ἐπίσταται, οὕτως καὶ οἱ τὰς ἐξαγγελίας δεχόμενοι ὀφείλουσιν εἰδέναι, τί ἐστι ψυχικὴ νόσος καὶ νοὸς ἀῤῥωστία καὶ καρδίας ταραχὴ καὶ πάθος σωματικὸν, καὶ τί ἐστι πορνεία νοὸς, καὶ μοιχεία ψυχῆς, καὶ αὖραι διανοίας, καὶ παραριπισμοὶ συνειδήσεως, τί ἐστιν ἁμαρτία, καὶ τί ἐστιν ἀδικία, τί ἐστι πλεονεξία, τί τὸ ψεῦδος, καὶ τί ἡ ἐπιορκία· καὶ ὥσπερ ὁ μετὰ αἱρετικῶν δογματίζων ἐὰν οὐ γινώσκει τί ἐστι ἡ οὐσία καὶ φύσις, τί ἐστιν ἡ ὑπόστασις καὶ πρόσωπον ἄτομον, τί ἐστιν ἡ διαφορὰ καὶ ποιότης καὶ ἰδίωμα, ἑαυτὸν μὲν βλάπτει, ἄλλους δὲ οὐκ ὠφελεῖ, οὕτως καὶ οἱ τὰς ἐξαγγελίας δεχόμενοι· ἑαυτῶν γὰρ τὰ ἴδια πάθη μὴ ἰατρεύσαντες, καὶ διὰ τῶν γραφικῶν βοτανῶν, καθαρσίων, καὶ ἀλειμμάτων, τὴν χολὴν τῆς ἁμαρτίας, καὶ τὸ φλέγμα τῆς ἀδικίας, καὶ τὴν δυσωδίαν τῆς πλεονεξίας ἐκ τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος αὐτῶν μὴ καθαρίσαντες, καὶ τὴν ἰδίαν ἀσθένειαν μὴ θεραπεύσαντες, καὶ

A Peccatorum confitendorum multi sunt modi : alius est, si quis libenter confiteatur ; alius autem si quis propter tentationem vel infirmitatem id peragat. Quidam a rigidioribus et in Scriptura e doctioribus recedunt confessoriis ut indoctos adeant. Ast qui sanitatem requirit infirmus aliter a probato tractatur medico quam ab imperito. Rursus alius est confitendi modus eorum qui civitati præsunt et eorum qui rem militarem ducunt ; alius divitum et alius pauperum ; alius senum et alius juvenum. Iterum inter Ecclesiæ ordines alius est monachorum modus et alius cœnobitarum ; alius in monasteriis quiescentium et alius degentium in eremo ; qui tales recipit, rerum adjuncta sedulo cognoscere debet. Quemadmodum expertus B medicus pro ratione mali punctionis et doloris herbas noscit, purgativa, scalpella et coalescentia applicat, ita qui confessiones excipiunt, scire debent quid sit morbus animæ, mentis infirmitas, cordis perturbatio et corporis afflictio ; quid sit fornicatio spiritus, animæ adulterium, intelligentiæ turbines et voragines conscientiæ ; quid sit peccatum, injustitia, avaritia, mendacium et perjurium sicut qui cum hæreticis disputat, ni apprime resciverit quid essentia sit et natura, hypostasis et persona inseparabilis, quid sit differentia, qualitas, et proprietas, sibimetipsi nocet et aliis non opitulatur ; ita et qui confessiones excipiunt. Enimvero qui proprias passiones non sanaverint, et salutiferis scripturæ herbis et unguentis cholum peccati non purgaverint, C nec tumorem injustitiæ, nec avaritiæ fœtorem depulerint ex anima et corpore, qui propriam non curaverint infirmitatem nec in se ipsos fuerint misericordes, quomodo aliorum misereri et eos adjuvare poterunt? Sacros enim qui ignorant canones, vanaque gloria et hominum obsequio falsificant, confes-

Digitized by Google

sos occidunt spiritualiter, cum aliud pro alio doceant et peccatores ingravatos morti æternæ præmittunt. In die autem judicii sanguinem confitentium ab istis doctoribus requiret justus Judex. ἄλλο ἀντ' ἄλλου διδάξαντες, καὶ τοὺς ἁμαρτήσαντας, τῶν ἐξαγγειλάντων, ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως ἐκ τῶν τοιούτων διδασκάλων ἀπαιτήσει ὁ ἀδέκαστος Κριτής.

A ἑαυτοὺς μὴ ἐλεήσαντες, πῶς δύνανται ἄλλους ἐλεῆσαι, βοηθῆσαι; καὶ κενοδοξίας καὶ ἀνθρωπαρεσκίας τοὺς θείους κανόνας παραχαράττοντες μὴ ἐπιστάμενοι (1), ψυχικῶς ἐθανάτωσαν τοὺς ἐξαγγέλλοντας, πεφορτισμένους τῷ θανάτῳ παρέπεμψαν· τὸ δὲ αἷμα

Ex sacris canonibus. — Si quis post sumptionem corporis et sanguinis Domini balneo usus fuerit, maledictus. Si quis ad communicandum jejunarit et in os ejus, dum se lavavit aut balneo usus fuit, aqua ex adverso inierit, non recedat a communione ne Satanas occasionem illius removendi habeat. Qui obligationes parentum sive vivorum sive mortuorum infregerit, anathema sit. Qui parentum corripuerit pannos et vultum percusserit, vel illos simpliciter despexerit sive in vita sive in morte. B sit maledictus. Qui non permiserit ut pauperes spicas elapsas colligant, sit maledictus. Si quis pro vita aliquid hariolis tribuerit, scriptum acceperit vel cecinerit, sit maledictus. Si quis areæ et torcularis primitias Ecclesiæ et pauperibus non dederit, maledictus. Qui fratrem calumniatus fuerit, cum calumnianti diabolo condemnetur. Si monachus inebriatus fuerit, fornicatus est. Si e nimia repletione evomuerit, fornicatus est. Si monachus de populo riserit, fornicatus est. Si præposito refragatus fuerit, fornicatus est. Si monachus decinctus decubuerit in lecto et ita dormierit, pœnitentiam CL dierum habeat. Qui cum schismatico oraverit, sit et ipse schismaticus. Qui cum C hæretico, sive in ecclesia, sive domi, oraverit, sit et ipse separatus. Qui cum deposito oraverit, deponatur et ipse. Qui cum excommunicatis communicaverit, sit et ipse excommunicatus. Si quis episcopus, vel presbyter, vel diaconus mundanas curas susceperit, deponatur. Clericus non fidejubeat; spondens autem deponatur. Presbyter, qui fidelem vel infidelem percusserit, deponatur. Qui pretio sacerdos factus fuerit, cum episcopo ordinante, deponatur, sicut Simon. Sacerdos, qui fenus repetit, ni cesset, deponatur. Vagans et vinolentus sacerdos, ni cesset, deponatur. Qui propriam ejecerit uxorem et aliam duxerit, separetur. Sacerdos, qui non propter itineris necessitatem, in taverna manducaverit, separandus. Qui claudo, vel cæco, D vel surdo aut aliter mutilato illuserit, separetur, quia factorem ejus arguit. Episcopus, qui pietatem non docuerit, separetur; deponatur autem si indoctus permanserit. Cum episcopus clerico indigenti non benefecerit, separetur. Qui virgini non sponsatæ vim intulerit, eamque corruperit, separetur; non licebit ipsi aliam ducere, sed quam imprægnaverit habeat, etsi hæc fuerit pauper. Qui de victima suffocata sive venatione capta, sive disrupta, gustaverit, sacerdos deponatur, laicus vero separetur. Claudus, aut uno oculo privatus, si de

Εἴ τις μεταλαβὼν τοῦ σώματος καὶ αἵματος τοῦ Κυρίου, λούσεται, ἐπικατάρατος. Ὁ νηστεύων εἰς τὸ κοινωνῆσαι ἐὰν ἐκ τοῦ ὑπεναντίου εἰσέλθῃ ὕδωρ εἰς τὸ στόμα αὐτοῦ, ἢ νιπτομένου ἢ λουομένου, οὐκ ἀποστραφήσεται τῆς κοινωνίας, ἵνα μὴ εὕρῃ ἀφορμὴν ὁ Σατανᾶς τοῦ κωλῦσαι αὐτόν. Ὁ λύων ὅρον γονέων ἢ ζώντων ἢ τεθνεώτων, ἀνάθεμα ἔστω. Ὁ τριχῶν ἁπτόμενος καὶ τὸ πρόσωπον τύπτων, ἢ ἁπλῶς περιφρονῶν τοὺς γονέας αὐτοῦ, κἂν ἐπὶ ζωῆς κἂν ἐπὶ θανάτου, ἐπικατάρατος. Εἰ τοὺς στάχυας τοὺς ἀποπίπτοντας οὐκ ἀφίησιν συλλέγειν τοῖς πτωχοῖς, ἐπικατάρατος. Εἴ τις δίδοι τοῖς μάντεσιν ἀντίψυχον, καὶ λαμβάνει γραπτὸν, ἢ ᾄδει, ἐπικατάρατος. Εἴ τις ἀπαρχὰς ἅλωνος καὶ ληνοῦ οὐ δώσει τῇ Ἐκκλησίᾳ καὶ τοῖς πτωχοῖς, ἐπικατάρατος. Εἴ τις ἀδελφὸν διαβάλλῃ, σὺν τῷ διαβόλῳ κατακρίνεται. Ἐὰν μεθύσῃ μοναχὸς, ἐπόρνευσεν. Ἐὰν ἀπὸ γαστριμαργίας ἐμέσῃ, ἐπόρνευσεν. Ἐὰν μοναχὸς γελάσῃ ἐπὶ δήμου, ἐπόρνευσεν. Ἐὰν ἀπολογηθῇ τῷ ἡγουμένῳ αὐτοῦ, ἐπόρνευσεν. Εἴ τις μοναχὸς ἀποζώννυται ἐν τῇ κοίτῃ αὐτοῦ, καὶ οὕτως κοιμηθῇ, ἐχέτω μετανοίας ρν'. Ὁ συνευχόμενος ἀκοινωνήτῳ, ἀκοινώνητος ἔστω καὶ αὐτός. Ὁ συνευχόμενος αἱρετικῷ ἐν ἐκκλησίᾳ ἢ ἐν οἴκῳ, ἀκοινώνητος ἔστω καὶ αὐτός. Ὁ συνευχόμενος καθῃρημένῳ, καθῃρημένος ἔστω καὶ αὐτός. Ὁ κοινωνῶν τοῖς ἀκοινωνήτοις, ἀκοινώνητος ἔστω καὶ αὐτός. Κοσμικὰς φροντίδας ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος ἢ διάκονος δεχόμενος, καθαιρεῖται. Κληρικὸς ἐγγύας οὐ δίδωσι, δοὺς δὲ καθαιρεῖται. Ἱερεὺς πιστὸν ἢ ἄπιστον τυπτήσας, καθαιρεῖται. Ὁ ἐπὶ χρήμασιν ἱερεὺς γενόμενος, μετὰ τοῦ χειροτονήσαντος ἔσται κατὰ τὸν Σίμωνα καθαιρούμενος. Ἱερεὺς τόκους ἀπαιτῶν, εἰ οὐ παύεται, καθαιρεῖται. Ὁ κυβιστὴς καὶ πάροινος ἱερεὺς, εἰ μὴ παύοιτο, καθαιρείσθω. Εἴ τις τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα ἐκβάλῃ, καὶ ἑτέραν ἀγάγηται, ἀφοριζέσθω. Ὁ δίχα τῆς κατὰ τρίβον ἀνάγκης κληρικὸς εἰς καπηλεῖον ἐσθίων, ἀφοριστέος. Ὁ ἐμπαίζων χωλὸν ἢ τυφλὸν ἢ κωφὸν ἢ ἄλλως τὸ σῶμα πεπηρωμένον, ἀφορίζεται, ὡς ἐπιμεμφόμενος τὸν πλάσαντα αὐτόν. Ὁ τὴν εὐσέβειαν μὴ διδάσκων ἐπίσκοπος, ἀφορίζεται· καθαιρεῖται δὲ μένων ἀδίδακτος. Ἐπιδεῆ κληρικὸν οὐκ εὐεργετῶν ἐπίσκοπος, ἀφορίζεται. Ὁ βιασάμενος παρθένον ἀμνήστευτον, συμφθαρεὶς αὐτὴν, ἀφορίζεται, καὶ μὴ ἐξέστω αὐτῷ ἑτέραν λαμβάνειν, ἀλλ' ἐκείνην κατέχειν ἣν ἡρετίσατο, κἂν πενιχρὰ τυγχάνῃ. Ὁ γευόμενος θυτοῦ πνικτοῦ ἢ θηριαλώτου ἢ θνησιμαίου, καθαιρεῖται· ὁ δὲ λαϊκὸς ἀφορίζεται. Γίνεται χωλὸς ἢ ἑτερόφθαλμος ἄξιος ὑπάρχων ἐπίσκοπος· ὁ μέντοι τυφλὸς ἢ κωφὸς οὐ γενήσεται.

NOTÆ.

(1) Sensus requirit : τοὺς θείους κανόνας μὴ ἐπιστάμενοι κενοδοξίᾳ καὶ ἀνθρωπαρεσκείᾳ παραχαράττοντες.

Digitized by Google

Τοὺς ἀμφιγνοουμένους εἰ ἐβαπτίσθησαν, ἢ μὴ, ἤρεσαν βαπτίζεσθαι, μήποτε τῷ δισταγμῷ στερηθῶσι τῆς θείας καθάρσεως.

Θυσιαστήριον ἐν ἀγρῷ ἢ ἐν ἀμπελῶσι γενόμενον ἐν ᾧ λείψανον οὐκ ἐναπόκειται μαρτύρων, καταστρεφέσθω. Καταστρεφέσθωσαν δὲ καὶ τὰ δι' ἐνυπνίων καὶ ἀποκαλύψεων συνιστάμενα θυσιαστήρια· σκότος γὰρ ὢν ὁ διάβολος, φῶς ὑποκρίνεται, καὶ προφάσει δῆθεν εὐλαβείας τὰς τῶν ἀνθρώπων δελεάζει ψυχάς. Εἴ τις φωραθῇ ἀποκείρων τινὰ χωρὶς παρουσίας τοῦ ὀφείλοντος αὐτὸν εἰς ὑποταγὴν παραλαβεῖν ἡγουμένου, αὐτὸς καθαιρείσθω· ὁ δὲ ἀποκαρεὶς ὑποταγῇ καὶ μοναστηρίῳ διδόσθω. Εἴ τις κληρικὸς πορνεύσαι, τοῦ μὲν βαθμοῦ τῆς ἱερωσύνης κατάγεται, τῆς θείας δὲ κοινωνίας οὐ κωλύεται, ἀλλὰ μετὰ τῶν λαϊκῶν κοινωνεῖ. Ὅτι οὐ χρὴ μεταδιδόναι τῶν θείων μυστηρίων τοῖς λαμβάνουσι τόκους, ἢ συνεσθίειν αὐτοῖς ἐπιμένουσι τῇ παρανομίᾳ. Εἰ ὀφείλει ὀνειρωθεὶς κοινωνῆσαι, ἢ οὔ; Εἰ μὲν ἐπιθυμίᾳ γυναικὸς, οὐκ ὀφείλει· εἰ δὲ ὁ Σατανᾶς πειράζων αὐτὸν, κοινωνείτω τῶν θείων μυστηρίων, ἐπεὶ οὐ παύσεται ὁ πειράζων ἐπιτιθέμενος αὐτὸν κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν ὅτε ὀφείλει κοινωνῆσαι. Εἰ μὴ δυνατὸν ἐν ἐκκλησίᾳ προέλθαι, κατ' οἶκον συνάξεις, ὦ ἐπίσκοπε, ἵνα μὴ εἰσέρχηται εὐσεβὴς εἰς ἐκκλησίαν ἀσεβῶν· οὐχ ὁ τόπος γὰρ τὸν ἄνθρωπον ἁγιάζει, ἀλλ' ὁ ἄνθρωπος τὸν τόπον· φευκτέον σοι ἔστω διὰ τὸ βεβηλῶσθαι ὑπ' αὐτῶν· ὡς γὰρ ὅσιοι ἱερεῖς ἁγιάζουσιν, οὕτως οἱ ἀναγεῖς μιαίνουσιν· εἰ δὲ μήτε ἐν οἴκῳ ἅμα μήτε ἐν ἐκκλησίᾳ δυνατὸν συναθροισθῆναι, ἕκαστος ἑαυτῷ ψαλλέτω, ἀναγινωσκέτω, προσευχέσθω· ἢ ἅμα δύο ἢ τρεῖς· « Ὅπου γὰρ ἐὰν ὦσι, φησὶν ὁ Κύριος, δύο ἢ τρεῖς συνηγμένοι ἐν τῷ ἐμῷ ὀνόματι, ἐκεῖ εἰμι ἐν μέσῳ αὐτῶν. » Ἐὰν ἱερεὺς πίῃ οἶνον καὶ ξεράσῃ, ἡμέρας μ' μὴ κοινωνείτω· ὁμοίως δὲ καὶ μοναχός. Εἴ τις ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος ἢ διάκονος πέσῃ εἰς ἁμαρτίαν γυναικὸς, καθαιρείσθω. Εἴ τις ποιήσει μετὰ ἑτέρου, καὶ ἀποθάνῃ τὸ ἓν μέρος, ἵνα ποιήσῃ ἐπιτίμιον ὁ ζῶν, ἤτοι παρηγγέλθη ὑπὸ τοῦ πνευματικοῦ, καὶ χρόνον ἕνα εὐχόμενος ὑπὲρ τοῦ τελευτήσαντος. Τοῖς διδοῦσι χρήματα πρὸς τὸ διαφυγεῖν βασάνους, οὐκ ἔστιν ἔγκλημα· εἵλοντο γὰρ χρήματα ζημιωθῆναι ἢ ψυχήν· καὶ λύτρον ἀνδρὸς ὁ ἴδιος πλοῦτος. Οὐδὲ τοῖς τῇ φυγῇ τὴν σωτηρίαν πορισαμένοις ἔστιν ἐγκαλεῖν, κἂν ἀντ' αὐτῶν ἕτεροι κατεσχέθησαν· ἠδύναντο γὰρ κἀκεῖνοι φυγεῖν. Εἴ τις πρεσβύτερος ἢ διάκονος, ὡς δῆθεν ἐπ' ἐγκλήματι τοῦ οἰκείου κατεγνωκὼς ἐπισκόπου πρὸ συνοδικῆς διαγνώσεως ἀποστῇ τῆς αὐτοῦ κοινωνίας, καὶ μὴ ἀναφέρῃ τὸ ὄνομα αὐτοῦ, καθαιρείσθω. Καὶ εἴ τις ἐπίσκοπος αὐτὸ τοῦτο τολμήσει κατὰ τοῦ ἰδίου μητροπολίτου, καθαιρείσθω. Ὡσαύτως καὶ εἴ τις ἐπίσκοπος ἢ μητροπολίτης κατὰ τοῦ πατριάρχου ταῦτα τολμήσει, τῆς ἱερωσύνης παυέσθωσαν. Εἰ δέ τινες ἀποσταεῖν τινος οὐ διὰ πρόφασιν ἐγκλήματος, ἀλλὰ δι' αἵρεσιν ὑπὸ συνόδου ἢ ἁγίων

A cæteris fuerit dignus, fiat episcopus; attamen cæcus vel surdus nunquam fiat. Si quidam dubitent an baptizati sint necne, præstat baptizari, ne dubii causa divina purificatione indigeant.

Si quod altare in agris sive in vineis exstructum fuerit, et martyrum reliquiæ non subjaceant, evertatur. Evertantur quoque altaria quæ propter somnia et visiones ædificata fuerint; etenim cum diabolus sit umbra, lucem simulat, et sub specie pietatis incautas hominum mentes irretit. Si quis aliquem totonderit absque præsentia superioris, tonsum in subjectum accipientis, et deprehensus fuerit, deponatur ipse: tonsus autem subjiciatur et monasterio tradatur. Si clericus fornicatus fuerit, descendat a gradu sacerdotii, a sacra vero communione non arceatur sed communicet cum laicis. Profecto sacris mysteriis participare non debent, qui usuram accipiunt, nec cum illis manducandum est dum in sua permanent iniquitate. An somnio pollutus communicare debet necne? Si desiderio mulieris, non debet; si a diabolo tentatus fuerit, communicet divinis mysteriis, quia tentator, ratione temporis quo communicandum est, insidiari non desinit. Si tibi impossibile fuerit, o episcope, in ecclesiam progredi, populum in domum convoca, ne forsan pius in ecclesiam impiorum intret; etenim locus hominem non sanctificat, homo autem locum: tibi fugiendum est ab illis ne profaneris: quemadmodum enim sancti sacerdotes sanctificant, ita maculant impii. Si neque domi neque in ecclesia populum congregare poteris, unusquisque sibi ipse cantet, legat et oret, vel duo simul aut tres. « Ubi enim duo vel tres, ait Dominus, in nomine meo congregati fuerint, ibi sum ego in medio eorum [10]. » Si quis sacerdos vinum biberit et evomuerit, dies quadraginta non communicet; similiter et monachus. Si episcopus, vel sacerdos, sive diaconus in peccatum mulieris inciderit, deponatur. Si quis tractaverit cum alio et una pars mortua fuerit, debitum peragat vivens vel a confessore jubeatur per unum annum pro defuncto preces fundere. Qui facultates suas effundunt ut tormenta effugiant, accusari non debent: maluerunt enim opes perdere quam animam, et lytron hominis sunt ipsius divitiæ. Ne ipsi quidem accusandi sunt, qui fugientes salutem obtinuerunt, etsi eorum loco alii fuerint deprehensi: hi enim effugere potuissent. Si quis sacerdos aut diaconus, cum proprium episcopum de crimine accusaverit, ante synodicam disquisitionem recesserit ab ejusdem communione, neque nomen suum manifestavit, deponatur. Si quis episcopus idem ausus fuerit contra suum metropolitam, deponatur. Similiter, si episcopus vel metropolita id contra patriarcham ausi fuerint, a munere sacerdotali desistant. Si qui autem ab alio recesserint non accusationis prætextu, sed propter hæresin a synodis et

[10] Matth. xviii, 20.

Digitized by Google

sanctis Patribus damn. tam, honore et receptu digni sunt, tanquam orthodoxi.

Πατέρων κατεγνωσμένην τιμῆς καὶ ἀποδοχῆς ἄξιοι, ὡς οἱ ὀρθόδοξοι.

FRAGMENTUM.

De baptismate apostolorum.

Περὶ τοῦ βαπτίσματος τῶν Ἀποστόλων.

(LAMBEC. t. III, p. 52.)

Dubitantibus quibusdam cupidis, et dicentibus : A quonam apostoli (1) baptizati sunt, et si non erant baptizati, quomodo baptizabant? ambigentibus quoque iisdem præterea, et dicentibus : A quonam apostoli ordinati sunt, et, si non erant ordinati, quomodo ordinabant? incitata est ab iis humilitas nostra ad studiose et diligenter de his rebus inquirendum. Invenimus igitur in *Commentariis sancti Sophronii* cum alia plurima memoratu digna tum præter illa et hæc, quæ quæsiveramus; nempe B quod Dominus et Deus noster Jesus Christus sanctum Petrum (2) propriis manibus baptizaverit, et Petrus Andream, et Andreas Jacobum ac Joannem; Joannes autem et Jacobus reliquos omnes apostolos. Idem quoque Sophronius dicit et hoc, quod incontaminatam (3) Dominam nostram Deiparam et Matrem vitæ nostræ sanctus Petrus cum sancto Joanne evangelista baptizaverit; atque insuper addit, quod sanctus Joannes evangelista fuerit consobrinus Servatoris nostri Jesu Christi secundum carnem. Joseph enim, sponsus Virginis Deiparæ, ex vera uxore sua quatuor habuit filios, nempe Jacobum, Simonem, Judam, et Josen, et tres filias, nempe Esther et Thamar (4) et tertiam, quæ, æque ac mater, appellata fuit Salome, et a Josepho in matrimonium data est Zebedæo. Cum hac genuit Zebedæus Jacobum et Joannem evangelistam, qui tres in terra habuit matres; primam videlicet Salomen, ex qua natus est corporaliter; secundam autem tonitruum, utpote cujus filius singulari quodam sensu a Domino appellatus est [11]; tertiam denique spiritualiter, nempe sanctam Deiparam, secundum Verbum Christi ex cruce ad sanctum Joannem dicentis : *Ecce mater tua;* atque iterum dicentis ad Virginem : *Mulier, ecce filius tuus* [12].

Ἀπορούντων τινῶν φιλοπευστούντων καὶ λεγόντων, Ὑπὸ τίνος ἄρα οἱ ἀπόστολοι ἐβαπτίσθησαν, καὶ εἰ μὴ ἐβαπτίσθησαν, πῶς ἐβάπτιζον; καὶ προσέτι ἀπορούντων, Ὑπὸ τίνος ἄρα κεχειροτόνηνται, καὶ εἰ μὴ κεχειροτόνηνται, πῶς ἐχειροτόνουν; παρώρμησαν τὴν ἡμετέραν ταπείνωσιν φιλοπονηθὲν περὶ τούτων τὴν ἔρευναν ποιήσασθαι καὶ εὕρομεν ἐν τοῖς *Ὑπομνήμασι τοῦ ἁγίου Σωφρονίου* καὶ ἄλλα πλεῖστα μνήμης ἄξια, καὶ πρὸς τούτοις καὶ ταῦτα, περὶ ὧν καὶ B τὴν ἔρευναν ἐποιησάμεθα, ὅτι μόνον τὸν ἅγιον Πέτρον ὁ Κύριος καὶ Θεὸς ἡμῶν Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς οἰκείαις χερσὶ ἐβάπτισε, καὶ Πέτρος Ἀνδρέαν, καὶ Ἀνδρέας Ἰάκωβον καὶ Ἰωάννην, Ἰωάννης δὲ καὶ Ἰάκωβος τοὺς λοιποὺς πάντας ἀποστόλους. Φησὶ δὲ καὶ τοῦτο, ὅτι τὴν πανάχραντον Δέσποιναν ἡμῶν Θεοτόκον καὶ Μητέρα τῆς ζωῆς ἡμῶν ὁ Πέτρος σὺν τῷ Θεολόγῳ Ἰωάννῃ ἐβάπτισεν· καὶ προστίθησιν, ὅτι ἀνεψιὸς ἦν ὁ Θεολόγος Ἰωάννης τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ κατὰ σάρκα· ὁ γὰρ Ἰωσὴφ, ὁ μνήστωρ τῆς Παρθένου, τέσσαρας υἱοὺς ἔσχεν ἐκ τῆς βιωτικῆς αὐτοῦ γυναικὸς, Ἰάκωβον, Σίμωνα, Ἰούδαν καὶ Ἰωσῆ· καὶ τρεῖς θυγατέρας, τήν τε Ἐσθὴρ καὶ τὴν Θάμαρ (5), καὶ τρίτην τὴν Σαλώμην ὁμώνυμον τῇ μητρί· ἥντινα ἐξέδοτο ὁ Ἰωσὴφ πρὸς C γάμον τῷ Ζεβεδαίῳ· μεθ' ἧς ἔτεκεν Ζεβεδαῖος Ἰάκωβον καὶ τὸν εὐαγγελιστὴν Ἰωάννην, ὃς τρεῖς μητέρας ἔσχεν ἐπὶ τῆς γῆς· τὴν μὲν μίαν Σαλώμην, ἐξ ἧς καὶ γεγέννηται σωματικῶς· δευτέραν δὲ Βροντὴν, ὅτι βροντῆς υἱὸς ἐχρημάτισε νοητῶς παρὰ τοῦ Κυρίου, ὅτε τῷ σταυρῷ παρειστήκεισαν, *Ἰδοὺ ἡ μήτηρ σου*, πρὸς τὸν Θεολόγον φήσαντος· καὶ αὖ πρὸς τὴν Παρθένον, *Γύναι, ἴδε ὁ υἱός σου*, εἰπόντος.

[11] Marc. III, 17. [12] Joan. XIX, 26, 27.

NOTÆ.

(1) Contra hanc dubitationem de baptismate apostolorum vide Tertullian. lib. *De baptismo*, et sanct. Augustin. epist. 108.

(2) Quod Christus ex duodecim apostolis suis solum sanctum Petrum propriis manibus baptizaverit, legitur etiam apud Nicephorum Callistum *Hist. eccles.* lib. II, cap. 3, tanquam desumptum ex Evodii, sanctorum apostolorum successoris, Epistola quadam, φῶς, sive *lumen* inscripta; additurque ibidem, paulo aliter quam in Sophroniano hoc fragmento, sanctum Petrum porro baptizasse reliquos omnes apostolos. Vide etiam Fragmentum Chronologicum Hippolyti Thebani et card. Baron. *Annal. eccles.* tom. I, an. 31, num. 40.

(3) Quod beatissima Virgo Deipara a sancto Petro principe apostolorum, simul et a sancto Joanne evangelista baptizata fuerit, legitur etiam in fragmento chronologico Hippolyti Thebani, supra memorato.

(4) Locus singularis de tribus sancti Josephi filiabus Esther, Thamar et Salome; nam in supra citato Hippolyti Thebani fragmento apud Nicephorum, Sambucum et Canisium, et in codice ms. Cæsareo, inter theologicos Græcos vicesimo nono, attribuuntur illi duæ tantum filiæ, Esther videlicet et Thamar.

(5) Apud Canisium, pro Θάμαρ perperam legitur Μάρθαν.

Digitized by Google

ANG. MAII PRÆFATIO

IN VITAM SS. CYRI ET JOANNIS.

(*Spicileg. Rom.* t. III, p. v.)

Ecclesiasticorum Patrum scripta, præsertim apprime orthodoxorum, typis imprimere, religionis plurimum interest : sunt enim thesauri totidem in sacro ærario locandi, unde postea pro variis Ecclesiæ usibus aut necessitatibus depromi queant. In his haud postremum, ut puto, locum occupat Sophronius patriarcha Hierosolymitanus, qui vitam sanctis operibus, et religiosis scriptis insignem, circa annum Christi 640 pie clausit. De libris ab eo relictis, multi multa pro re nata dixerunt, neque tamen nonnisi pauca lucem sparsim aspexerunt, ut ipse supra dixi in Præfatione; quo in loco consilium meum patefeci colligendi cunctas sancti viri lucubrationes, atque in primis edendi historiam beatorum MM. Cyri et Joannis, ac patratorum ab iisdem miraculorum; quam nunc fidem denique libero.

Thaumaturgicam SS. Cyri et Joannis historiam a Sophronio nostro fuisse conscriptam, dicit in primis ipse auctor in protheoria, et in laudibus, atque in postremo miraculo, et demum in epigrammate quod de sua vita conscripsit p. 95, cui mox astipulatur Iatrosophista Seneca in tetrasticho. Græcorum insuper Menæum ad diem Martii undecimam sic : Σωφρόνιος τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐπίχυσιν παθόντας, ὑπὸ τῶν ἁγίων Κύρου καὶ Ἰωάννου θεραπεύεται, καὶ τῆς ἰατρείας ἀπαιτεῖται μισθὸν τὰ καθ' ἑκάστην παρ' αὐτῶν τελούμενα θαύματα γραφῇ παραδοῦναι · *Sophronius oculorum caliginem patiens, a sanctis Cyro et Joanne sanatur, qui loco mercedis pro valetudine reddita ab eo postulaverunt, ut miracula per eos quotidie patrata scripto traderet* (*a*). Item Nicænæ secundæ synodi Patres, et sanctus Joannes Damascenus testimonia pro sacrarum iconum honore ex Sophroniano hoc opere protulerunt, ut nos infra adnotavimus, p. 18, 380, 403. Jam Bonifacius consiliarius priora duodecim a Sophronio conscripta miracula, fecit Latina; Anastasius autem Bibliothecarius reliqua omnia, cum protheoria laudibusque, necnon utraque sanctorum historia, ut infra demonstramus. Denique Petrus Parthenopensis, præterquam quod sanctorum martyrum Historiam marte proprio in compendium redegit, primum quoque et postremum miraculum ex Sophronio nominatim interpretatus est, ut dicemus; hæque scripturæ in Vat. Lat. codice 6075, habentur, unde eas extulissemus, nisi secundi tomi moles satis jam excrevisset, et nisi propemodum supervacaneæ post Anastasii lucubrationes visæ fuissent.

Nunc de Græco exemplari dicendum est, quod nobis præclarum hunc et copiosum genuinumque Sophronii fœtum suppeditavit. Is est Vaticanus codex 1607, membranæus sæculi XIII, qui olim fuit in Cryptæ-Ferratæ monasterio, ut ejus adhuc inscriptio testatur, et a me in autumnalibus feriis anno 1838 observatus fuit; pretiosum sane κειμήλιον, in quo unice Sophronianum hoc monumentum superesse credo; huncque ipsum Romanum codicem a Bollandianis ad diem 11 Martii designari puto his verbis : *Insigne de SS. Cyro et Joanne volumen Alexandriæ a Sophronio scriptum; quod ad* 31 *Januarii, quo die sancti isti coluntur, frustra desideratum, et perisse creditum, feliciter reperimus in Romano itinere nostro, et quidem utraque lingua, servamusque ingentis thesauri vice, suo tempore proferendum;* id quod postea exstincta Societate, et interrupta *Actorum SS.* editione, non est effectum. Atque illud Bollandianum apographum utrum uspiam supersit, equidem ignoro; quominus id tamen ex utroque Vaticano codice Græco atque Latino, de quo pariter mox sum dicturus, derivatum fuerit, nullus dubito.

Post inventum Græcum exemplar, Latinam quoque cœpi vestigare priscam interpretationem, cujus item Bollandiani non solum meminerunt, verum etiam specimen impresserunt, quin tamen ejus esse

NOTÆ.

(*a*) In hoc eodem *Menæo* (ed. Venet. an. 1820) de patria Sophronii sic habetur : Οὗτος ὁ μέγιστος τῆς Ἐκκλησίας φωστὴρ, χώρας μὲν ἦν Φοινίκης Λιβύας Στεφάνου, πόλεως δὲ Δαμασκοῦ, εὐσεβῶν καὶ ὁμοφρόνων τέκνον. Nunc mendosum hoc Λιβύας Στεφάνου corrigitur ab ipso Sophronio in Epigrammate de vita sua, pag. 95, Λιβανοστεφάνου, quam apparet fuisse Libanensem regionem in qua urbs Damascus. Errat quoque diverso modo Menæi Latinus interpres apud Bollandianos mart. t. II, p. 72. *Hoc maximum Ecclesiæ sidus ex Phœnice thurifera, urbe Damasco, originem traxit, piorum et frugalium soboles parentum.* Prior error est *thurifera*, propter æquivocum vocabulum Λίβανος quod *thus* et *Libanum* significat. Alter error est *frugalium* pro *concordium*, quia Lat. interpres perperam legit σωφρόνων pro ὁμοφρόνων. Insuper ex *Menæo* cognoscimus, Sophronium abundantioris eruditionis philosophiæque cupidum Alexandriam se contulisse; cujus itineris causam modestiæ causa Sophronius in postremo miraculo patefacere noluit. Jam quod Petrus Parthenopensis apud nos, p. 648, dicit Sophronium oriundum ex *urbe Phenea*, placet mihi nunc sententiam meam ibi reformare, ut verba ἐκ χώρας Φοινίκης perperam intellecta atque explicata putem a Petro *ex urbe Phenea*, pro *ex Phœnice regione*. Item in mendoso apud Sophronium vocabulo, p. 95, et 648, ἐν αἷς vel ἐναῖς, nihil aliud latere judico, quam verbum substantivum. Interim vero, si placet, addatur geographorum libris novum nomen Libanotidis regionis *Libanostephanus*.

Digitized by Google

auctorem Anastasium suspicarentur. Ecce autem is quoque textus inter Vaticanos Latinos codices sub numero 5410 mihi se obtulit. Est vero hoc antiquioris codicis, de quo paulo post dicam, apographum, ut prævia F. Peniæ inscriptio declarat : *Sanctus Sophronius archiepiscopus Hierosolymitanus de laudibus et miraculis sanctorum martyrum Cyri et Joannis. Habetur manuscriptum in archivio ecclesiæ S. Mariæ in via lata de Urbe; ex quo Franciscus Penia Rotæ auditor hunc codicem transcribi curavi, anno jubilæi* 1600. Imo et alterum apographum, sed paulo negligentius confectum, et cum Petri Parthenopensis ejusdem tituli opere confusum, in Vallicelliana bibliotheca observatum a me fuit.

Jam tanti operis visis apographis, consequens erat ut ipsius autographi cupiditate tenerer, quod exstare in archivio S. Mariæ in via lata non unus Penia dicebat, verum etiam Aringius qui *Rom. subterran.* lib. II, 21, translationem reliquiarum sanctorum martyrum Alexandria Romam, ex eodem codice S. Mariæ in via lata transcriptam vulgavit ; et denique magnus Baronius, cujus in notis ad martyrologium die 31 Januarii hæc verba sunt : *Translationis historiam exstare ferunt in codice pervetusto diaconiæ S. Mariæ in via lata.* Haud vidit ergo Baronius codicem, sed famæ tantummodo referenti credidit. Ego vero his cognitis, et Peniæ potissimum affirmatione confisus, recta ad archivium S. Mariæ perrexi, in cujus ego urbana parœcia habito ; quod mihi sane universum benigne canonici reseraverunt; sed ad codicem quod attinet, frustra fui ; prorsus enim ibi non comparet ; nullumque esse in vivis canonicum mihi affirmarunt qui eum suis oculis uspiam viderit : quare ipsi putant eumdem longo abhinc tempore fuisse sublatum, vel casu aliquo pessumdatum. Litterarium hercle damnum non contemnendum ! agitur enim de codice qui sub Innocentio III papa, anno 1204, conscribebatur, quique anno ducentesimo nonagesimo octavo supra millesimum, sub Bonifacio VIII papa canonicorum jussu religatus reparatusque dicitur, teste iterum Peniæ apographo, in quo jam nos acquiescere necesse est.

Sequitur ut de narratione translationis reliquiarum sanctorum martyrum Cyri et Joannis Alexandria Romam dicatur ; quæ quidem narratio in Græco codice nulla est, neque esse potuit, sed Latine perscripta exstat in calce codicis S. Mariæ in via lata, unde eam divulgavit, ut dixi, Aringius, ego vero ut cognitam et a Sophronii calamo alienam prætermisi. Indidem quoque derivatæ adamussim sunt lectiones officii ecclesiastici, ad priscum usum illius cleri, quas Martinellus recitat (*b*). Translationis autem narratio sic incipit. *Temporibus Honorii et Arcadii, qui religiosissimi imperatores fuerunt, sancto Innocentio papa exsistente, beatissimorum martyrum corpora abba Cyri et Joannis a catholicis duobus monachis, scilicet Grimaldo et Arnulpho, translata sunt, videlicet ab Alexandriæ civitate usque ad urbem Romam. Erat autem illo tempore inter Saracenos et civitatis Alexandriæ incolas dissensio maxima, usque adeo quod ipsi Barbari cum perfidia magna super Alexandriæ civitatem equitaverunt. Postea vero undique tam maximum ingerentes bellum, quod ad ultimum procul dubio superata est.* Pergit relator dicere, quod sancti martyres prædictis monachis per somnium apparentes, imperaverint ut suas reliquias Romam transferrent, ne eas Barbari capta mox Alexandria, flammis exurerent. Cui monito monachi obtemperantes beatorum virorum corpora Romam transtulerunt, et deducentibus pompam Innocentio papa cum cardinalibus atque prælatis, eadem deposuerunt in sacra illa S. Praxedis æde, quæ in regione Transtiberina, via Portuensi, sita est. Age vero quis protinus non agnoscit crassum relatoris errorem, omni temporum scientia destituti, scribentis scilicet imperatores Honorium et Arcadium pro Heraclio, et Innocentium papam pro Honorio ? Etenim sub Cæsaribus fratribus atque Innocentio nulla fuit a Saracenis Ægypti occupatio, sed ea demum contigit anno Heraclii 25, Honorii papæ nono, Christi 634, ut Baronius aliique ostendunt. Præterea quo tempore conscribebat Sophronius historiam suam (nempe intra annos 610 et 620, ut miraculo VIII demonstrabo) corpora sine dubio Cyri et Joannis in templo suo apud Menuthem in Alexandriæ vicinia quiescebant, et totius orbis concursu colebantur, ut centies Sophronius dicit. Superest igitur, ut gravi emendato Latini relatoris errore, translationem illam sæculo Christi septimo, sub ipsam Alexandriæ captivitatem, anno circiter Heraclii 25, a Grimaldo (seu Grimoaldo) et Arnulfo monachis factam credamus. Nam et Grimoaldi nomen circa id tempus de militum ducibus principibusque non semel legitur. Certe quidem de sanctorum corporum ex Ægypto Romam translatione, minime est dubitandum. Etenim et Joannes diaconus *Vit. S. Greg. M.* lib. IV, 91, basilicam Tiberinam memorat SS. Cyri et Joannis sub Benedicto (II), pontifice, sæculo septimo ; et illa reapse superest trans Tiberim sacra ædicula S. Praxedis, quam supra memoravi, quamque egomet nuper adii, vineis obsitam, et cultu paupere instructam ; cujus in hypogeo, post ostium jamdiu muro obstructum, picturas a Martinello loc. cit. descriptas spectare nunc non licet, imo eas madore ac situ deletas suspicor : attamen per fenestram epigraphem adhuc introspicere potui, priscis litteris marmori incisam, et antiquariis non incognitam, quæ ita se habet :

Corpora sancta Cyri renitent hic atque Joannis,
Quæ quondam Romæ dedit Alexandria magna.

Præter hactenus memoratam sanctorum martyrum integram historiam, quæ Græce in codice Cryptæ Ferratæ, Latine autem in exemplari S. Mariæ in via Lata conservata est ; alia insuper exstite-

NOTÆ.

(*b*) *Primo trofeo della Santa Croce, eretto in Roma nella via Lata*, p. 3.

Digitized by Google

runt quasi operis compendia aut excerpta, veluti illud non ita breve cum miraculis quindecim ab Othone Zylio Latinitate donatum, et in Bollandianis *Sanctorum Actis*, t. II Januarii editum. Item ut jam dixi Petri Parthenopensis scriptum, quod in sequente volumine imprimendum curavimus : qui tamen auctor, etsi duodecimo Christi sæculo desinente vel proximo incipiente scripsit, translationem sacrorum corporum adhuc ignorabat. Est rursus sanctorum martyrum diversa passio in codice vetere S. Mariæ ad Martyres, nunc Vaticano. Denique et alia martyrum horum Acta Græce et Latine in Vat. codicibus legere memini, quæ omnia ex Sophronianis fontibus derivata videntur.

Exspectabant fortasse lectores sive de Græco textu sive de Latino judicium nostrum, quod tamen ab editore proferri minime oportet, postquam res ipsa in publico lumine exposita est. Utinam certe melior Sophronio aut politior interpres obtigisset ! Etenim tam Bonifacius, quam ipse Anastasius impedita admodum, subobscura et interdum semibarbara locutione fluunt. Neuter utique Græcam linguam non callet, imo verbis uterque presse insistit, quanquam ipsam sensuum genuinam vim haud raro vel ignorat vel pervertit, et omni semper lepore caret. Ego vero quid agerem? Manusne tam priscis interpretibus vel medicas vel violentas inferrem, ut eos corrigerem, variarem, interpolarem ? Minime gentium. An omnino ipsos omitterem vel abjicerem, novumque textum pro nostri sæculi gustu adornarem ? Ne id quidem mihi persuaderi passus sum, ut neotericam scilicet interpretationem, quantumvis lucidam ac politiorem, his quæ vetustatis auctoritate aut colore commendantur præferrem. Ecce enim, vetustis textibus ita a me conservatis, tres veluti pro uno habemus auctores, Sophronium, Bonifacium atque Anastasium.

Quamvis autem Sophronii scriptum historici generis sit, attamen ne dogmatica quidem utilitate et gravitate caret. Nam miraculis XXXVI, XXXVII, XXXIX, corporis Domini in Eucharistia præsentiam constanter affirmat : in liturgico Commentario commutationem quoque seu transsubstantiationem panis ac vini in corpus ac sanguinem Domini disertis verbis edicit : Μηδεὶς δοκείτω ἀντίτυπα εἶναι τὰ ἅγια τοῦ σώματος καὶ αἵματος τοῦ Χριστοῦ, ἀλλὰ τὸν ἄρτον καὶ τὸν οἶνον πιστευέτω προσφερόμενον μεταβάλλεσθαι εἰς σῶμα καὶ αἷμα Χριστοῦ. Quod ii velim hæretici considerent, qui publicas quoque pœnas suis edictis ac legibus adversus catholicos transsubstantiationis assertores decernere non sunt veriti. Præterea in multis miraculis oppugnat Sophronius diversos temporum suorum hæreticos, Severianos nimirum, Julianistas, Theodosianos, fatorum observatores, ethnicos, blasphemos, atheos, nempe miraculo XII, et a miraculo ferme XXVIII usque ad XXXIX. Neque laude carent eruditionis, quæ ex Porphyrio initio miraculi XXXI, recitat ; item quæ miraculo LIV, de Damasco ejusque civibus doctis, ac potissimum de Nicolais dicit. Denique Sophronium lectores pervenustum quoque poetam ex ejus longiusculo epigrammate post, *Laudes in SS. Cyrum et Joannem* multoque magis ex mellitis ejusdem infra Anacreonteis intelligent.

Digitized by Google

ΤΟΥ ΜΑΚΑΡΙΟΥ ΣΩΦΡΟΝΙΟΥ

ΜΟΝΑΧΟΥ ΜΟΝΗΣ ΑΒΒΑ ΘΕΟΔΟΣΙΟΥ

ΤΗΣ ΚΑΤΑ ΤΗΝ ΕΡΗΜΟΝ ΟΥΣΗΣ ΤΗΣ ΑΓΙΑΣ ΧΡΙΣΤΟΥ ΤΟΥ ΘΕΟΥ ΗΜΩΝ ΠΟΛΕΩΣ

ΕΓΚΩΜΙΟΝ ΕΙΣ ΤΟΥΣ ΑΓΙΟΥΣ ΚΥΡΟΝ ΚΑΙ ΙΩΑΝΝΗΝ

ΤΟΥΣ ΜΑΡΤΥΡΑΣ.

—

BEATI SOPHRONII

MONACHI MONASTERII ABBATIS THEODOSII, QUOD EST CIRCA DESERTUM SANCTÆ CHRISTI DEI NOSTRI CIVITATIS,

QUI POSTMODUM EPISCOPUS FACTUS EST EJUSDEM HIEROSOLYMITANÆ CIVITATIS,

LAUS SS. MARTYRUM CYRI ET JOANNIS

ET MIRACULORUM QUÆ AB EIS GESTA SUNT EX PARTE NARRATIO.

Interpretibus Bonifacio consiliario (1) et Anastasio Bibliothecario.

—

PROTHEORIA.

1. Propter ægritudinem oculorum ad Cyrum et Joannem martyres accurrentes, apud eorum basilicam morabamur, miraculorumque exundantiam intuentes, hæc memorantia scripta volebamus legere, quæ nos martyrum certamen instruerent, quæve de præcedentibus miraculis prædicarent: nihilque invenientes quæ diximus, nisi tantum duos breves sermones magni Cyrilli, qui propugnator et præco exstitit veritatis, ad zelum sumus intolerabilem excitati. Si pagani quique falsa conscribentes, dum nihil verum nec fabulis liberum dicant, tot libros super dæmoniis conscripserint, nos ad instar quadrupedum secundum amicos justi Job tacebimus, tanta ac talia veritatis, quæ Christus est Deus noster, opera mirifica contuentes, per athletas ejus et famulos effecta? et præcipue clamantem eum manifestius audientes: Quæcunque dixe-

Η ΠΡΟΘΕΩΡΙΑ.

α'. Ὀφθαλμῶν ἀῤῥωστίας ἕνεκα Κύρῳ καὶ Ἰωάννῃ προσελθόντες τοῖς μάρτυσιν, κατὰ τὸν αὐτῶν νεὼν ἐτρίβομεν· καὶ τὰ τῶν ἰάσεων βλέποντες κύματα, ὑπομνήμασιν ἐντυχεῖν ἠβουλήθημεν τὴν τῶν μαρτύρων ἡμᾶς ἐκδιδάσκουσιν ἄθλησιν, καί τινα τῶν προλαβόντων θαυμάτων κηρύττουσιν· καὶ μηδὲν εὑρόντες ὧν ἔφημεν, εἰ μὴ μόνας δύο μικρὰς ὁμιλίας Κυρίλλου τοῦ μεγάλου (2) τῆς ἀληθείας προμάχου καὶ κήρυκος, εἰς ζῆλον ἀφόρητον ἠχθημεν. Εἰ ψευδῆ μὲν συγγράφοντες Ἕλληνες, καὶ μηδὲν ἀληθὲς, μηδὲ φασμάτων ἐλεύθερον λέγοντες, βίβλους ὑπὲρ δαιμόνων τοσαύτας γεγράφασιν, ἡμεῖς δὲ τετραπόδων δίκην κατὰ τοὺς Ἰὼβ τοῦ δικαίου φίλους σιγήσομεν, τοσαῦτα καὶ τηλικαῦτα τῆς ἀληθείας, ἥτις ἐστὶν Χριστὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν, ἔργα θαυμάσια βλέποντες διὰ τῶν ἀσκητῶν καὶ τῶν τούτου θεραπόντων γιγνόμενα; καὶ μάλιστα διαῤῥήδην βοῶντος ἀκούον-

NOTÆ.

(1) Ab hoc Bonifacio priora duodecim ss. martyrum cum præfatione miracula in Latinum ex Græco Sophronii fuisse conversa, testis est apud nos *Spicil.* t. IV, p. 228, ipse Anastasius. Quisnam autem fuerit prædictus Bonifacius, quæque ejus ætas, munera, et dignitas, tradit erudita adnotatione Bencinius ad *Vitas pontificum RR.* ed. Blanchin. t. IV, p. 130. Ætas inde patet, quod sub Benedicto II et Sergio I, pontificibus vixit, dimidio vix sæculo post sancti Sophronii obitum. Loquitur autem de Bonifacio synodus Nicæna secunda in act. I., cujus verba recitat prædictus Bencinius. Idem de dignitate consiliarii sic ibi ait. « Apud Romanum clerum et Pontificem dignitas consiliarii Sedis apostolicæ erat inter spectabiliores. Qui enim hoc munere fungebatur, in gravioribus publicisque controversiis velut assessor pontifici et clero astabat; et siquando vacaret sedes, una cum aliis regebat ecclesiam. » Antequam vero hoc scholium præsenti volumini attexerem, jam de Bonifacio consiliario aliquid ego scripseram in quinto *Spicilegii* volumine, pag. 154.

(2) Videsis has perbreves S. Cyrilli homilias a nobis editas hujus *Patrologiæ* t. LXXVII, p. 1099.

Digitized by Google

τες, Ὅσα εἴπατε ἐν τῷ κρυπτῷ, ἐν τῷ φωτὶ ἀκουσθήσεται· καὶ ὃ πρὸς τὸ οὖς ἠκούσατε, ἐπὶ τῶν δωμάτων κηρύξατε· καὶ τῶν μακαρίων ἀποστόλων ἐν ταῖς Πράξεσιν, πρὸς τοὺς σιγᾷν αὐτοῖς ἐπιτρέποντας λεγόντων, « Ὡς ἡμεῖς οὐ δυνάμεθα ἃ εἴδομεν καὶ ἠκούσαμεν μὴ λαλεῖν. » Διὸ καὶ ἡμεῖς ζήλῳ θερμοτέρῳ καιόμενοι πρὸς τὴν σορὸν τῶν ἁγίων ἐδράμομεν· καὶ πεσόντες εὐσεβῶς ἐπὶ πρόσωπον ὁλοψύχως ηὐξάμεθα ὡς ἤδη ἐν ἡμῖν ὑπουργοῦσαν τὴν ὅρασιν, περὶ τῆς αὐτῶν ἀθλήσεως ἐντελέστερον γράψωμεν, καὶ περὶ τῶν πρὸς αὐτῶν γινομένων θαυμάτων συντάξωμεν, συνεργούσης ἡμῖν πρὸς τὸν κάματον τῆς θείας αὐτῶν χάριτος καὶ δυνάμεως· ὑπὲρ ὧν ἡμεῖς ἠβουλόμεθα γραφὴν τὴν παροῦσαν ποιήσασθαι· τὴν Ἄνναν ἐπὶ τῇ προσενέξει Σαμουὴλ τοῦ προφήτου μιμούμενοι, καὶ Πέτρου τὴν πενθερὰν εὐγνωμόνως ζηλώσαντες, ὡς ἡ μὲν τὸν υἱὸν, ἡ δὲ ἑαυτὴν Θεῷ τῷ σεσωκότι πρὸς δουλείαν προσήνεγκαν. Ὅθεν ἀναστάντες καὶ καθ' ἑαυτοὺς μετὰ ταῦτα γενόμενοι, τὸ τῶν μαρτύρων ὕψος σκοπήσαντες, καὶ τῶν δρωμένων θαυμάτων τὸ πλῆθος θεώμενοι, κατὰ τὸν μέγαν Πέτρον ὅτε τὸ θαλάττιον ῥεῖθρον ἐπέζευεν ἐφοβήθημεν, κἀν τοῖς ἑαυτῶν λογισμοῖς ἐποντούμεθα, καὶ πλεῖστα τὴν ἡμῶν αὐτῶν προπέτειαν ἐμεμφόμεθα, δι' ἣν ἑαυτοὺς [οὐ] μετρήσαντες πρότερον, ἐν τοῖς ὑπὲρ ἡμᾶς ἑαυτοὺς ἐξετείναμεν.

β'. Συνηυξε δὲ τὸν φόβον ἡμῖν Μωϋσῆς ὁ θεσπέσιος, μᾶλλον δὲ ὁ πρὸς Μωϋσέα διαλεγόμενος Κύριος, καὶ μίαν εἰσφορὰν τὸν πλούσιον ἀπαιτῶν καὶ τὸν πένητα· καὶ μήτε τὸν πλούσιον ἐῶν πλείονα διδόναι λύτρα, τὴν ψυχὴν λυτροῦσθαι βουλόμενον, μήτε τι συγχωρῶν παρὰ ταύτην προσφέρειν τὸν πένητα. « Πᾶς γὰρ, φησὶν, ὁ παραπορευόμενος εἰς τὴν ἀπόσκεψιν ἀπὸ εἰκοσαετοῦς καὶ ἐπάνω, δώσουσιν τὴν εἰσφορὰν Κυρίῳ· ὁ πλουτῶν οὐ προσθήσει, καὶ ὁ πενόμενος οὐκ ἐλαττονήσει ἀπὸ τοῦ ἡμίσους τοῦ διδράγμου, ἐν τῷ διδόναι τὴν εἰσφορὰν Κυρίῳ, ἐξιλάσασθαι περὶ τῶν ψυχῶν ὑμῶν. » Ὅθεν καὶ ἡμεῖς ἀπορώτεροι καὶ τῶν λίαν πτωχῶν ἐν λόγοις τυγχάνοντες, παραιτήσασθαι τὴν ἐν εὐχαῖς συνταχθεῖσαν Θεῷ τε καὶ μάρτυσιν τῶν λύτρων εἰσφορὰν ἠβουλόμεθα· ἀλλὰ τοῦτο δρᾷν ἡμᾶς ἕτερον ἀνέκοπτε λόγιον, ὅπερ ἐκκλησιάζων ὁ Σολομὼν ἀπεγράψατο· « Καθὼς ἂν εὔξῃ εὐχὴν τῷ Θεῷ βοῶν, μὴ χρονίσῃς τοῦ ἀποδοῦναι αὐτό· ὅτι οὐκ ἔστιν θέλημα ἐν ἄφροσιν· σὺ οὖν οἷα ἂν εὔξῃ, ἀπόδος· ἀγαθὸν τοῦ μὴ εὔξασθαί σε καὶ μὴ ἀποδοῦναι. » Καὶ Δαβὶδ ὁ τοῦτον γεννησάμενος λέγων ἐν Ἄσμασιν· « Τὰς εὐχάς μου τῷ Κυρίῳ ἀποδωσω· » καὶ πάντας ἐπὶ τὴν οἰκείαν ἀναγόμενος μίμησιν, « Εὔξασθε γὰρ, φησὶν, καὶ ἀπόδοτε Κυρίῳ τῷ Θεῷ ὑμῶν. » Ὧν τὰ ἀκόλουθα καὶ Ἰωνᾶς ὁ προφήτης ᾄδων ἐφθέγξατο· « Ὅσα ηὐξάμην ἀποδώσω σοι Σωτῆρί μου τῷ Κυρίῳ. » Ἤδη δὲ καὶ Μωϋσέως ὁ νόμος ἀπαιτεῖν ἠξίου τὰ ἐν εὐχαῖς συνταττόμενα· « Ἐὰν

ritis in occulto, audientur in lumine; et quæ in aure audistis, prædicate super tecta: beatisque apostolis ad eos, qui silere sibimet indicebant, in Actis suis dicentibus, « Quod nos non possumus quæ vidimus, et audivimus non loqui [1]. » Idcirco et nos flagrantiori zelo ferventes, ad confessionem sanctorum cucurrimus, pie procidentes in faciem, totoque animo devoventes, ut si nobis concesserint visionis officium, de certamine eorum accuratius conscriberemus, et quæ miracula ab eis sunt facta colligeremus, cooperante nobis ad laborem divina eorum gratia atque virtute. De quibus duntaxat Scripturam hanc voluimus facere, Annam in oblatione matrem prophetæ Samuelis imitati, et socrum Petri fideliter æmulati; quarum illa filium, hæc seipsam Deo, qui eam salvavit, ad deserviendum obtulerat. Unde assurgentes, et apud nos postmodum recollecti, hinc quidem martyrum celsitudinem speculabamur, miraculorum quæ fiebant multitudinem cernebamus; inde imbecillitatem nostram, sicut Petrus magnus dum super fluenta maris incederet, animadvertentes, terrebamur fluctuantes in cogitationibus nostris, et multum nostram petulantiam refutantes, ob quam nosmetipsos primum non metientes, ad id, quod supra nos est, nosmetipsos extendimus.

2. Adaugebat nobis vero timorem et Moyses ille venerabilis, imo Dominus qui cum Moyse disputans unam oblationem et divitum exquirit et pauperum; neque divitem sinens ampliora munera dare, cum animam velit redimere, neque præter hæc quidquam offerre pauperem. « Omnis itaque, ait, qui profectus fuerit ut consideret, a viginti annis et supra, dabunt oblationem Domino: qui dives est, non adjiciet; et qui pauper est, non minuet de dimidio didragmatis, dum dederint oblationem Domino redemptionem pro animabus suis [2]. » Unde et nos valde scilicet pauperiores etiam eis, qui nimis sunt inopes in sermone, recusare hanc quæ in votis Domino et martyribus ejus, a nobis promissa est redemptionis oblationem voluimus; sed hæc nos agere alterum eloquium coercebat, quod Salomon concionator ascripserat dicens: « Juxta quod vovisti Domino votum tuum, non retarderis exsolvere, quoniam non est voluntas in insipientibus. Tu autem quæcunque voveris, redde; bonum est te non vovere et non reddere [3]. » Et David ejus genitor inquit in Canticis: « Vota mea Domino reddam [4]: » omnesque ad sui imitationem invitans, « Vovete, inquit, et reddite Domino Deo vestro [5]. » Quibus consequentia et Jonas propheta canens effatus est: « Hæc quæ vovi, reddam salutari meo Domino [6]. » Jam pridem et lex Moysis exigi mandat, quæ pro-

[1] Act. IV, 20. [2] Exod. XXX, 13-15. [3] Eccle. V, 3. [4] Psal. XXI, 26. [5] ibid. LXXV, 12. [6] Jonæ II, 10.

NOTÆ.

(3) Ita codex; quod verbum Latinus interpres non expressit.

Digitized by Google

mittuntur in votis : « Si ergo voveris, inquit, votum Domino, non tardaveris reddere, quia exquirens exquiret Dominus Deus tuus abs te, et erit tibi in peccatum. Si vero non vis vovere, non erit tibi in peccatum. Quæ processerint de ore tuo conservato faciens, quemadmodum vovisti Domino Deo tuo, donum quod locutus es ore tuo [1]. »

3. His igitur curis obstrictus interdum quidem scribere propter priora perterritus, interdum non scribere propter sequentia contremiscens, et quid agerem nesciens, ad eosdem martyres confugiens, quid agendum esset ab eorum sanctimonio deposcebam. Illi vero affectus suscipientes propositum, et pro petulantia non denotantes, scribere præceperunt, præsidium suum conferre pollicentes. Multoties itaque scribentibus nobis apparuere, quod repromiserant adimplentes; nunc quidem atramentum et calamum porrigentes, nunc vero quaternionem sumentes, et quæ nos fefellerant corrigentes; vultus hilaritate monstrabant ea se cum dilectione discurrere, quod et nos sæpius patimur dum lætis oculis pervenerimus ad loca gratiam relationis habentia. Millies quippe nobis dum in aliis occuparemur conquesti sunt, et tanquam negligentibus increpavere dicentes : Quousque non perficis veritatem? hoc de præsenti scriptura, et laude sui nominis deferentes. Quæ omnia si scribere velimus, eos qui lecturi sunt onerabimus : sufficit autem nobis per hæc modo, sæpius nobis ab eis collatum præsidium dum scriberemus astruere, Deum atque eos testes veritatis, quæ in his est, habentes. In primis ergo horum martyriale certamen conscripsimus, et quod in templo sint venerabilis Marci depositi, et quomodo demum in ædes sunt evangelistarum exinde transpositi; horum occasiones et semina ex vocibus sancti Cyrilli colligentees. Postque hæc, septem decadas miraculorum conscripsimus, millia decadarum multarum habentes describere, si utique nos dicere possemus, audire vero qui hæc lecturi sunt valuissent. Veraciter quippe etiam in hoc, sapientiæ concionator effatus est dicens : Omnes sermones laboriosi; non poterit os loqui; nec oculus replebitur ad videndum, nec auris replebitur audiendo.

4. Propter hoc ergo septem tantum decadas miraculorum scribere proposuimus, septimum numerum apud sanctam Scripturam mysticum, et decimum perfectum esse cernentes : ut per hæc ostendamus circa signa facienda eos possibiles, dum in utroque tam mysticum est, quam perfectum; et mysticum quidem secretam rationem sanationum significat, infinitam vero perfectum; et septimi quidem mysticum ac pretiosum, per hæc Scriptura nos edocet, quod omnium Deus die septima a constructione requievit, et hanc san-

A γὰρ εὖξῃ, φησὶν, εὐχὴν Κυρίῳ τῷ Θεῷ σου, οὐ χρονίσῃς ἀποδοῦναι αὐτήν· ὅτι ἐκζητῶν ἐκζητήσει Κύριος ὁ Θεός σου παρὰ σοῦ, καὶ ἔσται σοι ἁμαρτία· ἐὰν δὲ μὴ θελήσῃς εὔξασθαι, οὐκ ἔσται σοι ἁμαρτία. Τὰ ἐκπορευόμενα διὰ τῶν χειλέων σου φυλάξεις, καὶ μὴ ποιήσῃς ὃν τρόπον ηὔξω Κυρίῳ τῷ Θεῷ σου, ὅτι ἐλάλησας τῷ στόματί σου. »

γ'. Οὕτω δὲ τοῖς λογισμοῖς πιεζόμενοι, καὶ ποτὲ μὲν γράφειν διὰ τὰ πρῶτα φοβούμενοι, ποτὲ δὲ μὴ γράφειν διὰ τὰ δεύτερα τρέμοντες, καὶ τί δρᾷν οὐ γινώσκοντες, πρὸς τοὺς μάρτυρας κατεφύγομεν, ὧν τὸ πρακτέον πρὸς τῆς αὐτῶν ἁγιστείας ἠτούμεθα· οἱ δὲ τοῦ ζήλου τὴν γνώμην δεξάμενοι, καὶ τῆς προπετείας οὐκ ἀτιμάσαντες ἕνεκα, τὸ γράφειν ἐπέτρεψαν, τὴν ἑαυτῶν συμμαχίαν χορηγεῖν συνταξάμενοι· B πολλάκις οὖν ἐν τῷ γράφειν ἡμᾶς ἐπεφάνησαν, πληροῦντες αὐτῶν τὸ ἐπάγγελμα· ποτὲ μὲν μέλαν καὶ κάλαμον παρεχόμενοι, ποτὲ δὲ τὴν τετράδα λαμβάνοντες, καὶ τὰ ἡμέτερα σφάλματα διορθούμενοι· ἔστιν δὲ ὅτε καὶ ταῖς διηγήσεσι χαίροντες τὴν τῶν προσώπων ἐδείκνυον ἱλαρότητα, ἐν τῷ διέρχεσθαι πάσχοντες ὃ πολλάκις ἡμεῖς ὑπομένομεν, ἐπὰν ὀνόμασιν ἐν ἡδυτέροις γενώμεθα, ἢ χωρίοις Φαρισαΐσωμεν (3)· μυριάκις δὲ ἡμῖν ἐν ἄλλοις σχολάζουσιν διεμάχοντο, καὶ ὡς ἀμελοῦσιν ἐπέπληττον· καὶ, Μέχρι τίνος οὐ πληροῖς τὴν ἀλήθειαν; ἔλεγον; ἀλήθειαν τὴν παροῦσαν γραφὴν, καὶ τὸν εἰς αὐτοὺς ὀνομάζοντες ἔπαινον· ἅπερ εἰ γράψαι θελήσαιμεν, ἅπαντας τοὺς ἐντυγχάνοντας ἀποκναίομεν· ὅθεν τὴν διὰ τούτων καὶ μόνον δηλώσαντες τὴν πολλάκις αὐτῶν γεγονυῖαν ἡμῖν ἀρωγὴν, ἐν τῷ γράφειν ἀρκούμεθα, Θεὸν C καὶ αὐτοὺς τῆς ἀληθείας ἐν τούτοις ἔχοντες μάρτυρας· ἐν πρώτοις οὖν τὴν μαρτυρικὴν αὐτῶν γεγράφαμεν ἆθλησιν, καὶ τὴν εἰς ναὸν Μάρκου τοῦ θείου κατάθεσιν, καὶ τὴν ἐκ τούτου πρὸς τὸν τῶν εὐαγγελιστῶν οἶκον μετάθεσιν, τὰς τούτων ἀφορμὰς καὶ τὰ σπέρματα ἐκ τῶν τοῦ ἁγίου Κυρίλλου φωνῶν συλλεξάμενοι· μεθ' ἃ καὶ δεκάδας ἑπτὰ θαυμάτων ἐγράψαμεν, μυριάδας δεκάδων πολλὰς ἔχοντες ἀναγράψασθαι, εἴπερ λέγειν ἡμεῖς μὲν ἠδυνάμεθα, ἀκούειν δὲ οἱ τούτοις προσομιλοῦντες ἐνίσχυον· ἀληθεύει γὰρ καὶ ἐπὶ τούτοις ὁ σοφὸς Ἐκκλησιαστὴς, ὡς Πάντες, εἰπὼν, οἱ μετὰ κόπου καὶ λεγόμενοι καὶ ἀκουόμενοι καὶ γινόμενοι λόγοι ἔγκοποι· οὐ δυνήσεται ἀνὴρ τοῦ λαλεῖν· καὶ D οὐκ ἐμπλησθήσεται ὀφθαλμὸς τοῦ ὁρᾷν, καὶ οὐ πληρωθήσεται οὖς ἀπὸ ἀκροάσεως.

δ'. Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ δεκάδας ἑπτὰ καὶ μόνας θαυμάτων γράψαι προήχθημεν, τὸν ἑπτὰ ἀριθμὸν παρὰ τῇ Γραφῇ μυστικὸν, καὶ τὸν δέκα τέλειον βλέποντες· καὶ δι' αὐτῶν παριστᾷν ἀμφότερα τὰ περὶ τὰ σημεῖα δυναμένους, τό τε μυστικὸν καὶ τὸ τέλειον· τὸ γὰρ μυστικὸν, τὸν κρύφιον λόγον δηλοῖ τῶν ἰάσεων· τὸ ἄπειρον δὲ, τὸ τέλειον· καὶ τοῦ μὲν ἑπτὰ τὸ μυστικόν τε καὶ τίμιον, διὰ τούτων ἐκ τῆς Γραφῆς διδασκόμεθα· ὅ τε γὰρ τῶν ὅλων Θεὸς τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἑβδόμῃ τῆς δημιουργίας ἐπαύσατο, καὶ ταύτην ἁγίαν ἐθέσπισεν· ἑπτὰ ἡμέραις τὴν ἄζυμον τοῦ Πάσχα

[1] Deut. xxiii, 23-24.

Digitized by Google

τροφὴν διετάξατο· λυχνίαν τε ποιεῖν ἑπτάμυξον · καὶ διὰ τοῦτο ἑβδομος μὲν ἀπὸ Ἀδὰμ ὁ Ἐνὼχ, ἑβδομος δὲ ἀπὸ τοῦ Ἀβραὰμ Μωϋσῆς παρεγένετο· ὀφθαλμοὺς δὲ Κυρίου ἑπτὰ βλέπειν ἐπὶ τὴν οἰκουμένην μανθάνομεν· τοσαῦτα δὲ πνεύματα τὸν Ἡσαΐαν ἀκούομεν λέγοντα· καὶ στύλους ἑπτὰ τῆς σοφίας ὁ Σολομῶν ἀπηρίθμησεν· καὶ οἱ ἀπόστολοι διακόνους ἑπτὰ νομικῶς προχειρίζονται. Τοῦ δὲ δέκα τὸ τέλειον ᾄδουσι μὲν καὶ οἱ ἔξω φιλόσοφοι, οἱ καὶ Θεὸν αὐτὸν ἡγησάμενοι, ὡς ἡ τετρακτὺς ἡ Πυθαγόριος βούλεται, ὅτι καὶ μονάδων τέλος καθέστηκεν, καὶ μονὰς δεκάδων γνωρίζεται· καὶ βάσις ἐστὶν τῶν μετ' αὐτῶν ἀριθμῶν, ἐφ' ἑαυτὸν ἀεὶ συντιθέμενος· ᾄδει δὲ καὶ Μωϋσέως νόμος σαφέστερον· δέκατος μὲν γὰρ ὁ Νῶε μετὰ τὸν Ἀδὰμ ἀναδείκνυται· καὶ ῥίζα τῆς τοῦ γένους δευτέρα καθίσταται τὴν δεκάδα μιμούμενος· ὁ Ἀβραὰμ δὲ τῷ Μελχισεδὲκ ὡς νικήσας δεκάτας προσήνεγκεν· ἐντεῦθεν καὶ δεκάτας τῶν ὄντων Ἑβραῖοι Θεῷ προσάγειν προστάττονται· καὶ τῆς ψυχῆς δὲ τὸ λύτρον ὀβολοὺς δέκα προσφέρειν ὁ νόμος ἐθέσπισεν· ἀλλὰ δεκάτῃ μὲν τοῦ πρώτου μηνὸς ὁ ἀμνὸς συλλαμβάνεται· δεκάτῃ δὲ τοῦ ἑβδόμου μηνὸς ὁ ἱλασμὸς ἀναγράφεται· ἐντολαὶ δὲ δέκα θεόγραπτοι ταῖς πλαξὶν τῆς διαθήκης ἐνήστραπτον· δέκα δὲ καὶ ὁ Κύριος τὰ τῆς εὐχῆς παραδίδωκεν ῥήματα· καὶ Δαβὶδ μὲν ἐν ψαλτηρίῳ δεκαχόρδῳ τοὺς Ψαλμοὺς ἐτερέτιζεν· Ἀβραὰμ δὲ μέχρι δέκα δικαίων κατάγει Θεοῦ τὸ φιλάνθρωπον, καὶ τὴν ἐπὶ Σοδομίταις τῆς καταδίκης ἀνάβλησιν.

A Sed putas cum eos advenisset, et spe frustrata est? nequaquam. Quomodo enim esse poterat ut martyres mentirentur, cum Salvatoris essent imitatores? Qui ostendere volentes mulieri incomparabilem et incomprehensibilem virtutem suam, et martyricorum charismatum magnitudinem, velociorem sanitatem, quam flagellum fuerit, operati sunt. Verumtamen distulerunt hoc, donec ipsa veniret ad eos. Cum autem sacrum limen templi calcasset, a flagello quo tenebatur continuo liberata est, et illic proclivi curvatione projecta, directo schemate per oratorium ambulabat, et naturaliter incedens, gratiarum voces tam pro castigatione B quam pro curatione sanctis obtulit: unde in utroque horum experta virtutem, curatione scilicet et flagello, plus his qui experti non fuerant colebat eos et honorabat; et non solum martyres hos prædicabat, sed et primatum gerere inter martyres asserebat. Hinc multis eos lacrymis placans, multis ac ditibus oblationibus lætificabat, tam prioris injuriæ quam posterioris dilectionis erga eos habitæ causa. Et quidem sic Athanasia disciplina profecit, et priorem resipiscens amentiam diluit, decentia super sanctis de cætero sentiens. Nos autem his semper honore et cultu celebri habitis, et ut sanctis martyribus collaudatis, cumque his qui pro Christo passi sunt connumeratis, condigne hos etiam nunc laudemus, aliam relationem scribentes, C per quam eorum et austeritas et misericordia pariter cognoscetur, quæ omnibus beneficia præstare dignoscitur, qui non perfunctorie quæ dicuntur audierint.

XXX. *De Gesio iatrosophista.*

Adest nunc etiam Gesius, non artificiose de sanctorum remediis disputans, nec eos curare patientes secundum jura medicinalia jactitans, sed languens et oppido dolens, divinæque ipsorum donationis participari desiderans, qua magnifice fretus, et divinitus sanare martyres attestatus, nihil esse medicorum ambages ad comparationem illorum virtutis asserebat. Dicemus igitur infirmitatem ejus, et infirmitatis materiam, hujusque gratum valde remedium, licet ipse hactenus et nunc erubescat, D et manifestari omnibus minime litteris velit. Sophista erat Gesius sapientissimus, non quod sermones rhetoricos enarraret, et tribonem idcirco portaret, sed quod artis medicinæ præesset, et hujus cum diligentia magister per illud tempus discentibus cerneretur. Ille sapiens, qui verbis cantabatur, gentilis miserrimus superstitionis liber non erat, sicut ii dicebant qui quæ illius sunt liquido noverant, et invitum suum publicabat baptismum, quo imperatorias metuens minas fuerit baptizatus, et cum a sacro lutere ascendisset, mox Homericum illud carmen impie cecinit:

Ajax autem disperiit, nam salsam bibit aquam.

Hanc ergo sacramentis initiatus apud se impietatem occultans, Christianos deridebat, quasi Chri-

Digitized by Google

stum irrationabiliter valde colentes, et divinis ejus legibus servientes, aliaque multa detestanter eructans, et de malo cordis sui thesauro verba non bona depromens, ex cordis enim veraciter abundantia os loquitur et effatur. Deridebat autem et Cyrum atque Joannem martyres, quasi ex arte medicinali hominum languores curantes, et non ex divina quadam et superna virtute. Cum enim audiret infirmis ab eis medicamina præcipi, quæ partim et nos quoque supra descripsimus, medicorum hæc fore magisteria prædicabat; et hoc quidem hippocraticum dicebat auxilium, hæc enim inquiens in hoc dicuntur conscripta; hoc vero galenicum vocabat medicamentum, et in hoc jacere sermone pronuntiabat; aliud autem Democriticum esse referebat evidenter epithema, et locum ubi hoc diceret commemorabat: et cum hoc vel illud eorum medicamentum audiret, alterius esse medici jactabat emplastrum: et omnia quæ a sanctis dicerentur, quorumdam esse medicorum confectiones asseverabat; naturali ratione semper de languoribus, ac medicaminum, quæ dabantur, qualitatibus disputans, et secundum medicinalem ea præcipi rationem, ac passionum fieri destructionem affirmans.

Sed horum ei stultiloquiorum, non aliud quidquam martyres exhibent argumentum, licet evidentius a rebus ipsis redarguantur, nisi eumdem amentem Gesium qui horum erat factor et genitor: dorso namque infirmatus infelix cum armis, humeros ipsos cum collo veluti ex quadam divina ira arefactos et omni motu carentes habebat; hæc enim lignorum sicca quæque et humorem non habentia in viventi corpore posita imitabantur et depingebant; doloremque sentiebat tali supplicio consequentem; et passionis causam ignorans, mederi sibi certabat, qui sanare alios procurabat: ungebatur enim diversis unguentis et catharsiis non minoribus quam ipsa essent unguenta; diætasque multimodas alterna vice transigebat, et calidiorum participabatur escarum siccitatem, esse hæc flegmia quæ illis inerant locis existimans, et hoc modo differentiam accipere putans infirmitatis causa.

Cum autem omnia quæ artis erant fecisset, quæque se Galenus et Hippocrates aliorumque medicorum examen edocuerat peregisset, et passio in nullo minorata videretur, neque aliquem tam desiderandum motum immobilibus membris dare potuisset, illustres medicorum accersit, quibus accedentibus cum infirmitatem dixisset, hujus ab illis exigebat remedium. Cum autem quod sibi visum fuerat unusquisque pronuntiasset, novissime omnia quæ ab eis dicta fuerant ipse se jam gessisse narravit. Quibus illi auditis, silentio tenebantur, et solum continuo medicum passionis cunctorum Deum pronuntiabant, qui plus aliquid in omnibus super homines posset, et gereret quæ ab omnibus hominibus non geruntur. Ad sanctos præterea Cy-

στιανούς, ὡς τὸν Χριστὸν ἀλογώτατα σέβοντας, καὶ τοῖς ἐνθέοις αὐτοῦ νόμοις δουλεύοντας, ἄλλα τε πολλὰ βδελυρῶς ἐρευγόμενος, κἀκ τοῦ πονηροῦ τῆς καρδίας θησαυροῦ τὰ πονηρὰ προφερόμενος ῥήματα· ἀπὸ γὰρ τοῦ τῆς καρδίας ἀληθῶς περισσεύματος, τὸ στόμα λαλεῖ τε καὶ φθέγγεται. Ἐκωμῴδει δὲ καὶ Κῦρον καὶ Ἰωάννην τοὺς μάρτυρας ὡς ἐκ τέχνης ἰατρικῆς θεραπεύοντας τὰ τῶν ἀνθρώπων νοσήματα, καὶ οὐκ ἐκ θείας τινὸς καὶ ὑπερτάτης δυνάμεως. Πυνθανόμενος γὰρ τὰ τοῖς ἀσθενοῦσι πρὸς αὐτῶν προσταττόμενα φάρμακα, ἃ καὶ ἡμεῖς μερικῶς ἀνεγράψαμεν, ἰατρῶν εἶναι ταῦτα διδάγματα διετείνετο· καὶ τοῦτο μὲν Ἱπποκράτειον ἔλεγε τὸ βοήθημα· τάδε γὰρ ἐν τῷδέ φησι τῷ συγγράμματι· τοῦτο δὲ Γαληνειον ἑδόα φάρμακον, κἀν τῷδε κεῖσθαι τῷ λόγῳ διηγγέλλετο· ἄλλο δὲ Δημοκρίτειον εἶναι, διηγεῖτο σαφῶς τὸ ἐπίθεμα, καὶ τὸν τόπον ἔνθα τοῦτο, φησὶν, ἐμνημόνευε· καὶ ἑτέρου θᾶττον ἰατροῦ τὴν ἑτέραν ἀκούσας ἐκόμπαζεν ἔμπλαστρον· καὶ πάντως τὰ πρὸς τῶν ἁγίων λεγόμενα, τινῶν ὑπάρχειν ἰατρῶν διεβεβαιοῦτο καττύματα· φυσιολογῶν ἀεὶ τὰ νοσήματα, καὶ τὰς τῶν διαδεδομένων ποιότητας, καὶ κατὰ λόγον αὐτὰ τὸν ἰατρικὸν ἐπιτάττεσθαι, καὶ τῶν παθημάτων ἐνεργεῖν τὴν καθαίρεσιν.

Ἀλλὰ τούτων αὐτοῦ τῶν φληνάφων, οὐκ ἄλλην τινὰ παριστῶσιν οἱ μάρτυρες ἔλεγχον, εἰ καὶ σαφῶς ὑπ' αὐτῶν τῶν πραγμάτων ἐλέγχονται, ἀλλ' αὐτὸν τὸν παράφρονα Γέσιον, τὸν τούτων ποιητὴν καὶ γενήτορα. Τὰ νῦτα γὰρ ἀσθενήσας ὁ δείλαιος, καὶ σὺν ταῖς ὠμοπλάταις τοὺς ὤμους αὐτοὺς καὶ τὸν τράχηλον, ὡς ἔκ τινος θείας ὁρμῆς αὐανθέντας ἐσχηκὼς καὶ πάσης ἀμοιροῦντα κινήσεως (ταῦτα γὰρ τὰ τῶν ξύλων ξηρά τε καὶ ἄναιμα ἐν τῷ ζῶντι τυγχάνοντα σώματι, ἐλάλει τότε καὶ ὑπέγραφε, καὶ τὴν ὀδύνην ἐποιεῖτο τῇ τοιαύτῃ κολάσει κατάλληλον), καὶ τοῦ πάθους ἀγνοήσας τὸ αἴτιον, ἰατρεύειν ἑαυτὸν ὁ τοὺς ἄλλους ἰώμενος ἠγωνίζετο. Ἐχρῆτο γοῦν διαφόροις ἀλείμμασιν καὶ καθαρσίοις τῶν ἀλειμμάτων οὐχ ἥττοσιν, διαίτας τε πολυτρόπους διήμειβε, καὶ θερμοτέρων τροφῶν μετελάμβανε, ψύξιν εἶναι καὶ φλέγμα τὴν ἐν ἐκείνοις οὖσαν τοῖς τόποις οἰόμενος, καὶ ταύτῃ διαφορεῖσθαι δοκῶν τὸ τῆς ἀσθενείας παραίτιον.

Ὡς δὲ πάντα τὰ τῆς τε τέχνης πεποίηκεν, καὶ Γαληνὸς αὐτὸν καὶ Ἱπποκράτης καὶ τῶν ἄλλων ἰατρῶν ὁ ἑσμὸς ἐξεπαίδευσε, καὶ τὸ πάθος οὐδὲν ἀπεμείωσε, οὔτε τινὰ τριπόθητον κίνησιν τοῖς ἀκινήτοις μέλεσιν ἠδυνήθη χαρίσασθαι, τοὺς κομψοὺς τῶν ἰατρῶν μεταστέλλεται, καὶ προσελθόντας, εἰπὼν τὴν ἀσθένειαν, ταύτης αὐτοὺς ἀπῄτει φάρμακον. Ὡς ἕκαστος δὲ τὸ δόξαν ἀπήγγελλον, τελευταῖον αὐτὸς ἅπαντα δεδρακέναι τὰ λεχθέντα πρὸς αὐτῶν διηγήσατο. Οἱ δὲ τούτων ἀκούσαντες, ἀφασίᾳ κατεῖχοντο· καὶ μόνον εὐθὺς τοῦ πάθους ἰατρὸν τὸν τῶν ὅλων Θεὸν ἀνηγόρευον, τὸν πλέον τι παρὰ ἀνθρώποις δυνάμενον, καὶ δρῶντα τὰ πᾶσιν ἀνθρώποις οὐ δρώμενα. Εἰς τοὺς ἁγίους οὖν Κῦρον καὶ Ἰωάννην ἐξιέναι προσέταττον, καὶ τὴν αὐτῶν ἀναμένειν ἐπί-

Digitized by Google

σκεψιν, καὶ τὴν ἐκ ταύτης θεραπείαν προσδέχεσθαι, ἐπειδὴ θείας αὐτοὶ μετέχουσι χάριτος, καὶ θείᾳ δυνάμει δημιουργοῦσι τὰ θαύματα. Πρὸς οὓς εὐθέως ὁ Γέσιος καὶ τοὺς ἁγίους ἰατρικῶς ἐνεργεῖν τὰς ἰάσεις ἐφθέγγετο, καὶ θεῖον οὐδὲν ἢ θαυμαστὸν ἐπιδείκνυσθαι, ὃ μὴ τοῖς παλαιοῖς ἰατροῖς διηγόρευται· Οἱ δὲ πρὸς τοῦτο σοφῶς ἀνθιστάμενοι, καὶ πολλὰς αὐτῶν θεραπείας προσφέροντες, καὶ μυρία φάρμακα λέγοντες, καὶ τὰ τούτοις ἰαθέντα νοσήματα, τοὺς λόγους εἰπεῖν ἀπῄτουν τὸν ἄῤῥωστον. Ὁ δὲ καὶ λέγειν ἐθέλων οὐχ εὕρισκε, καὶ λέγων εὐθὺς πρὸς αὐτῶν ἀνετρέπετο· καὶ σιγᾷν ἠξίου πρὸς αὐτὸν καλῶς ἀντιλέγοντας, καὶ σιγῶν ἀκουσίως ἐπείθετο· καὶ πεισθεὶς πρὸς τοὺς μάρτυρας ἤρχετο οὐ τοσοῦτον πειθοῖ, ὅσον ἀλγηδόσι δεινῶς ἐλαυνόμενος.

Ἐλθόντι δ' οὖν ὅμως αὐτῷ, καὶ ῥώσεως τυχεῖν ἱκετεύοντι, καὶ κατὰ δύναμιν λιπαροῦντι τοὺς μάρτυρας, νύκτωρ καθεύδοντι φαίνονται, καὶ τὸ τοῦ πάθους μηνύουσι φάρμακον, ἀκόλουθον τιμωρίαν τοῦ πάσχοντος· φάσκων γὰρ εἶναι σοφὸς, μᾶλλον μωρὸς ἢ σοφὸς ἀπεδείκνυτο. Φέρε γὰρ ὄνου σάγμα, φησὶν, καὶ τοῦτο φόρησον, τοῖς ὤμοις αὐτὸ περιθέμενος καὶ τραχήλῳ καὶ νώτῳ τοῖς πάσχουσιν· καὶ μεσούσης ἡμέρας ὅλον ἡμῶν περινόστει τὸ τέμενος, μεγαλοφώνως βοῶν, ὡς Μωρός εἰμι καὶ ἀνούστατος· καὶ τοῦτο πεπραχὼς, ὡς εἰρήκαμεν, εὐθὺς εὑρήσεις τὴν τοῦ σώματος ἴασιν. Καὶ ταῦτα μὲν εἰς αὐτὸν οἱ ἅγιοι φήσαντες ᾤχοντο· ὁ δὲ στραφεὶς φαντασίαν ἐκάλει τὸ ὅραμα, καὶ οὐ Χριστοφόρων ἁγίων ἐπίταγμα· καὶ διαπτύσας ὡς φάσμα τὸ θέσπισμα, τῶν λεχθέντων οὐδὲν διεπράττετο.

Πάλιν δὲ λιτανεύων τοὺς μάρτυρας, ταῦτα ποιεῖν μετὰ προσθήκης ἐπύθετο. Ἐλθόντες γὰρ πάλιν πρὸς αὐτὸν ὡς ἐκάθευδεν, καὶ κώδωνα σὺν τῷ σάγματι μέγαν ἐκ τοῦ τραχήλου κρεμάσαι προστάττουσι· καὶ σὺν τοῖς αὐτῶν τὸν νεὼν διαθέειν τὸ, Μωρός εἰμι, κράζοντα. Ἀλλ' ὡς καὶ ταύτην τὴν διάνοιαν ἠθέτει, τὴν κέλευσιν φάσμα καλῶν ἀνακόλουθον, τὸ σάγμα τεχνολογῶν καὶ τὸν κώδωνα μὴ δυνάμενος, μηδὲ ποίας ταῦτα τυγχάνουσι κράσεως [Anastasius legebat κρίσεως], καὶ φυσικῆς καὶ οὐσιώδους ποιότητος ἰσχύων ποιήσασθαι τὴν κατάληψιν, αὖθις ἐδέετο καὶ ἱκετείας τῷ Δεσπότῃ προσέφερεν, θεραπεῦσαι μᾶλλον αὐτοῦ τὴν ἀσθένειαν, καὶ μὴ παριδεῖν αὐτὸν φάσμασιν βουκολούμενον. Οἱ δὲ θειότατοι ὄντως καὶ φιλάνθρωποι μάρτυρες, πάλιν ἐφάνησαν καὶ πάλιν ποιεῖν τὰ πρῶτα προσέταξαν, προσθέντες καὶ τὸν χαλινὸν φορεῖν ὡς τὰ ἄλογα, καὶ ὑπό τινος τῶν οἰκετῶν προβαδίζοντος ἕλκεσθαι κατὰ τρόπον αὐτὸν τῷ σάγματι καὶ τῷ κώδωνι σεμνυνόμενον, καὶ τὸ, Μωρός εἰμι, μάλα σαφῶς ἐπιλέγοντα· οὐχ ἑαυτοὺς ταῖς προσθήκαις τοῦ τε χαλινοῦ καὶ τοῦ κώδωνος διορθούμενοι, ἀλλὰ τοῦ σοφωτάτου Γεσίου ταύτας ἐκδηλοτέραν ποιοῦντες τὴν ἄνοιαν, καὶ αἰσχύνῃ δριμυτέρᾳ καὶ μείζονι μαστίζοντες αὐτοῦ τὰ ἀσύνετον. Αὐτοὶ μὲν οὖν οἱ θεσπέσιοι εἰπόντες ταῦτα πρὸς αὐτὸν, ἀνεχώρησαν.

A rum et Joannem exire præcipiebant, et ipsorum exspectare visitationem et ex hac curationem accipere, eo quod ipsi divinæ gratiæ forent participes, et divina virtute patrarent miracula. Ad quos statim Gesius et sanctos medicinaliter operari sanitates perhibebat et divinum nihil vel mirandum ostendere, quod a veteribus medicis non fuerit divulgatum. At illi sapienter adversus hoc resistentes, et multas suas curationes afferentes et remedia mille fatentes, istisque sanatos languores dicentes, rationes persequi petebant infirmum. At ille quid diceret non inveniebat, et dicens protinus ab eis confutabatur, et silere poscebat eos qui sibi optime resistebant, et tacens invitis acquiescebat, et

B acquiescens ad martyres veniebat, non tantum suadela, quantum doloribus diris impulsus.

Venienti tamen ei et sanitatem assequi supplicanti, ac martyres secundum vires poscenti; noctuque dormienti apparent, et passionis indicant medicamentum, congruum stultitiæ patientis, dicens enim esse sapientem, stultus potius quam sapiens demonstratus est: Fer enim asini sagma, inquiunt, et hoc porta positum super humeros, collum, et dorsum, quæ dolores perpeti comprobantur, et meridiantis diei tempore, totum nostrum circita templum voce magna exclamans: Stultus sum et amentissimus; et hoc sicut diximus acto, corporis continuo invenies sanitatem. Et quidem sancti, his ad eum dictis, abierunt. At ille

C conversus, phantasiam vocabat somnum et non Christiferorum præceptum sanctorum; et respuens illud quasi phantasiæ decretum, nil agebat dictorum.

Iterum autem martyras deprecans, eadem facere cum additamento audiebat. Venientes enim rursus cum dormiret ad eum, tintinnabulum cum sagmate magnum in collo suspendere, et cum his ad templum suum currere, et, Stultus sum, clamare præcipiunt. Sed cum etiam hanc ob amentiam jussionem sprevisset, inconveniens hoc monstrum appellans, cum scilicet sagma deprehendere vel tintinnabulum non valeret, et cujus hæc essent judicii seu naturalis ac substantivæ qualitatis non posset advertere, iterum obsecrabat, et sanctis

D supplicationes offerebat, ut curarent potius infirmitatem suam, et non despicerent se fabulis non bonis deceptum. Ast sacratissimi revera et misericordissimi martyres rursus apparuerunt, et iterum priora facere præceperunt, addentes ut frenum sicut irrationabilia portaret animalia, et a quovis traheretur præcedente servorum, et sequeretur secundum morem ipse, sagmate ac tintinnabulo adornatus, et, Stultus sum, valde frequenter affatus, non se ipsos ab additamentis freni et tintinnabuli corrigentes, sed sapientissimi Gesii manifestiorem per hæc amentiam facientes, ejusque acriori ac majori confusione ipsipientiam flagellantes. Itaque ipsi quidem egregii martyres his ad eum dictis, discesserunt.

Digitized by Google

Ille vero expergefactus, phantasma iterum dicere somnium formidabat, quod se certum tertia reddiderat visione; verum et hoc facere cogebatur amittendi causa languoris, et ne ad iram sine indulgentia contra se martyres commoveret. Igitur sagmate super humeros elevato, frenoque capiti et ori imposito, tintinnabulum in collo portabat, tergaque se per templum trahentis et in hujus atriis incedentis pueri sequebatur, quæ decem erant ut aiunt qui hæc dinumeraverunt, Stultus sum, sæpissime clamans. Cum ergo sanctorum jussionem complesset, cum sagmate, freno, et tintinnabulo, etiam dorsi languorem deposuit, et sanitatem resumpsit, quæ facta est præceptis sanctorum amabilis, eorumque sanctionibus comes.

Accedente vero nocte, et orientis succedente claritate, iterum dormienti Gesio divini assistunt martyres, et perpetratum in se peccatum ad ipsius reducebant gratulanter memoriam, asserentes, quia si omnia quæ a nobis remedia languentibus tribuuntur, priscorum qui consumpti sunt medicorum vis esse inventiones, dic ubi passionis tuæ Hippocrates tuus adjumenta descripserit? vel Galenus, qui apud te mirabilis perhibetur, dixerit? ubi etiam hæc Democritus effatus fuerit? aut alius quisquam ex famosis medicis horum memoriam fecerit? Et si hæc apud eos inveneris dicta, et de aliis quoque veritatem dices affatus. Quod si tale nihil illos dixisse probaveris, cognosce temet etiam de aliis exstitisse mentitum. Itaque sancti cum taliter Gesium publicassent, et calumniatorem esse liquido convicissent, somnium dissolverunt.

Ille vero etiam soporatus obmutuit, nihil habens in quo martyribus contradiceret: et cum evigilasset, stupefiebat, sapientissimam redargutionem admirans. Hymnis ergo virtutem sanctorum prædicans, et divinitus eos sanare qui patiuntur confitens, ab eorum recessit basilica. Aiunt autem sanctos Cosmam et Damianum, horum conmedicos et conmartyres, tale quid peregisse, sicut etiam illud paralytici et mutæ mulieris signum, nec non et Hebrææ quæ cancrum habuerat intrinsecus occultatum, Cyrus et Joannes egerunt; quæ multi tanquam heri facta commemorant et præconiis efferunt. Sed hæc quidem, quæ inter illorum scripta sunt miracula, transcurrimus; præsens vero prodigium quoniam scriptum in eis non est, nos merito scripsimus. Et memo miretur si sancti vicenter [ita cod. pro *vicissim*] eadem patrent miracula: ex uno enim fonte Cyrus atque Joannes, Cosmas et Damianus, Christi Dei nostri hauriunt, et unum Dominum habent, et honorant utrique, qui per eos nobis curationes donat, et multimoda gerit prodigia; quem hymnis, tanquam eum qui est omnium Deus, laudantes, et martyres veluti ejus fideles famulos, aliorum miraculorum interpositiones faciamus.

Ὁ δὲ γενόμενος ἔξυπνος, φάσμα πάλιν εἰπεῖν ἐδείλια τὸν ὄνειρον, τῷ τρισσῷ βεβαιωθέντα τῆς ὄψεως, καὶ τοῦτο ποιεῖν ἠναγκάζετο τῆς ἀπαλλαγῆς τοῦ νοσήματος ἕνεκα, καὶ ἵνα μὴ πρὸς ὀργὴν ἀσυγχώρητον καθ' ἑαυτοῦ κινήσῃ τοὺς μάρτυρας. Τὸ σάγμα γοῦν ἐπ' ὤμους καὶ νῶτον ἁράμενος, κἀν τῷ τραχήλῳ φορέσας τὸν κώδωνα, καὶ τὸν χαλινὸν ἐνθεὶς τῇ κεφαλῇ καὶ τῷ στόματι, τοῦ παιδὸς ὄπισθεν εἵπετο ἀνὰ τὸ τέμενος ἄγοντος, κἀν τούτῳ τοὺς διαύλους ἀνύοντος (δέκα δὲ ἦσαν, ὥς φασιν οἱ μετρήσαντες), τὸ, Μωρός εἰμι κράζων συχνότατα. Πληρώσας οὖν τῶν ἁγίων τὴν κέλευσιν, σὺν τῷ σάγματι καὶ τῷ χαλινῷ καὶ τῷ κώδωνι, καὶ τὴν ἐπινώτειον νόσον ἀπέθετο, καὶ τὴν ῥῶσιν ἀνείληφεν, τὴν φίλην αὐτῶν τοῖς προστάγμασιν καὶ σύνδρομον τοῖς θεσπίσμασιν.

Ἐπελθούσης δὲ τῆς νυκτὸς, καὶ τὴν τῆς ἑω δεξαμένης φαιδρότητα, πάλιν Γεσίῳ καθεύδοντι οἱ θεῖοι παρίστανται μάρτυρες, καὶ τὴν εἰς αὐτοὺς ἁμαρτίαν χαριέντως πως αὐτὸν ἀνεμίμνησκον. Ἐπειδὴ γὰρ, λέγουσι, πάντα τὰ πρὸς ἡμῶν τοῖς νοσοῦσι διδόμενα φάρμακα, τῶν πάλαι φθειρομένων ἰατρῶν εἶναι θέλεις εὑρήματα, λέγε ποῦ τὰ τοῦ πάθους τοῦ σοῦ βοηθήματα Ἱπποκράτης ὁ σὸς ἀνεγράψατο, ἢ Γαληνὸς ὁ παρὰ σοὶ θαυμαζόμενος εἴρηκεν; ποῦ δὲ ταῦτα Δημόκριτος ἔφησεν; ἢ τῶν ἄλλων τις ᾀδομένων ἰατρῶν ἐμνημόνευσεν; Καὶ εἰ ταῦτα παρ' αὐτοῖς εὕροις λεγόμενα, καὶ περὶ τῶν ἄλλων ἀληθεύσεις φθεγγόμενος· εἰ δὲ τοιοῦτον οὐδὲν ἐκείνους λέγοντας ἀποδείξειας, γίγνωσκε σαυτὸν καὶ περὶ τῶν ἄλλων ψευδόμενον. Οἱ μὲν οὖν ἅγιοι οὕτω τὸν Γέσιον στηλιτεύσαντες καὶ συκοφάντην ἐμφανῶς διελέγξαντες, ἔλυσαν τὸ ἐνύπνιον.

Ὁ δὲ καὶ ὑπνῶν ὑπεφήνατο ἀντιλέγειν οὐδὲν ἔχων τοῖς μάρτυσιν, καὶ διυπνισθεὶς ἐξεπλήττετο, τεθηπὼς τὸν σοφώτατον ἔλεγχον. Ὑμνήσας δ' οὖν ὅμως τῶν ἁγίων τὴν δύναμιν, καὶ θεόθεν αὐτοὺς ὁμολογήσας ἰᾶσθαι τοὺς πάσχοντας, τοῦ τεμένους αὐτῶν ἀνεχώρησεν. Φασὶ δὲ καὶ Κοσμᾶν καὶ Δαμιανὸν τοὺς ἁγίους συνιατροὺς καὶ συμμάρτυρας τοιοῦτόν τι διαπράξασθαι, ὥσπερ καὶ τοῦ παρέτου καὶ τῆς ἀλάλου γυναικός· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τὸ τῆς Ἑβραίας τῆς ἐχούσης τὸν καρκίνον ἔσω κρυπτόμενον, Κῦρος καὶ Ἰωάννης πεπράχασι· ἅπερ πολλοὶ ὡς χθὲς γεγονότα μέμνηνται καὶ κηρύττουσιν. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὡς καὶ τοῖς ἐκείνων ἐγγεγραμμένα θαύμασι παρεδράμομεν· τὸ παρὸν δὲ τεράστιον ὡς μὴ γραφὲν ἐν αὐτοῖς ἡμεῖς ἀνεγράψαμεν. Καὶ θαυμαζέτω μηδεὶς εἰ ἀλλήλοις οἱ ἅγιοι τὰ αὐτὰ διαπράττοντες θαύματα (ἐκ μιᾶς γὰρ πηγῆς Κῦρός τε καὶ Ἰωάννης, Κοσμᾶς τε καὶ Δαμιανὸς, Χριστοῦ) τοῦ Θεοῦ ἡμῶν ἀρύονται τὰ ἰάματα, καὶ ἕνα Δεσπότην ἔχουσί τε καὶ τιμῶσιν ἑκάτεροι, τὸν δι' αὐτῶν ἡμῖν τὰς θεραπείας δωρούμενον, καὶ δρῶντα τὰ πολύτροπα τέρατα· ὃν ὡς τῶν ὅλων Θεὸν ὄντα ὑμνήσαντες, καὶ τοὺς μάρτυρας ὡς πιστοὺς αὐτοῦ γεγονότας θεράποντας, ἑτέρων θαυμάτων τὰς παραθέσεις ποιούμεθα.

XXXI. *De Theodoro, qui cum communicasset naso sonitum reddidit, et statim cæcus effectus est.*

Adolescens Theodorus, qui præsentis nobis narra-

ΛΑ'. *Περὶ Θεοδώρου τοῦ μετὰ τὸ κοινωνῆσαι βιαίως πτύσαντος, καὶ παραχρῆμα τυφλωθέντος.*

Ὁ νεανίας Θεόδωρος ὁ τῆς παρούσης ἡμῖν διηγή-

Digitized by Google

σεως αἴτιος, μεγάλης ὠφελείας γίνεται πρόξενος τοῖς A
οὐ παρέργως τῶν λεγομένων ἀκούουσι. Οὗτος γὰρ
εἰς τὸ τῶν ἁγίων γενόμενος τέμενος, μετὰ τὴν τῶν
ζωοποιῶν Χριστοῦ μυστηρίων μετάληψιν, ὅθεν, οὐκ
ἴσμεν, κινούμενος, εἴτε τινὸς αὐτὸν πρὸς θυμὸν παρ-
οτρύνοντος, μανίᾳ μεγίστῃ φλεγόμενος, καὶ ζέων
τῇ κινήσει τοῦ περὶ καρδίαν καχλάζοντος αἵματος,
οὐ λόγοις μόνοις τὸ Θεῖον ὁ δείλαιος ὕβρισε, δυσφημῶν
ὁ τρισάθλιος, καὶ ὡς κατὰ συνδούλου τινὸς τὰς λοι-
δορίας ποιούμενος, ἀλλὰ καὶ τῇ διὰ ῥινῶν ἀναῤῥω-
φήσει τοῦ πνεύματος κτύπον ἀποτελῶν βροντῇ φο-
βερᾷ παραπλήσιον, τὸν φρίττειν εὐθὺς ἀναγκάζοντα
πάντας τοὺς παρόντας καὶ βλέποντας, καὶ τοῖς ὠσὶν
ἀκουσίως ἀκούοντας. Πολλοὶ δὲ τοῦτο Χριστιανῶν
διαπράττονται, βλασφημεῖν, ὡς οἶμαι, νομίζοντες,
ἀγνοοῦντες δὲ παντελῶς τὸ πραττόμενον· ὅπερ ἀκρι- B
βῶς εἰ ἐγίνωσκον, οὐκ ἂν αὐτὸ μετὰ μυρίας βασά-
νους εἰργάσαντο.

Καὶ τάχα διασαφεῖν τὸ κακὸν οὐκ ἀνόητον· ἴσως
γάρ τινες μανθάνοντες αὐτοῦ τὴν ποιότητα, καὶ ὡς
Ἑλληνικῆς ἐστι δυσσεβείας ἐπάξιον εὕρημα, τῆς τοιαύ-
της ἑαυτοὺς φρενοβλαβείας φυλάξαιντο. Τοὺς Ἕλ-
ληνας, φησὶν ὁ Πορφύριος, τὰς ἐναγεῖς θυσίας τοῖς
εἰδώλοις προσφέροντας ῥινοκτυπεῖν ἐντονώτατα, ὁλκῇ
βιαίᾳ καὶ δυνάμει τοῦ πνεύματος τὸν τοιόνδε κτύπον
προφέροντας, ὕμνον ποιεῖσθαι σεβάσμιον, ὡς ἐντεῦ-
θεν πολλὴν ἔχειν τοὺς θύοντας ἄδειαν, καὶ τὴν ἀμιλ-
λαν ζηλοῦν ἰκανώτατα, τίς ῥινοκτυπίᾳ νικήσει τὸν
ἕτερον, ἵν' ὁ βέλτιστος πρῶτος ἀκούοιτο, καὶ δαίμο-
σιν ὑπάρχοι γλυκύτατος. Αὕτη τῶν τοιῶνδε κτύπων C
ἡ ποιότης καθέστηκεν πρὸς θεραπείαν δαιμόνων ὑπάρ-
ξασα, καὶ δαίμονας ἀκαθάρτους ὑμνεῖν λεληθότως
τοὺς προεμένους αὐτὴν ἀναγκάζουσα. Ὅθεν τοὺς ταύ-
τῃ χρωμένους προτρέπομεν, μαθόντας αὐτῆς τὸ
βλαπτικὸν καὶ ὀλέθριον, ὡς ψυχοφθόρου λύττης
ἀφίστασθαι. « Τίς γὰρ κοινωνία φωτὶ πρὸς σκότος; »
καὶ τὰ ἑξῆς.

Τούτῳ τῷ κτύπῳ Θεόδωρος τῷ βδελυρᾷ καὶ φιλ-
ειδώλῳ μετὰ τὴν τῆς ἀχράντου κοινωνίας βρῶσιν
χρησάμενος, εὐθὺς ἐστερεῖτο τῶν ὄψεων, καὶ τῶν
ὀμμάτων ἐχήρευε, σύνδρομον τῇ δυσφημίᾳ τὴν τιμω-
ρίαν εὑράμενος· καὶ τούτου συμβάντος ὡς ἔφημεν,
τρόμος ἅπαντας τοὺς παρόντας ἐλάμβανεν, καὶ φό-
βος οὐχ ὁ τυχὼν ἐπενέμετο, μὴ καὶ αὐτοὶ τοῖς ὁμοίοις D
ἐμπέσωσι τοιαῦτα συχνῶς ἁμαρτάνοντες· καὶ δι'
ἔθος τὴν πρᾶξιν οὐχ ἁμαρτίαν ἡγούμενοι· πολλά τε
τῶν παρόντων ἕκαστος ἐξέχεε δάκρυα, Χριστὸν ὑπὲρ
ἑαυτοῦ καὶ τοὺς μάρτυρας ἱλασκόμενοι, καὶ τοῦ πε-
πονθότος χάριν δεόμενοι, ὅπως ὡς Θεὸς οἰκτείρας τὸν
ἄθλιον μετανοοῦντα προσδέξηται, καὶ διὰ τῶν ἁγίων
πάλιν τὸ βλέπειν χαρίσηται.

Ἐπιφανέντες οὖν καθ' ὕπνους οἱ μάρτυρες τῷ τὴν
ὅρασιν ἀπολέσαντι, Τίς σε, φασὶν ἐργάτην, ὦ ἄθλιε,
τοσαύτης μυσαρᾶς εἰργάσατο πράξεως; ἧς ἔδει παρὰ
πάντα μὲν ἅπαντας τὸν βίον ἀπέχεσθαι, ὡς Ἑλληνι-
κῆς καὶ φλης τοῖς δαίμοσιν· καὶ εἰ ἐν ἀγνοίᾳ ποιοῦν-
ται ταύτην οἱ πλείονες, μάλιστα δὲ ταύτης τὴν ποίησιν

tionis est auctor, magnæ utilitatis efficitur causa A
his qui non transitorie quæ dicuntur audierint.
Hic enim in basilicam sanctorum veniens post vi-
vificorum Christi sacramentorum perceptionem,
unde motus nescimus, sive hunc quisquam ad
furorem incitaverit, sive nemo exacerbaverit, insania
maxima inflammatus est, et ardens motu sanguinis,
qui circa cor ebullit, non solis infelix verbis divi-
nitati blasphemans injuriam intulit, et quasi
adversus conservum quemquam maledictiones
intorsit, sed et spiritu per nares sursum absorpto,
ex se sonitum reddidit, tonitruo terribili similem,
qui horrere statim omnes coegit, præsentes scilicet
et intuentes, et invitis auribus audientes. Multi
autem hoc Christianorum gerunt, blasphemare
quidem ut reor existimantes, quod autem agitur B
ignorantes; quod si certius novissent non utique
id post tot millia tormentorum egissent.

Et forte hoc explanare malum, non est ineptum;
fortassis enim ejus nonnulli cognita qualitate, et
quod gentili condigna impietate sit adinventio, a
tali semetipsos sensuum læsione custodient. Gen-
tiles immunda sacrificia idolis offerentes, vehemen-
tissime sonitum facere naso, dicit Porphyrius,
virtute valida spiritus et ingenti, et hujuscemodi
sonitu proferentes, hymnum facere celeberrimum;
ita ut hinc multam habeant hi qui sacrificant
concertationem, quasi narium sonitu superet
alterum, ut optimus primus audiatur, et dæmo-
nibus sit dulcissimus. Hæc est horum sonorum
qualitas, quæ ad placationem dæmoniorum inventa
est, quæque dæmonas immundos sensim laudare
cogit eos qui hanc sectantur. Unde qui hac utimini,
cohortamur ut cum ejus læsionem perniciemque
didiceritis, ab ea tanquam ab animarum corruptrice
rabie recedatis, ne per hanc idololatræ constitua-
mini. Quæ enim communicatio luci ad tenebras?
et cætera.

Hoc abominando et idolis grato sono, post in-
teremeratæ communionis cibum Theodorus usus,
mox privatus obtutibus, oculis destitutus est, con-
currente cum blasphemia pœna reperta; quo ut
diximus accidente, tremor universos qui aderant
comprehendit, et timor non qualiscunque depastus
est, ne et ipsi laberentur in talia taliter crebro D
peccantes, et propter consuetudinem peccatum
minime quod ageretur existimantes; multasque
singuli præsentes lacrymas effundebant, Christum
pro se ac martyres placatos facere procurantes, et
ei qui passus fuerat gratiam imprecantes, quo tan-
quam Deus super misero misericordia motus, hunc
pœnitentem reciperet, et per sanctos iterum videre
tribueret.

Apparentes ergo martyres in somnis ei qui visum
amiserat, Quis te, inquiunt, o miser operatorem tam
exsecrandæ operatus est actionis? a qua universos
oportebat omnibus abstinere diebus, ut plures per
ignorantiam faciunt: præsertim cum hujus opus
tunc maxime oporteat abominari, quando Christi

Digitized by Google

sacramenta tanguntur. Et nunc si tertia die præsente œconomo et præ manibus thuribulum retinente, incensique odoribus templum replente, thuribuli videris prunas, et incensi fumum ad superiora salientem, a flagello perfecte liberaberis; ast si nil eorum quæ diximus tertianus oculis videris, scito quod perpetuam lucrifacias cæcitatem, et aliquid eorum quæ videntur non sis ultra visurus. Et hæc quidem in somnis ei profati sunt.

A δεῖ μυσάττεσθαι ὅτε Χριστοῦ τῶν μυστηρίων ἐφάπτονται. Καὶ νῦν εἰ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ παριόντος τοῦ οἰκονόμου, καὶ μετὰ χεῖρας τὸ θυμιατήριον ἔχοντος καὶ θυμιῶντος τὸ τέμενος, ἴδοις τοῦ θυμιατηρίου τοὺς ἄνθρακας, καὶ τοῦ θυμιάματος καπνὸν ἀναθρώσκοντα, λυτρωθήσει τελείως τῆς μάστιγος, καὶ τὰς ὄψεις ἕξεις ἐρρωμένας ὡς πρότερον· εἰ δὲ μηδὲν ὧν ἔφημεν τριταῖος ἴδοις τοῖς ὄμμασιν, ἴσθι διηνεκῆ κερδάνας τὴν τύφλωσιν, καὶ μηκέτι τῶν ὁρατῶν τι θεώμενος. Καὶ ταῦτα μὲν ὄναρ αὐτῷ προσεφθέγγοντο.

At ille post visionem conversus multo amplius se dementabat, præstituti temporis secum angustiam reputans; unde instantia multa preces mittebat, et lacrymarum rivulos indesinentes, fundebat, Deum rogans et martyres, usque ad prædicti temporis B consummationem; habebat autem et omnes qui in templo erant secum intercedentes, et pro se litanias facientes cum lacrymis, atque fraterni amoris præceptum perficientes, quod dicitur: Orate pro invicem ut salvemini. Cumque deprecatio cunctorum accepta fuisset, Theodorus visum recepit, et timorem cæcitatis abjecit.

Ὁ δὲ στραφεὶς μετὰ τὴν ὅρασιν, μειζόνως ἑαυτὸν ἀπωδύρετο, τὸ τῆς προθεσμίας (20) στενὸν λογιζόμενος· ὅθεν συντονίᾳ πολλῇ τὰς δεήσεις ἀνέπεμπε, καὶ δακρύων ὀχετοὺς οὐ στελλομένους κατέφερε, Θεὸν ἀντιβολῶν καὶ τοὺς μάρτυρας μέχρι τῆς τοῦ λεχθέντος καιροῦ συμπληρώσεως· εἶχε δὲ καὶ πάντας αὐτῷ τοὺς ἐν τῷ νεῷ συμπρεσβεύοντας, καὶ τὰς ὑπὲρ αὐτοῦ λιτὰς ποιουμένους σὺν δάκρυσιν, καὶ πληροῦντας φιλάδελφον πρόσταξιν, τὸ εὔχεσθαι ὑπὲρ ἀλλήλων ὅπως ἰαθῇ τε. Καὶ δεχθείσης τῆς πάντων δεήσεως, ὁ Θεόδωρος τὸ βλέπειν ἀπείληφε, καὶ τὸ δέος ἀπέβαλε τῆς τυφλώσεως.

Christodoro quippe tertia die incensum in sanctorum martyrio ponente; hic enim œconomus erat; et transeunte ubi Theodorus cæcus residebat, cum tantum ad locum in quo baptisterium erat pervenit, carbones et illum repente suavis odoris fumum ascendentem aspexit. Cumque vocem glorificantem Deum et martyres emisisset, omnes rursus ad timorem et gaudium erexit, gaudium C quidem quoniam visum inopinate recepit; timorem autem, quoniam præsentes esse putabant martyres; et omnis ultores fore delicti. Cunctisque congregatis, videre Theodorum; et gravi majorique vociferatione facta, Christodorus stupefiebat, ignorabat enim penitus quod factum fuerat: qui cum cognovisset tunc facti miraculi magnitudinem, et cum aliis omnibus quin et Theodoro, qui cum cæcus fuisset visum receperat, Christum magna voce glorificavit et sanctos qui Christum magnificant per miracula. Nos autem tanquam hi qui illic tunc præsentes affuimus, et miraculum ipsum conspeximus, eis qui hoc patraverunt hymnodias offerentes, firmiori et puriori animo ad aliud prodigium vadimus.

Χριστοδώρου γὰρ θυμιῶντος τῇ τρίτῃ τὸ τῶν ἁγίων μαρτύριον (οἰκονόμος γὰρ οὗτος ἐτύγχανεν), καὶ παριόντος ἔνθα τυφλὸς ὁ Θεόδωρος ἐκαθέζετο, ὡς μόνον αὐτοῦ τὸν τόπον τὸ φωτιστήριον ἔνθα ἦν κατέλαβε, τοὺς ἄνθρακας ἀθρόως ἐσκόπησε, καὶ τὸν εὐώδη καπνὸν ἀναβαίνοντα· καὶ φωνὴν ἀφεὶς διαπρύσιον δοξολογοῦσαν Χριστὸν καὶ τοὺς μάρτυρας, αὖθις ἅπαντας πρὸς φόβον καὶ χαρὰν διανέστησε· χαρὰν μὲν ὅτι παραδόξως ἀνέβλεψε, φόβον δὲ ὅτι παρόντας ἐδόκουν τοὺς μάρτυρας, καὶ πᾶν ἐκδικοῦντας παράπτωμα. Καὶ πάντων ἀθροιζομένων ἰδεῖν τὸν Θεόδωρον, καὶ βοῆς γενομένης βαρείας καὶ μείζονος, ὁ Χριστόδωρος ἐξεπλήττετο. Ἠγνόει γὰρ παντελῶς τὸ γινόμενον· καὶ γνοὺς τῆς τότε θαυματουργίας τὸ μέγεθος, καὶ σὺν τοῖς ἄλλοις ἅπασι καὶ Θεοδώρῳ τῷ τυφλωθέντι καὶ βλέψαντι, τὸν Χριστὸν μεγαλοφώνως ἐδόξαζεν, καὶ τοὺς ἁγίους τοὺς Χριστὸν τοῖς θαύμασι μεγαλύνοντας. Ἡμεῖς δὲ νῦν ὡς τότε παρόντες καὶ τὸ θαῦμα θεώμενοι, τοῖς δεδρακόσι τὰς ὑμνῳδίας προσάξαντες ἐπ' ἄλλο τέρας ἐμβριθέστερον ἄπιμεν.

D

XXXII. *De Agapio gentili.*

Multi venditorem argenti noverunt Agapium, non tantum argentum vendentem, sed et manifeste gentiliter conversantem, et simulacra colentem, et servientem creaturæ potius quam Creatori; propter quam abominandam impietatem in regia urbe convictus, et comprehensus, et pœnis affectus est: fugit autem insperate judicii gladium, non mutatione mentis, qua hunc nemo procul dubio repre-

ΛΒ'. *Περὶ Ἀγαπίου τοῦ Ἕλληνος.*

Πολλοὶ τὸν ἀργυροπράκτην Ἀγάπιον ἴσασιν, οὐ πρᾶσιν ἀργύρου μόνον ποιούμενον, ἀλλὰ καὶ προφανῶς Ἑλληνίζοντα, καὶ ξόανα σέβοντα, καὶ λατρεύοντα τῇ κτίσει παρὰ τὸν Κτίσαντα. Δι' ἣν βδελυρωτάτην δυσσέβειαν ἐλεγχόμενος, ἐν τῇ βασιλίδι τῶν πόλεων συσχεθεὶς ἐκολάζετο· φεύγει δὲ παρ' ἐλπίδα τῆς δίκης τὴν μάχαιραν, οὐ μεταθέσει γνώμης (οὐδεὶς γὰρ ἂν ἐπεπέμψατο), ἀλλὰ χρυσίου πολλαῖς μεταδόσεσι·

NOTÆ.

(20) Anastasius non *præstituti temporis*, sed *alacritatis* scribit in codice: quia loco προθεσμίας perperam legebat προθυμίας.

Digitized by Google

ὅπερ ἐστὶν ἀθεώτατον· οὔτε φιλανθρωπία νόμων (ποῦ γὰρ τὸ πρὸς τοὺς οὐ μετανοοῦντας φιλάνθρωπον; ἐπεὶ μὴ τότε φιλανθρωπεύονται, ὅτ' ἂν οἱ πταίοντες τοῖς οἰκείοις ἐναπομείνωσι πταίσμασιν), ἀλλὰ φιλαργυρίᾳ τῶν ἐκδικούντων τὰ νόμιμα· πάντα γὰρ οὕτως ὑπακούεται τῷ χρυσίῳ, ὡς Σολομῶν ὁ σοφὸς ἀπεγράψατο. Πλὴν εἰ καὶ δόσει χρημάτων τὴν ζωὴν ὁ τάλας ὠνήσατο, καὶ θάνατον τὸν τότε διέφυγεν, ἀλλὰ τὸ θεῖον φυγεῖν οὐ δεδύνηται, οὐδὲ δίκης ὄμμα παντέφορον.

A henderet, sed multis auri distributionibus, quod est penitus impium : neque misericordia legum; ubi enim est misericordia circa eos qui non egerunt pœnitentiam? Nam non tunc misericordiam consequuntur cum peccantes quique in propriis culpis permanserunt, sed avaritia eorum quibus commissa sunt defendenda legitima. Omnia enim obediunt auro, ut Salomon descripsit ille sapientissimus. Verumtamen licet dato pecuniarum vitam inselix redemerit, et mortem quæ tunc imminebat evaserit, divinitatem tamen effugere non potuit, nec judicii oculum qui omnia conspicit.

Ἀποδράσας οὖν τὸ Βυζάντιον μετὰ τὴν ἐκ τῶν φρουρίων ἀπόλυσιν, εἰς Ἀλεξάνδρειαν ἔρχεται, λανθάνειν ἐνθάδε νομίσας καὶ κρύπτεσθαι. Ἠγνόει γὰρ ὁ βδελυρὸς καὶ θεήλατος ἐκ τῆς περὶ τοὺς οἰκείους θεοὺς ὑπολήψεως, ὡς ἡ θεία πανταχοῦ καθέστηκε δύναμις, καὶ τὰ πάντα πληροῖ, τὴν οὐσίαν ἀπερίγραφον ἔχουσα, καὶ τὰ πάντα συνέχει, καὶ πάντων ἐστὶν ἐπέκεινα, ὡς αὐτὴ διὰ Ἡσαΐου φησὶν πρὸς τοὺς εἰσιόντας αὐτὴν ἐν τόπῳ βραχεῖ περιείργεσθαι· « Ποῖον οἶκον οἰκοδομήσετέ μοι, λέγει Κύριος, ἢ τίς τόπος τῆς καταπαύσεώς μου; οὐχὶ τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν ἐγὼ πληρῶ; » Πρὸς ἣν ἅπαντα διὰ πολλὴν συγκατάβασιν συγκρινόμενα, οὐρανὸς καὶ τὰ κατ' οὐρανὸν ἀγγέλων ἀναρίθμητα τάγματα, γῆ καὶ τὰ κατὰ γῆν ζῶα καὶ ἄνθρωποι, ἀὴρ καὶ ὄρνεα τὰ κατὰ τὸν ἀέρα πετόμενα, καὶ συλλήδδην εἰπεῖν ἅπαντα τὰ ὁρατὰ καὶ ἀόρατα, ὡς ῥοπὴ ζυγοῦ καθεστήκασι, καὶ ὡσεὶ σταγὼν ἀπὸ κάδου τυγχάνουσι, καὶ ὡς σίαλος ἐλογίσθησαν στόματος. Τοῦτο γὰρ καὶ Δαβὶδ ἀκριβῶς ἐπιστάμενος ἔψαλλεν· « Ἐθαυμαστώθη ἡ γνῶσίς σου ἐξ ἐμοῦ, ἐκραταιώθη, οὐ μὴ δύνωμαι πρὸς αὐτήν· » ἧς τὸ μέγεθος ἐνδεικνύμενος, ἐπάγει καὶ φησιν· « Ποῦ πορευθῶ ἀπὸ τοῦ πνεύματός σου; καὶ ἀπὸ προσώπου σου ποῦ φύγω; Ἐὰν ἀναβῶ εἰς τὸν οὐρανόν, σὺ ἐκεῖ εἶ· καὶ ἐὰν στρώσω εἰς τὸν ᾅδην, πάρει· ἐὰν ἀναλάβοιμι τὰς πτέρυγάς μου κατ' ὄρθρον, καὶ κατασκηνώσω εἰς τὰ ἔσχατα τῆς θαλάσσης· καὶ γὰρ ἐκεῖ ἡ χείρ σου ὁδηγήσει με, καὶ καθέξει με ἡ δεξιά σου. »

Byzantium ergo post absolutionem carcerum fugiens, Alexandriam venit, latere hic existimans et abscondi. Ignorabat enim abominabilis et a Deo ejectus, ex opinione qua erga proprios tenebatur deos, quod divina ubique sit virtus, et omnia impleat, incircumscriptam habens substantiam, cunctaque contineat, et sit universorum superior; sicut ipsa per Isaiam dicit, adversus eos qui hunc in loco brevi opinabantur arceri : Quam domum ædificabitis mihi, dicit Dominus : aut quis est locus requietionis meæ? nonne cœlum et terram ego impleo? Ad quam universæ propter multam condescensionem comparata, cœlum videlicet, et qui in cœlo sunt innumerabiles ordines, terra et quæ in terra sunt animalia simul et homines, aer et aves quæ per aerem volitant, mare et quæ inhabitant in aquis, et ut breviter asseramus, visibil a et invisibilia, sicut momentum trutinæ sunt, et veluti fluens a situla gutta consistunt, et ut saliva reputata sunt oris, et reputabuntur. Et hoc enim etiam David certissime sciens psallebat : « Mirabilis facta est scientia tua ex me, confortata est, non potero ad eam [35]. » Cujus magnitudinem ostendens subinfert, et dicit : « Quo ibo a spiritu tuo? et a facie tua quo fugiam? Si ascendero in cœlum, tu illic es; si descendero in infernum, ades; si sumpsero pennas meas ante lucem, et habitavero in postremis maris, etenim illuc manus tua deducet me, et tenebit me dextera tua [36]. »

Ὅθεν φυγὰς ὁ Ἀγάπιος, καὶ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ γενόμενος, τὴν τῆς δίκης δεξιὰν οὐ διέφυγεν, ἀλλ' ὑπὸ ταύτης κατασχεθεὶς ἐκολάζετο· οὐ νόμοις παραδοθεὶς ὡς τὸ πρότερον) πάλιν γὰρ ἂν τὴν τιμωρίαν διὰ χρημάτων ἐξέφυγεν· πάντες γὰρ τὰ ἑαυτῶν ζητοῦσιν, οὐ τὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, κατὰ τὸν θεῖον Ἀπόστολον), ἀλλ' ἀοράτως πληγεὶς πληγὴν χαλεπήν τε καὶ ἄφυκτον· νόσος δὲ ἦν ἡ πληγὴ κατὰ παντὸς εὐρυνομένη τοῦ σώματος, ἣν Ἀσκληπιάδαι προσαγορεύουσι πάρεσιν. Καὶ τοῦτο δὲ φεύγειν ἠλπικὼς τὸ ἀῤῥώστημα (οὐ γὰρ δίκης ἔργον τὸ πάθος ἐνόμιζεν, ἀλλὰ σύμπτωμα σώματος), συχνῶς τοὺς ἰατροὺς μετεστέλλετο. Οἱ δὲ παραγενόμενοι, τὰ τῆς τέχνης ἐπ' αὐτῷ διεπράττοντο, εἰδότες μὲν ὡς οὐ ζήσεται, οὐδὲ τοῦτο φύγοι τὸ νόσημα, ἀλλ' ἐλπίδι μισθῶν ἀπατῶντες τὸν ἄθλιον.

Unde fugax Agapius Alexandriam veniens, congruum judicium non evasit, sed ad hoc detentus pœnis cruciabatur, non ut prius legibus traditus; alioquin pœnam iterum per pecunias effugisset. Omnes enim quæ sua sunt quærunt, non quæ Jesu Christi, secundum divinum Apostolum. Sed invisibiliter plagatus plaga sæva et inevitabili; languor enim erat plaga illa per totum corpus extensa, quam Asclepiadæ paralysin nuncupant. Et hunc quoque languorem fugere sperans, crebros medicos advocabat; non enim adversionis opus passionem esse putabat, sed corporalem eventum. Qui venientes, quæ artis erant in eo gerebant; quod quidem non victurus esset, nec languorem effugiturus scientes, sed miserum in mercedum spe decipientes.

Ὡς δὲ χρόνος προέβαινεν, καὶ τὸ πάθος προέκοπτε,

Cumque annus processisset, et passio profecisset,

[35] Psal. cxxxviii, 6. Ibid. 7, 8, 9.

Digitized by Google

ita ut et linguam quoque paralysis tangeret, quæ jam tanto solvebatur flagello, vocem non valens articulatam depromere, licet ipse non vita excederet, sed atrociter puniretur, consilium a quibusdam accepit ad Cyrum Joannemque martyres properandi, tanquam qui possent a passione se liberare, si cum fide ad eos et lacrymis accessisset. At ille maledictus timens nequando eum tanquam paganum judicarent, ad sanctos venire nolentem, simulabat enim se esse Christianum, et pelle tegebatur ovina, licet lupus veraciter impius nosceretur, consilium admisit, et exitum fieri annuit, latere per hoc homines opinatus, et seducere martyres arbitratus, tanquam deificam nostri scientiam non habentes, sed hos similes diis suis existimans, qui non solum quæ procul sunt vel abdita hominum, sed nec ea quæ in præsentiarum sunt norunt. « Simulacra quippe gentium argentum et aurum, opera manuum hominum ; os habent et non loquentur; oculos habent et non audient ; nares habent et non odorabunt ; manus habent et non palpabunt ; pedes habent et non ambulabunt ; non clamabunt in gutture suo. » Quibus est subinferre conveniens etiam illud : « Similes illis fiant qui faciunt ea, et omnes qui confidunt in eis. »

Deprehendebatur igitur miser se ipsum seducens non martyras, seque latere faciens et non eos qui hanc opinionem habebant de ipso. Cum enim ad Cyri et Joannis sacratissimam venisset basilicam, hos dormiens intuebatur in habitu Christodori dispensationem habentis ecclesiæ, per templum incedentes et Deo adolentes incensa, ad se vero accedentes, et minis acrioribus quodammodo sibi loquentes atque dicentes : Quid ad nos, o totius pietatis aliene, omnique abominatione plene venisti ? Deridere etiam nos advenisti ? Per cœli et terræ Creatorem et habitat rem, et deitatis ejus quæ hic est et ubique virtutem, non nos fugies, ut æstimasti, sed super dorsum te publice flagellabimus, ut cognoscas liquidius quibus fueris ausus illudere. Et cum hæc adversus eum sancti intimassent, abierunt.

At ille cum timore quin et tremore conversus, innuendo et balbutiendo cuncta obsequentibus sibi disseruit; et cum dispensator hora incensi transiret, et thuribulum retineret, habito in præcordiis pavore minarum, vertere illum ministro præcepit ; et versus cum respexisset, Christodori pedes qui ad eum venerat apprehendit, et ne flagellaret se supplicabat, ipsum enim opinabatur esse qui se in somnis flagellaturus comminabatur. Ignorans autem Christodorus, omnia enim a puero didicit, mirabatur quidem quod dicebatur, non autem percutere illum, ut supplicaverat, jurejurando spopondit.

Post non multum vero temporis infirmus quis esset innotuit ; recusabat enim in hæreseos quasi

ὥστε καὶ τῆς γλώττης τὴν πάρεσιν ἅπτεσθαι, ἤτι; λοιπὸν τῇ μάστιγι διελέλυτο, φωνὴν ἔτι διαρθροῦν οὐκ ἰσχύουσα· καὶ τὸν βίον αὐτὸς οὐκ ἐξήρχετο, ἀλλ' οὕτω δεινῶς ἐκολάζετο· συμβουλεύεται πρός τινων πρὸς Κῦρον ἐλθεῖν καὶ Ἰωάννην τοὺς μάρτυρας, ὡς δυναμένους αὐτὸν τοῦ πάθους λυτρώσασθαι, εἰ μετὰ πίστεως αὐτοὺς καὶ δακρύων ἀφίκοιτο. Ὁ δὲ δειλαίνων μήπως αὐτὸν ὡς Ἕλληνα κρίνωσιν, εἰς τοὺς ἁγίους ἐλθεῖν μὴ βουλόμενον) ὑπεκρίνετο γὰρ τὸν Χριστιανὸν ὁ ἐπόρατος, καὶ τὸ τοῦ προβάτου περιεβάλλετο κώδιον, εἰ καὶ λύκος ἀληθῶς ὁ δυσσεβὴς ἐγνωρίζετο), τὴν βουλὴν εἰσεδέξατο, καὶ τὴν ἔξοδον ἐπένευσε γίνεσθαι, λανθάνειν μὲν διὰ τούτου τοὺς ἀνθρώπους οἰόμενος, ἀπατᾷν δὲ νομίζων τοὺς μάρτυρας, ὡς γνῶσιν τῶν καθ' ἡμᾶς οὐκ ἐχοντας ἔνθεον· ἀλλὰ τούτους κατὰ τοὺς ἑαυτοῦ θεοὺς λογισάμενος, τοὺς μὴ μόνον τὰ πόρρωθεν ἢ τῶν ἀνθρώπων τὰ κρύφια, ἀλλ' οὔτε τὰ κείμενα παρὰ πόδας γινώσκοντας· « Τὰ γὰρ εἴδωλα τῶν ἐθνῶν ἀργύριον καὶ χρυσίον, ἔργα χειρῶν ἀνθρώπων· στόμα ἔχουσι, καὶ οὐ λαλήσουσι· ὀφθαλμοὺς ἔχουσι, καὶ οὐκ ὄψονται· ὦτα ἔχουσι, καὶ οὐκ ἐνωτισθήσονται· χεῖρας ἔχουσι, καὶ οὐ ψηλαφήσουσιν· πόδας ἔχουσι, καὶ οὐ περιπατήσουσιν· οὐ φωνήσουσιν ἐν τῷ λάρυγγι αὐτῶν· » οἷς ἐπενεγκεῖν ἐστὶν ἀκόλουθον καὶ τό· « Ὅμοιον αὐτῶν γένοιντο οἱ ποιοῦντες αὐτὰ, καὶ πάντες οἱ πεποιθότες ἐπ' αὐτοῖς. »

Ἦλω τοίνυν ὁ δείλαιος ἑαυτὸν οὐ τοὺς μάρτυρας, καὶ λανθάνων ἑαυτὸν οὐ τοὺς ταύτην ἔχοντας περὶ αὐτοῦ τὴν ὑπόληψιν. Γενόμενος γὰρ εἰς τὸ Κύρου καὶ Ἰωάννου θειότατον τέμενος, ἔβλεπεν ἐν σχήματι Χριστοδώρου τοῦ τὴν διοίκησιν ἔχοντος τὸν νεὼν περιάγοντας καὶ θυμιῶντας Θεῷ θυμιάμασι· παρ' αὐτῷ δὲ γεγονότας, ἀπειλητικώτερόν πως αὐτῷ διαλέξασθαι· Τί πρὸς ἡμᾶς, ὁ πάσης εὐσεβείας ἀλλότριε, καὶ πάσης βδελυρίας ἀνάπλεε παραγέγονας; χλευάζειν καὶ ἡμᾶς εἰσελήλυθας ; Μὰ τὸν οὐρανοῦ καὶ γῆς Ποιητὴν καὶ οἰκήτορα καὶ τὴν ἐνθάδε καὶ πανταχοῦ τῆς σῆς θεότητος δύναμιν, οὐ μὴ φύγοις ἡμᾶς ὡς ὑπέλαβες, ἀλλ' ἐπὶ νῶτόν σε δημοσίως μαστίξομεν, ἵνα γνοίης σαφέστερον τίσιν ἐμπαίξαι τετόλμηκας. Καὶ ταῦτα προσαπειλήσαντες ἀπῆλθον οἱ ἅγιοι.

Ὁ δὲ στραφεὶς ἔμφοβος ἔτι καὶ ἔντρομος, νεύμασιν ἅπαντα καὶ ψελλίσμασιν τοῖς διακονουμένοις αὐτῷ διεσάφησεν· καὶ τοῦ οἰκονόμου κατὰ τὸν καιρὸν παριόντος τοῦ θυμιάματος, καὶ τὸ θυμιατήριον ἔχοντος, ἔχων τῆς ἀπειλῆς τὸ δέος ἐγκάρδιον, στρέφειν αὐτὸν τῷ ὑπηρέτῃ διέταξε· καὶ στραφεὶς, ὡς διένευσε, τοῖν Χριστοδώρου ποδοῖν παρ' αὐτῷ γεγονότος ἐδράξατο, καὶ μὴ μαστίζειν ἱκέτευε· αὐτὸς γὰρ ᾤετο τοὺς κατ' ὄναρ αὐτὸν μαστιγοῦν ἀπειλήσαντας. Ἀγνοῶν δὲ ὁ Χριστόδωρος (πάντα γὰρ πρὸς τοῦ παιδὸς ἔμαθεν ὕστερον), ἐθαύμαζε μὲν τὸ λεγόμενον, μὴ τύπτειν δὲ αὐτὸν ὡς ἱκέτευεν ὤμοσεν.

Μετ' οὐ πολὺ δὲ τοῖς ἀσθενέσιν ὅστις ὑπῆρχεν γιγνώσκεται· καὶ γὰρ τὴν τῶν ζωοποιῶν ἀπηρνεῖτο

Digitized by Google

μυστηρίων ὡς ἐν αἱρέσεως σχήματι ποιεῖσθαι μετάληψιν· καὶ παρὰ τῶν ἐν τῷ νεῷ θόρυβος κατ' αὐτοῦ πολὺς διηγείρετο· ὃς τοῦτο μαθών, καὶ θέλων ἀποτρίψασθαι τὴν ὑπόνοιαν, τῶν ἁγίων Χριστοῦ μυστηρίων μετέλαβε. Καὶ θᾶττον μετὰ τὴν τούτων μετάληψιν, δαίμων ἄγριος εἰς αὐτὸν εἰσεπήδησεν, ὥσπερ καὶ εἰς τὸν προδότην Ἰούδαν ὁ Σατανᾶς μετὰ τὸ λαβεῖν αὐτὸν τὸ ψωμίον ὅπερ ὁ Σωτὴρ ἐπέδωκεν ἐμβάψας εἰσήλατο· καὶ χαμαὶ κείμενος ἐσπαράττετο, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς διεστρέφετο, καὶ τὰ μέλη χαλεπῶς ἐλυγίζετο, καὶ τοὺς ἀφροὺς ἐκ τοῦ στόματος ἔπεμπε κῦμα θαλάττιον ἐλεεινῶς ἐκμιμούμενος· καὶ νήφων μὲν ἐξ ὀλίγου, εἴπερ ἄρα καὶ ἔνηφε, λαλεῖν δὲ παντελῶς ἢ τὴν γλῶτταν ὅλως κινεῖν οὐκ ἠδύνατο· ὑπὸ τοῦ δαίμονος δὲ στρεβλούμενος, καὶ συνεχῶς ἐνεργούμενος, οὐ μὴν ἀλλὰ κοιμώμενος, εἴπερ ἐκάθευδε, μὴ πίστει προσελθὼν ἀλλ' ὑποκρίσει τοῖς μυστηρίοις ἠλέγχετο.

Τρεῖς γοῦν οὕτω διανύσας ἡμέρας ὁ ἄθλιος, καὶ πολλάκις τῆς ἡμέρας καὶ τῆς νυκτὸς, μᾶλλον πανημέριον καὶ παννύχιον σπαραττόμενος, καὶ πάντα πάσχων ὅσα πάσχουσιν οἱ δαίμοσι στυγηροῖς πιεζόμενοι, θανάτου πίστιν τοῖς ὁρῶσι παρείχετο. Ὅθεν οἱ τούτῳ προσήκοντες ἐγνωκότες ὡς θᾶττον ὑπὸ τοῦ δαίμονος ἀναιρεθήσεται, ἀναλαβόντες αὐτὸν ἦγον εἰς Ἀλεξάνδρειαν εἰς οἶκον τὸν ἑαυτοῦ τεθνηξόμενον. Ἐξελθὼν δὲ τῶν ἁγίων τὸ τέμενος, καὶ βραχὺ λίαν ὁδεύσας διάστημα, σὺν ὀδύνῃ πολλῇ τὸ πνεῦμα παρέδωκεν, τῆς δυσσεβείας ἄξιον εὑράμενος θάνατον, τοῦ δαίμονος αὐτὸν κατὰ τὴν ὁδὸν ἀποπνίξαντος· καὶ τὸν μὲν νεὼν καταλέλοιπεν ὡς μιαρός τε καὶ βέβηλος ἐλαυνόμενος, καὶ τὴν πόλιν αὐτὴν οὐχ ἑώρακεν, ὡς ταύτης ὑπάρχων ἀνάξιος. Καὶ οὕτω μὲν Ἀγάπιος εἰς Θεὸν δυσσεβήσας καὶ μάρτυρας, τὸν βίον κατέστρεψε· καταστροφὴ γὰρ ὄντως ἀσεβοῦς τοιαύτη, κατὰ τὸ λόγιον, καὶ ἡ ἐλπὶς αὐτοῦ ἀπολεῖται, καὶ οὐκ ἔσται αὐτοῦ τὸ παράπαν ἡ δίαιτα.

Ἡμεῖς δὲ καὶ δι' αὐτοῦ καὶ τῶν πρὸ αὐτοῦ τὴν μαρτυρικὴν τὴν ἐπὶ τοῖς μετανοοῦσιν καὶ τοῖς οὐκ ἐπιστρέφουσιν ὑπογράψαντες, καὶ πρὸς ὄνησιν τῶν εὐσεβούντων κηρύξαντες· ἵνα μὴ μόνας τὰς ἰάσεις θεώμενοι ἀργοτέρους πρὸς ἄμυναν τοὺς μάρτυρας οἴοιντο, καὶ ταύτῃ βλαβῶσι διάνοιαν, πρὸς καταφρόνησιν καὶ ῥᾳθυμίαν ἐκκλίναντες· καὶ ὕμνους ὑπὲρ τῆς ἐντεῦθεν ὠφελείας αὐτοῖς προσκομίσαντες, ἕτερα δύο ἢ τρία θαύματα τερπνότερα γράψαντες, τέλος τῶν ἐπ' Ἀλεξανδρεῦσι γραφέντων τεράτων οὐ γεγονότων μόνον αὐτὰ ποιησώμεθα· ἵνα πέρασι ταῦτα τερπνοῖς ὁριζόμενα, ἅπαντα τερπνὰ τοῖς ἐντυγχάνουσι φαίνοιντο· τέρποντα μὲν τοῖς ἔμπροσθεν, τοῖς παροῦσι δὲ μικρὸν ὑποστύφοντα· καὶ πάλιν τοῖς μὲν ἡδέσι τὰ τῶν ἀκουόντων ψυχὰς θεραπεύοντα, τοῖς δὲ στυπτικωτέροις ταῦτα ἀνεπαισθήτως καθαίροντα· ὡς καὶ τῶν Ἀσκληπιάδων οἱ δόκιμοι πράττουσιν· μέλιτι γὰρ τὰ δεκτικὰ καὶ ὠφέλιμα τῶν φαρμάκων συνδήσαντες, ἤτοι προσμίξαντες, τοὺς δεομένους καθάρσεως ἐκκαθαίρουσιν. Τούτους οὖν καὶ ἡμεῖς ἐνθάδε μιμούμενοι, τοῖς προλαβοῦσιν ἡδέσι τὰ παρόντα δεκτικὰ προσποιήσαντες, ἑτέρῃς ταῦτα τερπνοῖς

A schismate positus vivificorum participari mysteriorum; et susurrium adversus eum multum excitabatur; quo ille comperto, suspicionem volens detergere, sancta Christi suscepit mysteria. Postque horum perceptionem, statim in eum agrestis dæmon insiliit, quemadmodum Satanas in Judam proditorem, cum accepisset buccellam quam Salvator tradidit cum intinxisset, introiit. Et in terra jacens discerpebatur, et oculos reversabat, et membra sævius contorquebat, et spumas ex ore dimittebat, fluctum marinum miserabiliter imitatus; et cum vigilaret paululum, si tamen veraciter vigilabat, loqui modis omnibus vel linguam movere prorsus non poterat; a dæmonio vero contortus, et jugiter passus, quin etiam et dormiens, si tamen dormiebat,
B non fide accessisse ad sancta mysteria, sed simulatione arguebatur.

Tres ergo cum infaustus ita dies transisset, et sæpe tam interdiu, quam noctu, imo tota die totaque nocte discerperetur, cunctaque pateretur, quotquot pati consueverunt ii qui a perosis dæmonibus deprimuntur, mortis fidem videntibus præstitit: unde hi, quorum intererat, agnoscentes quod citius a dæmone foret interimendus, receptum eum deportabant in Alexandriam, in domo propria moriturum. Cum autem sanctorum templum exisset, et brevi valde intervallo profectus esset, cum dolore multo spiritum tradidit, condignam impietate mortem inveniens suffocante hunc in via dæmonio. Et
C certe templum quidem ut scelestus et profanus pulsus dimisit, et civitatem ipsam ut hac indignus non vidit. Et sic quidem Agapius in Deum et in martyres impie peccans, vitam dissolvit. Talis enim veraciter est impii eversio, secundum divinum eloquium; et spes ejus peribit, et non erit ejus penitus habitaculum.

Nos autem et in isto et in iis qui præcesserant, id est tam in his qui egerunt, quam qui non egerunt pœnitentiam, martyricam describentes virtutem, et ad profectum pie agentium prædicantes, ut non solas sanitates videntes, tardiores ad vindictam martyras opinantur, et hoc modo propter ignorantiam lædantur, ad contemptum et desidiam inclinati; et hymnos pro utilitate hinc facta eis offerentes, alia duo vel tria miracula jucundiora scribentes, finem eorum quæ in Alexandrinis facta sunt prodigiorum efficiemus. Non tamen ibidem sola facta sunt quæ scribentur, quo terminis hæc delectabilibus definita, omnia delectabilia his qui legerint videantur; delectabilia quidem prioribus, præsentibus autem modicum non sine causa severa, et iterum posteros jucundari facientia; cum suavibus quidem audientium animas curent, et a severioribus sensum expurgent; sicut etiam Asclepiadæ probabiliter agunt: cum melle namque mordacia et profutura remedia commiscentes, eos qui purgatione egent emundant. Nos ergo et hos hic imitantes, et præcedentibus suavibus præsentia

Digitized by Google

mordacia commiscentes, aliis hæc jucundioribus contegamus, finem facientes delectabilem, non omnium conscriptionis miraculorum eorum, sed miraculorum tantum apud Alexandrinos gestorum.

A συγκαλύψωμεν· τέλος τὰ τερπνὰ τῆς εἰς Ἀλεξανδρέας θαυμάτων συγγραφῆς, οὐ θαυμάτων ἐνεργείας ποιούμενοι.

XXXIII. *De Cosmiana, quæ ad sanctos oratum abiit, et de jumento cecidit corpusque contrivit.*

ΛΓ'. *Περὶ Κοσμιανῆς ἀπιούσης εἰς τοὺς ἁγίους τοῦ εὔξασθαι καὶ πεσούσης ἐκ τοῦ ἀλόγου καὶ συντριβείσης τὸ σῶμα.*

Suave nobis etiam præsens exstitit miraculum, quod a sanctis in muliere quadam Cosmiana nomine factum est, et fortassis austeriorum recitationi occurrit, ut tristitiam quæ illinc nobis fore putabatur, cujusdam spongiæ more detergeret; et non tantum hoc, sed ut sicut a tristibus mulierum narratio cœpta est, ita etiam lætorum Scriptura inceptionem feminas habeat. Sic enim et Dominus post resurrectionem apparens, primo Avete mulieribus donat, quoniam primo eis post factam in paradiso transgressionem tristitiæ verba pronuntiavit. Hoc judicans ipse justissimum, ut quæ primæ tristari susceperant, ipsæ quoque primæ gaudere perciperent, et nec esset schisma in corpore, secundum divinum Apostolum, qui caput mulieris virum vocavit, et viri corpus mulierem sanxit, et neque mulierem sine viro, neque virum sine muliere, corpus fore vult universum, cum alterum quidem corporis gaudium, alterum vero tristitiam prius susceperit.

Ἡδὺ καὶ τὸ παρὸν ἡμῖν θαῦμα καθέστηκεν, ὅπερ ἐπὶ γυναίῳ τινὶ Κοσμιανῇ τοὔνομα τοῖς μάρτυσι γέγονε· καὶ τάχα καλῶς μετὰ τὴν τῶν αὐστηροτέρων ἀγγελίαν ἀπήντησεν, ἵνα τὴν ἐκεῖθεν δοκοῦσαν ἔσεσθαι λύπην ἡμῖν, ὥσπερ ἐπὶ σπόγγου τινὸς παρελθὼν ἀναμάξηται· καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλ' ἵνα ὥσπερ ἀπὸ γυναίων τῶν ἀνιώντων ἡ διήγησις ἤρξατο, οὕτω καὶ τῶν ἡδόντων ἡ Γραφὴ ἀρχὴν ἔχει πάλιν τὰ γύναια. Οὕτω γὰρ καὶ ὁ Κύριος μετὰ τὴν ἀνάστασιν φαίνεται πρώταις γυναιξὶ τὸ, Χαῖρε, δωρούμενος, ἐπειδὴ καὶ πρώταις αὐταῖς μετὰ τὴν ἐν παραδείσῳ παράβασιν, τὰ τῆς λύπης ἐφθέγξατο ῥήματα· τοῦτο κρίνας αὐτὸς δικαιότατον, ἵνα πρῶται τὸ λυπεῖσθαι δεξάμεναι, αὐταὶ πρῶται καὶ τὸ χαίρειν κομίσωνται, καὶ μὴ ᾖ σχίσμα ἐν τῷ σώματι, κατὰ τὸν θεῖον Ἀπόστολον, τὸν κεφαλὴν μὲν γυναικὸς τὸν ἄνδρα καλέσαντα, ἀνδρὸς δὲ σῶμα τὴν γυναῖκα θεσπίσαντα· καὶ μήτε γυναῖκα χωρὶς ἀνδρὸς, μηδ' ἄνδρα χωρὶς γυναικὸς τὸ πᾶν εἶναι σῶμα βουλόμενον· ἢ τὸ μὲν τοῦ σώματος τὸ χαίρειν, τὸ δὲ τὸ λυπεῖσθαι πρῶτον ἐδέξατο.

Ergo adsit mulier, et sicut Athanasia miraculorum prima, quæ tristare videntur, effecta est, ita et Cosmiana prima eorum quæ magnanimitatem habent, efficiatur. Itaque incolumis erat hæc corpore, et passionis nil habebat. Porro domi degens, desiderium habebat venire ad martyres, et adorare horum reliquias, ac emanante ab illis benedictione potiri. Et adimplere desiderium volens, cum pauxillum supra inquietum sedisset asinum, ad templum iter agebat. Hanc invidiæ pater cum multo ad sanctos amore properare videns, magnam se putabat sustinere jacturam, si cum tanto studio et calore ad divinum templum ipsa pertingere potuisset, et non in itinere in magnos laqueos ejus offendens reditum faceret, neque deifica confessione visa, neque cultura data, neque munere pretioso impenso. Tristem quippe hunc reddunt, et mordent omnia quæ Deum tanquam benignum placant, hominibusque Dei amicis beneficia præstant, et salutis argumenta.

Itaque cum venisset ad sanctorum remedium capessendum, quod omne tædium et diversas passiones abigebat, experimento didicit, quod auditu ante passionem cognoverat. Et sicut audivimus, ita et vidimus, cum modulatore altisono prædicabat. Eadem quippe continuo nocte, post diem qua venerat, cum ante sepulcrum sanctorum dormiret, hos videt procedere martyres, et dicere sibi audivit : Surge hinc, Eugeni, ad tuamque domum regredere : ecce enim te per nos Christus curavit, et languorem, propter quem ad nos venisti, sanavit. Surgens ergo ad secessum quantocius propera ; et fæcem omnem quæ in te collecta est, abice. Et cum hæc dicerent, ventrem tetigerunt languentis, hunc quasi fricantes, sed in veritate morbum ægritudinis insequentes, et aquarum abjectionem salubriter operantes.

Cum autem hoc gererent, ut post somnium (id ipsum est si dicamus post languorem, usque ad somnum quippe se languor obtinuit), Eugenius asserebat, mulieres tres clamabant post martyres : Quamobrem, sancti, nos annum hic habemus sedentes, plagasque dolentes (ex illis enim erant quæ illic jacebant, ut has post somnium recognovit infirmus), et præ languoribus requiem non habemus, et iste qui heri venit, et passione tanta tenebatur, hodie sanitate dignus efficitur, et domum abire præcipitur ? Ad quas martyres quasi conversi cum omni mansuetudine respondebant : Non nos, o mulieres, sanitatis domini sumus, sed Christus qui est provisor et custos. Veniunt igitur hic quidam prolixioris castigationis egentes, et rursus alii curari cito debentes ; nos enim similiter pro omnibus supplicationes offerimus, et quemcunque a dominatore Deo ac Salvatore nostro Jesu Christo jussi fuerimus curare, hunc sanatum confestim dimittimus. Hunc ergo et vos una nobiscum exorate, ut gratiam vestrarum tribuat sanitatum ; et si misericordia motus tantum fuerit jubere dignatus, celeres nos completores divinorum ejus decretorum efficiemur, sine cujus nutu neque tenere neque dimittere ad nos venientes valemus. Et hæc quidem egregii martyres ad mulieres illas affati sunt.

D

Ὕπνου δὲ καὶ στρωμάτων ἀναστὰς ὁ Εὐγένιος, πρὸς ἀφεδρῶνας ἐσπούδαζε, σπεύδειν αὐτὸν τῆς γαστρὸς πρὸς τὸ μαρτυρικὸν ἀναγκαζούσης ἐπίταγμα. Καὶ ἐν τούτοις γενόμενος, ἅπασαν εὐθὺς τὴν ὕλην [τὴν ἐν μιᾷ χρόνου στιγμῇ προσεκένωσε· καὶ ταύτην κενωθεὶς, ὡς εἰρήκαμεν, ὁ πάντων εἰσελθὼν ὅσον πρὸς εἶδος παχύτερος, πολὺ πολλῶν ἐξῆλθε τῶν ἀφεδρώνων ἰσχνότερος. Μᾶλλον δὲ κάνταῦθα σύμμετρος ὁ γεωμέτρης ἐξέθορε· μόνον γὰρ τῆς γαστρὸς τὸν ὄγκον ἔσχεν ἀμέτρητον, καὶ τὸν καιρὸν τῆς ἴασεως, τὸν μὲν διὰ πολλὴν πάνυ βραχύτητα, τὸν δὲ διὰ τὸ

Cum autem a somno et stramentis surrexisset Eugenius, ad latrinas accelerabat, hunc accelerare ventre ad martyricum cogente præceptum. Et cum ad has pervenisset, omnem continuo limum, qui in eo diutius fuerat, uno puncto temporis exinanivit. Et hoc, ut diximus, exinanito, qui omnibus intravit quantum ad speciem grassior, multis exivit, evacuante se secessu, gracilior. Imo et sic geometra iste pristinæ mensuræ redditus exsilivit ; solum namque ventris habuit tumorem, et tempus sanitatis immensum ; hoc quidem ob multam op-

Digitized by Google

pido brevitatem, illum vero propter vastam et inæstimabilem magnitudinem. Itaque taliter et Eugenius necem fugiens ægritudinis, et concite sanitate percepta, gratias moderate martyribus, et Christo qui pereos perceptionem contulit modulatus, exsultans a templo secessit. Porro nos iterum quasi sanitatem ipsi adepti fuissemus in relatione jucundati, Christum sanctosque hymnis canentes, ad aliam delectabilem proficiscamur auditionem.

XLIII. *De Taurino lordo.*

Adest et Taurinus e proximo veniens, et vix anno tandem perveniens, dum iter eminus agit, ob breviorem pedum et tardiorem effectum; et non tantum hujus rei gratia, ut apparet, sed et percussuræ causa fabrilis, propter quam canentes nos sanctorum miracula, citius audire non valuit. Verumtamen veniens rationem tarditatis reddidit, et ne præteriremus eum non scriptum poposcit, quem dignam pro culpa rationem facientem, unum ex his illum qui in martyricis gloriantur visitationibus faciemus.

Heraclii possessionis, quæ templo sanctorum proxima erat, et Sabbati ab hoc itinere tantum distabat, id est quatuor stadiorum et decem intercapedine, villanus Taurinus erat, et clavariam sectabatur artem; pedum autem non levem possidebat infirmitatem sed magnam, et quæ auditionis excedebat sermonem. Hi enim specie pedum, si dicendum est, abnegata, lororum imitabantur speciem mortuorum; propter quod et eum quem habebant possessorem, tali cognomine nominari fecerunt; clavarium enim ab arte cognominare omittentes, a pedibus vocabant loripeda; et forte jam bene tali eum nomine vocitabant, quoniam pedes non solum lororum habebant idioma, sed quia et secundum hæc erant deinceps ineffacaces, et quia quasi a clavaria propter pedes arte quiescens, a pedum vocabatur languore. Hanc Taurinus pessimam infirmitatem habens, post extremam medicorum repulsionem, quod nunquam aliquando pedes esset moturus hujusmodi perhibentium; hæc enim erat ipsorum ex arte sententia; ad Cyrum sublevatus venit, et Joannem Cyri commartyrem, divinæ medicinæ præceptores, et non ejus quæ Hippocratem, Galenum, et Democritum, qui de terra loquuntur, facit doctores; quo admirandi martyres veniente suscepto, hunc sanitate dignum, quam illi desperaverant, reddiderunt. Apparentes enim ei secundum morem in stramentis et lectis, salitam coturnicem et exsiccatam præcipiunt sumere, et hanc terere et pedes ungere sancientes, iterum veluti somnium avolaverunt. At ille post somnium quod imperaverant faciens, mirabiliter sanabatur, et omni pedum infirmitate et duritia illa, lororumque deformi prorsus imaginatione deposita, integer et pedibus bonis factus est, et forte obtinere coturnices pedum crassitudine valens. Et Taurinus quidem sospitatis copia fretus, gratiarum actionibus Deo martyribusque oblatis, recessit: nos autem hymnos cantan-

πολὺ καὶ ἀνείκαστον μέγεθος. Οὕτω μὲν οὖν καὶ Εὐγένιος τὸν μόρον φυγὼν τοῦ νοσήματος, καὶ σύντομον τὴν ὑγείαν δρεψάμενος, τὴν χάριν εὐρύθμως μελῳδήσας τοῖς μάρτυσι καὶ Χριστῷ τῷ δι' αὐτῶν δεδωκότι τὸ δρέψασθαι, τοῦ νεὼ σκιρτῶν ἀνεχώρησεν. Ἡμεῖς δὲ πάλιν ὡς πεπονθότες τὴν ἴασιν, τῇ διηγήσει τερπόμενοι, Χριστὸν καὶ τοὺς ἁγίους ὑμνήσαντες, ἐπ' ἄλλο τερπνὸν ὁρμήσωμεν ἀκουσμα.

ΜΓ'. *Περὶ Ταυρίνου λουρόποδος.*

Πάρεστι καὶ Ταυρῖνος ἐκ τοῦ πέλας ἐρχόμενος· μόλις δέ ποτε πρὸς ἡμᾶς ἀφικόμενος ὡς τὴν πορείαν μακρόθεν ποιούμενος, διὰ τὴν τῶν ποδῶν βραδυτέραν ἐνέργειαν· καὶ οὐ μόνης ταύτης χάριν, ὡς ἔοικεν, ἀλλὰ καὶ τοῦ χαλκευτικοῦ κρούσματος ἕνεκα, δι' ὃ κελαδούντων ἡμῶν τῶν ἁγίων τὰ θαύματα, πυθέσθαι θᾶττον οὐκ ἴσχυσεν. Ἐλθὼν οὖν ὅμως τὰς αἰτίας τοῦ βράδους ἀπήγγειλε, καὶ μὴ παρελθεῖν αὐτὸν ἄγραφον ᾔτησεν· ὃν ὡς ἀναξίαν τῆς μέμψεως τὴν ἀπολογίαν ποιήσαντα, ἕνα τῶν αὐχούντων μαρτυρικαῖς ἐπισκέψεσι καὶ αὐτὸν ποιησώμεθα.

Ἡρακλείου τοῦ κτήματος τοῦ τῷ σηκῷ τῶν ἁγίων προσεγγίζοντος, καὶ σαββάτου ὁδὸν τούτου μόνον ἀπέχοντος, τουτέστιν τεττάρων καὶ δέκα σταδίων διάστημα, κωμήτης ὁ Ταυρῖνος ἐτύγχανεν, καὶ τὴν ἡλουργικὴν τέχνην μετήρχετο, τῶν ποδῶν τὴν ἀσθένειαν οὐ τυχοῦσαν ἐκέκτητο, ἀλλὰ μεγάλην καὶ λόγον ἀκοῆς ὑπεραίρουσαν. Οὗτοι γὰρ τὸ τῶν ποδῶν εἶδος, εἰ ἔστιν εἰπεῖν, ἀρνησάμενοι, λώρων ἐμιμοῦντο νεκρῶν ἰδιότητα· δι' ὃ καὶ τὸν ἔχοντα κτήτορα, τῇ τούτων ἐπωνυμίᾳ πεποιήκασιν ὀνομάζεσθαι· τὸ ἡλουργὸν γὰρ ἐπονομάζειν ἀπὸ τῆς τέχνης ἐάσαντες, ἀπὸ τῶν ποδῶν ἐκάλουν λουρόποδα· καὶ τάχα καλῶς τοιούτῳ αὐτὸν ἐκάλουν ὀνόματι, ἐπείπερ οἱ πόδες οὐ μόνον τὸ τῶν λώρων ἔσχον ἰδίωμα, ἀλλ' ὅτι καὶ κατὰ ταῦτα ἦσαν λοιπὸν ἀνενέργητοι· καὶ ὅτι, φησὶν, τῆς ἡλουργικῆς τέχνης διὰ τοὺς πόδας παυσάμενος, ἀπὸ τοῦ τῶν ποδῶν ἐκαλεῖτο νοσήματος. Ταύτην ὁ Ταυρῖνος τὴν κακίστην ἔχων ἀσθένειαν, μετὰ τὴν τῶν ἰατρῶν τελευταίαν ἀπόφασιν, ὡς οὐκ ἄν ποτε πόδας ὁ τοιοῦτος κινήσειεν (αὕτη γὰρ ἦν αὐτῶν ἐκ τῆς τέχνης ἀπόφασις) πρὸς τὸν Κῦρον αἰρόμενος ἔρχεται καὶ Ἰωάννην τὸν Κύρου τοῦ θείου συμμάρτυρα, τοὺς θείας ἰατρικῆς ἐπιστήμονας, καὶ οὐ τῆς Ἱπποκράτην καὶ Γαληνὸν καὶ Δημόκριτον, τοὺς ἀπὸ γῆς φθεγγομένους, ποιουμένης γεννήτορας. Ὃν οἱ θαυμάσιοι μάρτυρες ἐλθόντα δεξάμενοι, ῥώσεως τῆς παρ' ἐκείνων ἀπογνωσθείσης ἠξίωσαν. Φανέντες γὰρ αὐτῷ καθ' ὕπνους καὶ στρωμνὰς, ὡς εἰώθασιν, παστὸν ὄρτυγα λαβεῖν ἐπιτάττουσι, καὶ τοῦτον τρίψαι καὶ χρίσαι τοὺς πόδας θεσπίσαντες, πάλιν ὡς ὄναρ ἀπέπτησαν. Ὁ δὲ μετὰ τὸν ὕπνον ποιήσας τὸ θέσπισμα, παραδόξως ἐρώννυτο, καὶ πᾶν ἀποβαλὼν τῶν ποδῶν τὸ ἀῤῥώστημα, καὶ τὸ κατεσκληκὸς ἐκεῖνο καὶ τῶν λώρων δυσειδέστατον ἔνδαλμα, ἄρτιος καὶ καλλίπους ἐγίνετο, καὶ τάχα ὄρτυγας κρατεῖν τῇ τῶν ποδῶν ταχύτητι ἱκανώτατος. Καὶ Ταυρῖνος μὲν οὕτω ῥώσεως ἐν εὐπορίᾳ γενόμενος, εὐχαριστήσας Θεῷ καὶ τοῖς μάρτυσιν ἀπελήλυθεν. Ἡμεῖς δὲ ὑμνήσαντες, καὶ λόγων

Digitized by Google

εὐπορίαν πρὸς τὴν τῶν λοιπῶν θαυμάτων ἀπαγγελίαν αἰτήσαντες, σὺν προθυμίᾳ ταύτης ἐχώμεθα.

A tes, et sermonum opulentiam ad reliquorum recitationem miraculorum efflagitantes, hanc cum alacritate continuabimus.

ΜΔ'. *Περὶ Ἄννης τῆς μοναστρίας τρία καταπιούσης σαμαμίθια.*

Πρὸ τοῦδε πρὸς χώραν ἄλλην καὶ πόλιν εἰσέλθωμεν ἢ κώμην ἑτέραν μετέλθωμεν, λέγειν ἐστὶν ἀκόλουθον καὶ θαῦμα ἕτερον, καὶ τάχα τοῦ προρρηθέντος ὑπέρτερον, ὃ παρ' αὐτῶν πάλιν τῶν ἁγίων προελθεῖν ἐπὶ μοναστρίᾳ τινὶ τὴν αὐτὴν οἰκούσῃ κώμην ἐμάθομεν. Καὶ λέξωμεν Θεοῦ τὸ λέγειν παρέχοντος, καὶ τοὺς τῆς αὐτῆς κώμης οἰκήτορας ἀλλήλων παντελῶς οὐ χωρίσωμεν· εἰ καὶ Πέτρου τούτους διαστῆσαι, ὃν πρὸ μικροῦ παρεθέμεθα τῆς ῥηθείσης κώμης ὑπάρχοντα, ἑτέρα τις ἡμᾶς κατηνάγκασε πρόφασις.

XLIV. *De Anna ancilla Dei quæ tria deglutiverat samamithia.*

Antequam ad regionem aliam, vel civitatem aut castellum transitum faciamus, consequens est ut et aliud dicamus miraculum, et forte præcedenti sublimius, quod ab ipsis iterum sanctis gestum fuisse in quadam ancilla Dei ejusdem habitatrice villæ, didicimus. Et dicemus, Deo largiente dicendi effectum, et habitatores ejusdem villæ non separabimus prorsus ab invicem; licet Petrum quem ante paulo commendavimus, a jam dicta villa secernere, alia nos coegit quædam occasio.

Τὸ Ἡράκλειον τοῦτο κτημάτιον ᾤκει μονάστρια, Ἄννα μὲν τοὔνομα, μετ' ἄλλων δὲ παρθένων ἐποιεῖτο τὴν οἴκησιν. Ἐτῶν γὰρ ἦν ὡσεὶ δώδεκα, ἢ καὶ τοῦτον ἔσχε τὸν χρόνον ἐλάττονα· ἥτις ἡλικία μένειν ἐφ' ἑαυτῇ δι' ἀπειρίαν οὐ δύναται, καὶ νοῦ καὶ φρενῶν ὀλιγότητι. Πῶς γὰρ ὁ τοιοῦτος οὐ πρὸς αἷμα καὶ σάρκα, ἀλλὰ πρὸς τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς ἐξουσίας καὶ τοὺς κοσμοκράτορας τοῦ αἰῶνος τούτου, καὶ τὰ πνευματικὰ τῆς πονηρίας παλαίσειεν, τὴν πάλην τὴν πρὸς αὐτοὺς ἀναδεξάμενος, εἰ τοῦ παιδοτριβοῦντος χηρεύσειεν; ἢ πῶς δαίμονος γνοίη ποικίλα νοσήματα, εἰ μὴ σχοίη τὸν εἰδότα διδάσκαλον; ἢ πῶς ἀπάτην ὄφεως καὶ πανουργίαν φιλάξαιτο, ἣν οὐδ' Εὔα χωρισθεῖσα μικρὸν τοῦ Ἀδὰμ ἐφυλάξατο; Διὰ ταῦτα γὰρ τὴν παιδικὴν ἡλικίαν καθ' αὑτὴν οἰκεῖν οὐκ ἀκίνδυνον, καὶ μάλιστα τὴν πρὸς δαίμονας τὸν πόλεμον ἔχουσαν, καὶ μὴ δυναμένην ὅλως τηρῆσαι γιγνώσκουσαν κεφαλὴν ὄφεως ἠρέμα πως εἰσελαύνουσαν, ἢ πτέρναν τὴν οἰκείαν αὐτῷ τηρουμένην σκεπάσασθαι.

B Heraclense hoc prædium ancilla Dei Anna nomine habitabat, et habitationem cum aliis virginibus faciebat; annorum enim erat quasi duodecim, vel certe brevius illis habuit tempus; quæ ætas manere super se tam propter imperitiam quam ob intellectus et sensuum paucitatem, non potest. Quomodo enim hujusmodi non adversus sanguinem et carnem, sed adversus principatus et potestates, et rectores sæculi hujus, et spiritualia nequitiæ luctabitur, colluctatione adversus illos assumpta, si puerorum institutore destituatur? aut quomodo diaboli varia sciet molimina, nisi habeat gnarum magistrum? aut quomodo deceptionem serpentis et astutiam observabit, quam nec Eva separata pauxillum ab Adam observavit? Propter hæc enim puerilis ætas apud se habitare sine periculo non potest, et maxime illa quæ bellum adversus dæmonas habet, et non valet, aut certe penitus nesciens observare caput serpentis sensim quodammodo insequens; vel proprium operire calcaneum, ne illi monstretur modis omnibus observandum.

C

Ὅθεν ἡ παροῦσα μονάστρια νηπιώδους ἡλικίας τυγχάνουσα, καὶ πρὸς ὥραν τῶν ἄγειν δυναμένων οἷα συμβαίνει χηρεύσασα· καινῷ δεινῷ περιπέπτωκεν, ᾧ διάβολος αὐτῇ προευτρέπισε, καὶ μόνην εὑρὼν, τούτῳ τῷ τρόπῳ πρὸς θάνατον ἤλασε. Μονωθεῖσα γὰρ αὕτη τῶν ἄλλων, οἷα μειράκιον τὰ μειρακίων διήνυε παίγνια, καλάμοις τισὶ τὴν περὶ τὸ παίζειν πληροῦσα διάθεσιν. Καὶ ποτὲ μὲν τὸν κάλαμον αἴρουσα προσῆπτε τῷ στόματι, ποτὲ δὲ πάλιν ἀποκινοῦσα τοῦ στόματος καὶ πρὸς ἕδαφος ῥίπτουσα, πάλιν ἐλάμβανεν ἕτερον, καὶ πάλιν ἐν αὐτῷ τὰ αὐτὰ διεπράττετο. Ἀλλ' ἐν ὅσῳ τοὺς δόνακας ἤμειβε, τὸν μὲν ἀπὸ τοῦ στόματος ῥίπτουσα, τὸν δὲ λαμβάνουσα, καὶ τοῦτον τοῖς ὀδοῦσι προσφέρουσα, τινὶ καλάμῳ συνέτυχε ἐγκύῳ θανάτου τυγχάνοντι, καὶ θησαυρὸν ἔχοντι χαλεπὸν καὶ ἐπόλεθρον.

D Unde præsens ancilla Dei cum puerilis esset ætatis, ad horam custodia valentium eam circumducere, sicuti solet sæpe contingere destituta, novitatem diram incurrit, quam ei diabolus præparavit, et solam inventam hoc modo ad mortem impulit. Cum enim solam se ab aliis hæc, utpote puella, videret, puellarum exsequebatur ludibria, calamis quibusdam jocandi replens affectum. Et aliquando calamum tollens ori applicabat, aliquando vero hoc ab ore remoto, et in terram projecto, sumebat iterum allum, et rursus in ipso eadem peragebat. Verum dum arundines alternantibus vicibus manderet, aliam ab ore projiciens, aliam vero accipiens, et hanc dentibus afferens, ad quamdam devenit arundinem, quæ mortem in utero bajulabat, secumque ac perniciosum introrsus thesaurum habebat.

Τρία γὰρ ἑρπετὰ τὰ καλούμενα σαμαμίθια τοῦτον ᾤκουν τὸν κάλαμον, φωλεὸν αὐτὸν καὶ κοίτην ποιούμενα, ὃν ἀκάκως ἁρπάσασα τῷ οἰκείῳ προσήνεγκε στόματι. Τὰ δὲ τοῦ κινήματος ἐπαισθόμενα, καὶ πρὸς φυγὴν θορυβούμενα, διὰ τῆς ἀρχῆς ἐκπηδή-

Tria enim reptilia, quæ vocantur samamithia, hunc calamum habitabant, quem sibi latibulum fecerant et cubile, quem simpliciter arreptum proprio attulit ori. Illa vero cum motum sensissent, ad fugam turbata, et per initium ejus calami quod

Digitized by Google

ori proximum erat insilientia, in uterum puellæ allata sunt, non voluntarium sustinentia lapsum. In ventrem autem puellæ inducta, et insolitam habitationem nequaquam ferentia, fugere inde satagebant. Taliter autem discurrentia, et miseræ illius interim præcordia conturbantia, contortionesque viscerum facientia, intolerabiles illi dolores operabantur, quos profecto nemo scripturæ commendaverit, etiamsi multum habeat experimentum languoris. Unde puella incessanter plangebat et ejulabat, oculorumque lacrymas effundebat, et quiescere penitus non valebat. Quando autem unum ex reptilibus, quæ absorpta fuerant, paululum quiescebat, si tamen aliquando quiescebat, reliqua duo puellam domabant. Quod si etiam duo ex his nonnunquam, ut et hoc demus, forte dormiebant, tertium nullo modo quiescebat, sed ei non dormienti conferebat dolorem. Itaque modo quidem unum, modo vero duo, noscebantur.

Cum ergo inter indesinentes et acerrimos esset dolores, ferebatur ad sanctos; medicum enim non inveniebat alium, qui contra tantam sufficere posset ærumnam. Igitur, ut dictum est, veniens et martyres compatientes inveniens, maturius a triplici redimebatur supplicio. Dicamus autem ut facta est ipsa redemptio; est enim redemptorum gratia plena. Alii cuidam infirmantium fratrum in visu sancti venientes dic, inquiunt, monachæ isti quæ clamat, clamabat enim assidue et prorsus non dormiebat, ut mane vigilans ad unam ex tabernis egrediatur, priusquam escam gustet vel potum, et cadia tria (species hæc calicis est) sic apud Alexandrinos vocata, bibere jejuna patiatur, et velociter sanitatem per cadiorum potionem recipiet.

At ille somnio viso, post somnium monastriæ retulit, ut sibi martyres jusserant; quæ horum audita jussione, mane ad cauponium exiit, et tres situlas vino plenas protinus bibit aquis non misto; non mista quippe bibere tria illa jussum fuerat cadia; quibus, ut dixi, absorptis, movetur statim ad vomitum, et cum vinum evomuisset, una cum eo evidenter etiam tria illa evomuit samamithia, quibus per os abjectis ab omni mox afflictione difficilique dolore, ac verbere liberata est, quæ onus illud tridymum adhuc parturiebat in utero deportatum. Itaque Anna quidem monastria, sic mortem quæ sibi a dæmonibus præparata fuerat exsilivit, fortius medicorum auxilium, quam illorum essent insidiæ, consecuta; et ad hymnos sanctorum omnes, qui illam sanitatem viderant concitans, atque cum his eos laudibus efferens, cum his etiam a templo discedit. Nos autem, qui nunc audimus, quasi tunc præsentes essemus credentes, sanctis hymnorum laudibus cumulatis, ad alios hymnos miracula auditus præparemus et ora.

XLV. *De Cobiote surdo camelario.*

Ab Ægypto rursus in Libyam transeamus, et

σαντα τῆς ἐγγισάσης τῷ στόματι, εἰς τὴν γαστέρα τῆς παιδὸς φέρονται, ἀκούσιον ὄλισθον ὑπομείναντα. Εἰς τὴν κοιλίαν δὲ κατενεχθέντα τῆς μείρακος, καὶ τὸ ξένον τῆς ἑστίας μὴ φέροντα, φεύγειν κἀκεῖθεν ἠπείγοντο· ἀλλὰ τὴν ἔξοδον οὐκ ἐγίνωσκον. Οὕτω δὲ διατρέχοντα, καὶ τῆς τέως ἀθλίας τὰ σπλάγχνα ταράττοντα, καὶ συστροφὰς τῶν ἐγκάτων ποιούμενα, δυσοίστους αὐτῇ τὰς ἀλγηδόνας εἰργάζοντο· ἃς οὐκ ἄν τις γραφῇ παραστήσειεν, οὐδ' εἰ πεῖραν σχοίη πολλὴν τοῦ νοσήματος· ὅθεν ἡ παῖς ἀπαύστως ἐκόπτετο καὶ ὀλόλυζεν καὶ δάκρυα τῶν ὀμμάτων ἐξέχεεν, καὶ παντελῶς ἠρεμεῖν οὐκ ἠδύνατο. Ὅτε γὰρ τὸ ἓν τῶν καταποθέντων ἑρπετῶν ὀλίγον ἡσύχαζεν, εἴπερ ποτὲ καὶ ἡσύχαζεν, τὰ λοιπὰ δύο τὴν κόρην ἐδάμαζον· ἢ καὶ τὰ δύο πολλάκις, ἵνα καὶ τοῦτο δῶμεν, ἐκάθευδον, τὸ ἕτερον οὐκ ἐπαύετο· ἀλλ' ἀκοίμητον αὐτῇ τὴν ὀδύνην ἐδράθευον, ποτὲ μὲν τὸ ἕν, ποτὲ δὲ τὰ δύο, πολλάκις δὲ καὶ τὰ τρία σπαράσσοντα.

Ἐν ἀπαύστοις οὖν καὶ δριμείαις ἀλγηδόσιν ὑπάρχουσα πρὸς τοὺς ἁγίους ἐφέρετο, ἰατρὸν οὐχ εὕρισκεν ἕτερον πρὸς συμφορὰν τοσαύτην ἀρκέσαι δυνάμενον. Ἐλθοῦσα τοίνυν, ὡς εἴρηται, καὶ συμπαθεῖς εὑροῦσα τοὺς μάρτυρας, θᾶττον τῆς τριπλῆς ἐκείνης ἐλυτροῦτο κολάσεως. Εἴπωμεν δὲ καὶ τὸ λύτρον ὡς γέγονεν· ἔστιν γὰρ τῆς τῶν λυτρωσαμένων χάριτος ἔμπλεον· Ἑτέρῳ τινὶ τῶν ἀσθενούντων ἀδελφῶν ὄναρ ἐλθόντες οἱ ἅγιοι, Εἰπὲ, φασὶ, τῇ βοώσῃ ταύτῃ μοναστρίᾳ (ἐδόα γὰρ διηνεκῶς καὶ τὸ σύνολον οὐκ ἐκάθευδεν), ἵνα πρωΐας ὀρθρίσασα, εἰς ἓν τῶν καπηλείων ἐξέλθοι πρὶν ἢ βρώματος ἢ πόματος γεύσηται· καὶ κάννια τρία (εἶδος τοῦτο καθέστηκε κύλικος οὕτω παρ' Ἀλεξανδρεῦσι λεγόμενον) πιεῖν νῆστις ἀνάσχοιτο, καὶ τάχος τὴν ἴασιν διὰ τῆς τῶν καννίων δέξεται πόσεως.

Ὁ δὲ θεωρήσας τὸν ὄνειρον, τῇ νοσούσῃ τοῦτον μεθ' ὕπνον ἀπήγγελλεν, ὡς οἱ μάρτυρες αὐτῷ διετάξαντο· ἡ δὲ τῆς τούτων πυθομένη κελεύσεως, πρωΐας εἰς καπηλεῖον ἐξέρχεται, καὶ τὰς τρεῖς εὐθέως ἔπιε κύλικας, οἴνου γεμούσας μὴ μιγέντος τοῖς ὕδασιν· ἄκρατα γὰρ πιεῖν τὰ τρία κεκέλευστο κάννια· ἄπερ, ὡς εἶπον, ῥοφήσασα, κινεῖται θᾶττον πρὸς ἔμετον, καὶ τὸν οἶνον ἐμέσασα, ἐμεῖ προφανῶς καὶ τὰ τρία σὺν αὐτῷ σαμαμίθια διὰ στόματος ῥίψασα, πάσης εὐθὺς ἀπηλλάγη κακώσεως καὶ δυσχεροῦς ὀδύνης καὶ μάστινος, ἃς ὁ φόρτος ἐκεῖνος ὁ τρίδυμος ἐπικυοφορούμενος ὤδινεν. Καὶ Ἄννα μὲν ἡ μονάστρια οὕτω τὸν ἐκ δαιμόνων αὐτῇ σκευασθέντα θάνατον ἐφύγε, ἰσχυροτέρας ἰατρῶν ἀρωγῆς τῆς ἐκείνων ἐπιβουλῆς εὐπορήσασα. Καὶ πάντας τοὺς ὁρῶντας τὴν ἴασιν πρὸς ὕμνους τῶν ἁγίων ὠτρύνασα, καὶ σὺν τούτοις αὐτοὺς ἀνυμνήσασα, τοῦ τεμένους ἀπέρχεται. Ἡμεῖς δὲ νῦν οἱ ἀκούοντες, ὡς οἱ τότε παρόντες πιστεύοντες, τοὺς ἁγίους ἀξίως ὑμνήσαντες πρὸς ἑτέρους ὕμνους καὶ θαύματα τὰς ἀκοὰς εὐτρεπίσωμεν καὶ τὰ στόματα.

ΜΕ'. *Περὶ Κοβιώτου τοῦ κωφοῦ καμηλαρίου.*

Ἀπ' Αἰγύπτου πάλιν εἰς Λιβύην μετέλθωμεν·

Digitized by Google

καὶ ἐν τῷ Μαρεώτῃ γενόμενοι, Κοβιώτην τὸν κωφὸν ἀνιχνεύσωμεν. Τοῦ Μαρεώτου γὰρ οὗτος ἐτύγχανεν· καὶ εὑρόντες τοῖς προλαβοῦσιν συνάψωμεν· καὶ τὰ κατ' αὐτὸν τοῖς ἀκούουσιν ἀπαγγείλωμεν· Γραφῆς γὰρ ἄξια τὰ εἰς αὐτὸν δραθέντα τοῖς μάρτυσιν. Κωφὸς ὁ Κοβιώτης γεγένητο, οὐχ οὕτως ἐκ μήτρας γενόμενος, ἀλλ' ἄφνω κωφωθεὶς ὡς ταῖς καμήλοις παρέβαλλεν· τούτων γὰρ ἀεὶ τῶν ζώων ἐφρόντιζε, καὶ πρὸ κωφώσεως, καὶ μετ' αἰφνίδιον κώφωσιν, βαρυτάτην δὲ τὴν νόσον ὑπάρχουσαν· οὔτε γὰρ τὸ σύνολον ἤκουεν, οὔτε τῶν πάνυ μεγάλων τῆς φωνῆς προσῃσθάνετο, οἷον δήμου βοῆς ἢ θαλάττης ἦχον ὑψούμενον, ἢ μεγάλων ἀνέμων ῥοιζήματα· ὃν πάντες οἱ θεώμενοι, δαίμονος ἐνέργειαν τὴν κώφωσιν ἔλεγον, καὶ οὐ πάθος ἢ σύμπτωμα σώματος. Καὶ τάχα τἀληθοῦς ἐστοχάσαντο, ἔκ τε τοῦ ἀθρόως συμβῆναι τὸ νόσημα, ἔκ τε τοῦ μηδένα τῶν ἰατρῶν ὠφέλειαν τούτῳ τινὰ δυνηθῆναι χαρίσασθαι. Πολλοὺς γὰρ περιελθὼν καὶ πληρώσας πολλῶν ἐπιτάγματος, αὐτὸς ἐν τῷ πάθει διέμενεν, διαφορὰν εὑρεῖν οὐ δυνάμενος. Ὅθεν ἰατροῖς πολλὰ χαίρειν φθεγξάμενος, τῶν καμήλων ἐφρόντιζε, ἀπαλλαγὴν τοῦ λοιποῦ μὴ προσδοκῶν τοῦ νοσήματος.

A cum apud Mareoten fuerimus inventi, Cobioten surdum investigemus. Hic enim Mareotensis erat; et inventum virum prioribus annectamus, et quæ circa eum gesta sunt, audientibus referamus, scriptura quippe digna sunt, quæ in eo sunt a martyribus acta. Surdus Cobiotes fuit, non ex vulva factus, sed subito surdus, cum camelis hæreret, effectus: horum namque semper animalium curam, et ante et postquam repente surdus factus est, peragebat. Cum autem languor esset gravissimus, neque enim ullo modo audiebat, neque saltem grandes strepitus sentiebat, ut puta vulgi clamorem, aut sonitus maris elatos, aut ingentium ventorum impetum magnum: quem omnes inspicientes, dæmonis operationem esse hujusmodi ægritudinem astruebant, et non corporis vitium sive casum. Et forte veraciter æstimabant, tam ex eo quod languor subito contigisset, quam ex eo quod nullus medicorum profectum huic quemlibet conferre potuisset; multos enim circumiens, et multorum complens præceptum, ipse in passione perseverarat, meliorationem aliquam reperire non valens. Unde medicis vale dicens, camelorum curam gerebat, libertatem de cætero languoris non præstolans.

Καὶ τάχα ἂν οὕτω μέχρι θανάτου διέμεινεν, εἰ μὴ πρὸς τῶν συντέχνων ὡς κωφὸς κατετρέχετο, καὶ πολλὴν τὴν ἀδικίαν ὑπέμενεν· ὧν οὐ βαστάσας τὴν δυσχερῆ παραπόνησιν, ἅπαντα λιπὼν, τὴν ἑστίαν, τὰς καμήλους, τὰ ὑπάρχοντα, καὶ μηδενὶ μηδὲν περὶ μηδενὸς ἐντειλάμενος, ζήλου πλησθείς, καὶ θείου πρὸς τοὺς μάρτυρας ἔρωτος, αὐτῶν, ὡς οἶμαι, τοιαύτην αὐτῷ προσπνευσάντων διάνοιαν, δρομαίως ἐπὶ τὸ τούτων μαρτύριον ἔτρεχεν, τοιαύτην μόνον φωνὴν πρὸς τοὺς ἑταίρους φθεγξάμενος· Ζῇ γάρ, φησὶν, Χριστὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν, ὡς εἰ μὴ πρὸς Κῦρον καὶ Ἰωάννην τοὺς ἁγίους οὐκ ἄπειμι, καὶ τούτους ἐκδιβαστὰς τῆς ἐμῆς ἐπηρείας ποιήσομαι· καὶ τοῦτο εἰπὼν γυμνὸς ἐπενδυμάτων πρὸς τοὺς μάρτυρας ἔδραμεν.

B Et forte sic usque ad mortem procul dubio permansisset, nisi a collegis tanquam surdus illuderetur, multamque injuriam pateretur; quorum difficilem afflictionem non ferens, omnibusque derelictis, domo videlicet, camelis et patrimoniis, nemini quidquam de quoquam præcipiens zelo repletus et divino erga martyres desiderio, ipsis ei, ut reor, talem inspirantibus animam, cursim ad horum martyrium festinabat; hujusmodi ad socios voce tantum affatus, Vivit enim Christus, inquit, Deus, si ad Cyrum et Joannem sanctos non iero, et hos exsecutores molestiæ meæ non fecero. Et hoc dicto, indumentis exutus cucurrit ad martyres.

Τότε γίνεταί τι παράδοξον, καὶ τῆς τῶν ἁγίων χάριτος ἄξιον, καὶ τῆς αὐτοῦ πολλῆς καὶ μεγάλης θερμότητος. Ἡ μόνον γὰρ ἐξῆλθε τὴν πύλην τῆς πόλεως ἥτις Ἡλιακὴ προσηγόρευται, εὐθέως αὐτοῦ τὰ ὦτα ἠρξαντο διανοίγεσθαι, καὶ φωνὰς αὐτὸς ἀνθρώπων πυνθάνεσθαι· ὅσῳ δὲ τῇ πορείᾳ προέκοπτε, τοσοῦτον φωνῆς πλεῖον ἀντελαμβάνετο· καὶ οὕτω τὸ δῶρον πρὸς τὴν τῆς ὁδοῦ προκοπὴν κομιζόμενος, ἐν ὅσῳ τῶν ἁγίων εἰσείη τὸ τέμενος, τὸ τέλειον τῆς ἀκοῆς ἀπελάμβανε, πᾶν ἴχνος καὶ γνώρισμα τῆς πολλῆς ἐκείνης ἀπολείψας κωφώσεως. Καὶ δὴ τὴν ῥῶσιν κατὰ τὴν πορείαν δρεψάμενος, ὡς ὑγιὴς τοῖς ἁγίοις καὶ οὐχ ὡς ἔχων προσήρχετο νόσημα· καὶ προσενέγκας εὐθὺς τὰ χαριστήρια, ᾠδαὶ δ' ἦσαν τοὺς σεσωκότας γεραίρουσαι, τὴν αὐτὴν εὐθέως ὑπέστρεφε· μηδὲ καθίσαι κατὰ τὸν τῶν μαρτύρων σηκὸν ἀνασχόμενος. Καὶ ἡμεῖς δὲ τὴν περὶ τούτου διήγησιν ἐκπληρώσαντες, καὶ τὰ ὑπὲρ αὐτῆς χαριστήρια τοῖς ἁγίοις προσάξαντες, διήγησιν ἄλλου ποιώμεθα θαύματος.

D Tunc etiam fit quiddam mirabile, sanctorumque gratia, et ipsius multo et magno fervore dignissimum. Ut enim tantum portam civitatis exivit, quæ Heliace appellata est, mox aures ejus cœpere patescere, et hominum ipse voces audire; et quantum in itinere proficiebat, tantum voces recipiebat, et sic donum secundum viæ profectum paulatim percipiens, dum sanctorum ingrederetur basilicam, perfectionem resumebat auditus, omni vestigio et signo multæ suæ absurdæ infirmitatis deleto. Cumque incolumitatem itinere percepisset, tanquam sanus et non sicut ægrotus procedebat ad sanctos; et gratiarum actionibus confestim oblatis, cantibus scilicet honorantibus salvatores, eadem die continuo remeavit, nec sedere quidem in martyrum basilica passus. Porro nos de hoc narratione completa, et gratiarum sanctis officiis persolutis, relationem alterius faciemus miraculi.

Digitized by Google

XLVI. *De tribuno cæco.*

Mennæ martyris templum, et quod est templum ante habitaculum, totius est Libyæ gloriatio, cujus habitator sanctus et custos etiam antequam pro Christo pateretur, erat, et posthac fuisse dignoscitur. Et certe gloria et excellentia dignum est ædificium, et sublimitate majori : per ipsum enim tam Mareotes quam Libya tota usque in hodiernum diem consistit, et quod est maximum Alexandria magna et clara Christique semper amica. Quotquot ergo martyris nostis martyrium, etiam quod circa hoc ædificium utique nostis ; ubi et tribunus, qui præsens ad relationem prolatus est, ibidem natus atque nutritus, in virum perfectum occurrit.

Hic valde crudeliter visibus infirmatus, cum non invenisset medicum, qui passionem sanare posset, ad perfectam impellitur cæcitatem. Ita ut neque noctis absentiam neque diei præsentiam nosset ; compressos enim habebat oculos et nequaquam apertos, cum videlicet ab invicem separari palpebræ nullo modo possent, ac si glutino quodam annexæ. Verum et tali tribunus infirmitate habita, non incredulus gratiæ Cyri fuit sive Joannis, sed pie et juste credebat, quod si profugus horum profectus efficeretur, visum profecto reciperet, quod et actu completum est ; qui enim fide confirmatus est, et hujus habet immobile fundamentum, amandam consuevit quæ in operibus est adipisci perfectionem. Nam nemo qui Deo credidit, derelictus est ; sed prout credidit, factum est ; et pro mercede fidei, desiderata obtinuit.

Ad martyrium ergo sanctorum veniens, et nato cæco fidem habens consimilem, et secundum illum dormiens a sanctorum audiebat gratia : Vade, lava in Siloa, et vides. Imitatores enim hi Salvatoris cum sint, eisdem ipsius verbis utuntur, festinantes semper ostendere, unde sanitatum gratiam fundant. Cum autem langueret, martyrum audito præcepto, ad sanctam Christi Dei nostri civitatem venit, et cum descendisset in Siloam, hujus aquis lotus, protinus vidit. Inde vero cum incedens videret, sciens muneris visuum magnitudinem, ad sanctos rursus occurrit, et apud eos residuo vitæ tempore habitavit, donec dormiens in pace requiesceret, bonitate nobis ostensa quam erga benefactores habere debemus.

Et tribunus quidem taliter ope percepta, fide ac incolumitate jam dicta potitus est. Alius autem quidam Tabennensis monachus, ex his qui patrem et optimæ vitæ magistrum magnum se gloriantur habuisse Pachomium, tanquam eum qui conversationis eorum fuerit auctor, factusque sit eis scala a terra ducens ad cœlum, tribuni languorem ferens ad martyres venit. Et eadem ab eis audita jussione, Vade dicentibus, lava in Siloa, et vides ; gratulatorio eis affectu respondit : Ille quidem cæ-

ΜΖ'. *Περὶ τριβούνου τοῦ τυφλοῦ.*

Τὸ Μηνᾶ τοῦ μάρτυρος τέμενος, καὶ τὸ πρὸ τοῦ τεμένους δωμάτιον, πάσης Λιβύης καθέστηκε φρύαγμα, ἧς οἰκήτωρ ὁ ἅγιος καὶ φύλαξ, καὶ πρὸ τῆς ὑπὲρ Χριστοῦ μαρτυρίας ἐτύγχανεν, καὶ μετὰ ταύτην γνωρίζεται· Καὶ ἄξιον ὄντως εὐκλείας τὸ κτῆμα καὶ φρυάγματος μείζονος · δι' αὐτοῦ γὰρ ὅ τε Μαρεώτης, καὶ ἡ Λιβύη πᾶσα μέχρι τῆς τήμερον ἕστηκεν · καὶ τὸ δὴ μέγιστον, Ἀλεξάνδρεια ἡ μεγάλη καὶ λαμπρὰ καὶ φιλόχριστος. Ὅσοι γοῦν τὸ τοῦ μάρτυρος ἴστε μαρτύριον, καὶ τὸ περὶ τοῦτο κτημάτιον, πάντες γιγνώσκετε, ὅθεν ὁ παρὼν τριβοῦνος εἰς διήγησιν ὥρμητο, ἐκεῖσε γεννηθεὶς καὶ τραφεὶς καὶ εἰς ἄνδρα τέλειον ἀφικόμενος.

Οὗτος πάνυ δεινῶς ἀσθενήσας τὴν ὅρασιν, καὶ μὴ τυχὼν ἰατροῦ δυναμένου τὸ πάθος ἰάσασθαι, πρὸς τελείαν ἐλαύνεται τύφλωσιν, ὡς μηδὲ νυκτὸς ἀπουσίαν μηδὲ παρουσίαν ἡμέρας ἐπίστασθαι εἴ τινος λίποι τοῦ διαγγέλλοντος · μεμυκῶτα γὰρ ἔσχε τὰ ὄμματα, καὶ μηδαμῶς ἀνοιγόμενα · μηδὲ χωρίζειν ἀλλήλων δυνάμενος ὡς ἀπὸ κολλῆς τινος προσηλωμένα τὰ βλέφαρα. Καὶ τοιαύτην ὁ τριβοῦνος ἔχων ἀσθένειαν, οὐκ ἠπίστει Κύρου καὶ Ἰωάννου τῇ χάριτι, ἀλλ' εὐσεβῶς καὶ δικαίως ἐπίστευεν, ὡς εἰ πρόσφυξ αὐτῶν ἀφικόμενος γένοιτο, πάντως τὸ βλέπειν κομίσηται, ὃ καὶ πράξει πεπλήρωται. Ὁ γὰρ πίστει βεβαιωθείς, καὶ ταύτης τὸν θεμέλιον ἔχων ἀσάλευτον, εἴωθεν τυγχάνειν καὶ τοῖς ἐν ἔργοις πρὸς φίλους τελειότητος · ἐπεὶ μηδεὶς πιστεύσας παρὰ Θεοῦ καταλέλειπται, ἀλλ' ὡς ἐπίστευε γέγονε, καὶ μισθὸν ἔσχε τῆς πίστεως τὴν τῶν ποθουμένων ἀπόλαυσιν.

Ἐν τῷ μαρτυρίῳ γοῦν τῶν ἁγίων γενόμενος, καὶ τῷ ἐκ γεννητῆς τυφλῷ τὴν πίστιν ἔχων ἐφάμιλλον, κατ' ἐκεῖνον κοιμώμενος, πρὸς τῆς τῶν ἁγίων ἥκουε χάριτος, Ὕπαγε νίψαι εἰς τὸν Σιλωὰμ, καὶ ἀναβλέπεις. Μιμηταὶ γὰρ οὗτοι τοῦ Σωτῆρος ὑπάρχοντες, τοῖς αὐτοῦ κέχρηνται ῥήμασιν, διὰ πάντων δεῖξαι σπουδάζοντες τῶν ἰαμάτων, ὅθεν τὴν χάριν ἀρύονται. Ὁ νοσῶν δὲ τοῦ τῶν μαρτύρων ἀκούσας προστάγματος, τὴν ἁγίαν Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν πόλιν κατείληφε, καὶ κατελθὼν εἰς τὸν Σιλωὰμ, τοῖς τούτου νιψάμενος ὕδασιν, εὐθέως ἀνέβλεψεν. Ἐκεῖθεν δὲ πάλιν ὁρῶν ἀφικόμενος, εἰδὼς τοῦ τῶν ὄψεων δώρου τὸ μέγεθος, τοῖς ἁγίοις αὖθις προσέδραμεν, καὶ παρ' αὐτοῖς τὸν ἐπίλοιπον τοῦ βίου χρόνον κατῴκησεν, μέχρις οὗ κοιμηθεὶς ἀνεπαύσατο, τὴν εὔνοιαν ἡμῖν ἐνδεικνύμενος, ἣν πρὸς εὐεργέτας ἔχειν ὀφείλομεν.

Καὶ τριβοῦνος μὲν οὕτως ἀπώνατο, πίστεως καὶ ῥώσεως τῆς λεχθείσης ἐπέτυχεν. Ἄλλος δέ τις μοναστὴς Ταβεννησιώτης τὸν πατέρων πατέρα καὶ ζωῆς ἄριστης διδάσκαλον τὸν μέγαν αὐχούντων Παχόμιον, ὡς τῆς αὐτῶν πολιτείας ἀρχηγέτην γενόμενον, καὶ κλίμαξ αὐτοῖς γεγονὼς πρὸς οὐρανὸν ἀπὸ γῆς ἀναφέρουσα, τὸ τοῦ τριβούνου φέρων ἀῤῥώστημα πρὸς τοὺς μάρτυρας ἔρχεται, καὶ τῆς αὐτῆς πρὸς αὐτῶν ἀκούσας κελεύσεως, Ὕπαγε λεγόντων, νίψαι εἰς τὸν Σιλωὰμ καὶ ἀναβλέπεις, χαριέντως αὐτοῖς ἀπεκρί-

Digitized by Google

νατο· Ἐκεῖνος μὲν ὁ τυφλὸς, ὦ μακάριοι, ὁ τοῦ παρόντος προστάγματος πρὸς τοῦ Δεσπότου τῶν ὅλων πυθόμενος, ἐν Ἱεροσολύμοις ἐτύγχανεν, καὶ τὸν Σιλωὰμ ἐκέκτητο γείτονα, καὶ εἰ πτωχὸς ἐγνωρίζετο, δαπανημάτων οὐκ ἔχρῃζεν πρὸς τὸ πληρῶσαι τοῦ Σωτῆρος τὴν σωτήριον ἔνταλσιν. Ἐγὼ δὲ πτωχὸς ὑπάρχων καὶ πρότερον, νυνὶ δὲ πολὺ τοῦ τότε πτωχότερος, καὶ αὐτὸ γὰρ ὅπερ ἐκεκτήμην πρὸ τοῦ τῶν ὀμμάτων νοσήματος, εἰς ἰατροὺς ἐδαπάνησα· καὶ τοσούτοις ἀφεστὼς τοῦ Σιλωὰμ διαστήμασι, ποίοις κελεύετε χρήσομαι χρημάσιν πρὸς τελείωσιν τοῦ ὑμετέρου θεσπίσματος.

Οἱ δὲ πάνυ σεμνῶς μειδιάσαντες, καὶ τερφθέντες αὐτοῦ ταῖς καλαῖς ἀποκρίσεσιν, καὶ τῶν ἀναλωμάτων ἀγαθοὶ δωτῆρες ἐγίνοντο. Ἀπελθε γὰρ, φασὶν, εἰς τὴν Φρόντωνος καλουμένην ἀπόστασιν (ἀποθήκην δὲ λέγουσι τὴν ἀπόστασιν ἐν ἄλλαις χώραις καὶ τόποις καὶ πόλεσιν), κἀκεῖσε Θωμᾶν τὸν τοῦ Κυμινᾶ τοῦ Αἰγυπτίου πιστικὸν ἐπιζήτησον, καὶ τοῦτον εὑρὼν, Ἀββάκυρος, ἐρεῖς, καὶ Ἰωάννης οἱ μάρτυρες πρὸς σέ με πεπόμφασι, καὶ χρυσὸν ἕνα μοι δοῦναι θεσπίζουσιν, ἵν' εὕρω δαπάνας ποιήσασθαι, ἐπειδήπερ εἰς τὴν ἁγίαν με πόλιν ἀπέστειλαν. Καὶ ταῦτα μὲν εἰρηκότες ἀπῆλθον οἱ ἅγιοι. Ὡς δὲ μεθ' ὕπνον τὴν πόλιν κατέλαβεν καὶ τὴν ἀπόστασιν εὑρὼν καὶ τὸν ἄνθρωπον, τῶν ἁγίων εἶπεν τὴν κέλευσιν· καὶ λαβὼν εὐθέως τὸ νόμισμα (προθύμως γὰρ καὶ Θωμᾶς τὸ μαρτυρικὸν προσήκατο θέσπισμα), εἰς τοὺς τοῦ Χριστοῦ τόπους ἀπέρχεται, καὶ ἐν τῷ Σιλωὰμ σπουδαίως γενόμενος, τοῖς τούτου ῥείθροις τὰς ὄψεις ἀποματτόμενος, σὺν ταῖς ῥανίσι τοῦ νάματος καὶ τῶν ὀφθαλμῶν τὴν ἀχλὺν ἀπεμάξατο. Ἐγνώρισε γὰρ τὸ ὕδωρ τὸ πρόσταγμα καὶ τοὺς πέμψαντας μάρτυρας, δούλους ὄντας Χριστοῦ καὶ θεράποντας τοῦ πρὸ αὐτῶν τὸν τυφλὸν ἀποστείλαντος. Διὸ καὶ θᾶττον αὐτῶν πληρῶν τὰ κελεύσματα, σὺν τῷ τριβούνῳ καὶ τοῦτον ἀντέπεμψεν βλέποντα, ὥσπερ καὶ τότε τυφλὸν πρὸς τὸν αὐτὸν δεσπότην ἀπέστειλεν. Ἡμεῖς δὲ τούτοις τοῖς περὶ τῶν ἰαθέντων δύο τυφλῶν λεχθεῖσιν ἀρκούμενοι, τοὺς ἁγίους καὶ νῦν εὐφημήσαντες, ἄλλα κηρύττειν αὐτῶν σπουδάσωμεν θαύματα.

A cus, o beati, qui præsens præceptum a Domino cunctorum audivit, Hierosolymis erat, et Siloam fontem vicinum habebat, et licet pauper esse noscerctur, sumptuum tamen non indigebat ad implendum Salvatoris salutare præceptum. Ego autem qui pauper etiam primitus eram, et nunc multo pauperior, et ipsum enim quod ante oculorum languorem habebam, in medicos consumpsi; quique tot a Siloa spatiis absum, quibus ad consummandum præceptum vestrum jubetis pecuniis utar.

At illi valde honeste subridentes, et in illius bonis delectati responsionibus, etiam expensarum benigni datores effecti sunt; etenim: Perge, inquiunt, ad apostasin quæ Phrontonis vocatur, (horreum autem dicunt apostasin in aliis regionibus, locis et urbibus), et illic Thomam Cyminæ Ægyptii proretam inquire; et hoc invento, Abbacyrus, dices, et Joannes martyres ad te me miserunt, et aureum unum mihi dari præcipiunt, ut inveniam expensas facere, quoniam ad sanctam me civitatem miserunt. Et his quidem dictis sancti abierunt. Ille vero post somnum, ad civitatem veniens, cum apostasin et hominem invenisset, sanctorum jussionem edixit, et accepto statim numismate, alacriter enim et Thomas martyricam sanctionem accepit, ad sancta Christi loca progreditur, et ad Siloam veniens, hujus rivulis facies lavit. Et post illam lavationem mox lotis faciebus, una cum guttis fluentibus, oculorum etiam cæcitatem detersit: agnovit enim aqua præceptum, et quod martyres, qui ad se destinaverant, servi Christi essent et famuli ejus, qui ante illos cæcum direxerat. Et idcirco maturius eorum præceptis completis, una cum tribuno, et hunc quoque remisit videntem, sicut etiam tunc cæcum ad ipsorum remisit dominatorem. Porro nos his, quæ de duobus dicta sunt cæcis sanatis, contenti, sanctis nunc etiam collaudatis, alia ipsorum prædicare satagemus miracula.

ΜΖ'. *Περὶ Πατρικίου ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς ἐσχήκοτος λευκώματα.*

XLVII. *De Patricio albugines in oculis habente.*

Τὸν Πηλουσιώτην Πατρίκιον συνάψαι τοῖς προλαβοῦσιν ἀκόλουθον. Εἰ γὰρ τῶν ὀμμάτων ἄλλο τὸ νόσημα, καὶ τῆς ἰάσεως ὁ τρόπος καθέστηκεν ἕτερος, ἀλλ' ἐν ἀμφοτέρων τὸ τέλος γεγένηται, καὶ τῶν νοσημάτων ἡ τύφλωσις, καὶ τῶν θεραπειῶν ἡ ἀνάβλεψις. Οὐκοῦν εἴπωμεν καὶ αὐτοῦ τὸ ἀῤῥώστημα, καὶ τοῦ ἀῤῥωστήματος τὴν ἴασιν μὴ χωρίσωμεν. Πηλουσιώτης ἦν ὁ Πατρίκιος, καὶ δοῦλος ἐτύγχανεν τοῦ τὴν Ἐκκλησίαν τὴν ἐκεῖσε ποιμαίνοντος· καὶ πεσὼν εἰς ὀμμάτων ἀσθένειαν, ἐν ταύτῃ τὸ καθ' ἡμέραν προέκοπτε, οὐ τοῖς ἔμπροσθεν ἐπεκτεινόμενος, καὶ τῶν ὄπισθεν ἐπιλανθανόμενος· ἦ γὰρ ἂν ζηλωτὸς ἦν τῷ περιττῷ τῆς ὁράσεως· ἀλλὰ τῶν μὲν ἔμπροσθεν ἐπιλανθανόμενος, τοῖς δὲ ὄπισθεν ἐπεκτεινόμενος· οὕτω γὰρ αὐτὸν εὐφυὴς ἰατρὸς ἐθεράπευσεν. Ταῖς δὲ κατ' ὀλίγον προκοπαῖς ἐλθὼν πρὸς τὸ τέλειον, πολλὰ

Consequens est ut Pelusioten Patricium cum præcedentibus annectamus. Nam et si alius est oculorum languor et sanitatis modus, unus tamen est in utroque finis effectus, oculorum scilicet cæcitas et recepti visus curatio. Ergo et languorem dicamus, et languoris sanitatem non dividamus. Pelusiotes erat Patricius, et servus ejus, qui ibidem constitutam regebat Ecclesiam, et in infirmitatem incidens oculorum, in hac de die in diem proficiebat, non in ea quæ ante sunt se extendens, et eorum quæ retro sunt obliviscens; quod si gessisset, laudabilis procul dubio esset abundantia visus; sed eorum quæ ante oblitus, et in ea quæ retro consistunt extensus, sicut quidam ingeniosus medicus medebatur. Porro cum ad perfectionem pervenisset paulatim proficiens, multividens dicebatur; sic enim laudabiliter

Digitized by Google

cæcos nominare solent; jam non laborem quemlibet præstans ei qui antea medebatur : etenim albugines in ambobus oculis habens, pessimam libertatem accepit, ob quam ulterius Asclepiadis minime subdebatur; sed habebat cæcitatem inexpugnabilem dominam, quæ se quasi mucrone captum a medicis subripuerat : contra quam jam repugnare, et ab ea captivum recipere, omnibus erat hominibus impossibile, soli autem Deo possibile, et his quibus ab eo gratia sanitatum tribuitur, apostolis videlicet, justis, prophetis, et martyribus, qui irreprehensibiliter vixerunt, Deumque bonis operibus placaverunt; et idcirco illum omnibus quæ voluerint, habent exauditorem.

Duos autem ex hac beata et gloriosa caterva Cyrum etiam et Joannem, Patricius esse sciens, et posse se ab amara illa domina liberare, et libertatem donare quam medicorum amittere fecit opitulatio, ad illos cum fide venit, qua liquido sciebat posse flectere martyres. At illi huic per somnium astant, et modum sanitatis annuntiant : in balneum quippe ingredi jubent, et facies colore linire, et per hunc visum recipere, cujus maxima pars ut aiunt calx est, priusquam laticibus irrigaretur : incensoria vero est hæc oppido, et parum valde concedit igni, ut humana corpora magis exurat. Ille vero nihil ad sanctorum præcepta cunctatus, ad balneum proficiscitur, et cursim specie jam dicta linitur, et cum mansisset post unctionem parumper, ut consueverunt facere qui collyriis a medicis inunguntur, aperiis oculis, compresses enim hos habebat, sedit, et repente visum adeptus est, more lacrymarum deponens albugines; et hoc modo lumen sicuti prius contemplatus est, quodque profecto collyriis medicorum amiserat. Erat autem inopinatum miraculum, quippe cum etiam videns, balneum exire non nosset; nam et qua intraverat nesciebat; sed egebat etiam tunc ductore, cum ipse acutius ductore videret. Ex hoc enim ad templum currens, eos qui videbant in admirationem vertebat, et ad sanctorum bonæ famæ præconia erigebat. Sanus autem et ipse factus, martyribus qui sanaverant collaudatis, Pelusium repedavit. Et nos quoque hymnis eos coronantes, aliorum illis hymnorum fomitem, alterius miraculi scriptum inferimus.

XLVIII. *De Antonio Thebæo qui viscerum patiebatur dolorem.*

Adhuc clamantem audimus Antonium, adhuc magnas emittentem voces; adhuc eximie vociferantem, non propter languorem qui fugit, sed ob gratiam quæ attributa est, quam taceri propter multam non sinit benevolentiam, sed cum reliquis poscit narrationibus dinumerari quas jam descripsimus, et unam fieri cum horum scripturis connumerandam; cujus voluntatem laudantes, petitionem citius impleamus.

Thebæus erat Antonius, et civis Thebaidis An-

βλέπων ἐλέγετο· οὕτω γὰρ εὐφήμως τοὺς τυφλοὺς ὀνομάζουσιν, μηκέτι κόπον τινὰ παρεχόμενος τῷ τὸ πρὶν αὐτὸν ἰατρεύοντι· ἰσχνῶς γὰρ ἐν ὄμμασιν ἀμφοτέροις λευκώματα, κακίστην ἐλευθερίαν ἐδέξατο, δι' ἧς οὐκέτι τοῖς Ἀσκληπιάδαις ὑπέκειτο, ἀλλ' ἔσχε τὴν τύφλωσιν ἄμαχον δέσποιναν, δορυάλωτον αὐτὸν τῶν ἰατρῶν ἁφαρπάσασαν, ἣν τὸ λοιπὸν καταγωνίσασθαι καὶ λαβεῖν ἀπ' αὐτῆς τὸν αἰχμάλωτον, πᾶσιν ἀνθρώποις ὑπῆρχεν ἀδύνατον, μόνῳ δὲ Θεῷ ῥᾴον ἐτύγχανεν, καὶ τοῖς ἀπ' αὐτοῦ δωρουμένοις ἰάματα· ἀπόστολοι δ' οὗτοι καὶ δίκαιοι καὶ προφῆται καὶ μάρτυρες ἀμέμπτως βιώσαντες, καὶ Θεὸν θεραπεύσαντες· καὶ διὰ τοῦτο πειθόμενον ἐν ἅπασιν αὐτὸν οἷς ἐθέλουσιν ἔχοντα.

Δύο δὲ ταύτης τῆς μακαρίας καὶ λαμπρᾶς ὁμηγύρεως καὶ Κῦρον καὶ Ἰωάννην εἰδὼς ὁ Πατρίκιος, καὶ δυναμένους αὐτὸν τῆς πικρᾶς ἐκείνης δεσποίνης λυτρώσασθαι, καὶ τὴν ἐλευθερίαν χαρίσασθαι, ἣν ἰατρῶν ἀρωγὴ προσαπώλεσεν, μετὰ πίστεως πρὸς αὐτοὺς ἔρχεται, ταύτην σαφῶς ἐπιστάμενος πεῖσαι δυναμένην τοὺς μάρτυρας. Οἱ δὲ τούτῳ κατ' ὄναρ παρίστανται, καὶ τὸν τρόπον τῆς ὑγείας μηνύουσιν· εἰς τὸ λουτρὸν γὰρ τοῦτον ἰέναι κελεύουσιν, καὶ λαβνείῳ τὰς ὄψεις ἐγχρίεσθαι, καὶ διὰ τούτου τὸ βλέπειν κομίζεσθαι· οὗ τὸ πλεῖστον, ὡς λέγουσιν, ἄσβεστός ἐστιν ὡς βραχεῖσα πρῶτον ἐν ὕδατι· καυστικὴ δ' αὕτη λίαν καθέστηκεν, καὶ ὀλίγα πάνυ παραχωροῦσα πυρὶ πρὸς τὸ μᾶλλον καίειν ἀνθρώπινα σώματα. Ὁ δὲ μηδὲν εἰς τὰ τῶν ἁγίων ἐνδυάσας προστάγματα, εἰς τὸ λουτρὸν μετὰ τὸν ὄνειρον ἔξεισι, καὶ δρομαῖος τοῦ λεχθέντος εἴδους ἐγχρίεται· καὶ μείνας βραχὺ μετὰ τὴν ἐγχείρησιν, ὥσπερ εἰώθασιν ποιεῖν οἱ κολλουρίοις παρὰ ἰατροῖς ἐγχριόμενοι· ἀνοίξας δὲ πάλιν τὰ ὄμματα, μεμυκότα γὰρ ἔχων ταῦτα ἐκάθητο, ἄθρόον ἀνέβλεψεν, δακρύων δίκην καταγαγὼν τὰ λευκώματα, καὶ ταυτὶ τὸ φῶς ὡς ἔστιν ἐθεάσατο, ὅπερ ἰατρῶν κολλουρίοις ἀπώλεσεν. Ἦν δὲ τὸ θαῦμα παράδοξον· καὶ βλέπων γὰρ τὸ λουτρὸν ἐξελθεῖν οὐκ ἐγίνωσκεν, ἐπεὶ μηδ' οἷας εἰσῆλθεν ἠπίστατο, ἀλλ' ἐδέετο καὶ τότε τοῦ ποδηγήσαντος πλέον αὐτὸς τοῦτο διηγοῦντος θεώμενος. Ἐκ τούτου δὲ δραμὼν πρὸς τὸ τέμενος, τοὺς ὁρῶντας ἐξέπληττε, καὶ πρὸς τὰς τῶν ἁγίων εὐφημίας διήγειρε. Ῥωσθεὶς δὲ καὶ αὐτὸς εὐφημήσας τοὺς μάρτυρας, εἰς τὸ Ηηλούσιον ᾤχετο. Καὶ ἡμεῖς δὲ τοῖς ὕμνοις αὐτοὺς στεφανώσαντες, ἑτέρων αὐτοῖς ὕμνων ἀφορμὴν τὴν ἑτέρου θαύματος γραφὴν εἰσενέγκωμεν.

ΜΗ'. *Περὶ Ἀντωνίου τοῦ Θηβαίου τὰ σπλάγχνα πάσχοντος.*

Ἔτι βοῶντος Ἀντωνίου πυνθάνομαι, ἔτι φωνὰς μεγάλας ἐκπέμποντος, ἔτι τὰ μέγιστα κράζοντος, οὐχ ἕνεκα τοῦ φυγόντος νοσήματος, ἀλλὰ τῆς δοθείσης χάριν ἰάσεως· ἣν σιωπᾶσθαι διὰ πολλὴν οὐκ ἀφίησιν ἔννοιαν, ἀλλὰ ταῖς λοιπαῖς αἰτεῖται συντάττεσθαι, αἷς ἤδη γεγράφαμεν, καὶ μίαν γενέσθαι ταῖς τούτων γραφαῖς ἐναρίθμιον· οὗ τὴν βόησιν ἐπαινέσαντες, τὴν αἴτησιν θᾶττον πληρώσωμεν.

Θηβαῖος ἦν ὁ Ἀντώνιος, καὶ πολίτης Ἀντωνίου

Digitized by Google

τῆς πόλεως. Οὗτος βαρυτάτην ἔσχεν ἀσθένειαν, ἥτις οὐ παισὶν ἰατρῶν, οὐκ ἄλλοις ἀνθρώποις, οὐκ αὐτῷ τῷ νοσοῦντι καὶ πάσχοντι δήλη μέχρι σήμερον γέγονε, ἀλλ' ἄγνωστος ἀνθρώποις ἐγένετο, καὶ παυσαμένη καὶ πρὸ τούτοις ὑπάρξασα. Ἐβόα γὰρ μόνον ὁ ἄῤῥωστος τὰ σπλάγχνα δεινῶς κατατρώγεσθαι, καὶ ὥσπερ ὑπὸ σκωλήκων βιβρώσκεσθαι, μήτε τὴν αἰτίαν εἰδὼς, μήτε τὸ πάθος παντελῶς ἐπιστάμενος. Ἀλλὰ καὶ τῶν ἰατρῶν οἱ σοφώτεροι, καὶ δόξαν εἰδήσεως ἔχοντες, τοῦτον συχνότατα βλέποντες κατὰ κάθοδον, ἄλην καὶ ἄλλην τὴν νόσον ἐδόξαζον· καὶ νῦν μὲν ταύτην, νῦν δ' ἐκείνην ἐφήμιζον· καὶ ποτὲ μὲν τοῦτο, ποτὲ δ' ἐκεῖνο τὸ αἴτιον ἔλεγον· καὶ τὸ σήμερον ἀρέσαν μετὰ σοβαρᾶς ὀφρύος τοῖς ἅπασιν, αὔριον σοβαρωτέρῳ φρονήματι διεπτύετο, καὶ πάλιν ὑπ' αὐτῶν ἀνετρέπετο, ἕτερον εἶναι καὶ οὐ τὸ χθιζὸν βεβαιούμενον. Ὡς δὲ πολλῶν τοιούτων ὁ ἄῤῥωστος πεῖραν πολλὴν διῆλθεν, καὶ διαφορὰν τοῦ πάθους οὐχ εὗρισκεν, ἀλλ' ἐν ὀδύναις ἀεὶ ταῖς αὐταῖς ἐγνωρίζετο, μίαν εἶναι κακῶν διασκέπτεται τὴν πρὸς Κῦρον καὶ Ἰωάννην τοὺς μάρτυρας ἄφιξιν. Εἰ μὴ γὰρ οὗτοι, φησὶν, ταύτης με τῆς ἀνάγκης λυτρώσονται, ὡς καὶ τῶν κρυφίων τὴν ἔρευναν ἔχοντες, καὶ γινώσκειν δυνάμενοι τὰ τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις ἀθέατα, ἄλλος οὐδεὶς με σῶσαι δυνήσεται, χάριν τοιαύτην ἐκ Θεοῦ μὴ δεξάμενος.

Ταύτην εἰς τοὺς ἁγίους τὴν πίστιν φραξάμενος, πρὸς αὐτοὺς παραγίνεται, καὶ διετῆ χρόνον ἀνὰ τῶν αὐτῶν σηκὸν διαιτώμενος, καὶ πίστεως μὴ παθὼν τῆς εἰς τοὺς μάρτυρας ὕφεσιν, ἦν ὁ τοσοῦτος καιρὸς ἱκανὸς ἦν αὐτῷ κατεργάσασθαι, οὕτως ἀπαύστως ὡς ἔφημεν ὀδυνωμένῳ καὶ κράζοντι, καὶ μηδὲ νύκτας μηδὲ τῆς μετὰ ταύτην ἡμέρας τὸ σύνολον λέγοντι, τὴν ῥῶσιν ἀθρόως κομίζεται· μήτε τι κελευσθεὶς διαπράξασθαι, ὥσπερ ἅπαντες οἱ παθόντες καὶ παθῶν ἕνεκα τῷ ναῷ παρεδρεύοντες, μήτε τι διὰ γαστρὸς ἐμβαλὼν ἢ ἀναγαγὼν διὰ στόματος· μόνον δὲ τοὺς ἁγίους μετὰ τὴν ῥῶσιν ἑωρακέναι λέγοντας, Ἰδού σε τῶν παθῶν ἐρυσάμεθα, καὶ πάθοις οὐκέτι ὃ μέχρι τοῦ παρόντος ὑπέμεινες. Ἀναστὰς οὖν τὴν ἐνεγκαμένην κατάλαβε, μηκέτι τοῦτο δειλιῶν τὸ ἀῤῥώστημα· ἐκεῖ δὲ γιγνόμενος, εἰς ἡμέτερον ὄνομα φύτευσον ἄμπελον, καὶ ταύτην ἡμεῖς σὺν σοὶ γεωργήσομεν, καὶ φυλακὴν ὁμοῦ τὴν ἁρμόττουσαν ἡμῖν προσοισόμεθα, καὶ κοινῶς αὐτῆς καὶ τὸν βότρυν δρεψόμεθα, καὶ πρὸς ληνὸν ἐρχόμενοι συμπατήσομεν. Σὺ δὲ τὸν οἶνον μεθ' ἡμῶν μεριζόμενος τὴν μὲν σὴν ἀπόμοιραν λάμβανε, καὶ ὡς ἂν ἐθέλοις ἀνάλισκε· τὸ μέρος δὲ τὸ ἡμέτερον κατ' ἔτος ἐνθάδε κατάβαλε εἰς οἶκον τοῦτον τὸν ἡμέτερον, καὶ τοῦτο τοῖς ἐν αὐτῷ νοσοῦσιν ἀδελφοῖς καταμέριζε.

Καὶ ταῦτα μὲν εἶπον οἱ μάρτυρες, καὶ οὐ μόνον εἶπον, ἀλλὰ καὶ φήσαντες ἔπραξαν. Ἐν Θηβαΐδι γὰρ ἀνελθὼν ὁ Ἀντώνιος, θᾶττον ὡς ἐκελεύσθη φυτεύει τὴν ἄμπελον, καὶ τοὺς ἁγίους ἐν πᾶσιν οἷς εἰρήκασιν εὑρὼν ἀντιλήπτορας, συμφυτεύοντας, συντρυγῶντας, καὶ τοὺς βότρυας συνθλίβοντας, καὶ δὴ μέγιστον εὐλογοῦντας, καὶ σκέποντας, καὶ πάντα ἀρεστὰ ποιοῦντας καὶ εὔκολα. Κατ' αὐτὸ δὴ τὸ ἔτος ὁιώρυξεν, ἐφύ-

tonius urbis. Hic gravissimam habebat infirmitatem, quæ non discipulis medicorum, non aliis hominibus, non ipsi languenti usque hodie claruit, sed ignota erat hominibus, et primitus dum exsisteret, et postmodum cum cessasset. Clamabat enim tantum infirmus se atrociter visceribus comedi, neque causam sciens, neque passionem prorsus agnoscens. Sed et medicorum sapientissimi, et opinionem scientiæ habentes, hunc sæpissime intuentes per circuitum, alium et alium opinabantur morbum, et nunc quidem hunc, nunc vero illum diffamabant; et aliquando quidem hanc, aliquando autem illam esse causam asseverabant; et quod hodie omnibus placebat cum elato supercilio, cras magis elato sensu respuebatur; et iterum quod ab illis refutabatur, aliud hesternum fuisse affirmabatur. Cum autem infirmus multorum talium experimentum multum ac diversum percepisset, meliorationemque passionis non invenisset, sed in doloribus semper eisdem perseverare dignosceretur, unam esse solutionem deliberat, ad Cyrum scilicet et Joannem profectionem; nisi enim isti me, ait, a necessitate liberaverint, qui et occultorum scrutinium habent, et cognoscere possunt quæ aliis sunt hominibus invisibilia, alius nemo salvare me poterit, tali a Deo gratia non accepta.

Hac erga sanctos fide munitus, ad eos venit, et per biennium in eorum habitans templo, et fidei circa martyres defectum non patiens, ad quem nimirum operandum ei tantum tempus sufficiens fuerat; cum sic indesinenter, ut diximus, doleret atque clamaret, et neque nocte neque die quæ post hanc fuerat terminaretur, subito percipit sospitatem, neque quid ageret jussus more omnium qui causa passionum in templo morabantur, neque aliquid per ventrem imittens, aut per os educens; solos autem sanctos post sanitatem vidit sibi dicentes: Ecce te a passionibus liberavimus, et patieris non jam quod eatenus pertulisti. Surgens ergo, ad urbem quæ te protulit abi, ulterius hanc non formidans infirmitatem. Cum autem illuc perveneris, ad nomen nostrum planta vitem, et hanc tecum nos excolemus, et communiter ejus vindemiabimus bonum, ad torcularque asportatum simul calcabimus. Tu autem vinum nobiscum dividens, partem quidem tuam accipe, et quomodcunque velis expende; partem vero nostram huc per singulos annos devebe, in hanc videlicet domum nostram, et hanc languentibus in ea fratribus divide.

Et martyres quidem hæc dixerunt, et non solum dixerunt, sed et dicentes egerunt. In Thebaidem namque cum venisset Antonius, plantat ocius sicut jussus est vitem, sanctos in omnibus quæ dixere opitulatores inveniens, secum scilicet plantantes, secum excolentes, secum vindemiantes et botryones pariter comprimentes, et quod est potissimum benedicentes et protegentes, atque omnia quæ difficilia

Digitized by Google

videbantur, levia facientes atque facilia. Eodem namque anno fodit, plantavit, vindemiavit, calcavit, sanctorumque partem ad horum templum deposuit, et his qui in eo diversis a languoribus tenebantur, eorumque præstolabantur opem, distribuit. Hoc autem gerens multis permansit annis, donec videlicet præsentem nuper vitam deseruit.

Itaque Antonius quidem ita ignoranter elanguit, et languorem ignotum habuit, et sanitatem accepit ignotam. Aphantis autem quædam mulier, castelli est hoc apud Ægyptum nomen, unde hæc fuerat, Anastun hanc noti vocabant, quæ passioni simili serviens, nam neque languorem sciebat, neque languoris occasionem, et neque a medico lucrifacere sanitatem valebat, aut saltem passionis notitiam, sed in utroque deficiebat, ad martyres venit, qui adversus omnes prævalent difficultates, passioni exitum imponere credens. Verum quamdam habuit ab Antonio differentiam non solum sexus, hoc enim perspicuum, sed et prædicti languoris; propter quod et communiter utrumque posuimus, propter passionum similitudinem; et proprie utrumque proferimus, diversitatem languoris insinuantes. Denique ille quidem intus se comedi æstimabat, hæc autem quoddam onus plumbeum sentiebat; et ille quidem annis curatus duobus, hæc autem in tertio evadit languorem; et hic quidem invisam sanitatem accepit, ista vero manifeste dolorum causam deposuit. Lapis erat hæc ovi magni magnitudinem ferens, et omnes stupefaciens visus, quem et ante sanctorum thecam suspendit, ut per annos plurimos esset omnibus manifestus, ad memoriam miraculi, et patrantium præconium. Unde et nos de illis narratione ponderata, sanctos ob utriusque sanitatem et curam quam circa profugos agunt laudemus. Non enim tantum super curatione languorum solliciti sunt, sed et esca ac operimenti providentiam gerunt; et alterius sanitatis munus sermonibus prædicemus.

A τευσεν, ἐτρύγησεν, ἐπάτησεν, καὶ τὸ τῶν ἁγίων μέρος κατήγαγεν εἰς τὸ τούτων σεβάσμιον τέμενος, καὶ τοῖς ἐν αὐτῷ διαφόροις κρατουμένοις νοσήμασιν, καὶ τὴν αὐτῶν ἀρωγὴν προσδεχομένοις διένειμε. Τοῦτο δρῶν πολλοῖς διέμεινεν ἔτεσιν μέχρις ἐναγχος τὴν παροῦσαν ζωὴν ἀπολέλοιπεν.

Ἀντώνιος μὲν οὖν οὕτως ἀγνώστως ἐνόσησεν, καὶ νόσον ἄγνωστον ἔσχηκεν, καὶ ῥῶσιν ἄγνωστον ἔλαβεν. Ἀφναΐτις δέ τις γυνὴ, κώμης τοῦτο τῶν κατ' Αἴγυπτον ὄνομα, ὅθεν αὕτη γεγένητο (Ἀναστοῦν αὐτὴν ἐκάλουν οἱ γνώριμοι), πάθει παραπλησίῳ δουλεύουσα, οὔτε γὰρ τὴν νόσον ἐγίνωσκεν οὔτε τῆς νόσου τὴν πρόφασιν, καὶ μήτε πρὸς ἰατροῦ κερδᾶναι δυνηθεῖσα τὴν ἴασιν, ἢ τοῦ πάθους τὴν εἴδησιν· ἀλλ' ἐν ἀμφοῖν ἀπορήσασα, πρὸς τοὺς μάρτυρας ἔρχεται, πάσαις αὐτοὺς ἀπορείαις ἰσχύοντας πόρον ἐνθεῖναι πιστεύουσα. Ἔσχε δέ τινα διαφορὰν πρὸς Ἀντώνιον, οὐ μόνον τῆς φύσεως, τοῦτο γὰρ πρόδηλον, ἀλλὰ καὶ τοῦ λεχθέντος νοσήματος· δι' ὃ καὶ κοινῶς αὐτοὺς ἀμφοτέρους τετάχαμεν, διὰ τὴν τῶν παθῶν ὁμοιότητα· καὶ ἰδίως ἑκάτερον φέρομεν, τὴν διαφορὰν τῆς νόσου μηνύοντες. Ἐκεῖνος μὲν οὖν τὰ ἔνδον ὑπενόει βιβρώσκεσθαι, αὕτη δὲ μολιβδίνου τινὸς βάρους ᾐσθάνετο· καὶ ὁ μὲν χρόνοις δύο θεραπεύεται, ἡ δὲ τρισὶ τὴν νόσον διέφυγεν· καὶ ὁ μὲν ἀφανῆ τὴν ῥῶσιν ἐδέξατο, ἡ δὲ φανερῶς τὸ τῶν ἀλγηδόνων κατήγαγεν αἴτιον. Λίθος οὗτος ἐτύγχανεν ὠοῦ μεγάλου φέρων τὸ μέγεθος καὶ πάντας ἐκπλήττων ὁρώμενος, ὃν καὶ πρὸ τῆς τῶν ἁγίων θήκης ἠώρησεν, ἐπ' ἔτεσι πλείοσι φαίνεσθαι πρὸς μνήμην τοῦ θαύματος, καὶ τῶν δεδρακότων ἀνύμνησιν. Ὅθεν καὶ ἡμεῖς τὴν περὶ αὐτῶν διήγησιν στήσαντες, τοὺς ἁγίους ὑμνήσωμεν, τῆς ἑκατέρων γνώσεως ἕνεκα, μᾶλλον δὲ ῥώσεως, καὶ φροντίδος τῆς εἰς τοὺς πρόσφυγας· οὐ θεραπείας γὰρ μόνον τῶν νοσημάτων φροντίζουσιν, ἀλλὰ καὶ τροφῆς καὶ σκεπάσματος κήδονται, ἑτέρας δῶρον ἴασεως τῷ λόγῳ κηρύξωμεν.

B

C

XLIX. *De Piamoth et Georgio qui sanctorum oblationes fraudati sunt.*

Ἡ δὲ ὡς παρελθόντας ἴδεν τοὺς μάρτυρας, καὶ μηδαμῶς αὐτὴν θεωρήσαντας, μηδὲ ποιεῖν τι πρὸς σωτηρίαν κελεύσαντας, ἔτι δὲ πλησιάζοντας, καὶ οὐ πολὺ αὐτῆς ἀφεστῶτας διάστημα, τάδε πρὸς αὐτοὺς ἀπεφθέγξατο· Ὦ Χριστοῦ τοῦ Δεσπότου θεράποντες, καὶ μιμηταὶ τῆς αὐτοῦ πρὸς ἡμᾶς ἀγαθότητος· ὦ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ἀλεξίκακοι, καὶ τῶν ἡμετέρων παθῶν ἰατροὶ θεοδώρητοι· ὦ πάσης νόσου διῶκται θεόπεμπτοι, καὶ πάσης θεραπείας δοτῆρες ἀένναοι, ταύτης ἕνεκα κἀγὼ τῆς πρὸς πάντας ὑμῶν ἀρωγῆς παραγέγονα, μὴ μόνον ἰδεῖν ἀλλὰ καὶ μετασχεῖν παθοῦσα τῆς χάριτος, καὶ σὺν πᾶσιν ἀπολαῦσαι τῆς ῥώσεως, ἣν ὑμεῖς πᾶσιν ἀφθόνως τοῖς πρὸς

NOTÆ.

(54) Ad hunc Joannem puto scriptas Procopii epistolas illas, quas supra edidimus.

Digitized by Google

ὑμᾶς ἐρχομένοις χαρίζεσθε. Τί οὖν εἰς ὑμᾶς ἁμαρτήσασάν με παρίδετε; ἢ ποίαν τῶν ὑμετέρων κελεύσεων [παραβᾶσαν] ἀνεπισκέπτως παρήλθατε; ἢ τί καθ' οἷον δή ποτε τρόπον λυπήσασαν, τῶν φιλανθρώπων ὑμῶν δωρεῶν ἐστερήσατε; κἀγὼ μὲν οὐδὲν ἐμαυτὴν οἶδα τῶν τοιούτων εἰς ὑμᾶς πλημμελήσασαν. Εἰ δέ τι τῶν εἰρημένων μοι πέπρακται, καὶ λήθης ἱματίων καλύπτεται, τοῦτό μοι, δέομαι, φράσατε, καὶ σύντομον αὐτοῦ ποιήσομαι τὴν διόρθωσιν.

Τούτων οἱ ἅγιοι πρὸς τῆς Ῥοδόπης ἀκούσαντες, οὐκ ἀτιμάζουσιν αὐτῆς τὴν ἀμώμητον δέησιν, ἀλλὰ πρὸς αὐτὴν ἐπιστρέψαντες, τοιούτοις αὐτὴν καὶ αὐτοὶ παραμυθοῦνται τοῖς ῥήμασιν· Οὐχ ὡς εἰς ἡμᾶς, ὦ γύναι, πλημμελήσασαν παρήλθομεν, οὐδ' ὡς τι τῶν ἡμετέρων, ὡς ἔφης, προσταγμάτων πατήσασαν, ἀλλ' ὅτι σου τὴν ἀνάλυσιν ἐγγίζουσαν βλέπομεν, καὶ τοῦ προσκαίρου βίου τὸ πλήρωμα, καὶ τῆς παρούσης ζωῆς τὴν ἀπόθεσιν, καὶ τῆς ἐν Χριστῷ κοιμήσεως τὴν ἀπαραίτητον ἄφιξιν· ὧν οὐχ ἡμεῖς δοτῆρες ἢ διῶκται τυγχάνομεν, ἀλλὰ Χριστὸς ὁ τῶν ὅλων Θεὸς καὶ Δεσπότης καὶ πρύτανις, ὁ ζωῆς καὶ θανάτου κατέχων τοὺς οἰακας. Τί οὖν ἡμεῖς πρὸς ταῦτά σοι δράσομεν; ἢ ποίας ἀθανασίας ὀρέξομεν φάρμακον; εἰς τί δὲ καὶ ἡ ῥῶσις δοθήσεται; ἢ τί τῆς θεραπείας τὸ χρήσιμον; τίς δ' ὁ ταῦτα πρὸς ἡμῶν κομισόμενος; ἢ τίς ὁ τούτοις ἐντρυφῶν δωρήμασιν; Σὺ γὰρ μετὰ βραχυτάτου καιροῦ τὰ τῶν βροτῶν καταλείψασα, τὴν πάντων ὁδὸν ὁδεύσεις ὑπνώσασα, ἣν ἀπόστολοι καὶ προφῆται καὶ μάρτυρες ὥδευσαν, καὶ Χριστὸς αὐτὸς ὁ τῆς ζωῆς ἀρχηγὸς γενόμενος ἄνθρωπος· εἰ καὶ τριταῖος ἀναστὰς τοὺς τῆς ἀναστάσεως ἡμῖν ἀρραβῶνας παρέσχετο. Ἐγερθεῖσα γοῦν ἄπιθι, καὶ τὴν ἑστίαν κατάλαβε πρὶν ἢ σε ψυχῆς ἐκ τοῦ σώματος καταλάβοι διάζευξις. Καὶ ταῦτα μὲν φήσαντες, ἀπῆλθον οἱ ἅγιοι· αὐτὴ δὲ πρωΐας εἰς πόλιν ἀφίκετο, καὶ θαυμάζοντι τῷ ἀνδρὶ τῆς ἐπανόδου τὸ σύντονον, τὴν τῶν μαρτύρων προφητείαν ἀπήγγελεν· καὶ μετ' οὐ πολλὰς τὰς ἡμέρας δεινῶς ἐπιβρύσαντος τοῦ νοσήματος, πρὸς Κύριον ἐξεδήμησεν, ὡς παρὰ τῶν ἁγίων ἐπύθετο. Ἡμεῖς δὲ κἀνταῦθα ἐπὶ τῇ προῤῥήσει τῆς Ῥοδόπης τελευτῆς, τοὺς προειπόντας θαυμάσαντες, καὶ τὴν περὶ αὐτῆς διήγησιν καταπαύσαντες, ἐπ' ἄλλου θαύματος ἀγωγὴν ἐκδημήσωμεν.

omnibus qui ad vos accedunt donatis. Utquid ergo me in vos peccantem despexistis? aut quam jussionum vestrarum me transgressam, sine consolatione transistis? aut quare me quomodo vos contristantem misericordibus muneribus vestris privastis? Et ego quidem nil novi me in vos hujusmodi deliquisse. Si vero a me quidquam eorum quæ dicta sunt perpetratum, et oblivionis veste coopertum est, hoc mihi, obsecro, dicite, et hoc ipsa concite corrigam. »

His sancti a Rhodope auditis, non inhonorant ejus immaculatam deprecationem, sed conversi ad eam talibus illam et ipsi sermonibus consolantur : Non tanquam quæ in nos deliqueris, o mulier, te præterivimus, neque tanquam quæ quidpiam ex nostris, ut ais, præceptis calcaveris, sed quia resolutionem tuam videmus appropiare et temporalis vitæ consummationem, et præsentis depositionem, et in Christo inevitabilem dormitionis accessum, quorum omnium non nos datores vel persecutores sumus, sed Christus omnium Deus et dominator et princeps, qui vitæ ac mortis retinet gubernacula. Quid ergo nos ad hæc tibi patrabimus, aut immortalitatis porrigemus remedium? In quo autem sanitas dabitur? aut quæ est curationis utilitas? Quis vero est qui hæc a nobis ferat? vel quis qui horum potiatur muneribus? Tu enim post paululum quæ sunt mortalium deserens, viam cunctorum ibis, soporatura qua apostoli, prophetæ ac martyres abierunt, et Christus ipse auctor vitæ factus homo, quamvis tertianus resurgens resurrectionis nobis arrhas præstiterit. Surge itaque, vade, et ad domum propriam proficiscere, antequam te animæ a corpore disjunctio capiat. Et his quidem dictis, sancti abierunt. Ipsa vero mane ad civitatem profecta est, et viro miranti reversionis compendium, prophetiam martyrum recitavit. Et non post multos dies dire gravescente languore, ad Deum profecta est, ut a sanctis didicerat. Nos autem etiam hic super vaticinio mortis Rhodopes, illos qui prædixerant admirantes, et narrationem de ipsa deserentes, ad alterius institutionem miraculi procedamus.

ΞΓ'. *Περὶ Ἑλπιδίου τοῦ ἐκ περιεργείας δονουμένου τὸ πρόσωπον.*

Παρίτω μετὰ Ῥοδόπης Ἑλπίδιος, καὶ τοὺς ἀκροατὰς ἑστιάτω τῷ κατ' αὐτὸν εὐθὺς διηγήματι· ἔστιν γὰρ τοῦτο λίαν ἱκανὸν πρὸς ἑστίασιν, καὶ τρέφειν εἰδὸς εὐσεβῶς τοὺς ἀκούοντας. Οὗτος ἐχθροὺς ἔχων, ὡς ἔοικεν, ἀεὶ μοχθηρίαις συζήσαντας, καὶ παρανόμων ἔργων ἐργάτας τυγχάνοντας, περιεργείᾳ πρὸς αὐτῶν ὑποβάλλεται, οὐ μαγγανείαν ὑποστὰς διὰ βρώσεως, ἢ δηλητήριον λαβὼν διὰ πόσεως, ἀλλὰ πληγεὶς ἀφειδῶς διὰ δαίμονος, καὶ μυσαροῦ καὶ μέγιστα βλάπτοντος πνεύματος· ἀεὶ γὰρ αὐτοῦ πᾶν ἐδονεῖτο τὸ πρόσωπον· καθ' οὗ καὶ τὴν πληγὴν ὑπῆρξε δεξάμενος· ὅπερ ἀκουσίως καὶ βιαίως σειόμενον ἑαυτῷ,

LXIII. *De Helpidio ex maleficio faciem quatiente.*

Præsto sit post Rhodopen Helpidius, et mox de se facta relatione reficiat auditores; est enim hoc satis idoneum ad epulationem, ac pie nutrire sciens audientes. Hic nimirum inimicos habens, qui cum semper nequiter viverent, et iniquorum operum operarii essent, maleficio ab eis submittitur, non maleficium per escam perpessus, aut venenum sumens in potu, sed plagis non parcentibus sauciatus, per dæmonem tetrum ac lædentem plurimum spiritum; semper enim tota facies movebatur, in qua plagam susceperat, quæ non sponte, sed vi agitata, totum secum commovebat caput simul et

Digitized by Google

collum. Et cum hæc pateretur, cunctis compassionis spectaculum adjacebat, ad miserationem commovens eos, qui hunc ita moveri videbant; Cain enim illum per inquietas facierum concussiones partim imaginabant, qui fratricidalis pœnam propositi, ut semper tremeret sortitus est; et quod hoc pejus est, faciem vibrabat Helpidius, et tremoribus nimis affligebatur. Et Deus quidem illum misericorditer pœnis afficiebat, dæmon vero miserabiliter flagellabat. Sic laborantem Helpidium, omnes qui hunc intuebantur veraciter dignum misericordia decernebant; quanquam medicorum nullus hunc adjuvare conatus sit, sed nec aspicere omnino præsumpserit; super artem enim suam erat infirmitas, et soli Deo a divinis ejus famulis, quibus præbuit quæcunque volunt, sanabilis erat passio.

Cum autem Cyri et Joannis miracula propinqui audirent, et non solum audirent, sed et liquido scirent, vicina enim est regio, et Alexandrinis non minus quæ sunt Alexandrinorum ediscunt, hunc gestantes adveniunt, et ad sanctorum projiciunt monumentum, auxiliari eos languido deprecantes. At illi Helpidii etiam ante perventionem miserti, dæmonumque insidiarum non nescii, apparentes in somnis sanaverunt; et hoc fecere ad perfectam passionis præcipiunt sanitatem: aquam deferri ab Adytis jusserunt; est enim stagnum Adyta, Alexandria quingentis stadiis distans ad occidentem, Libyæque vicinum. Ex hoc fluento afferri, et ad potum dari patienti præcipiunt, atque ad abluendum caput et faciem. Facta autem sanctione sanctorum, veniens ad fluentum, bibit Helpidius et caput lavit et faciem, et passio statim nusquam comparuit; erat autem res digna miraculo, quoniam fluentum instabile, stare faciem et caput fecit instabile; et aqua quæ semper fluxu movetur, reddebat inturbabile collum. Igitur Helpidius quidem taliter curatione reperta, et languore depulso, sanctis collaudatis abscessit, et ad civitatem suam pervenit incolumis. Quos et nos condignis honorificationibus celebrantes, alia ipsorum conscribamus fortia facta.

LXIV. *De muto.*

Non est bonum muto injuriam facere, licet nos calumniari tanquam injuriam inferentes non possit, neque dimittere silentio tacitum, quia nec istum gloriosi martyres semper tacentem dimittere passi sunt, sed eloquentem ex non loquenti operati, bene loqui largiti sunt, ne in hoc perfectionis eorum desit donum perfectum. Sanctos ergo et nos imitemur, et quod ipsi tunc operibus gesserunt, hoc nunc sermonibus faciamus; et eum, qui semel locutus est, mutum iterum non ponamus, narrationem de ipso faciendam, silentio contegentes, ne forte nobis apud martyras deroget, et silentii nostri calumniator efficiatur, usum loquendi ab eis adeptus et tacere vel taceri de cæ-

A συνεσάλευε πᾶσαν ὁμοῦ τὴν κεφαλὴν καὶ τὸν τράχηλον· καὶ ταῦτα πάσχων πᾶσιν θέαμα συμπαθείας προέκειτο, πρὸς οἶκτον κινῶν τοὺς κινούμενον βλέποντας· ἐκεῖνον γὰρ τὸν Κάϊν ἐκ μέρους εἰκόνιζε, ταῖς τῶν προσώπων ἀπαύστοις κινήσεσιν, τὸν ἀδελφοκτόνου τιμὴν προαιρέσεως τὸ τρέμειν ἀεὶ κομισάμενον· καὶ τούτου δὲ χείρων ἐκλονεῖτο τὰς ὄψεις Ἑλπίδιος, καὶ τοῖς τρόμοις ὑπερβαλλόντως ἐτρύχετο· ὅσον Θεὸς μὲν ἐκεῖνον φιλανθρώπως ἐκόλαζε, δαίμων δὲ τοῦτον μισανθρώπως ἐμάστιζεν. Οὕτω κάμνοντα τὸν Ἑλπίδιον, καὶ πρὸς πάντων ὁρώντων ἀληθῶς ἐλεούμενον, ἰατρῶν μὲν οὐδεὶς βοηθεῖν ἐνεχείρησεν, ἀλλ' οὐδὲ βλέπειν αὐτὸν ὅλως ἐτόλμησεν· ὑπὲρ τέχνην γὰρ τὴν αὐτῶν ἦν τὸ ἀῤῥώστημα, μόνῳ δὲ Θεῷ καὶ τοῖς αὐτοῦ θείοις θεράπουσιν, οἷς παρέσχεν ὅσα θέ- B λουσι δύνασθαι, τὸ πάθος ὑπῆρχεν ἰάσιμον.

Τὰς Ἰωάννου δὲ καὶ Κύρου θαυματουργίας οἱ προσόντες ἀκούοντες, καὶ οὐ μόνον ἀκούοντες ἀλλὰ καὶ σαφῶς ἐπιστάμενοι· γείτων γὰρ ἡ χώρα καθέστηκεν, καὶ τὰ τῶν Ἀλεξανδρέων οὐχ ἧττον τῶν Ἀλεξανδρέων μανθάνουσιν· τοῦτον ἄγοντες ἔρχονται, καὶ τῷ τῶν ἁγίων προσπίπτουσι μνήματι, βοηθεῖν αὐτοὺς τῷ νοσοῦντι δεόμενοι· οἱ δὲ τὸν Ἑλπίδιον καὶ πρὸ τῆς ἀφίξεως ἐλεήσαντες, καὶ τὴν τῶν δαιμόνων ἐπιβουλὴν οὐκ ἀγνοήσαντες, ὄναρ φανέντες ἰάσαντο· καὶ τοῦτο ποιεῖν πρὸς τελείαν τοῦ πάθους θεσπίζουσιν ἴασιν· ὕδωρ ἐνέγκαι τῶν Ἀδύτων ἐκέλευσαν· ἔστιν δὲ λίμνη τὰ Ἄδυτα, Ἀλεξανδρείας σταδίους πεντακοσίους ἀπέχουσα, πρὸς δύσιν καὶ λίμνην τὴν γείτονα. Ταύτης τοῦ νάματος ἐνεχθῆναι προστάττουσι, C καὶ πρὸς πόσιν δοθῆναι τῷ πάσχοντι, καὶ τοῦ προσώπου καὶ τῆς κεφαλῆς τὴν ἀπόπλυσιν. Γενομένου δὲ τοῦ τῶν ἁγίων θεσπίσματος, ἤρχετο τὸ νᾶμα, ἔπιεν ὁ Ἑλπίδιος, καὶ τὴν κεφαλὴν ἔπλυνε καὶ τὰ πρόσωπα· καὶ τὸ πάθος εὐθὺς ἀφανὲς καὶ φροῦδον ἐγίνετο· ἦν δὲ τὸ πρᾶγμα θαύματος ἄξιον, ὅτι τὸ νᾶμα τὸ ἅστατον ἵστη κεφαλὴν καὶ πρόσωπον ἄστατον· καὶ ὕδωρ τὸ ἀεὶ τῇ ῥεύσει κινούμενον, ἀκλόνητον ἐποίει τὸν ἀεὶ κλονούμενον τράχηλον. Ἑλπίδιος μὲν οὖν οὕτω τὴν θεραπείαν εὑράμενος, καὶ τὴν νόσον ἀποτριψάμενος, τοὺς ἁγίους ὑμνήσας ἀπῄχετο, καὶ τὴν ἐνεγκαμένην ἐῤῥωμένος κατέλαβεν· οὓς καὶ ἡμεῖς ἐπαξίως γεραίροντες, ἑτέραν αὐτῶν ἀριστείαν συγγράψωμεν.

D

ΞΔ'. *Περὶ τοῦ μογιλάλου.*

Οὐ καλὸν ἀδικῆσαι τὸν ἄλαλον, εἰ καὶ κατηγορεῖν ἡμῶν ὡς ἀδικούντων οὐ δύναται, οὐδ' ἐᾶσαί γε σιωπῶμενον, ἐπεὶ μηδὲ τοῦτον οἱ ἔνδοξοι μάρτυρες ἀεὶ σιγῶντα κατέλιπον, ἀλλὰ λάλον ἐξ ἀλάλων εἰργάσαντο, καὶ τὸ εὖ λαλεῖν ἐχαρίσαντο, ἵνα μὴ τῆς ἐν τούτῳ τελειότητος, τὸ τέλειον αὐτῶν λίποιτο χάρισμα. Τοὺς ἁγίους οὖν καὶ ἡμεῖς μιμησώμεθα, καὶ ὅπερ αὐτοὶ τότε τοῖς ἔργοις δεδράκασιν, τοῦτο νῦν ἡμεῖς τοῖς λόγοις ποιήσωμεν, καὶ τὸν ἅπαξ λαλήσαντα, πάλιν ἄλαλον μὴ τιθώμεθα, τὴν κατ' αὐτὸν σιωπῶντες διήγησιν, μήπως ἡμᾶς διαβάλῃ τοῖς μάρτυσιν, καὶ τῆς ἡμετέρας σιγῆς κατήγορος γένηται, τὸ λαλεῖν πρὸς αὐτῶν κομισάμενος, καὶ σιγᾷν ἢ σιγᾶσθαι τοὺς λοιποὺς μὴ βουλόμενος, ἵνα μὴ τοῖς λάλον αὐτὸν

Digitized by Google

ἀναδείξασιν ἀγνώμων κρίνοιτο καὶ ἀχάριστος, σιγᾷν αὐτῶν τὰς δωρεὰς ἀνασχόμενος.

Φοίνιξ ὑπῆρχεν ὁ ἄλαλος, καὶ Τύρου τῆς πόλεως ὥρμητο, ἐλέγχων τάχα ταύτῃ τοὺς Ἕλληνας, καὶ τὰ ψευδῆ τούτων καὶ γραώδη μυθάρια. Ἔνθεν γὰρ οὗτοι τὸν Κάδμον μυθεύονται πρῶτον γραμμάτων γενέσθαι γεννήτορα, καὶ τούτοις Ἑλλάδα ξενίσαι τὴν ἄμουσον, ἀφ' οὗ νῦν βλαστήσας ὁ ἄλαλος, σαφὴς ἔλεγχος ὤφθη τοῦ πλάσματος· ὃν Ἕλληνες ἀμαθίᾳ κατέκρυπτον, πρεσβεῖα Μωσέως οὐ βλέποντες, καὶ Κάδμου χρόνους παντελῶς οὐ γινώσκοντες, οὓς πρὸς ἔλεγχον παρατίθεσθαι μείζονα, καὶ σαφεστέραν ποιεῖν τὴν πλάνην τοῖς θέλουσιν, ὁ σκοπὸς ὁ παρὼν οὐκ ἀφίησι, πρὸς ἑαυτὸν ἑφελκόμενος, καὶ πληροῦν αὐτὸν ἀναγκάζων τὸν κάλαμον. Τύριος ἦν, ὡς ἔφην, ὁ ἄλαλος, καὶ σύγγονον ἔσχε τὸ νόσημα, οὐ χρόνῳ τινὶ συμβὰν ἀπ' ἄλλου νοσήματος, ἀλλ' ἐξ αὐτῆς αὐτῷ σὺντεχθὲν τῆς κυήσεως· καὶ τοῦτο λαχὼν τὸ πάθος ἐκ φύσεως, οὐ γλυκεῖαν ἀφῆκεν φωνὴν πρὸς τοὺς φύσαντας, οὐ μητέρα ποτὲ τραυλίζων ἠγόρευσεν, οὐ πατέρα ψελλίζων ἐκάλεσεν· οἷς ἀεὶ τῶν παίδων οἱ γονεῖς ἐπευφραίνονται, κἂν ἄναρθρα ᾖ τὰ τραυλίσματα καὶ ψελλίσματα· ὡς Ἀθηναῖοι τὸ πρὶν ἐπ' Αἰσχίνῃ καὶ Δημοσθένει τοῖς ῥήτορσι καὶ τοῖς τούτων εὐγλώττοις στομύλμασιν.

Ἀνὴρ οὖν γεγονὼς, τὴν γλῶτταν εἶχεν ἀκίνητον καὶ τοῖς λοιποῖς οὐ συντρέχουσαν μέλεσιν· καὶ τάχα ἂν τῆς παρούσης ζωῆς οὕτω ἐξεδήμησεν, εἰ μὴ φιλόχριστοί τινες καὶ φιλάνθρωποι Κύρου καὶ Ἰωάννου τὴν χάριν γιγνώσκοντες, καὶ τὰ δι' αὐτῶν τοῖς πιστοῖς παρεχόμενα θαύματα ὡς πιστοὶ συμπαθήσαντες, τοῦτον πρὸς τοὺς μάρτυρας ἤγαγον· ἔνθα γενόμενος, καὶ τὴν πίστιν τῶν ἀγαγόντων ἔχων πρεσβεύουσαν, καὶ οἶκτον τὸν ἑαυτοῦ πρὸς οἶκτον τοὺς ἁγίους ἐγείραντα, λάλος γλώττης ἐπέτυχεν, οὐ γλῶτταν ἄλλην κτησάμενος, ἀλλ' ἧς εἶχεν τὸν δεσμὸν ἀποθέμενος. Πάντως δὲ τὸ φάρμακον λέγειν ἀκόλουθον, δι' οὗ τὸ τῆς γλώττης πάθος ἐξέφυγεν. Ὕδωρ αὐτῷ πίνειν καθεύδοντι οἱ ἅγιοι φανέντες ἐκέλευσαν· οὐ λόγοις τοῦτο θεσπίζοντες (οὐ γὰρ ἤκουεν), ἀλλὰ νεύμασι, καὶ τοῦ νάματος δείξεσι. Ὁ δὲ γενόμενος ἔξυπνος, τὸ νᾶμα φέρειν ἐνένευεν· ἐμεμαθήκει γὰρ διὰ νεύματος, ὃ δ' ἂν ἴδοι κοιμώμενος, τοῦτο ποιεῖν ἀνιστάμενος· καὶ δοθέντος αὐτῷ θᾶττον τοῦ ὕδατος, δεξάμενος ἔπιεν. Καὶ πιὼν εὐθέως ἐλάλησεν· καὶ λαλούντων ἀνθρώπων ἐπήκουσεν· καὶ τῶν ἁγίων ἀπήγγελλε θέσπισμα, τὸν ὄνειρον λόγοις τρανέσι διηγούμενος καὶ τῶν ὀφθέντων γεραίρων τὴν δύναμιν.

Οὕτως ὁ κωφὸς ἠκροάσατο, καὶ λόγον ὁ ἄλαλος ἀπεφθέγξατο, οὐ τῆς Κασταλίας γευσάμενος νάματος, οὐχ ὕδωρ πιὼν ἀπὸ Στυγὸς κατειβόμενον, οὐ ῥεῖθρον Καυκάσειον ἀρυσάμενος, εὐφημοῦν ἀρετὴν Πυθαγόρειον, ὡς Ἑλλήνων οἱ μῦθοι θεσπίζουσιν, καὶ τῶν γεγραφότων ἡ πρὸς ἀλήθειαν ἔνδεια· ἀλλ' εὐτυχήσας Ἰωάννου καὶ Κύρου τὴν κέλευσιν ἀναπληροῦσαν αὐτῷ ἅπερ ἡ φύσις δημιουργεῖν αὐτοῖς παρεχώρη-

tero nolens; ne his qui eloquentem hunc ostenderunt, minus devotus esse judicaretur pariter et ingratus, dum dona eorum tacere pateretur.

Phœnix erat mutus, et Tyri civitatis oriundus, redarguens forte hic Græcos, et falsas horum et aniles fabellas. Hinc enim ii Cadmon fatentur primum litterarum fuisse magistrum, et his Græciam muneratum indoctam [*cod.* miratam]. A quo nunc germinans mutus, manifestus fictionis index apparuit, quem Græci indisciplinatione abscondebant, primatum Moysi non videntes, et Cadmi tempora modis omnibus nescientes; quos ad redargutionem majorem commendare, manifestioremque his qui volunt errorem facere, intentio præsens non sinit, ad se nos attrahens, et implere suum calamum cogens. Tyrius erat, ut dixi, ille mutus, et passionem habebat cognitam non tempore aliquo ab alio accidentem languore, sed ex ipso secum partu nascentem. Et hanc ex natura sortitus, non dulcem ad parentes emisit vocem, non matrem aliquando balbutiens appellavit, non patrem claro saltem mutto [*ita cod.*], vocavit super quibus semper puerorum parentes lætificantur, licet sine articulis sint muttiendi et balbutiendi eorum affectus; sicut Athenienses pridem super Æschine vel etiam Demosthene rhetoribus et horum versutiis eloquentibus.

Vir ergo factus linguam immobilem habuit, cum reliquis membris minime concurrentem: et forte sic a præsenti vita migrasset, nisi quidam amici Christi et hominum amatores, Cyri ac Joannis gratiam et miracula quæ per eos præstantur fidelibus cognoscentes, tanquam fideles compassi, hunc ad martyras adduxissent; ubi fidem deducentium habens, cum venisset, intercedentem, nec non et miserationem sui, ad miserationem sanctos excitantem, eloquentis linguam adeptus est, non aliam linguam acquirens, sed vinculum ejus quam habebat deponens. Verum et medicinam dicere consequens est, per quam linguæ passionem diffugit. Aquam ei bibere dormienti apparentes sancti jusserunt, non verbis hoc decernentes, non enim audiebat, sed nutibus et lymphæ ostensionibus. Qui expergefactus ut fluentum afferretur innuebat; didicerat enim per nutum ut quidquid videret dormiens, evigilans faceret; et datam sibi maturius aquam suscepit et bibit, et bibens statim locutus est, et homines loquentes audivit, et sanctorum retulit sanctionem, somnium verbis expressis enarrans, et eorum qui apparuerant virtutem concelebrans.

Taliter surdus audivit, et verbum mutus pronuntiavit, non Castaliæ gustans fluentum, non aquam bibens a Styge descendentem, non laticem Caucasium hauriens, laudantem virtutem Pythagoricam, ut gentilium fabulæ sanciunt, et scriptorum quantum attinet ad veritatem inopia, sed Joannis et Cyri jussione potitus, quæ suppleret illi quod natura facere concessisset; quo appare-

Digitized by Google

rent martyres abinde sanitates donare, et ea quæ ad perfectionem hominibus deerant accommodare, unde et a principio nativitatem sortiti sunt. Propter quod et nos eos quantum possumus collaudantes, et dari verbum in apertione oris supplicantes, sicut etiam nunc præsenti muto dederunt, ad reliquorum miraculorum narrationem alacriter properemus.

σεν · ἵνα φανῶσιν οἱ μάρτυρες ἐκεῖθεν τὰς ἰάσεις δωρούμενοι, καὶ τὰ πρὸς τελείωσιν τοῖς ἀνθρώποις ἐλλείποντα, ὅθεν ἐξ ἀρχῆς καὶ τὴν γένεσιν ἔλαχον · διὸ καὶ ἡμεῖς ὡς δυνατὸν αὐτοὺς εὐφημήσαντες, καὶ δοῦναι λόγον ἐν ἀνοίξει τοῦ στόματος ἱκετεύσαντες, ὡς καὶ τῷ παρόντι νῦν ἀλάλῳ δεδώκασιν, προθύμως πρὸς τὴν τῶν λειπομένων θαυμάτων διήγησιν ἐπειγόμεθα.

LXV. *De Theodoro cæco et habente dæmonium.*

ΞΕ'. *Περὶ Θεοδώρου τοῦ τυφλοῦ καὶ δαιμόνιον ἔχοντος.*

Ad tempus nobis Cilix accessit Theodorus, duplicis et ipse infirmitatis fugam enarrans, et conscribi cum præcedenti, qui mutus et surdus exstiterat, volens ; duplicisque languoris duplicem sortitus est sanitatem. Quo benigne recepto, propter benevolentiam quam circa martyras habet, et linguam illi ad breve tempus donabimus, et manum accommodabimus, et mutuum præstabimus calamum, sanctis laudem texenti, et virtutem eorum ardue prædicare studenti. Incipiamus ergo de illo referre, alacriter ei omnia facti, manus videlicet, lingua, et calamus scribere velociter et amplissime adhortatus.

Εἰς καιρὸν ἡμῖν ὁ Κίλιξ ἀφῖκται Θεόδωρος, διττῆς καὶ αὐτὸς ἀσθενείας φυγεῖν διηγούμενος, καὶ τῷ προλαβόντι θέλων συντάττεσθαι, γλώττης δεσμὸν πεφευγότι καὶ κώφωσιν, καὶ διττοῦ νοσήματος διττὴν λαχόντι τὴν ἴασιν. Ὃν φιλοφρόνως δεξάμενοι, διὰ τὴν πρὸς τοὺς μάρτυρας εὔνοιαν, καὶ τὴν γλῶτταν αὐτῷ πρὸς βραχὺ χαρισώμεθα, καὶ τὴν χεῖρα δανείσωμεν, καὶ τὸν κάλαμον χρήσωμεν, τοῖς ἁγίοις τὴν εὐφημίαν ὑφαίνοντι, καὶ τὴν αὐτῶν ἀλκὴν διαπρυσίως ἐκβρύττειν σπουδάζοντι · ἀρξώμεθα γοῦν τῆς κατ' αὐτὸν διηγήσεως, προθύμως αὐτῷ πάντα γιγνόμενοι, καὶ χεὶρ καὶ γλῶττα καὶ κάλαμος, ὁ ξυγγράφειν εὐφυῶς ἐπειγόμενος.

Cilix erat Theodorus ex Anazarbeis exortus, passionibusque duabus difficilibus coarctatus, quarum altera dæmonium erat nequissimum, ferina sævitia superveniens, et dirumpens semper omne quod invenisset ; multoties enim, ut quondam pater dæmonium patientis in Evangeliis ad Dominum dixit, in ignem eum et aquam jactabat, occidere hunc non parcens ac perdere volens ; altera vero oculorum cæcitas erat non infirmitate facta naturæ, sed operatione dæmonis præparata, nec ex languore corporali superillata, sed ex feritate spiritus inducta ; sic malignum erat dæmonium, et propter abundantiam rabiei malevolum ! Verum cum in his esset Theodorus, et nihil salutare speraret, aut ab his ante liberationem, quæ fit per mortem, fugere passionibus exspectaret ; mors enim revera viro requies, ut Job qui philosophatus est in passionibus, est affatus, omnem auferens sæculi hujus difficultatem, præsentisque vitæ multam passionem, et multum laborem ; Cyrus et Joannes annuntiantur a Deo donati dæmonum expulsores, et passionum corporalium veri propulsatores ; et credens Deo et martyribus Alexandriam venit, et ad sanctorum pervenit ecclesiam, re denuntians fidei erga illum immobilitatem. Quem Christi suscipientes famuli, et a malis quibus afficiebatur liberarunt, et vitæ Deo amabilis operarium reddiderunt.

Κίλιξ ἦν ὁ Θεόδωρος τῆς Ἀναζαρβέων ὁρμώμενος πόλεως, καὶ πάθεσι δύο δυσχερέσι κρατούμενος · ὧν τὸ μὲν δαιμόνιον ἦν πονηρότερον, ἀγριώτερόν πως ἐπερχόμενον καὶ ῥῆσσον ἀεὶ πρὸς πᾶν εὑρισκόμενον · πολλάκις γὰρ ὡς ὁ τοῦ δαιμονιῶντος πατὴρ ἐν Εὐαγγελίοις πρὸς τὸν Κύριον ἔφησεν, εἰς πῦρ αὐτὸν καὶ ὕδωρ ἐνέβαλε, κτείνειν ἀφειδῶς καὶ ἀπολλύειν βουλόμενον · τὸ δὲ τῶν ὀμμάτων ὑπῆρχεν ἡ τύφλωσις, οὐκ ἀσθενείᾳ γενομένη τῆς φύσεως, ἀλλ' ἐνεργείᾳ σχεδιασθεῖσα τοῦ δαίμονος, οὐκ ἐκ νόσου σωματικῆς ἐπεισφρήσασα, ἀλλ' ἐξ ἀγριότητος πνεύματος ἐνδημήσασα · οὕτω πονηρὸν ἦν τὸ δαιμόνιον, καὶ δι' ὑπερβολὴν λύττης μισάνθρωπον. Ἀλλ' ἐν τούτοις τῷ Θεοδώρῳ τυγχάνοντι, καὶ μηδὲν σωτηριῶδες διὰ τὸν χρόνον ἐλπίζοντι, ἢ τουτωνὶ τῶν παθῶν προσδοκῶντι φυγεῖν πρὸ τῆς ἐκ θανάτου λυτρώσεως· θάνατος γὰρ ὄντως ἀνδρὶ ἀνάπαυσις, ὡς ὁ φιλοσοφήσας ἐν πάθεσιν Ἰὼβ ἀπεφθέγξατο, πᾶσαν ἀναιρῶν τὴν ἐν βίῳ δυσχέρειαν, καὶ τῆς παρούσης ζωῆς τὸ πολυπαθὲς καὶ πολύμοχθον · Κῦρος καὶ Ἰωάννης ἠγγέλλοντο δαιμόνων ἐλαταὶ θεοδώρητοι, καὶ παθῶν σωματικῶν ἀληθεῖς ἀλεξίκακοι · καὶ πιστεύσας Θεῷ καὶ τοῖς μάρτυσιν, εἰς Ἀλεξάνδρειαν ἔρχεται, καὶ τῶν ἁγίων καταλαμβάνει τὸ τέμενος, ἔργῳ κηρύττων τῆς εἰς αὐτὸν πίστεως τὸ ἀκράδαντον· ὃν οἱ Χριστοῦ λαβόντες θεράποντες, καὶ τῶν συνεχόντων δεινῶν ἠλευθέρωσαν καὶ βίου θεοφιλοῦς ἐργάτην ἀνέδειξαν.

Apparentes enim ei non multo post sui adventum non vigilanti, sed super strata dormienti, pacta cum eo et jussiones inierunt, et sic eum dignum faciunt valetudine ; pacta autem et jussiones per illos factæ, tumultuosæ vitæ requirebant depositionem, et vitæ monasticæ tranquillam susceptionem. Hæc enim illis a sanatis est merces ter amabilis, vitæ correctio. Unde tales et recipiunt, et sanatos statim dissolvunt ; et hoc manifestum est

Φανέντες γὰρ αὐτῷ μετ' οὐ πολὺ τῆς ἀφίξεως, οὐ γρηγοροῦντι, ἀλλ' ἐπὶ τῶν στρωμάτων καθεύδοντι, συνθήκας πρὸς αὐτὸν καὶ προστάγματα τίθενται · καὶ εἶθ' οὕτως αὐτὸν ἀξιοῦσι τῆς ῥώσεως · αἱ δὲ συνθῆκαι, καὶ τὰ δι' αὐτῶν γεγονότα συντάγματα, τῆς ταραχώδους ζωῆς ἀπῄτουν ἀπόθεσιν, καὶ βίου μονήρους γαληνιῶσαν ἀνάληψιν · αὕτη γὰρ αὐτοῖς πρὸς τῶν ῥωννυμένων μισθοπορία τριπόθητος, ἡ τοῦ βίου τυγχάνει διόρθωσις. Ὅθεν τοὺς τοιούτους καὶ

Digitized by Google

γεγηθότες προσδέχονται, καὶ ῥωσθέντας εὐθὺς ἀπολύουσιν· καὶ τοῦτο δῆλον ἐκ πολλῶν μὲν καὶ ἄλλων καθέστηκεν, οὐχ ἧττον δὲ καὶ τοῦ παρόντος ἡμῶν διηγήματος. Ἐλθόντες γὰρ, ὡς ἔφθην εἰπὼν, εἰς Θεόδωρον, Θέλεις, ἔλεγον, ὑγιὴς γενέσθαι, Θεόδωρε; τοῦ δὲ κατανεύσαντος καὶ τὸ, Ναὶ, τῷ στόματι λέξαντος (τί γὰρ οὐκ ἔμελλεν ἐν τοσούτῳ κακῷ πιεζόμενος), πάλιν οἱ μάρτυρες ἔφασκον· Εἰ βούλῃ τυχεῖν τῆς ἰάσεως καὶ φυγεῖν τῆς ἀσθενείας τὸν κίνδυνον, σύνθου ἡμῖν ὡς σωζόμενος οἰκεῖς Ἰορδάνου τοῦ θείου ποταμοῦ τὴν οὐράνιον ἔρημον, ἔνθα Χριστὸς ὁ Σωτὴρ ἁπάντων βεβάπτισται, καὶ ταύτης οἰκήτωρ γινόμενος, σχῆμα μοναστοῦ καὶ τρόπους ἐνδείκνυσαι, τὸν Βαπτιστὴν Ἰωάννην μιμούμενος, τὸν ταύτης οἰκιστὴν καὶ πολίτην γενόμενον· καὶ τὴν ῥῶσιν δι' ἡμῶν Θεός σοι χαρίζεται, καὶ λυτροῦται τῆς τῶν παρόντων κινδύνων κολάσεως.

Συνθεμένου δὲ θᾶττον τοῦ πάσχοντος, καὶ πληροῦν αὐτῶν ὁμωμοκότος τὴν κέλευσιν, εὐθέως οἱ ἅγιοι καὶ τὸ δαιμόνιον ὡς μαστιγίαν τινὰ καὶ δραπέτην ἐλαύνουσιν, καὶ τὴν τῶν ὀφθαλμῶν θεραπεύουσιν τύφλωσιν, ἣν ἑαυτῷ τὸ δαιμόνιον συνεισήγαγεν, αὐτὸν μὲν κελεύσματι φυγαδεύσαντες, ταύτην δὲ τῇ τῆς κηρωτῆς ἐπιθέσει διώξαντες. Θεόδωρος δὲ τὴν φυγὴν τῶν ἀνιώντων εὐράμενος, καὶ τὴν ῥῶσιν ἐπὶ ταύτῃ δρεψάμενος, εὐχαριστήσας ὅσον οἷός τε ἦν καὶ ἠδύνατο, καταλαμβάνει τὴν ἔρημον, κἀκεῖσε πληροῖ τὴν τῶν ἁγίων θεοφιλῆ καὶ σεβασμίαν διάταξιν· ἡμεῖς δὲ τούτους θαυμάσαντες, καὶ τῆς εἰς ἀνθρώπους θείας αὐτῶν κηδαινίας [*ita cod.*] χάριν ὑμνήσαντες, ἑτέρας αὐτῶν εἰς ἡμᾶς τοὺς ἀνθρώπους ἀναγράψωμεν χάριτας.

A ex multis quidem aliis, non minus autem et ex præsente nostra narratione. Venientes enim, ut jam dixi, ad Theodorum, Vis, dicebant, sanus fieri, Theodore? Illo vero annuente, et maxime ore dicente; quid enim tanto malo oppressus diceret? iterum martyres dicebant: Si vis obtinere sanitatem, et fugere imbecillitatis periculum, inito conventionem, quod sanatus habitas Jordanis divini fluminis cœlestem eremum, ubi Christus Salvator omnium baptizatus est. Et hujus habitator effectus formam monachi, et mores demonstras, Baptistam Joannem imitans hujus habitatorem et civem olim exsistentem; et incolumitatem Deus tibi per nos donat, et liberat a præsentium periculorum punitione.

B

Conveniente autem et cito patiente, eorumque mandatum adimplere jurante, statim sancti dæmonium ceu mastigiam quemdam et fugacem ejiciunt, et oculorum sanant obcæcationem, quam secum dæmonium contulit, illud quidem visione fugantes, hanc vero cerati suppositione expellentes. Theodorus vero fugam illorum, qui ad se venerant inveniens, et sanitate super illam potitus, gratias agens, quantum potis erat et valebat, pervenit ad eremum, ibique sanctorum jussum amabile et venerandum adimplet. Nos vero, hos admirantes, et propter divinam illorum erga homines curam laudantes, alias illorum erga nos homines describamus gratias.

C

ΞΖ'. *Περὶ Μηνᾶ τοῦ Λυκίου εἰς νόσον ὕδερον περιελθόντος.*

Τί δὲ καὶ Μηνᾶν ὑπὸ ψάμμον κρυπτόμενον οὐκ ἐκφέρωμεν, καὶ δῆλον αὐτὸν τοῖς ἀγνοοῦσι ποιώμεθα; Γραφῆς γὰρ καὶ τὰ κατ' αὐτὸν καθέστηκεν ἄξια, καὶ οὐ ψάμμου καὶ λήθης σκεπάσματος· ὡς Μενουθῆς τὸ δαιμόνιον, καὶ ταύτης αἱ τελεταὶ καὶ βωμοὶ καὶ τὸ τέμενος, ὧν ὠφέλιμος μὲν ἡ λήθη καθέστηκεν, καὶ διὰ τοῦτο τοῖς μάρτυσι πέπρακται. Ἐπιβλαβὴς δὲ λίαν ἡ θέα τοῖς βλέπουσιν, καὶ διὰ τοῦτο ψάμμῳ θαλαττίᾳ καλύπτεται, ἀνελούσῃ παντελῶς αὐτῆς τὸ μνημόσυνον, καὶ δημιουργούσῃ τὴν τῶν οὐ θεωμένων ὠφέλειαν. Ἠκέτω τοίνυν ὁ Λύκιος διαῤῥήξας τῆς ψάμμου τὸ κάλυμμα, καὶ φανερὸν ἡμῖν τὸ κατ' αὐτὸν ποιείτω τεράστιον, καὶ μὴ κρυπτέτω κακῶς ὑπὸ κλίνην καὶ μόδιον, τὸ καλῶς ἐπὶ λυχνίαν φαίνειν εἰ τεθείη δυνάμενον.

D

LXVI. *De Mena Lycio in morbum aquæ intercutis incidente.*

Quid vero et Menam sub arena occultatum non in medium afferimus, eumque manifestum nescientibus non facimus? Scriptura namque et quæ de illo narrantur digna sunt et non arenæ et oblivionis velamine, ut Menuthes dæmonium, et illius cæremoniæ, et altaria, et delubrum, quorum utilis quidem oblivio est; et idcirco a martyribus factum est; et damnosum nimis est spectaculum inspicientibus; quapropter arena marina cooperitur destruente prorsus illius memoriam, et reparante invisibilium rerum utilitatem. Accedat igitur Lycius dirumpens arenæ velamen, et manifestum in se gestum faciat nobis prodigium, et non occultetur male sub lecto vel sub modio, quod bene lucere super candelabrum, si positum fuerit poterit.

Λύκιος μὲν ὁ Μηνᾶς ἐγνωρίζετο, καὶ Πατάρων ὁρμᾶσθαι τῆς πόλεως ἔλεγεν· πάθος δὲ εἶχεν οὐ ψιλὸν ἀλλὰ μέγιστον, καὶ οὐδὲ ῥᾳδίως ἰώμενον, ἀλλὰ δυσχερὲς καὶ δυσίατον, ἰατροῖς δὴ τῆς σήμερον ὅσοι ἐκ τέχνης ἀνίατον, εἰ μὴ Θεὸς συμμαχοῦσαν αὐτοῖς χαρίσοιτο δύναμιν. Εἰς ὕδερον γὰρ πεσὼν ἀνιάτρευτον, καὶ χρονίσας ἐν αὐτῷ τῷ νοσήματι, δεινῶς ἐκινδύνευε ταῖς ἀλγηδόσι τῶν σπλάγχνων ὀδυνώμενος, καὶ ταῖς τοῦ παντὸς σώματος ὀγκώσεσι συμπνιγό-

Lycius ergo Menas esse noscebatur, et Patarensium se esse dicebat civitatis oriundum; passionem autem habebat haud levem, sed pessimam et ad sanandum difficilem; porro medicis qui hodie sunt quantum ex arte insanabilem, nisi Deus auxiliantem sibi donaret virtutem; in hydropem enim incurabilem cadens et moratus in eodem languore periclitabatur, doloribus viscerum fatigatus, totiusque corporis molibus suffocatus. Sed

Digitized by Google

quid passionem huic volo commendare. scripturæ, cum sufficiat omnibus ad notitiam ipse illius qui dictus est languor? Mox enim qui hujus appellationem audiunt, doloris formant animo magnitudinem. Verum donec Menas in exordiis esset languoris, et curam sui gerebat et medicos accersiebat [*ita cod.*], et jussiones eorum facere festinabat. Quia vero passione proficiebat, et nullus vocatus medicus veniebat, sciens insanabilem passionem, mortem consequi cupiebat, ut saltem sic languorem effugeret. Sed cum et hoc desiderans non impetrasset, ad Cyrum et Joannem martyras ducitur ex duobus alterius causa, scilicet ut hunc aut sancti miserti curarent, aut certe viscere super eum moto, de morte misericorditer intercederent. Unde alterum ex duobus obtinuit, sanitatem scilicet et sospitatem; sed et languorem evasit, quem evadere sine morte nullatenus æstimabat.

Dicemus autem et medelam; urbana enim est hæc et martyrica plena gratia simul et fortitudine. Dormienti enim ei qui patiebatur apparentes, et quæ corde ipsius versabantur mere scientes, et qualiter aliquando quidem mœstus mortem vocaret, et terra obrui [*cod.* exui] vellet, aliquando vero contra pro sanitate intercedere et vivere si sanus efficeretur oraret, facere quodammodo utrumque præcipiunt, et sanitatem porrigentes, et sepeliendum terræ tribuentes. Si enim vis, inquit, ereptione potiri languoris, a templo sublatus egredere, et temetipsum sepeli arena vicina. At ille conversus post optimum somnium, mortis potius quam sanitatis indicium, illam in arena sepulturam conjiciebat; et tamen quia utrumque, mortem scilicet et sanitatem, etsi non similiter, propter languorem, desiderabat, præceptum concite faciebat, vitæ cum dolore habitæ præponens utrumque, mortem scilicet sine dolore, et vitam absque languore. Egressus ergo a templo, et arena, ut jussus fuerat, obrutus, et sanitatem percepit, et speratam mortem evasit. Cum enim arena sepeliretur, habebat etiam consepeliendum sibi languorem; ex hac autem post sepulturam resurgens, non habebat consurgentem secum infirmitatem; sed sic arena dissipata surgebat, sicuti quando ex matrice sine passione processit. Et Menas quidem tali modo sanitatem percepit, et gratifica extensa [*ex Gr.*] laude, gaudens pariter et exsultans ad Lyciam pervenit. Porro nos, iterum sanctos laudantes, alterius eorum offeramus miraculi opus.

LXVII. *De Georgio qui a spiritu agitatus semetipsum occidit.*

Alium nobis Cyprus ad narrationem Georgium protulit, et hunc copulare duobus præcedentibus exhortatur, ut in mirabili sanctorum opere, tertio prolato, hunc potioris occasionem superbiæ faciat. Unde mirantes et nos ejusdem insulæ honorificentiam, et decentissimam erga martyras pietatem, gloriamque ipsius multimodam, quæ studetur [*ex Gr.*] in his, petitiones adimpleamus:

μενος· καὶ τί τὸ πάθος παραστῆσαι τῷ γράμματι βούλομαι; ἀρκεῖ γὰρ πᾶσιν πρὸς εἴδησιν λεχθὲν αὐτοῦ καὶ μόνον τὸ ὄνομα. Εὐθέως γὰρ οἱ τῆς τούτου προσηγορίας ἀκούσαντες, τῆς ὀδύνης ἐντυποῦνται τῇ διανοίᾳ τὸ μέγεθος· ἀλλ' ἕως μὲν ἐν ἀρχαῖς ἦν ὁ Μηνᾶς τοῦ νοσήματος, καὶ θεραπείας ἐφρόντιζε, καὶ τοὺς ἰατροὺς μετεπέμπετο, καὶ ποιεῖν αὐτῶν τὰς κελεύσεις ἐσπούδαζεν· ἐπειδὴ δὲ τῷ πάθει προέκοπτε, καὶ ἰατρὸς οὐδεὶς προσκαλούμενος ἤρχετο, εἰδὼς τὸ τοῦ πάθους ἀνίατον, θανάτου τυγχάνειν ἐγλίχετο, ἵνα καὶ οὕτως ἐκφύγῃ τὸ νόσημα. Ἀλλ' ὡς καὶ τούτου ποθῶν οὐκ ἐτύγχανεν, ἐπὶ Κῦρον καὶ Ἰωάννην τοὺς μάρτυρας ἄγεται, δυοῖν θατέρου ἕνεκεν, ἢ ὅτι τοῦτον ἐλεήσαντες οἱ ἅγιοι θεραπεύσουσιν, ἢ ὅτι σπλαγχνισθέντες ἐπ' αὐτῷ περὶ τοῦ θανάτου πρεσβεύουσιν· ὅθεν ἑνὸς τῶν δύο τετύχηκεν, ὑγείας, φημί, καὶ τῆς ῥώσεως· καὶ τὴν νόσον διέφυγεν, ἣν ἐκφυγεῖν θανάτου χωρὶς οὐκ ἐνόμιζε.

Λέξωμεν δὲ καὶ τὴν ἴασιν· ἀστεία γὰρ αὕτη, καὶ μαρτυρικῆς γέμουσα χάριτος ὁμοῦ καὶ δυνάμεως. Φανέντες γὰρ κοιμωμένῳ τῷ πάσχοντι, καὶ ἰδόντες ἀκριβῶς αὐτοῦ τὰ ἐγκάρδια, καὶ ὡς ποτὲ μὲν ῥᾳθυμῶν ἐπεκαλεῖτο τὸν θάνατον, καὶ γῆν ἤθελεν ὑπο-δύεσθαι, ποτὲ δὲ αὖ περὶ τῆς ὑγείας ἐπρέσβευε, καὶ ζῆν εἰ ῥωσθείη προσηύχετο, ἀμφότερα τρόπον τινὰ ποιεῖν ἐπιτάττουσι· καὶ τὴν ῥῶσιν ὀρέγοντες, καὶ τῇ γῇ διδόντες ἐνθάπτεσθαι. Εἰ θέλῃς γάρ, φησίν, ἀπαλλαγῆς τυχεῖν τοῦ νοσήματος, τοῦ τεμένους αἰρόμενος ἔξιθι, καὶ σεαυτὸν ἔνθαπτε ψάμμῳ τῇ γειτονι. Ὁ δὲ στραφεὶς μετὰ τὸν κάλλιστον ὄνειρον, θανάτου μᾶλλον ἢ ῥώσεως σύμβολον τὴν ἐν ψάμμῳ ταφὴν ὑπ-ελάμβανεν· ὅμως ἐπειδήπερ ἑκατέρων καὶ θανάτου καὶ ῥώσεως, καὶ μὴ ὁμοίως διὰ τὴν νόσον ὠρέγετο, συντόμως ἐποίει τὸ θέσπισμα, τῆς ἐπωδύνου ζωῆς ἐν προτιμήσει φέρων ἑκάτερα, καὶ τὸν ἀνώδυνον θάνατον, καὶ τὴν ζωὴν τὴν ἄνευ νοσήματος. Ἐξελθὼν οὖν τὸ τέμενος, καὶ ψάμμῳ χωσθεὶς ὡς κεκέλευστο, καὶ τῆς ῥώσεως ἔτυχεν, καὶ τὸν ἐλπιζόμενον ἔφυγε κίνδυνον. Τῇ γὰρ ψάμμῳ παντελῶς ἐνθαπτόμενος, εἶχε συνθαπτόμενον αὐτῷ καὶ τὸ νόσημα· ταύτης δὲ μετὰ τὴν ταφὴν ἀνιστάμενος, οὐκ εἶχε συνεγειρόμενον αὐτῷ τὸ ἀῤῥώστημα· ἀλλ' οὕτω τὴν ψάμμον διασκεδάσαν ἀνίστατο ὡς ἐκ μήτρας ἄνευ πάθους προσήρχετο. Καὶ Μηνᾶς μὲν τρόπῳ τοιῷδε τὴν ῥῶσιν ἀπείληφε, καὶ χαριστήριον αἶνον ἀνατείνας τοῖς μάρτυσι χαίρων ὁμοῦ καὶ σκιρτῶν τὴν Λυκίαν κατείληφε· ἡμεῖς δὲ πάλιν τοὺς ἁγίους αἰνέσαντες, ἄλλην αὐτῶν θαυματουργίαν προσοίσωμεν.

ΞΖ'. *Περὶ Γεωργίου τοῦ πνευματιῶντος καὶ ἑαυτὸν σφάξαντος.*

Ἄλλον ἡμῖν ἡ Κύπρος Γεώργιον πρὸς διήγησιν ἤγαγεν, καὶ τοῦτον τοῖς προλαβοῦσι δύο συνάπτειν προτρέπεται, ἵν' ἐν τῇ τῶν ἁγίων θαυματογραφίᾳ τρίτον ἐνέγκασα, τοῦτο μείζονος ἀφορμὴν ἀγερωχίας ποιήσαιτο. Ὅθεν θαυμάσαντες αὐτῆς καὶ ἡμεῖς τὸ φιλότιμον, καὶ τὴν εἰς τοὺς μάρτυρας εὐπρεπεστάτην εὐσέβειαν, καὶ τὸ ἐπὶ τούτοις αὐτῇ σπουδαζόμενον πολύτροπον καύχημα, τὰς αἰτήσεις πληρώσωμεν.

Digitized by Google

Κεχαρισμέναι γὰρ αὗται καὶ ἡμῖν καθεστήκασιν, καὶ τὴν εἰς αὐτὸν τοῖς ἁγίοις πραχθεῖσιν δύναμιν λέξωμεν, ὑπερβολὴν θαύματος ἔχουσαν, καὶ τὴν χάριν αὐτῶν δι' ἑαυτῆς εἰκονίζουσαν.

A hæc quippe nobis etiam grata consistunt, et virtutem quæ in eo a sanctis gesta est edicamus; habet enim eminentiam miraculi, per se ipsam gratiam eorum imaginans.

Κύπριος ἦν ὁ Γεώργιος, καὶ δαιμόνιον ἔσχε ἐπὶ κακίᾳ πολλῇ γνωριζόμενον· δαιμόνων γὰρ πολλῶν ὑπῆρχε πολὺ πονηρότατον, καὶ τὰ τοῖς πολλοῖς δρώμενα κακὰ μόνον αὐτὸ ποιεῖν ἠγωνίζετο· καὶ μεγάλην ἤτταν τὸ δεινὸν ὑπελάμβανεν, εἰ φανῇ μικρὸν τῶν ἄλλων ἁπάντων πραότερον· οὕτω δὲ χαλεπὸν καὶ μισάνθρωπον, χαλεπώτερον ἢπερ ἄλλοιδιετίθη τὸν ἄνθρωπον, ἐπιπίπτον ἀεὶ καὶ συντρίβον τὸν ἄθλιον, καὶ αὐτοῦ τὰ πολλὰ μανικώτερον αὐτὸν ἐργαζόμενον. Τούτου ποθῶν τὴν φυγὴν ὁ Γεώργιος, εἰς Ἀλεξάνδρειαν ἔρχεται, καὶ τὸν νεὼν τῶν ἁγίων κατέλαβε, καὶ τοῦτον κατῴκησε μετὰ τῶν ἄλλων ἀσθενῶν διατώμενος. Ἀλλ' ὁ δαίμων ἐκεῖνος ὁ ἄγριος μαρτυρικαῖς χερσὶ μαστιζόμενος, καὶ μὴ φέρων ἔτι τὴν ἐνθάδε Γεωργίου κατοίκησιν, μήτε χωρίζεσθαι τούτου πρὸς αὐτῶν προσταττόμενος, τοιοῦτόν τι μηχανᾶται παγκάκιστον, καὶ τῆς αὐτοῦ πονηρίας ἐπάξιον, φυγὴν ἑαυτῷ τῆς τῶν ἁγίων μνηστευόμενος μάστιγος.

Cyprius erat Georgius et dæmonem habebat in multa malitia cognitum; multis enim erat dæmonibus nequior, et mala quæ a multis gerebantur, solus ipse facere decertabat; et magnam superationem sui acer ille putabat, si apparuisset saltem in modico universis aliis mitior. Cum autem taliter sævus esset, et hominis osor, sævius quam alii tractabat hominem, immersus semper in eum, et conterens miserum et sese sæviorem in plurimis operans. Hujus desiderans fugam Georgius Alexandriam venit, et ad basilicam sanctorum accessit, et in hac habitavit cum aliis moratus infirmis. Sed ferus ille dæmon, qui a martyricis manibus flagellabatur, non ferens ultra istic habitare Georgium, neque separari ab eo, ut ab illis præcipiebatur, pessimum quid machinatur, et sua ipsius condignum nequitia, fugam sibi a sanctorum flagello promittens.

B

Νυκτικόρακα τὸ καλούμενον ὄρνεον ἐμφωλεῦσαι τῇ στέγῃ πεποίηκεν, καὶ τῶν τόπων ἄνω καθεύδειν τε καὶ καθέζεσθαι, ἐν οἷς ἦν καὶ Γεωργίου τὰ στρώματα· ὅθεν ὁ νυκτικόραξ καθήμενος, ἐπ' αὐτὸν ἠκόντιζεν ἑαυτοῦ τὸ ἀφόδευμα, καὶ πᾶσαν αὐτοῦ τὴν στρῶσιν ἠφάνιζεν. Μαθόντες οἱ τῷ νεῷ διακονούμενοι, εἰς τόπον ἕτερον τὸν ἀσθενοῦντα μετήνεγκαν, τῆς ἀδικίας αὐτὸν ἐλεήσαντες. Ἀλλὰ πάλιν τὸ ὄρνεον ὡς ἔκ τινος ἀναγκαίου συνθήματος, ταῖς ἐκείνου στρωμναῖς συνμετήρχετο, καὶ ὡς τούτων τὴν φυλακὴν προσδεξάμενος, καὶ ταύτας ἐᾷν οὐ δυνάμενος, ἐπάνω πάλιν ἀφώδευε, καὶ σὺν αὐταῖς συχνοῖς τὸν Γεώργιον ἐῤῥύπου τοῖς ἀφοδεύμασιν. Αὖθις δὲ τοῦτον οἱ θυρωροὶ κατοικτείραντες, εἰς τόπον αὖθις ἄλλον μετέθηκαν· τοῦτο δὲ πεποίηκε καὶ τὸ ὄρνεον, καὶ τῆς μεταθέσως οὐκ ἠμέλησεν· οὐκ οἴκοθεν τοῦτο ποιούμενον (ἔστι γὰρ ἀδιανόητον), ἀλλὰ δαίμονος αὐτῷ συνελαύνοντος. Ὡς δὲ πάλιν, μᾶλλον δὲ πολλάκις, οἱ τὴν ὑπηρεσίαν τοῦ τεμένους ποιούμενοι, τὸν ἀῤῥωστοῦντα μετέφερον (δεκάκις γὰρ τοῦτο πεπράχασι), καὶ τὸ ὄρνεον ἀκολοθοῦν οὐκ ἐπαύετο, τέλος ἐπαύσαντο, ἐνέργειαν εἶναι δαίμονος τὴν τούτου συνδρομὴν λογισάμενοι.

Avem, quæ vocatur nycticorax, cubare fecit in tecto, et in locis superioribus dormire atque sedere, in quibus erant stramenta Georgii; unde nycticorax sedens stercus suum jaculabatur super eum, et totum ejus sordidum reddebat stramentum. Quo comperto, templi ministri in alium locum transtulerunt infirmum, super injuriam ipsius ad misericordiam devoluti. Sed iterum avis, quasi ex quodam necessario pacto, cum illius comitabatur stramentis; et quasi horum custodiam suscepisset, et hæc dimittere minime valuisset, desuper iterum cacabat, et cum eis etiam Georgium sordidum stercoribus reddebat. Rursus autem hunc ostiarii miserti in alio loco posuerunt; hoc autem fecit et avis, et translationis curam non habuit, non sponte hoc faciens, est enim intellectu carens, sed se dæmone impellente. Cumque iterum, imo sæpe, hi qui administrationem templi faciebant, transtulissent infirmum (decies enim hoc egerunt), et avis subsequi non cessasset, postremo quieverunt, operationem esse dæmonis, hujus deprehendentes concursum.

C

Θυμωθεὶς οὖν ἐκ τούτου Γεώργιος, καὶ μάχαιραν εὑρὼν ἐκ διαβολικοῦ δηλονότι συντάγματος, ταύτην ἁρπάσας ὁ δείλαιος κατὰ τοῦ φάρυγγος ἤνεγκε, καὶ μεγάλην αὐτῷ τὴν σφαγὴν ἐνειργάσατο· κεντήσας γὰρ πρῶτον τὸν λάρυγγα, πάλιν ἔνθα καὶ ἔνθα τὸ ξίφος ἐκίνησεν, ὡς οὐκ ἀρκούσης τῆς προτέρας πληγῆς εἰς ἀναίρεσιν, εἰ μὴ καὶ τὸ ξίφος μετὰ τὴν τρῶσιν καὶ κίνησιν καὶ τὴν πληγὴν ποιήσαιτο μείζονα. Ἦν πάνυ διὰ βάθους λαβὼν ὁ τρισάθλιος, πεσὼν εἰς γῆν ἐκυλίετο, καὶ ἔσκαιρεν ὡς οἱ σφαττόμενοι σκαίρουσιν, τὴν ψυχὴν ἀπολλύειν οἰόμενος, καὶ τοῖς παροῦσιν θνήσκειν εὐθὺς νομιζόμενος. Ὅπερ οἱ πυλωροὶ θεασάμενοι, καὶ οἱ τὴν λειτουργίαν τῶν ἁγίων ποιούμενοι, εἰς δέος οὐκ ὀλίγον ἐνέπεσαν, οἰκεῖον ἔγκλημα

D

In furorem ergo ex hoc versus Georgius, machæra ex diabolica profecto operatione reperta, hanc infelix abreptam intulit contra guttur, et magnam sibi plagam operatus est; puncto enim primitus gutture, iterum hinc et inde gladium movit, quasi ad interemptionem prior plaga minime sufficisset, nisi et gladium post ictum movisset, et plagam majorem fecisset. Quam cum valde profundam miserrimus accepisset, cadens in terram volutabatur, et palpitabat sicut hi palpitant qui occiduntur, animam dimittere opinatus, et a præsentibus mori putatus. Quod ostiarii videntes, dum officium celebrarent sanctorum, in pavorem non modicum corruerunt, proprium id crimen et cul-

Digitized by Google

pam ponentes, non observando eum ab hujuscemodi perpetratione, qui a maligno dæmonio vexabatur; et timentes ne forte ex hoc sibi periculum fieret, per vicinas villas discurrebant medicos advocantes, si forte possent assuendo gutturis letali vulnere copulato salvum facere hominem moribundum, et se cum ipso periclitantes. Unum autem et solum apud Heraclion inventum, et multis precibus persuasum ad martyrium deduxerunt. Qui cum plagam vidisset fore mortiferam, recessit rem nullam aggressus, sed timore magno detentus, et miratus quomodo nondum mortuus esset Georgius, qui hanc sibimet intulerat plagam; præsertim cum flatus per eam redderetur, et rursus per eam inspiratione ingrederetur, similiter et alimenta et potus inde facerent exitum.

At vero martyres, noctu venientes, dispensatori dormienti medicinam disponebant: vinum erat hæc et oleum, per quam et Dominus eum qui latrones inciderat salvum fecit, vinum ejus ulceribus infundens et oleum; per quam et Salvatoris æmulatores Georgium eruunt, taliter facere Christodoro præcipientes. Kaloetem quemdam ostiarium comprehendentes flagellabant, flagellum ex fune magnum operati; ipse enim erat qui mediculum in templum suum adduxerat; et hæc flagellantes dicebant: Nescis quia mundi totius medicamentum domus nostra consistit? nescis quia Christus nos medicos donavit fidelibus? qua ergo pro causa medicum alium, dum ipse medicamine nostro egeat, ad domum nostram duxisti? Et hunc bene tortum dimiserunt, ne ulterius hoc faceret minantes. Dixissent autem hoc audientes quod competenter eum flagellaverint, si super eo factam a sanctis operationem didicissent. Periclitantem quippe illum de pneumone, et in inferni portis jugiter commorantem, et nullam a medicis spem salutis invenientem, aloen solam martyres dantes sanarunt; et non solum hujus rei causa flagellaverunt tanquam immemorem, sed et quia tot intuens curationem adeptos, sanctorumque fortissima ope fruentes, quasi fuerint illi ad salutem et creptionem infirmi, medicum ducere nisus est alium. Taliter ergo Georgius et insaniam dæmonis, et suum ipsius occidendi conatum effugit. Porro nos et super hoc quoque sanctos laudantes, aliud magnitudinis eorum prodigium conscribamus.

A καὶ μέμψιν τιθέμενοι, τὸ μὴ φυλάξαι τοιαύτης αὐτοὺς ἐγχειρήσεως τὸν ὑπὸ πονηροῦ δαίμονος ἐνεργούμενον· καὶ φοβούμενοι μήπως αὐτοῖς γένηται κίνδυνος, εἰς τὰς γείτονας κώμας διέτρεχον, ἰατροὺς προσκαλούμενοι, εἴ πως δυνηθείη, ῥαφαῖς τὸ τραῦμα συνάψαντες, σῶσαι, μήπω θανόντα τὸν ἄνθρωπον, καὶ αὐτοὺς σὺν αὐτῷ κινδυνεύοντας. Ἑνὸς δὲ μόνου κατὰ τὸ Ἡράκλειον εὑπορήσαντος, καὶ πολλαῖς αὐτὸν παρακλήσεσι πείσαντες, εἰς τὸ μαρτύριον ἤγαγον· ὃς τὴν πληγὴν θεασάμενος θανατηφόρον τυγχάνουσαν, ἀνεχώρησεν οὐκ ἐγχειρήσας τῷ πράγματι, φόβῳ μεγάλῳ κρατούμενος καὶ τεθηπὼς, πῶς οὔπω τέθνηκεν ὁ Γεώργιος ὁ ταύτην ἐπ' αὐτῷ [πληγὴν] παρασχόμενος· ἥ τε γὰρ πνοὴ δι' αὐτῆς ἀνεδίδοτο, καὶ πάλιν ἡ εἰσπνοὴ δι' αὐτῆς ὑπεισήρχετο· ὁμοίως τά τε βρώ- B ματα ἐκεῖθεν ἐποιοῦντο τὴν ἔξοδον.

Οἱ δὲ μάρτυρες νυκτὸς ἀφικόμενοι, τῷ μὲν οἰκονόμῳ καθεύδοντι τὴν ἰατρείαν ἐπέτταττον (οἶνος ἦν αὕτη καὶ ἔλαιον δι' ἧς ὁ Κύριος τὸν εἰς λῃστὰς ἐμπεσόντα διέσωσεν, οἶνον αὐτοῦ τοῖς τραύμασιν ἐπιχέων καὶ ἔλαιον)· δι' ἧς καὶ τοῦ Σωτῆρος οἱ μιμηταὶ Γεώργιον ῥύονται, οὕτω ποιεῖν Χριστοδώρῳ θεσπίσαντες. Καλοέτην δέ τινα θυρωρὸν κατεσχηκότες ἐμάστιζον, φραγέλλιον ἐκ σχοινίου μακρὸν ἐργασάμενοι· αὐτὸς γὰρ ἦν ὁ τὸν ἰατρίσκον ἐκεῖνον ἐνέγκας αὐτῶν εἰς τὸ τέμενος· καὶ ταῦτα μαστίζοντες ἔλεγον· Οὐκ οἶδας ὅτι τοῦ κόσμου παντὸς ἰατρεῖον ἡμῶν ὁ οἶκος καθέστηκεν; οὐκ οἶδας ὅτι Χριστὸς ἡμᾶς ἰατροὺς τοῖς πιστοῖς ἐχαρίσατο; οὐκ οἶδας ὅτι σε πυλῶν θανάτου ἡμεῖς ἀφηρπάσαμεν; Τίνος οὖν ἕνεκεν ἰατρὸν ἡμῖν C ἕτερον ἰατρείας ἡμετέρας δεόμενον εἰς ἡμέτερον οἶκον ἐκόμισας; Καὶ καλῶς αὐτὸν βασανίσαντες εἴασαν, μηκέτι τι τοιοῦτο ποιεῖν ἀπειλήσαντες. Εἴποιεν δ' ἂν οἱ ἀκούοντες, ὡς εἰκότως αὐτὸν ἐμαστίγωσαν, εἰ τὴν ἐπ' αὐτῷ γινομένην τοῖς ἁγίοις ἐνέργειαν μάθοιεν. Κινδυνεύοντα γὰρ αὐτὸν ἐκ τοῦ πνεύμονος, καὶ ἐν ᾅδου πύλαις συνεχῶς αὐλιζόμενον, καὶ μηδεμίαν ἐξ ἰατρῶν ἐλπίδα σωτηρίας εὑρίσκοντα, ἀλόην μόνην οἱ μάρτυρες πιεῖν δεδωκότες ἰάσαντο. Καὶ οὐ ταύτης ἕνεκα μόνον ἐμάστιξαν ὡς ἀμνήμονα, ἀλλ' ὅτι καὶ τοσούτους ὁρῶν θεραπείας τυγχάνοντας, καὶ τῆς τῶν ἁγίων πανσθενοῦς ἀρωγῆς ἀπολαύοντας, ὡς ἀσθενούντων αὐτῶν πρὸς σωτηρίαν καὶ λύτρωσιν, ἰατρὸν ἀγαγεῖν ἐπεχείρησεν ἕτερον. Οὕτω μὲν οὖν ὁ Γεώργιος D καὶ τὴν μανίαν τοῦ δαίμονος, καὶ τὴν ἑαυτοῦ μιαιφόνον ἐγχείρησιν ἔφυγεν. Ἡμεῖς δὲ, καὶ ἐπὶ τοῦτο τοὺς ἁγίους ὑμνήσαντες, ἄλλο τεράστιον τῆς αὐτῶν μεγαλουργίας συγγράψωμεν.

LXVIII. *De Joannia quæ a maleficio torsiones patiebatur.*

Multos pulchritudo perdidit, et species corporis exterminavit, sævam invidiam incidentes, et sumptus acris livoris effecti; invidiam quippe sustinent semper ea quæ bona quæque meliora sunt, et invidis oculis destruuntur. Hoc autem et bi qui tam animabus quam corporibus sunt bonis, sæpissime patiuntur, nisi Deum habeant speciositatis suæ salvatorem, custodem et protectorem. Si enim adamantem durum, qui lapidibus nobili-

ΞΗ'. *Περὶ Ἰωαννίας τῆς ἐκ περιεργείας στροφουμένης.*

Πολλοὺς τὸ κάλλος ἀπώλεσεν, καὶ ἡ ὥρα τοῦ σώματος ἐλυμήνατο, φθόνῳ χαλεπῷ περιπέσαντας, καὶ γεγονότας βασκανίας δεινῆς παρανάλωμα· φθονεῖται γὰρ ἀεὶ τὰ καλὰ καὶ τὰ κρείττονα, καὶ φθονερῶν ὄμμασι καταλύεται. Τοῦτο δὲ καὶ οἱ καλοὶ τὰς ψυχὰς καὶ τὰ σώματα πάσχουσιν, εἰ μὴ ἔχοιεν Θεὸν τῆς αὐτῶν ὡραιότητος σωτῆρα καὶ προστάτην καὶ φύλακα. Εἰ γὰρ ἀδάμαντα τὸν στερέμνιον, τὸν λίθων ἐπαινουμένων τιμιώτερον, τὸν χαλκῷ καὶ σιδήρῳ λεγόμενον

Digitized by Google

ἄθραυστον, ὀφθαλμοὶ βασκάνων ἐκτήκουσι, τί ἂν ἀνθρώπειον σῶμα μὴ πάθοιεν βασκάνοις εἰς ἔργον προκείμενον; οἵτινες ὅτε καὶ βολαῖς ὀμμάτων μὴ φθίνουσι τὸ φθονούμενον, ἄλλοις αὐτὸ φθείρειν ὀργάνοις σπουδάζουσιν· ὃ καὶ Ἰωαννία μικροῦ δεῖν ὑπέμεινεν, εἰ μὴ Χριστὸν καὶ τοὺς μάρτυρας τῆς οἰκείας ζωῆς εὗρατο φύλακας· λέξωμεν δὲ καὶ τὸν φθόνον τῷ γράμματι, καὶ τῆς ἐκ τοῦ φθόνου βλάβης τὴν ἴασιν.

Ἱερᾶς πόλεως τῆς ἐν Συρίᾳ τὸ γύναιον ὥρμητο, ἣ καὶ εὐπρέπειαν ἐκέκτητο σώματος, καὶ γονέων εἶχεν εὐγένειαν, καὶ πλοῦτον τὸν ἐπαύξοντα τὰ ἀμφότερα· εἰς τὴν τῆς Παλαιστίνης δὲ Καισάρειαν γήμασα, οὐ διὰ γένος καὶ χρήματα, ἀλλὰ δι' εὐμορφίαν μετήρχετο σώματος. Ἐν ἱερᾷ πόλει γὰρ ὁ δισκούρσωρ Θεόδωρος, ὁ Καισαρείας χρηματίσας ἀνθύπατος, Καισαρείας τῆς ποτὲ Πυργοστράτωνος καλουμένης ὁρμώμενος, ταύτης διὰ κάλλος καὶ μόνον συνήπτετο. Ἐλθούσης δὲ σὺν αὐτῷ εἰς Καισάρειαν, αἱ τοῦ γήμαντος ἀδελφαὶ διὰ ζῆλον ἐφθόνησαν, ἑαυτῶν κρείττονα ταύτην θεώμεναι· καὶ φθονήσασαι, τὴν Ἰωαννίαν φαρμάσσουσιν, θανατηφόρον αὐτῇ φάρμακον ἐμβαλοῦσαι τῇ κύλικι, καὶ πιεῖν ἀγνοούσῃ προσενεγκάμεναι. Ἡ δὲ τὸ μὲν φάρμακον ἔπιεν, τὸν δὲ παραυτίκα θάνατον ἔφυγε, Θεοῦ τοῦτον διαδρᾶναι κελεύσαντος· ἐν γαστρὶ δὲ τὸ φάρμακον ἔχουσα, στρόφους ἀνενδότους ὑπέμενεν, ὡς δφεων αὐτῆς κατεσθιόντων τὰ ἔντερα. Ἐντεῦθεν ἀφόρητα πάσχουσα, καὶ τὸν ἰατρὸν οὐχ εὑρίσκουσα, εἰ καὶ μυρίοι ταύτης ἰατροὶ πρὸς ἐπίσκεψιν ἤρχοντο, οὔτε συνήθους τροφῆς μετελάμβανεν, οὔτε πομάτων ἠνείχετο, οὐχ ὕπνων ἡδέως ἀπήλαυεν, οὐ βαδίζειν ὀρθίως ἢ καθέζεσθαι συνήθως ἠδύνατο, ἀλλὰ κάτω νεύουσα, καὶ τὴν ἑαυτῆς κοιλίαν ταῖς ἀγκάλαις κατέχουσα, καὶ ταῖς ἀλγηδόσιν οἰμώζουσα πάσας τὰς ὥρας διήνυεν.

Καὶ οὕτω κατὰ βραχὺ καταῤῥέουσα τέθνηκεν, εἰ μή τινες αὐτὴν ἐλεήσαντες, τὰς Κύρου καὶ Ἰωάννου δυνάμεις ἀπήγγελλον, καὶ τὰ πρὸς αὐτῶν γινόμενα τέρατα. Ἡ δὲ τούτων ἀκούσασα, καὶ τοῖς ἀγγελθεῖσιν πιστεύσασα, τὴν Ἀλεξάνδρου πόλιν κατέλαβεν, καὶ τῷ τῶν μαρτύρων νεῷ προσεπέλασε, καὶ περὶ τῆς ῥώσεως αὐτοὺς ἐλιτάνευεν. Οἱ δὲ Θεοῦ φιλανθρωπίαν μιμούμενοι, δεινῶς αὐτὴν ἀπολλυμένην ἠλέησαν· καὶ κοιμωμένην φανέντες ἠλέησαν τοῖς ὁράμασιν τοῦ πάθους αὐτῇ τὴν θεραπείαν ὀρέξαντες· φακὸς ἦν αὕτη τὸ δσπρεον ἐψώμενον καὶ τρωγόμεναν, καὶ πάλιν ἐν λουτρῷ τῇ πασχούσῃ γαστρὶ προσπλασσόμενον. Ἡ δὲ τὸ κελευσθὲν θᾶττον μετὰ τὸν ὄνειρον ἔπραξεν· καὶ τοῦτον ἡ γαστὴρ ἔσωθέν τε δεξαμένη καὶ ἔξωθεν, ἅπαν εὐθὺς τὸ προποθὲν δηλητήριον ἔμησεν, ἐπὶ τὴν ἐπιφάνειαν αὐτὸ τὴν ἑαυτῆς ἀναβράσασα· καὶ τούτου γεγονότος, μικρὸν αἱ ἀλγηδόνες ἐπαύσαντο. Ἐπιφανέντες δὲ πάλιν οἱ ἅγιοι τελείαν αὐτῇ τὴν ὑγείαν χαρίζονται, πάστελλον αὐτὴν ἐσθίειν ὀρέξαντες (εἶδος τοῦτο πλακοῦντος καθέστηκεν), καὶ ψαλμόν τινα δόντες τῶν εἰς αὐτοὺς λεγομένων γεγραμμένον ὡσεὶ εἰς πιττάκιον, καὶ λέγειν αὐτὸν συν-

bus est honorabilior, quia ære ac ferro dicitur non quassari, oculi tabefaciunt invidorum, quid putas humanum corpus non patiatur, invidis in opus propositum [ex Gr.]? qui quando et jaculis oculorum non corruperint quod invidentiam patitur, aliis id corrumpere instrumentis accelerant; quod et Joannia pene sustinuisset, nisi Christum et martyres custodes vitæ propriæ invenisset. Dicamus autem hoc scripto invidiam, et sanitatem læsionis ex invidia factæ.

Hierapoleos, quæ in Syria est, mulier fnerat oriunda, quæ et decorem corporis possidebat, et parentum nobilitatem habebat, et divitias quæ utrumque incrementum magnificabant. In Palæstinæ vero Cæsarea, non propter genus atque pecunias, sed ob pulchritudinem corporis passa est persecutionem. In Hierapoli enim discursor Theodorus proconsul effectus, qui Cæsareæ, quæ quondam Turris Stratonis vocabatur, fuerat oriundus, huic ob pulchritudinem tantummodo copulatus est. Cum autem venisset cum eo Cæsaream, mariti sorores propter zelum æmulatæ sunt; sed hanc meliorem videntes, Joanniam maleficiis aggrediuntur, et pestiferum pharmacum in calice ignoranti ei ad bibendum propinaverunt. At illa venenum quidem bibit, sed mortem statim evasit, Deo hanc evadere præcipiente. In ventre quippe venenum habens, tortiones incessabiles sustinebat tanquam si serpentes ejus interiora comederent. Hinc intolerabilia patiens, et medicum non invoniens, licet mille ad hujus visitationem venirent, neque consuetam escam percipiebat, neque potus sustinebat, neque suaviter somno potiebatur, neque ambulare recte seu sedere solito poterat; sed deorsum inclinata, et ventrem suum brachiis amplexata, et præ doloribus ingemiscens, omnes transigebat horas.

Et ita paulatim defluens mortua esset, nisi quidam ejus miserti illi narrarent quæ a Cyro et Joanne gerebantur prodigia. Quibus auditis, et his quæ sibi relata sunt creditis, Alexandri venit ad urbem, et in martyrum templo morata, eos pro sanitate deprecabatur. Qui divinam clementiam imitantes, ejus cum male periret miserti sunt; et cum dormiret apparentes in somnis, passionis curationem præceperunt. Lentis leguminis erat hæc decoctio et comestio, et iterum factum ex hoc in balneo ventris emplastrum. At illa quod jussum est mox post somnium gessit, et hoc ab intus et a foris venter accepto, totum venenum quod biberat antea confestim evomuit, quod in ejus superficiem sparsim efferbuit; et hoc facto, dolores modicum quieverunt. Illucescentes autem iterum sancti perfectam ei conferunt sanitatem, pastillum porrigentes ad manducandum, quod species est placentæ, et psalmum quemdam ex his qui in martyres illos dicebantur quasi scriptum in pittacio tribuentes, et hunc dicere continuatim præcipientes. At illa cum pastillum manducasset, et

Digitized by Google

perfectam sanitatem percepisset, hymnumque cecinisset, sanctis hunc se semper melodice canere repromittens, ad Palæstinam profecta est et Cæsaream. Porro nos etiam nunc certatores hymnorum præconiis frequentantes, ad aliam ipsorum properemus laudabilem modis omnibus actionem.

LXIX. *De Joanne cæco Romano.*

21. Quæ vero deinceps secuta sunt, quomodo tibi possim narrare, o homo? Quæ lingua explicare, quis auditus valeat sustinere, quæ in navi atque per iter sunt acta, et ad quæ facienda miseros compuli vel invitos? Nullum lasciviæ genus est tam insolitum tamque inauditum, cujus non fuerim infelicibus magistra. Itaque obstupesco abba, quomodo sustinuerit mare luxuriam meam; et quomodo terra non aperuerit os suum, ut viventem me ad inferna dimitteret, factam in laqueum tot animarum. Sed Deus, ut arbitror, quærebat pœnitentiam meam: non enim vult mortem peccatoris, sed longanimiter sustinet, conversionem exspectans. Talibus igitur intenti, studiis pervenimus Hierosolymam: cunctis autem diebus, quæ festivitatem præcessere, similibus aut etiam pejoribus occupabar: nec enim contenta juvenibus illis, quos per mare atque in itinere habueram mihi subservientes; pluribus quoque aliis abusa sum, cives et advenas in id ipsum conquirens.

καὶ πολλάκις στύππιον νήθουσα, ἐπιθυμίαν δὲ εἶχον ἀκόρεστον καὶ ἀκατάσχετον ἔρωτα τῷ ἐν βορβόρῳ κυλίεσθαι· καὶ τοῦτό μοι τὸ ζῆν ἦν τε καὶ ἐλογίζετο τὸ διαπαντὸς ἐκτελεῖν τὴν ὕβριν τῆς φύσεως.

ιθ'. Τοῦτον τοίνυν βιώσης μου τὸν τρόπον, ὁρῶ ἔν τινι καιρῷ τοῦ θέρους ἀνδρῶν Λιβύων καὶ Αἰγυπτίων ὄχλον πολὺν, τρεχόντων ὡς ἐπὶ θάλασσαν· ἠρώτησά τέ τινα τὸν τότε παρατυχόντα μοι, Ποῦ σπουδάζουσιν ἄρα οἱ ἄνδρες οὗτοι οἱ τρέχοντες; Ὁ δὲ ἀπεκρίνατο λέγων· Εἰς Ἱεροσόλυμα πάντες ἀνέρχονται, τῆς Ὑψώσεως ἕνεκεν τοῦ τιμίου σταυροῦ, ἥτις μετ' ὀλίγας ἡμέρας εἴωθε γίνεσθαι. Ἔφην τε πρὸς ἐκεῖνον ἐγὼ, Ἆρά γε λαμβάνουσι κἀμὲ σὺν αὐτοῖς, εἴπερ ἀκολουθῆσαι θελήσω; Ὁ δὲ πρός με, Ἐὰν ἔχεις τὸν ναῦλόν σου καὶ τὴν δαπάνην, οὐδεὶς ὁ κωλύων σε. Εἶπον δὲ πρὸς αὐτόν· Οὕτως, ἀδελφὲ, ναῦλον [καὶ] δαπάνην οὐ κέκτημαι· ἀπέρχομαι δὲ κἀγὼ, καὶ ἀνέρχομαι εἰς ἓν τῶν πλοιαρίων ὧν ἐμισθώσαντο, καὶ θρέψαι με ἔχουσι κἂν μὴ θέλουσι· σῶμα γὰρ ἔχω, ἀντὶ ναύλου λαμβάνουσι. Διὰ τοῦτο δὲ ἤθελον ἀπελθεῖν (ἀββᾶ μου, συγχώρησον), ἵνα σχῶ πολλοὺς ἐραστὰς ἐν ἑτοίμῳ τοῦ πάθους μου. Εἶπόν σοι, ἀββᾶ Ζωσιμᾶ, μὴ ἀναγκάσῃς εἰπεῖν σοι τὴν ἀσχημοσύνην μου· φρίττω γὰρ, οἶδεν ὁ Κύριος, μολύνουσα καὶ σὲ καὶ τὸν ἀέρα τοῖς λόγοις μου.

κ'. Ὁ δὲ Ζωσιμᾶς δάκρυσι βρέχων τὸ ἔδαφος, πρὸς αὐτὴν ἀπεκρίνατο· Λέγε διὰ τὸν Κύριον, ὦ μῆτέρ μου, λέγε, καὶ μὴ ἐγκόψῃς τὸν [εἰρμὸν] τῆς τοιαύτης ἐπωφελοῦς διηγήσεως. Ἡ δὲ αὖθις ἀναλαβοῦσα τοῖς προτέροις ῥήμασι, προστέθεικε ταῦτα· Ἐκεῖνος τοίνυν ὁ νεανίας, ἀκούσας τὸ αἰσχρὸν τῶν ῥημάτων, γελῶν ἀνεχώρησεν· ἐγὼ δὲ ῥίψασα τὴν ἠλακάτην ἣνπερ ἐβάσταζον (ταύτην γὰρ συμβέβηκε διὰ χρόνου βαστάζειν με), τρέχω πρὸς θάλασσαν, ἔνθα τοὺς τρέχοντας ἔβλεπον τρέχοντας· καὶ βλέπουσα νέους τινὰς πρὸς τὸν αἰγιαλὸν ἑστῶτας, ὡσεὶ δέκα τὸν ἀριθμὸν ἢ καὶ πλείονας, σφριγῶντας τοῖς σώμασιν ἅμα καὶ τοῖς κινήμασι, καὶ ἱκανοὺς μοι φανέντας πρὸς τὸ ζητούμενον (ὡς ἔοικε δὲ καὶ ἄλλους συμπλωτῆρας ἀνέβαινον· καὶ γὰρ καὶ ἕτεροι προανελθόντες ἦσαν εἰς τὰ πλοιάρια), ἀναιδῶς δὲ, οὕτως ἦν μοι ἔθος, εἰς μέσον αὐτῶν εἰσεπήδησα· Λάβετε, ἔφην, καὶ μὲ ὅπου ἀπέρχεσθε· οὐκ ἔχω γὰρ ὑμῖν εὐρεθῆναι ἀδόκιμος· εἶτα ἕτερα εἰποῦσα ῥήματα αἰσχρότερα, ἐκίνησα ἅπαντας εἰς γέλωτα. Οἱ δὲ τὸ πρὸς ἀναίδειαν ἐπαγωγὸν θεασάμενοι, λαβόντες ἀνάγουσί με εἰς ὅπερ εἶχον πλοιάριον ἕτοιμον· κἀκεῖνοι γὰρ ἐν τοσούτῳ παραγεγόνασιν οὗπερ ἂν ἔμενον. Ἐκεῖθεν τοῦ πλοὸς ἀπηρξάμεθα.

κα'. Τὰ δὲ ἐντεῦθεν πῶς σοι διηγήσομαι, ἄνθρωπε; ποία γλῶσσα ἐξείποι ἢ ἀκοὴ παραδέξεται τὰ ἐν τῷ πλοίῳ καὶ κατὰ τὴν ὁδοιπορίαν γενόμενα; ἅπερ μὴ θέλοντας ποιεῖν τοὺς ἀθλίους ἠνάγκαζον; Οὐκ ἔστι εἶδος ἀσελγὲς, ῥητόν τε καὶ ἄρρητον, οὗπερ οὐ γέγονα τοῖς ταλαιπώροις διδάσκαλος. Ἐγὼ τοίνυν, ἀββᾶ μου, καταπλήττομαι πῶς ὑπήνεγκεν ἡ θάλασσα τὰς ἐμὰς ἀσωτίας· πῶς οὐκ ἤνοιξεν ἡ γῆ τὸ στόμα, καὶ ζῶσαν εἰς ᾅδου με κατήγαγε, τὴν τοσαύτας ψυχὰς παγιδεύσασαν. Ἀλλ' ὡς ἔοικεν ὁ Θεὸς τὴν ἐμὴν ἐζήτει μετάνοιαν· οὐ γὰρ θέλει τὸν θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ, ἀλλὰ μένει μακροθυμῶν, τὴν ἐπιστροφὴν ἐκδεχόμενος· οὕτω τοίνυν καὶ μετὰ τοσαύτης σπουδῆς ἀνήλθομεν εἰς Ἱεροσόλυμα· καὶ ὅσας μὲν ἡμέρας πρὸ τῆς ἑορτῆς ἐν τῇ πόλει διέτριψα, τοῖς ὁμοίοις ἐχρησάμην, μᾶλλον δὲ τοῖς χείροσιν· οὐ γὰρ μόνον ἀρκέσθην τοῖς νεανίσκοις, ὁ.ς κατὰ τὴν θάλασσαν εἶχον καὶ κατὰ τὴν ὁδὸν ὑπουργοῦντάς μοι, ἀλλὰ καὶ ἄλλους πολλοὺς ἠχρείωσα, πολίτας τε καὶ ξένους εἰς τοῦτο συλλέγουσα.

CAPUT III.

Mariæ conversio et vita in eremo.

22. Cum vero sancta exaltatæ crucis festivitas illuxit, ego quidem ut antea circuibam, venans adolescentum animas: videbam autem summo mane

κβ'. Ὅτε δὲ ἔφθασεν ἡ ἁγία τῆς ὑψώσεως τοῦ σταυροῦ ἑορτὴ, ἐγὼ μὲν καθὰ καὶ τὸ πρὶν περιῄειν ψυχὰς νέων ἀγρεύουσα. Ἔβλεπον δὲ ὄρθρου βαθέος

Digitized by Google

πάντας εἰς τὴν ἐκκλησίαν συντρέχοντας, καὶ ἀπίημι κἀγὼ τρέχουσα σὺν τοῖς τρέχουσιν. Ἦλθον οὖν σὺν αὐτοῖς εἰς τὰ τοῦ οἴκου προαύλια· καὶ ὅτε ἦλθεν ἡ ὥρα τῆς θείας ὑψώσεως, ὤθουν καὶ ἀντωθούμην βιαζομένη τὴν εἴσοδον, συνελθεῖν τῷ ὄχλῳ σπουδάζουσα. Καὶ ἕως μὲν τῆς θύρας, δι' ἧς λοιπὸν εἰς αὐτὸν τὸν ναόν τις ἐγένετο, ἐν ᾧ τὸ ζωοποιὸν ξύλον ἐδείκνυτο, σὺν μόχθῳ πολλῷ καὶ θλίψει προσήγγιζον ἡ ταλαίπωρος. Ὅτε δὲ τὴν φλιὰν τῆς θύρας ἐπάτησα, οἱ μὲν ἄλλοι πάντες ἀκωλύτως εἰσῆεσαν, ἐμὲ δὲ θεία τις ἐκώλυσεν δύναμις, μὴ συγχωροῦσα τὴν εἴσοδον εἰσελθεῖν. Αὖθις γὰρ ἀντωθούμην (καὶ ἀντεπεμπόμην), καὶ μόνη πάλιν ὠρώμην ἑστῶσα εἰς τὰ προαύλια. Νομίσασα γὰρ ἐκ γυναικείας ἀδυναμίας τοῦτο συμβαίνειν, πάλιν ἐμαυτὴν ἑτέροις ἐγκαταμίξασα, ἐβιαζόμην ὡς οἷόν τε παραγκωνιζομένη, καὶ ἐμαυτὴν εἰσωθοῦσα. Ἀλλ' ἐκοπίων εἰς μάταια· αὖθις γὰρ ἡνίκα τῆς φλιᾶς ὁ ποὺς ἐπέβη ὁ ἄθλιος, τοὺς μὲν ἄλλους ὁ ναὸς εἶχεν μηδενὸς ἐμποδίζοντος, ἐμὲ δὲ μόνην τὴν τάλαιναν οὐκ ἐδέχετο, ἀλλ' ὥσπερ στρατιωτικῆς πληθύος τεταγμένης εἰς τοῦτο, τῆς ἐμοὶ προσταχθείσης ἀποκλεῖσαι τὴν εἴσοδον, οὕτω μέ τις ἀθρόα διεκώλυσεν δύναμις, καὶ πάλιν ἱστάμην εἰς τὰ προαύλια.

κγ'. Τοῦτο τρὶς καὶ τετράκις παθοῦσά τε καὶ ποιήσασα, ἀποκαμοῦσα λοιπὸν, καὶ μηκέτι ὠθεῖν καὶ ἀντωθεῖσθαι ἰσχύουσα (ἐγεγόνει γάρ μου τὸ σῶμα ἐκ τῆς βίας κατάκοπον), καὶ ἐνδοῦσα λοιπὸν, ἀνεχώρησα, καὶ ἔστην ἐν τῇ γωνίᾳ τῆς αὐλῆς τοῦ ναοῦ· καὶ μόλις ποτὲ ἐν συναισθήσει τῆς αἰτίας, τῆς κωλυούσης με ἰδεῖν τὸ ζωοποιὸν ξύλον, γεγένημαι. Ἤψατο γὰρ τῶν ὀφθαλμῶν τῆς καρδίας μου λόγος σωτήριος, ὑποδεικνύων μοι, ὅτι ὁ βόρβορος τῶν ἔργων μου ἦν, ὁ τὴν εἴσοδον κλείων μοι. Ἠρξάμην δὲ κλαίειν, καὶ ὀδύρεσθαι, καὶ τὸ στῆθός μου τύπτειν, καὶ στεναγμοὺς ἐκ βάθους τῆς καρδίας μου ἀνάγουσα· κλαίουσα δὲ ὁρῶ ἐπάνω τοῦ τόπου ἐν ᾧ ἱστάμην [ἐπάνωθεν] εἰκόνα τῆς παναγίας Θεοτόκου ἑστῶσαν, καί φημι πρὸς αὐτὴν ἀκλινῶς ἐνατενίζουσα· Παρθένε Δέσποινα, ἡ τὸν Θεὸν Λόγον κατὰ σάρκα γεννήσασα, οἶδα μὲν, οἶδα ὡς οὐκ ἔστιν εὐπρεπὲς οὐδὲ εὔλογον τὴν οὕτως με ῥυπαρὰν οὖσαν, τὴν οὕτως πανάσωτον, εἰκόνα καθορᾶν σου τῆς Ἀειπαρθένου, σοῦ, τῆς ἁγνῆς, σοῦ τῆς σῶμα καὶ ψυχὴν ἐχούσης καθαρὰν καὶ ἀμόλυντον· δίκαιον γάρ ἐστιν ἐμὲ τὴν ἄσωτον ὑπὸ τῆς σῆς καθαρότητος μισεῖσθαί τε καὶ βδελύττεσθαι. Πλὴν ἐπείπερ, ὡς ἤκουσα, διὰ τοῦτο γέγονεν ὁ Θεὸς, ὃν ἐγέννησας, ἄνθρωπος, ὅπως καλέσῃ ἁμαρτωλοὺς εἰς μετάνοιαν· βοήθησον τῇ μόνῃ, καὶ μὴ ἐχούσῃ τινὰ πρὸς βοήθειαν· ἐπίταξον κἀμοὶ συγχωρηθῆναι τὴν εἴσοδον τῆς Ἐκκλησίας εἰσελθεῖν· μὴ στερήσῃς με τὸ ξύλον ἰδεῖν, ἐν ᾧ κατὰ σάρκα προσπαγεὶς ὁ Θεὸς ὃν ἐγέννησας, τὸ αἷμα τὸ ἴδιον ὑπὲρ ἐμοῦ δέδωκεν εἰς ἀντίλυτρον· ἐπίταξον, ὦ Δέσποινα, κἀμοὶ τὴν θύραν ἀνοιγῆναι τῆς θείας τοῦ σταυροῦ προσκυνήσεως, καὶ σὲ δίδωμι τῷ ἐκ σοῦ τεχθέντι Θεῷ ἐγγυητὴν ἀξιόχρεων, ὡς οὐκέτι τὴν σάρκα ταύτην ἐνυβρίσω δι' αἰσχρᾶς οἱασδήποτε μίξεως, ἀλλ' ἡνίκα τὸ ξύλον τοῦ σταυροῦ τοῦ Υἱοῦ σου θεάσομαι, κόσμῳ καὶ τοῖς ἐν κόσμῳ πᾶσιν εὐθὺς ἀποτάσσομαι, καὶ αὐτίκα ἐξέρχομαι, ὅπου δ' ἂν αὐτὴ, ὡς ἐγγυητὴς σωτηρίας, ὑποθῇς καὶ ὁδηγήσῃς με.

κδ'. Ταῦτα εἰποῦσα, καὶ ὥσπερ τινὰ πληροφορίαν λαβοῦσα τὸ τῆς πίστεως ἔμπυρον, τῇ εὐσπλαγχνίᾳ τῆς Θεοτόκου καταθαρρήσασα, κινῶ ἐμαυτὴν ἐκ τοῦ τόπου ἐκείνου, ἐν ᾧ ἑστῶσα ἐποιούμην τὴν δέησιν· καὶ ἔρχομαι πάλιν, καὶ τοῖς εἰσιοῦσιν ἐμαυτὴν ἐγκατέμιξα, καὶ οὐκέτι οὐδεὶς ὠθῶν με καὶ ἀντωθούμενος, οὐδεὶς ὁ κωλύων με τοῦ πλησίον γενέσθαι με τῆς θύρας, δι' ἧς εἰς τὸν ναὸν εἰσῆεσαν. Ἐλαβέν με οὖν φρίκη καὶ ἔκστασις, καὶ ὅλη δι' ὅλου ἐκλονούμην καὶ ἔτρεμον. Εἶτα φθασάσης μου τὴν θύραν τὴν ἕως τότε ἠσφαλισμένην μοι, ὡσεὶ πᾶσα ἡ δύναμις, ἡ πρότερόν με κωλύουσα, νῦν ἐμοὶ προοδοποιεῖ τὴν εἴσοδον, οὕτως εἰσῆλθον ἄπονος, οὕτως ἐντὸς τῶν ἁγίων γεγένημαι, τῆς τε ζωοποιοῦ θέας τοῦ σταυροῦ κατηξίωμαι, καὶ εἶδον τοῦ Θεοῦ τὰ μυστήρια, καὶ οἷός ἐστιν ἕτοιμος τοῦ δέχεσθαι τὴν μετάνοιαν. Πί-

A concurrere omnes ad ecclesiam : abiique etiam ipsa, cum currentibus currens. Veni ergo cum illis ad basilicæ atria, et in ipsa exaltationis adorandæ hora, impellebam, impellebarque violenter, contendens cum turba ingressum obtinere. Ita usque ad januam templi, in quo salutiferum lignum ostendebatur, appropinquabam misera, multo cum labore atque angustia : mox autem atque limen portæ attigeram, alii quidem absque impedimento ingressi sunt, me vero divina quædam virtus prohibuit, ingressu arcens. Rursum igitur impellor retro, meque in atrio solam invenio. Existimans autem id accidisse ex muliebri imbecillitate, rursum me permiscens aliis, luctabar ut poteram, cubitisque connitens memetipsam impellebam. Sed laborabam frustra : rursus enim statim atque limen templi calcavi infelix, alios quidem excepit ecclesia nemine prohibente, me vero calamitosissimam suscipere recusabat : et tanquam si militaris turba ordinata ad hoc ibidem B consisteret, ut ingressum præcluderet, sic me vis quædam subita repellebat, iterumque constituebat in atrio.

23. Hæc tertio ac quarto agens et patiens, ac denique fatigata, neque jam amplius valens trudere atque retrudi (defecerat enim virtus corporis præ violentia) tandem recedens discessi, et steti in angulo quodam atrii ; atque ibi vix demum in cognitionem veni causæ, prohibentis me intueri vivificum lignum. Perculit enim oculos cordis mei salutaris sermo, ostendens mihi quod actionum mearum turpitudo præcludebat ingressum. Cœpi igitur flere, et dolere, ac pectus tundere : suspiria autem ex intimo corde trahens ac lacrymans, video supra locum, in quo constiteram, positam imaginem sanctissimæ Deiparæ ; atque in eam oculos indesinenter intendens, sic alloquor : Domina Virgo, quæ Verbum Dei secun- C dum carnem peperisti, scio quoniam neque rationi neque decori congruit, quod ego, usque adeo sordida, tuam semper virginis intemeratam imaginem aspiciam ; tuam, inquam, quæ semper casta corpus et animam incoinquinatam mundissimamque servasti : quin potius æquum est ut puritas tua me impuram abominetur et oderit. Quandoquidem tamen Deus, quem genuisti, ideo, sicut audivi, homo factus est, ut vocet peccatores ad pœnitentiam ; adjuva desolatam me et subsidio destitutam : jube etiam mihi indulgeri ingressum ad ecclesiam, neque prives me conspectu illius ligni, in quo confixus quoad carnem natus ex te Deus, proprium sanguinem dedit pro mea redemptione : jube mihi quoque, o Domina, aperiri ostium, ut divinam crucem adorem, teque genito ex te Deo vadem susceptibilem offeram, quod carnem meam nunquam deinceps commodabo obscenæ, ut antea, commistioni, sed mox ut crucem Filii tui videro, mundo et omnibus quæ in mundo sunt vale faciens, illuc D ibo, quo tu ipsa, velut salutis meæ mediatrix, jusseris atque duxeris me.

24. Talia loquens, et fidei ardore tanquam pignore quodam certior reddita gratiæ obtinendæ, atque in misericordia Deiparæ confisa, moveo me ab eo loco in quo consistens orationem feceram : rursusque accedens introeuntibus me permiscui, neque amplius sensi qui me impelleret ac vicissim impelleretur, aut omnino prohiberet appropinquare portæ per quam ingressus erat in templum. Hic vero horror et stupor me cepit, totaque contremui : deinde attingens portam quæ hactenus mihi clausa fuerat, veluti si ea vis omnis quæ antea impediverat, nunc aditum laxavisset, citra laborem ingredior ; atque in sanctum admissa locum, fruita sum salutari crucis aspectu ; vidique arcana Dei, et quam paratus sit suscipere pœnitentes. Itaque infelix ego in terram me prosternens, postquam

Digitized by Google

sanctum illud pavimentum adoravi, cursim exivi festinans ad eam quæ mea fuerat mediatrix : constitutaque in loco, in quo sponsionis meæ signatum erat chirographum, ac genu flectens ante Deiparam semper virginem, hujusmodi verbis usa sum.

ψασα τοίνυν ἐμαυτὴν ἐγὼ ἡ ἀθλία ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ τὸ ἅγιον ἐκεῖνο προσκυνήσασα ἔδαφος, ἔτρεχον ἐξιοῦσα, πρὸς τὴν ἐγγυησαμένην με σπουδάζουσα. Γίγνομαι τοίνυν ἐν ἐκείνῳ τῷ τόπῳ, ἐν ᾧ τὸ τῆς ἐγγύης ὑπεγράφη χειρόγραφον· καὶ γόνυ κλίνασα ἔμπροσθεν τῆς Ἀειπαρθένου καὶ Θεοτόκου, τούτοις ἐχρησάμην τοῖς ῥήμασι·

25. Tu, o Domina clementissima, humanitatem tuam erga me commonstrasti, tu non repudiasti orationem peccatricis indignæ. Vidi gloriam, cujus conspectu merito privamur impuri : sit igitur gloria Deo, qui per te suscipit peccantium pœnitentiam. Quid enim amplius cogitabo aut dicam peccatrix ? Tempus est, Domina, ut fidejussionis, quam interposuisti pro me, impleantur promissa. Nunc igitur, quo jubes, deduc me : nunc vel maxime fias mihi magistra salutis, manuducens me per viam pœnitentiæ. His dictis, audio vocem eminus clamantis : Si Jordanem transieris, optimam invenies requiem. Ego vero vocem istiusmodi audiens, mihique persuadens eam propter me factam, exclamavi lacrymans, et Deiparæ dixi : Domina, Domina, ne derelinquas me. Itaque vociferans egredior ex atrio templi, festinaqne pergebam.

κε'. Σὺ μέν, ω φιλάγαθε Δέσποινα, τὸ σὸν ἐνεδείξω [ἐπ' ἐμὲ] φιλάνθρωπον, σὺ τῆς ἀναξίας οὐκ ἐβδελύξω τὴν δέησιν· εἶδον δόξαν, ἣν δικαίως οὐχ ὁρῶμεν οἱ ἄσωτοι· δόξα τῷ Θεῷ, τῷ διὰ σοῦ δεχομένῳ τῶν ἁμαρτωλῶν τὴν μετάνοιαν. Τί γὰρ εἶχον πλέον ἡ ἁμαρτωλὸς ἐννοῆσαι ἢ φθέγξασθαι; Καιρός ἐστι λοιπόν, Δέσποινα, πληρωθῆναι λοιπὸν τῆς ἐγγύης, ἧς ἐγγυήσω, τὰ σύμφωνα. Νῦν ὅπου κελεύεις ὁδήγησον· νῦν γενοῦ μοι μᾶλλον τῆς σωτηρίας διδάσκαλος, χειραγωγοῦσα πρὸς τὴν ὁδὸν τὴν εἰς μετάνοιαν ἄγουσαν. Καὶ ταῦτα λέγουσα, ἤκουσα πόρρωθεν κράζοντος, Ἐὰν τὸν Ἰορδάνην διέλθῃς, καλὴν εὑρήσεις ἀνάπαυσιν. Ἐγὼ δὲ τῆς φωνῆς ταύτης ἀκούσασα, καὶ ταύτην δι' ἐμὲ γενέσθαι πιστεύσασα, δακρύουσα ἔκραξα, καὶ τῇ Θεοτόκῳ ἐβόησα· Δέσποινα. Δέσποινα, μὴ ἐγκαταλίπῃς με. Καὶ ταῦτα βοήσασα ἐξίημι ἐκ τῆς αὐλῆς τοῦ ναοῦ, καὶ συντόμως ἐβάδιζον.

26. Egredientem autem me conspiciens quispiam, tradidit mihi tres nummos dicens, Accipe hosce, Mater. Ego vero datos expendens, tres panes mihi cum ipsis emi, et eos in viaticum benedictionis accepi. Interrogavi deinde eum qui panes vendiderat, quæ aut ubi esset via ad Jordanem ducens : edoctaque portam civitatis, quæ in illas ducebat partes, egrediebar currens, et proficisci incipiebam lacrymans : interrogationi vero interrogationem jungens, totoque die ambulans (erat enim, ut arbitror, hora tertia quando crucem conspexi) tandem inclinante ad occasum sole, appropinquavi ad templum Joannis Baptistæ, quod prope Jordanem situm est. Hic ego cum prius oravissem, descendi statim in Jordanem, faciemque ac manus sancta illa aqua rigavi : deinde in ipso Præcursoris templo suscepi intemerata atque vivifica mysteria, atque comedi mediam partem panis unius, et ex Jordane bibi, sicque me super terram posui nocte illa. Mane autem facto inveniens ibidem parvam scapham, transivi in ripam alteram; iterumque rogavi ducem meam, ut duceret me quo placuisset. Fui igitur in hac eremo, et ab illo tempore usque in hodiernum diem elongavi fugiens; et hic habito, exspectans Deum meum, qui salvat conversos ad se a pusillanimitate spiritus et tempestate.

κς'. Ἐξερχομένην δέ τις ἐωρακώς με, ἐπιδίδωσίν μοι τρεῖς φόλεις, Δέξαι ταύτας, ἀμμά μου, εἰπών. Ἐγὼ δὲ τὰ δοθέντα μοι κομίσασα, τρεῖς ἐξ αὐτῶν ἠγόρασα ἄρτους, καὶ τούτους ἔλαβον εὐλογίας ἐφόδιον. Ἠρώτησα δὲ τὸν τοὺς ἄρτους πιπράσκοντα, Ποία καὶ πόθεν ἡ ὁδὸς καθέστηκεν, ἄνθρωπε, ἡ εἰς τὸν Ἰορδάνην ἀπάγουσα; Καὶ μαθοῦσα τὴν πύλην τῆς πόλεως, τὴν ἐπ' ἐκεῖνο τὸ μέρος ἐξάγουσαν, ἐξῆλθον τρέχουσα, καὶ τῆς ὁδοιπορίας εἰχόμην δακρύουσα. Ἐρωτήσει δὲ φθάνουσα τὴν ἐρώτησιν, καὶ τὸ λοιπὸν ἅπαν τῆς ἡμέρας ὁδοιπορήσασα (ἦν γὰρ τρίτη ὥρα τῆς ἡμέρας, ὅτε τὸν σταυρὸν ἐθεασάμην, ὡς εἰκάζω), κατέλαβον λοιπὸν, τοῦ ἡλίου πρὸς τὴν δύσιν κλίναντος, τὸν ναὸν Ἰωάννου τοῦ Βαπτιστοῦ, τὸν κείμενον τοῦ Ἰορδάνου σύνεγγυς. Καὶ πρότερον ἐν τῷ ναῷ προσκυνήσασα κατῆλθον εἰς τὸν Ἰορδάνην αὐτίκα, καὶ πρόσωπον καὶ χεῖρας ἐξ ἐκείνου τοῦ ἁγίου ὕδατος ἔβρεξα· μετέλαβον δὲ τῶν ἀχράντων καὶ ζωοποιῶν μυστηρίων ἐν τῷ ναῷ τοῦ Προδρόμου, καὶ τοῦ ἑνὸς ἄρτου τὸ ἥμισυ ἔφαγον, καὶ ἐκ τοῦ Ἰορδάνου πιοῦσα ἐπὶ τῆς γῆς ἐμαυτὴν τὴν νύκτα κατέκλινα. Τῇ δὲ ἐπαύριον εὑροῦσα μικρὸν ἐκεῖσε πλοιάριον, ἐπὶ τὸ μέρος τὸ ἕτερον γέγονα, καὶ πάλιν ἐζήτησα τὴν ὁδηγόν μου, ὁδηγῆσαί με ὅπου δ' ἂν ἐστιν αὐτῇ εὐάρεστον. Γέγονα τοίνυν κατὰ ταύτην τὴν ἔρημον, καὶ ἐξ ἐκείνου μέχρι τῆς σήμερον ἐμάκρυνα φυγαδεύουσα, καὶ ἐν ταύτῃ αὐλίζομαι, προσδεχομένη τὸν Θεόν μου, τὸν ἀπὸ ὀλιγοψυχίας καὶ καταιγίδος τοὺς ἐπιστρέφοντας πρὸς αὐτὸν διασώζοντα.

27. Dixit ad eam Zosimas : Quot vero anni sunt, o domina mea, ex quo in hac eremo habitas ? Respondit mulier : Quadraginta septem anni, quantum existimo, sunt quod sancta civitate egressa fui. Et rursum Zosimas : Ecquid autem in cibum habuisti vel invenisti, o domina mea ? Duos, inquit illa, et dimidium panem ferens Jordanem transivi, qui brevi arefacti induruerunt, et paulatim edendo absumpti sunt. Tunc Zosimas : Et sic absque difficultate transegisti tantum tot annorum spatium ? neque tam subita mutatio quidquam te conturbavit ? Rem, subjungit illa, nunc quæris, abba Zosima, quam vel referre horreo : si enim nunc in memoriam revocavero tam multa quæ sustinui pericula, tentationumque graviter me pulsantium rationem voluero reddere, vereor ne rursum ad eosdem impingar scopulos. Nihilominus, reponit Zosimas, nihil dimittas, domina, quod mihi non enuntie : hoc enim te suppliciter omnino rogavi ut absque involucro cuncta me doceas.

κζ'. Ὁ δὲ Ζωσιμᾶς πρὸς αὐτὴν ἔφησεν· Πόσα δὲ ἔτη εἰσίν, ὦ κυρία μου, ἐξ ὅτε εἰς ταύτην αὐλίζῃ τὴν ἔρημον; Ἀπεκρίθη ἡ γυνή· Τεσσαράκοντα ἑπτὰ ἔτη, ὡς εἰκάζω, εἰσίν, ἐξ ὅτε τῆς ἁγίας πόλεως ἐξελήλυθα. Εἶπεν δὲ Ζωσιμᾶς· Καὶ τί δὲ εὗρες ἢ ἔσχηκας τροφὴν, ὦ κυρία μου; Ἔφη δὲ ἡ γυνή· Δύο μὲν ἥμισυ ἄρτους τὸν Ἰορδάνην ἐπέρασα φέρουσα, οἵτινες κατ' ὀλίγον ξηρανθέντες ἀπελιθώθησαν, καὶ μικρὸν ἐπὶ χρόνους ἐσθίουσα διετέλεσα. Εἶπεν δὲ Ζωσιμᾶς· Καὶ οὕτως ἀπόνως παρῆλθες τῶν τοσούτων ἐτῶν τὸ διάστημα, μηδὲν τῆς ἀθρόας γενομένης μεταβολῆς ταραττούσης σε; Ἀπεκρίθη ἡ γυνή· Πρᾶγμά με νῦν ἠρώτησας, ἀββᾶ Ζωσιμᾶ, ὅπερ φρίττω καὶ λέγουσα· ἐὰν γὰρ ἔλθω νῦν εἰς ἀνάμνησιν τῶν τοσούτων κινδύνων, ὑπὲρ ὑπέμεινα, καὶ τῶν λογισμῶν τῶν δεινῶς ἐνοχλησάντων μοι, φοβοῦμαι μή πως καὶ αὖθις ὑπ' ἐκείνων βληθήσωμαι. Εἶπεν δὲ Ζωσιμᾶς· Μηδὲν ἐάσῃς, κυρία μου, ὅπερ μὴ ἀναγγείλῃς μοι· ἅπαξ γὰρ εἰς τοῦτο κατεπηρώτησά σε, ἵνα πάντα ἀπαραλείπτως διδαχῇς με.

28. Cui illa : Crede mihi, inquit, abba Zosima, annos septemdecim transegi in hac eremo, luctans

κη'. Ἡ δὲ πρὸς αὐτόν· Πίστευσον, ἀββᾶ, δεκαεπτὰ ἔτη εἰς ταύτην περιῆλθον τὴν ἔρημον, θηρ-

Digitized by Google

σὺν ἀνημέροις ταῖς ἀλόγοις ἐπιθυμίαις πυκτεύουσα. Ἠνίκα τροφῆς μεταλαβεῖν ἐπεχείρησα, ἐπεθύμουν τὰ κρέατα καὶ τοὺς ἰχθύας οὓς ἔχει ἡ Αἴγυπτος· ἐπεθύμουν τοῦ οἴνου τὴν πόσιν, τὴν ἐν ἐμοὶ καταθύμιον· πολλῷ γὰρ οἴνῳ ἐχρώμην ἡνίκα ἐν τῷ κόσμῳ διέτριβον· ἐνταῦθα δὲ οὐδὲ ὕδατος ὅλως ἀπογεύσασθαι ἔχουσα, δεινῶς ἐφλεγόμην καὶ τὴν ἀνάγκην οὐκ ἔφερον. Εἰσῆει δέ μοι καὶ τῶν ὀρνικῶν ἀσμάτων ἐπιθυμία ἡ παράλογος, δεινῶς ἀεὶ ταράττουσα καὶ ἀναπείθουσά με ᾄδειν τὰς ᾠδὰς τῶν δαιμόνων ἅσπερ μεμάθηκα· εὐθὺς δὲ δακρύουσα, καὶ τῇ χειρὶ τὸ στῆθός μου τύπτουσα, ἐμαυτὴν ἀνεμίμνησκον τῶν συμφώνων ὧν ἐθέμην ἐξερχομένη κατὰ τὴν ἔρημον. Ἐγιγνόμην δὲ τῷ λογισμῷ πρὸς τὴν εἰκόνα τῆς Θεοτόκου τῆς ἀναδόχου μου, κἀκείνῃ προσέκλαιον, ἐκδιῶξαι τοὺς λογισμοὺς αἰτοῦσα, τοὺς οὕτως τὴν ἀθλίαν μου ψυχὴν κατατρέχοντας. Ὅτι δὲ ἀρκούντως ἐδάκρυσα, καὶ τὸ στῆθος εἰς δύναμιν ἔτυψα, φῶς ἔβλεπον πάντοθεν περιαστράπτόν με· καὶ ἐντεῦθεν λοιπὸν γαλήνη τις σταθηρὰ ἐκ τρικυμίας ἐγένετό μοι.

κθ'. Τοὺς δὲ λογισμοὺς, τους εἰς πορνείαν αὖθις ὠθοῦντάς με, πῶς σοι, ἀββᾶ, διηγήσομαι; Πῦρ γὰρ ἔνδοθεν τῆς καρδίας μου τῆς ταλαίνης ἀνήπτετο, καὶ ὅλην δι' ὅλου ἐξέφλεγεν, καὶ πρὸς ἐπιθυμίαν ἀνηρέθιζε μίξεως. Εὐθὺς δὲ, ἡνίκα λογισμὸς τοιοῦτος προσέβαλλεν, ἔρριπτον ἑαυτὴν εἰς γῆν, καὶ τὸ ἔδαφος τοῖς δάκρυσιν ἔβρεχον, αὐτήν μοι νομίζουσα παριστάναι τὴν ἐγγυησαμένην με, ὥσπερ προστάτιδα, καὶ παραβαθεῖσαν, καὶ ποινὰς τῆς παραβασίας εἰσπράττουσαν. Οὐκ ἀνιστάμην τοίνυν ἀπὸ τῆς εἰς γῆν κατανεύσεως, ἣν συνέβη διέρχεσθαι νυχθήμερον, ἕως ὅτου με τὸ φῶς ἐκεῖνο τὸ γλυκὺ περιέλαμψεν, καὶ τοὺς λογισμοὺς τοὺς ἐνοχλοῦντας μοι ἐδίωξεν. Λοιπὸν ἀεὶ τὸ ὄμμα τῆς διανοίας μου πρὸς τὴν ἐγγυητὴν ἀκαταπαύστως ἀνέπεμπον, αἰτοῦσα βοήθειαν τῇ κινδυνευούσῃ κατὰ τὸ τῆς ἐρήμου πέλαγος· καί γε βοηθὸν ἔσχον, καὶ τῆς μετανοίας συλλήπτορα. Καὶ οὕτως διῆλθον τῶν δεκαεπτὰ ἐτῶν τὸ διάστημα, μυρίοις κινδύνοις προσομιλήσασα· ἐξ ἐκείνου δὲ καὶ μέχρι τῆς σήμερον ἡ βοηθός μου παρέστηκεν ἐν πᾶσι, καὶ διὰ πάντων χειραγωγοῦσά με.

λ'. Εἶπεν δὲ Ζωσιμᾶς πρὸς αὐτήν· Οὐκ ἐδεήθης τροφῆς, ἢ ἐνδύματος; Ἡ δὲ πρὸς αὐτὸν ἀπεκρίνατο· Τοὺς μὲν ἄρτους ἐκείνους, καθὰ προεῖπον, ἀναλώσασα, τὰ δεκαεπτὰ ἔτη ἐτράφην βοτάναις, καὶ λοιποῖς τοῖς εὑρισκομένοις κατὰ τὴν ἔρημον· τὸ δὲ ἱμάτιον, ὅπερ εἶχον τὸν Ἰορδάνην διαπεράσασα, διαῤῥυὲν δεδαπάνηται. Πολλὴν ἐκ τοῦ κρύους καὶ αὖθις ἐκ τῆς τοῦ θέρους φλογὸς ἀνάγκην ὑπέμεινα, συγκαιομένη τῷ καύσωνι, καὶ τῷ παγετῷ πηγνυμένη καὶ τρέμουσα, ὡς πολλάκις με χαμαὶ πεσοῦσαν ἄπνουν μεῖναι σχεδὸν καὶ ἀκίνητον. Πολλαῖς τοίνυν καὶ πολλαῖς συμφοραῖς καὶ πειρασμοῖς ἀνηκέστοις ἐπύκτευσα. Ἐξ ἐκείνου δὲ καὶ μέχρι τοῦ νῦν ἡ δύναμις τοῦ Θεοῦ πολυτρόπως τὴν ἁμαρτωλόν μου ψυχὴν καὶ τὸ σῶμα τὸ ταπεινὸν διετήρησεν· ἐννοοῦσα γὰρ μόνον ἐξ οἱοίων κακῶν με ἐῤῥύσατο, τροφὴν ἀδάπανον κέκτημαι, τὴν ἐλπίδα τῆς σωτηρίας μου· τρέφομαι γὰρ καὶ σκέπομαι τῷ ῥήματι τοῦ Θεοῦ διακρατοῦντος τὰ σύμπαντα· οὐδὲ γὰρ ἐπ' ἄρτῳ μόνῳ ζήσεται ἄνθρωπος, καὶ παρὰ τὸ μὴ ἔχειν σκέπην, πέτραν περιεβάλοντο, ὅσοι τὸ τῆς ἁμαρτίας ἀπεδύσαντο περιβόλαιον.

λα'. Ἀκούσας δὲ Ζωσιμᾶς ὅτι καὶ χρήσεων Γραφικῶν ἐμνημόνευσεν, ἔκ τε Μωϋσέως καὶ τοῦ Ἰὼβ, καὶ τῆς βίβλου τῶν Ψαλμῶν (35) ἔφησεν πρὸς αὐτήν· Ψαλμοῖς δὲ, ὦ κυρία μου, ἢ ἄλλοις βιβλίοις ἐντέτυχας; Ἡ δὲ ἀκούσασα τοῦτο ὑπεμειδίασεν, καί φησιν πρὸς τὸν γέροντα· Πίστευσον, ἄνθρωπε, οὐκ εἶδον ἕτερον ἄνθρωπον ἐξ ὅτε τὸν Ἰορδάνην ἐπέρασα, εἰ μὴ τὸ σὸν πρόσωπον σήμερον· ἀλλ' οὐδὲ θηρίον ἢ

A cum effrenatis cupiditatibus meis, veluti cum bestiis immansuetis. Si cibum aggrediebar sumere, desiderabam carnes piscesque quibus abundat Ægyptus, vini pocula, multum mihi amata : copioso enim vino utebar, cum viverem in sæculo; hic vero neque aquam gustare licebat graviter æstuanti, atque sitim amplius tolerare non valenti. Subingrediebatur autem meretricium cantuum cupiditas adversa rationi, multum me conturbans, suadensque ut canerem quas didiceram diabolicas cantiones. Ego vero statim illacrymans, manuque pectus tundens, mihi ipsi revocabam memoriam promissorum, quæ sanxi ad eremum digrediens ; et cogitatione referebam me ad imaginem Deiparæ susceptricis meæ, et quasi coram ea exsistens flebam, rogabam ut liberaret me a tentationibus, miseram animam meam tantopere infestantibus. Postquam vero diu ploraveram et pectus pro viribus verberaram, vidi lumen undequaque me circumcingens, et exinde constans

B deinceps malacia mihi atque tranquillitas obtigit.

29. Cogitationes vero quæ rursum ad fornicationem impellebant me, quomodo tibi explicem, abba? Ignis enim in meo infelici corde accendebatur, totamque exurebat atque ad desiderium coitus pertrahebat. Ego vero statim atque ejusmodi tentatio offerebatur, prosternebar in terram, et lacrymis rigabam solum ; ipsam vadem meam astare credens tanquam prævaricatrici, ad violatæ sponsionis pœnas exigendas : neque prius assurgebam de terra, in qua nonnunquam contigit totam diem ac noctem sic me jacere, donec suave illud lumen mihi circumfulgeret, et molestas mihi cogitationes dissiparet. Denique mentis meæ oculos indesinenter deligebam in eam quæ sponderat pro me, petens opem in hujus eremi pelago periclitanti animæ. Et vero auxiliatricem habui ac pœnitentiæ susceptricem : atque ita spatium annorum decem ac septem transegi, mille

C periculis implicata. Ex illo autem tempore usque in hodiernum diem, in omnibus mihi adfuit protectrix mea meque velut ad manum semper deduxit.

30 Dixit ei Zosimas : Numquid egusti victu et vestitu? Ipsa vero respondit : Consumptis, quos ante dixi, panibus, annos septemdecim sustentavi me herbis et qualicunque edulio per deserta inveniendo : vestimentum autem, quod habebam Jordanem transiens, consumptum attritumque est. Multam igitur ex frigore, multam etiam ex ardore æstivo molestiam sustinui, calore adusta, et frigore tremens atque constricta, adeo ut sæpe in terram corruens fere absque spiritu immobilis permanerem; unde multis quoque insidiis dæmonum et tentationibus perpetuis oppugnabar. Sed deinceps et usque nunc multiplex Dei virtus peccatricem animam meam et hoc vile corpusculum conservavit. Etenim cum solum recordor ex quantis malis me eruerit ; cibum habeo non consumendum, spem, inquam, salutis consequendæ. Nutrior namque, et contegor

D Dei verbo omnibus dominantis, quia non in solo pane vivit homo : et pro eo quod vestimentum non habent, induuntur petram quicunque exuerunt peccati indumentum.

31. Audiens autem Zosimas quod meminisset biblicarum sententiarum ex Moyse et Job atque libro Psalmorum, dixit ad eam : An Psalmos quoque et Scripturas alias didicisti, domina ? Ipsa vero subrisit ad interrogationem istiusmodi, et ait ad senem: O homo, crede, quod a die qua Jordanem transii, nullius hominis vultum præter tuum hodie sum intuita : sed neque feram aut aliud quodpiam animal

NOTÆ.

(35) Ex psalmo LIV, v. 9, accepta phrasis in fine num. 26, facile apparet imbutis lectione Scripturarum, uti et hic locus ex Deut. VIII, v. 3. Qui et ab evangelistis Matthæo et Luca usurpatur ; minus obvius est locus ex Job, quia juxta versionem LXX expressus ; cum in Vulgata cap. 24, v. 8, legatur, *Non habentes velamen, amplexantur lapides.*

Digitized by Google

vidi, ex quo hanc solitudinem novi. Litteras igitur nunquam didici : quinimo nec psallentem quemquam nec legentem audivi : sermo autem Dei vivus et efficax, ipse docet hominem scientiam. Atque ecce hic finem habes narrationis meæ : quod autem feci exordiens, nunc quoque adjuro te per incarnationem Verbi divini, ut pro me peccatrice Dominum exores. Hæc illa cum dixisset, et huc usque sermonem protraxisset, inclinavit sese benedictionem postulans. Senex vero rursum cum lacrymis exclamavit : Benedictus Deus qui facit magna et admiranda, gloriosa ac prædicanda, quorum non est numerus. Benedictus Deus, qui ostendit mihi quanta largiatur timentibus se. Vere non derelinquis quærentes te, Domine.

32. Ipsa porro senem sustinens non permisit, ut sese ad benedictionem inclinare pergeret, sed ait ad eum : Adjuro te per Salvatorem Christum Deum nostrum, ne quid horum omnium quæ audivisti mortalium alicui reveles, usque dum ab hac terra me abstulerit Dominus. Nunc vero vade in pace, quia rursum sequenti anno videbis me, et ego te, Dei gratia custoditus. Fac autem, propter Deum quod nunc tibi præcipio. Cum anno proximo Quadragesimale tempus advenerit, ne transeas Jordanem, sicut fieri solet in monasterio. Obstupuit Zosimas audiens quod de regula monasterii loqueretur ; neque aliud dixit quam, Gloria Deo, magnas gratias indulgenti diligentibus se. Ipsa vero subjunxit : Exspecta, abba, ut dixi, in monasterio : neque enim, si volueris egredi, id tibi succedet : vespere autem in cœna Domini accipe mihi sacrum vas vivifici corporis et sanguinis Christi, tantis mysteriis dignum, atque affer ; manens omnino in ea Jordanis ripa, quæ terræ habitatæ est propior, donec adveniens suscipiam vitalia dona : ex quo enim illa suscepi in templo Præcursoris, prius quam Jordanem trajicerem, usque nunc carui participatione sanctificationis hujus, et nunc ipsam inexplebili amore concupisco ; ideoque oro ne meam despicias petitionem : sed omnino mihi adferas salutifera atque divina mysteria, ea hora qua Dominus discipulos suos divini istius epuli fecit participes. Abbati vero Joanni, ejus in quo habitas monasterii hegumeno, hæc dicito : Attende tibi ipsi et gregi tuo : quædam enim ibi aguntur quæ indigent correctione : verumtamen nolo ut hæc ei nunc dicas, sed quando Dominus te reduxerit. Hæc elocuta, et seni dicens : Ora pro me, denuo cucurrit versus interiorem eremum. Zosimas vero genua flectens, et adorans solum in quo steterant vestigia pedum ejus, Deoque gloriam reddens ac gratias agens, cum gaudio spiritus et exsultatione corporis reversus est, glorificavitque ac benedixit Christum Deum nostrum : et rursum solitudinem illam emetiens, venit ad monasterium, ea die qua cæteri monachi solebant reverti.

33. Toto illo anno tacuit Zosimas, non audens quidquam eorum quæ viderat alicui enuntiare ; penes se interim orabat Deum, ut iterum ei ostenderet vultum exoptatum : cruciabatur autem et affligebatur, cogitans quam longa esset anni periodes, totumque illum cupiebat esse unum solum diem, si fieri potuisset. Cum vero initium jejuniorum referens Dominica affuit, alii quidem statim post consuetam orationem psallentes exierunt ; ipsum vero febricitantem detinuit morbus et remanere coegit. Recordatus est ergo Zosimas quod sibi dixerat sancta, quia neque si volueris monasterio egredi id tibi succedet : transactisque diebus paucis resurgens a morbo, reliquum temporis in monasterio peregit.

A ἄλλον ζῶον τεθέαμαι ἐξ ὅτε ταύτην εἶδον τὴν ἔρημον· γράμματα τοίνυν οὐ μεμάθηκα πώποτε. Ἀλλ' οὐδὲ ψάλλοντός τινος ἢ ἀναγινώσκοντος ἤκουσα· ὁ δὲ λόγος τοῦ Θεοῦ, ζῶν τε καὶ ἐνεργὴς ὤν, αὐτὸς διδάσκει τὸν ἄνθρωπον γνῶσιν. Ἕως ὧδε τὸ πέρας τῆς κατ' ἐμὲ διηγήσεως· ἀλλ' ὅπερ ἐποίησα ἐναρχομένη τῆς διηγήσεως, καὶ νῦν ἐνορκῶ σε κατὰ τῆς τοῦ Θεοῦ Λόγου σαρκώσεως, εὔχεσθαι ὑπὲρ ἐμοῦ τῆς ἀσώτου διὰ τὸν Κύριον. Ταῦτα εἰποῦσης ἐκείνης, καὶ τὸν λόγον ὧδε συντελεσάσης, ὤρμησεν βαλεῖν μετάνοιαν. Καὶ αὖθις ὁ γέρων σὺν δάκρυσιν ἔκραζεν· Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς, ὁ ποιήσας μεγάλα καὶ θαυμαστὰ, ἔνδοξά τε καὶ ἐξαίσια, ὧν οὐκ ἔστιν ἀριθμός· εὐλογητὸς ὁ Θεὸς ὁ δείξας μοι ὅσα χαρίζεῖ τοῖς φοβουμένοις αὐτόν· ὄντως γὰρ οὐκ ἐγκατέλειπας τοὺς ἐκζητοῦντάς σε, Κύριε.

λβ'. Ἐκείνη δὲ ἐπιλαβομένη τοῦ γέροντος, οὐκέτι συνεχώρησεν βαλεῖν τελείως μετάνοιαν, ἀλλ' ἔφησεν πρὸς αὐτόν· Ταῦτα πάντα, ἅπερ ἤκουσας, ἄνθρωπε, B ἐνορκῶ σε κατὰ τοῦ Σωτῆρος Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν μηδενὶ ἐξειπεῖν, ἕως ὅτε ὁ Θεὸς ἀπὸ τῆς γῆς ἀπολύσει με. Τὸ δὲ νῦν ἔχον ἐν εἰρήνῃ πορεύθητι, καὶ πάλιν εἰς τὸ ἔτος τὸ ἐρχόμενον ὄψει με, καὶ ὀφθήσῃ μοι τοῦ Θεοῦ χάριτι φυλαττόμενος· ποίησον δὲ διὰ τὸν Κύριον ὅπερ νῦν σοι ἐντέλλομαι. Εἰς τὰς νηστείας τὰς ἱερὰς τοῦ ἔτους τοῦ ἐπερχομένου μὴ περάσῃς τὸν Ἰορδάνην, ὥσπερ εἰώθατε ποιεῖν εἰς τὸ μοναστήριον. Ἐξίστατο δὲ Ζωσιμᾶς ἀκούων ὅτι καὶ τὸν κανόνα τοῦ μοναστηρίου ἀπήγγειλεν, καὶ οὐδὲν ἕτερον ἔλεγεν εἰ μὴ, Δόξα τῷ Θεῷ, μεγάλα χαριζομένῳ τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν. Ἐκείνη δὲ ἔφησεν, Μεῖνον ἀββᾶ, ὡς εἶπον, εἰς τὸ μοναστήριον· οὐδὲ γὰρ θέλοντί σοι ἐξελθεῖν εὖ γενήσεται· τῇ δὲ ἁγίᾳ ἑσπέρᾳ τοῦ δείπνου τοῦ μυστικοῦ, λάβε μοι τοῦ ζωοποιοῦ σώματος καὶ αἵματος τοῦ Χριστοῦ εἰς σκεῦος ἱερὸν καὶ τῶν τοιούτων μυστηρίων ἐπάξιον, καὶ φέρε, καὶ μεῖνον μετὰ παντὸς εἰς τὸ μέρος τοῦ Ἰορδάνου τὸ προσεγγίζον τῇ οἰκουμένῃ, ὅπως ἐλθοῦσα μεταλάβω τῶν ζωοποιῶν δώρων. Ἐξ ὅτε γὰρ εἰς τὸν C ναὸν τοῦ Προδρόμου, πρὶν ἢ τὸν Ἰορδάνην διέλθω, μετέλαβον, οὐκέτι μέχρι τοῦ νῦν τοῦ ἁγιασμοῦ τούτου τετύχηκα· καὶ νῦν ἐκείνου ἐφίεμαι ἀκατασχέστῳ τῷ ἔρωτι· δι' ὃ αἰτῶ καὶ παρακαλῶ τὴν ἐμὴν μὴ παρακούσασθαι αἴτησιν, ἀλλὰ πάντως ἄγαγέ μοι τὰ τοιαῦτα ζωοποιὰ καὶ θεῖα μυστήρια, καθ' ἣν ὥραν ὁ Κύριος τοὺς μαθητὰς τοῦ θείου δείπνου μετόχους πεποίηκεν. Τῷ δὲ ἀββᾷ Ἰωάννῃ, τῷ ἡγουμένῳ τῆς μονῆς ἐν ᾗ κατοικεῖς, ταῦτα εἰπέ· Πρόσεχε σεαυτῷ καὶ τῇ ποίμνῃ σου· τινὰ γὰρ ἐκεῖ τελοῦνται δεόμενα διορθώσεως. Ἀλλ' οὐ νῦν σε θέλω ταῦτα εἰπεῖν αὐτῷ, ἀλλ' ὅτε ὁ Κύριος ἐπιτρέψει σοι· ταῦτα εἰποῦσα, καὶ Εὔξαι ὑπὲρ ἐμοῦ, τῷ γέροντι φήσασα, ἐπὶ τὸ βάθος τῆς ἐρήμου αὖθις ἐξέδραμεν. Ὁ δὲ Ζωσιμᾶς κλίνας τὰ γόνατα, καὶ προσκυνήσας τὸ ἔδαφος ἐν ᾧ ἔστησαν τὰ ἴχνη τῶν ποδῶν αὐτῆς, δοὺς τῷ Θεῷ δόξαν καὶ εὐχαριστήσας, ὑπέστρεψεν ἐν ἀγαλλιάσει ψυχῆς τε καὶ σώματος, δοξάζων καὶ εὐλογῶν Χριστὸν τὸν Θεὸν ἡμῶν· αὖθις δὲ διελθὼν ἐκείνην τὴν ἔρημον ἔφθασεν εἰς τὸ μοναστήριον καθ' ἣν ἡμέραν ὑποστρέφειν εἰώθασιν οἱ αὐτόθι μονάζοντες.

CAPUT IV.

Sacra communio Mariæ præbita, sepultura curata.

D λγ'. Καὶ τὸν μὲν ἐνιαυτὸν ἡσύχασεν ἅπαντα, μηδενὶ τολμῶν ἐξειπεῖν μηδὲν ὧν ἐθεάσατο· καθ' ἑαυτὸν δὲ τὸν Θεὸν καθικέτευσεν, δεῖξαι αὐτῷ αὖθις τὸ ποθούμενον πρόσωπον. Ἐδυσχέραινεν δὲ καὶ ἐδυσφόρει τοῦ ἐνιαυτοῦ ἐννοῶν τὴν περίοδον, μίαν ἐνθέλων τὸν ἐνιαυτὸν ἡμέραν γενέσθαι, ὡς οἷόν τε ἦν. Ἡνίκα δὲ ἔφθασεν τῶν ἱερῶν νηστειῶν ἡ ἀπαρχομένη Κυριακὴ, εὐθὺς μετὰ τὴν ἐξ ἔθους εὐχὴν οἱ μὲν ἄλλοι πάντες ἐξέεσαν ψάλλοντες· αὐτὸν δὲ νόσος κατέσχεν πυρέξαντα, καὶ μένειν ἔνδον ἠνάγκασεν. Ἐμνήσθη δὲ Ζωσιμᾶς τῆς Ὁσίας εἰποῦσης, ὅτι Οὔτε θέλοντί σοι τῆς μονῆς ἐξελθεῖν οὐ σοι γενήσεται. Ὀλίγαι δὲ ἡμέραι διέδραμον, καὶ τῆς νόσου διαναστὰς ἐν τῷ μοναστηρίῳ διέτριβεν.

Digitized by Google

λδ'. Ἡνίκα δὲ πάλιν οἱ μοναχοὶ ὑπέστρεψαν, καὶ ἤγγισεν ἡ ἑσπέρα τοῦ δείπνου τοῦ μυστικοῦ, ἐποίησεν τὰ διαταχθέντα αὐτῷ· καὶ λαβὼν εἰς μικρὸν ποτήριον τοῦ ἀχράντου σώματος καὶ τοῦ τιμίου αἵματος Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, ἔβαλεν εἰς κανίσκιον ἰσχάδας καὶ φοίνικας, καὶ φακῆν μικρὰν βραχεῖσαν ἐν ὕδατι· ἀπέρχεται δὲ βαθείας ὀψίας, καὶ καθέζεται εἰς τὸ χεῖλος τοῦ Ἰορδάνου, τῆς Ὁσίας ἀναμένων τὴν ἄφιξιν. Χρονίζοντος δὲ τοῦ γυναίου τοῦ ἱεροῦ, Ζωσιμᾶς οὐκ ἐνύσταξεν, ἀλλ' ἀκλινῶς ἐώρα τὴν ἔρημον, ἀναμένων ἰδεῖν ὅπερ ἰδεῖν ἐπεθύμησεν. Ἔλεγεν δὲ καθ' ἑαυτὸν ὁ γέρων καθήμενος· Ἆρά γε μή ποτε τὸ ἀνάξιόν μου ἐλθεῖν ταύτην διεκώλυσεν; ἆρα ἦλθεν, καὶ μὴ εὑροῦσά με αὖθις ὑπέστρεψεν; Ταῦτα λέγων ἐδάκρυσεν, καὶ δακρύσας ἐστέναξεν, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς εἰς τὸν οὐρανὸν ἐπάρας, τὸν Θεὸν ἱκέτευσεν λέγων· Μή στερήσῃς με, Δέσποτα, καὶ αὖθις ἰδεῖν ὅπερ ἰδεῖν συνεχώρησας· μὴ ἀπέλθω κενός, τὰς ἐμὰς ἁμαρτίας φέρων εἰς ἔλεγχον. Ταῦτα σὺν δάκρυσιν ἐπευξάμενος, εἰς ἕτερον λογισμὸν περιέπτωκεν· ἔλεγεν γὰρ ἐν ἑαυτῷ· Τί δὲ, εἰ ἄρα καὶ ἔλθῃ, γενήσεται; Πλοιάριον γὰρ οὐ πάρεστιν. Πῶς τοίνυν τὸν Ἰορδάνην παρέλθοι, καὶ πρὸς ἐμὲ γενήσεται τὸν ἀνάξιον; Οἴμοι τῆς ἐμῆς ἀναξιότητος! οἴμοι τῆς ἐμῆς ἐλεεινότητος! Τίς με τοιούτου καλοῦ δικαίως ἐστέρησεν;

λε'. Ταῦτα λογιζομένου τοῦ γέροντος, ἰδοὺ καὶ τὸ ὅσιον ἔφθασεν γύναιον, καὶ εἰς τὸ πέραν ἔστη τοῦ ποταμοῦ, ὅθεν καὶ ἦρχετο. Ὁ δὲ Ζωσιμᾶς ἐξανέστη χαίρων καὶ ἀγαλλιώμενος, καὶ δοξάζων τὸν Θεόν. Αὖθις δὲ τῷ λογισμῷ τοῦ μὴ δύνασθαι αὐτὴν περάσαι τὸν Ἰορδάνην ἐπάλαιεν. Ὁρᾷ δὲ αὐτὴν τῷ σημείῳ τοῦ τιμίου σταυροῦ τὸν Ἰορδάνην σφραγίσασαν (πανσέληνος γὰρ ὑπῆρχεν ἡ νύξ, ὡς ἔλεγεν), καὶ ἅμα τῇ σφραγῖδι ἐπιβᾶσαν τῷ ὕδατι, καὶ περιπατοῦσαν ἐπὶ τῶν ὑδάτων ἐπάνω, καὶ πρὸς ἐκεῖνον βαδίζουσαν. Τὸν δὲ θελήσαντα ποιῆσαι μετάνοιαν διεκώλυεν κράζουσα, καὶ ἐπὶ τῶν ὑδάτων βαδίζουσα, Τί ποιεῖς, ἀββᾶ, καὶ ἱερεὺς ὑπάρχων, καὶ βαστάζων θεῖα μυστήρια; Τοῦ δὲ πρὸς τὸ λεγόμενον εἴξαντος, ἀποβᾶσα τοῦ ὕδατος ἔφησεν πρὸς τὸν γέροντα· Εὐλόγησον, Πάτερ, εὐλόγησον. Ὁ δὲ πρὸς αὐτὴν ἀπεκρίνατο σύντρομος (ἔκστασις γὰρ αὐτὸν εἶχεν ἐπὶ τῷ παραδόξῳ θεάματι)· Ὄντως ἀψευδὴς ὁ Θεὸς ἐπαγγειλάμενος ὁμοιοῦσθαι Θεῷ καθόσον ἐφικτὸν τοὺς ἑαυτοὺς ἐκκαθαίροντας· δόξα σοι, Χριστὲ, ὁ Θεὸς ἡμῶν, ὃς οὐκ ἀπέστειλας τὴν προσευχήν μου, καὶ τὸ ἔλεός σου ἀπὸ τοῦ δούλου σου· δόξα σοι, Χριστὲ, ὁ Θεὸς ἡμῶν, ὁ δείξας μοι διὰ ταύτης τῆς δούλης σου, πόσον ἀπέχω μέτρον τῆς τελειότητος. Καὶ ταῦτα ἅμα λέγοντα, ἤρξατο ἡ γυνὴ εἰπεῖν τὸ ἅγιον τῆς πίστεως σύμβολον, καὶ τὸ, *Πάτερ ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς*, κατάρξασθαι. Καὶ τούτου γενομένου, καὶ τῆς εὐχῆς πέρας λαβούσης, κατὰ τὸ σύνηθες δέδωκεν τὴν ἀγάπην τῷ γέροντι εἰς τὸ στόμα· καὶ οὕτως τῶν ζωοποιῶν μυστηρίων μεταλαβοῦσα, εἰς τὸν οὐρανὸν τὰς χεῖρας διάρασα, ἐστέναξεν σὺν δάκρυσιν, καὶ οὕτως ἐδόξησεν· *Νῦν ἀπολύεις τὴν δούλην σου, ὦ Δέσποτα, κατὰ τὸ ῥῆμά σου ἐν εἰρήνῃ· ὅτι εἶδον οἱ ὀφθαλμοί μου τὸ σωτήριόν σου.*

λς'. Τότε λέγει τῷ γέροντι· Συγχώρησόν μοι, ἀββᾶ, καὶ ἄλλην ἐπιθυμίαν μου πλήρωσον· καὶ νῦν μὲν ἄπελθε εἰς τὸ μοναστήριον, τῇ τοῦ Θεοῦ χάριτι φρουρούμενος, εἰς δὲ τὸ ἔτος τὸ ἐρχόμενον ἔλθε καὶ αὖθις εἰς ἐκεῖνον τὸν χειμάρρον, ἵνθα σοι τὸ πρὶν συνέτυχον· ἔλθε πάντως διὰ τὸν Κύριον, καὶ πάλιν ὄψει με καθὼς θέλει ὁ Κύριος. Ὁ δὲ πρὸς αὐτὴν ἀπεκρίνατο· Εἴθε ἦν δυνατὸν ἐντεῦθεν ἀκολουθῆσαί σοι, καὶ βλέπειν διὰ παντὸς τὸ σὸν τίμιον πρόσωπον· ποίησον δὲ μίαν τοῦ γέροντος αἴτησιν, καὶ ἐξ ὧν ἐνήνοχα ὧδε μικρᾶς τροφῆς μετάλαβε· καὶ ἅμα ταῦτα εἰπὼν, δείκνυσιν αὐτῇ ὅπερ εἶχεν κανίσκιον. Ἡ δὲ δακτύλοις ἄκροις τῆς φακῆς ἁψαμένη, καὶ τρεῖς κόκκους ἀνελομένη, τῷ ἰδίῳ προσήγαγεν στόματι, ἀρκεῖν εἰποῦσα τὴν χαρὶν τοῦ Πνεύματος, ὥστε συντηρεῖν τὴν οὐσίαν τῆς ψυχῆς ἀμίαντον. Καὶ ταῦτα εἰποῦσα, εἶπεν πάλιν τῷ γέροντι· Εὔξαι

34. Porro monachis iterum reversis, cum advenisset mysticæ cœnæ vespera, fecit quæ sibi fuerant imperata; et accipiens parvum poculum intemerati corporis ac venerandi sanguinis Christi Dei nostri, sumpsit in canistro ficus et dactylos, modicasque fabas aqua maceratas: abiens vero profunda jam vespera sedit in ora Jordanis, exspectans Sanctæ adventum. Moram autem faciente muliere, non dormitavit Zosimas, sed indesinenter prospiciebat eremum, præstolans sicubi videret quod tantopere cupiebat. Dixit autem intra se dum ita sederet: Num forte indignitas mea aliqua ipsam venire prohibuit? aut forte jam venit, neque non invento rursum abiit? Hæc dicens flebat, et flens suspirabat, oculosque in cœlum attollens orabat Deum: Ne fraudes me, inquiens, Domine, ab iterato ejus aspectu, quam semel a me conspici permisisti; neque revertar hinc vacuus, metum ferens opprobrium peccatorum meorum. Talia oranti cum lacrymis, longe diversa incidit cogitatio, dixitque intra se: Quid vero fiet si venerit? neque enim cymba ad manum est; quomodo igitur Jordanem transibit, atque ad me indignum accedet? Heu me miserum! heu infelicem! quis me tam grandi bono privavit propter culpam meam?

35. Ita secum ratiocinabatur senex, cum ecce advenit sancta mulier, et trans Jordanem stetit unde adveneral. Zosimas vero exsurrexit gaudens atque exsultans et glorificans Deum. Rursus autem affligebat eum cogitatio quod non posset Jordanem transire. Tum vidit eam venerando crucis signaculo Jordanem signare (nox enim ut in plenilunio illustris erat, quemadmodum-retulit) moxque ut aquas signavit, ingredi, ac super easdem ambulare, et venire ad se. Volentem autem inclinare se prohibuit, clamans et super fluvium incedens; Quid agis, abba? qui et sacerdos es et divina portas mysteria. Ipso vero verba ejus considerante, gradiens super aquas, dixit seni: Benedic, Pater, benedic. Qui expavescens (stupor enim apprehenderat eum super admirabili visione) respondit eidem: Vere fidelis Deus est, qui promisit assimilandos Deo quantum fas est qui seipsos perpurgassent. Gloria sit tibi, Christe Deus noster, qui non amovisti orationem meam neque misericordiam tuam a servo tuo. Gloria sit tibi, Christe Deus noster, qui ostendisti mihi per hanc famulam tuam, quanto intervallo distem a perfectione. Hæc loquentem rogavit mulier sanctum fidei Symbolum, et *Pater noster qui es in cœlis*[a], inchoare: quo facto et fine orationi posito, juxta consuetudinem osculum senis ori dedit: et sic divina suscipiens mysteria, manusque in cœlum sustollens exclamavit: *Nunc dimittis famulam tuam, Domine, secundum verbum tuum in pace! quia viderunt oculi mei salutare tuum*[b].

36. Tunc dixit seni: Ignosce, Pater, atque aliam etiam petitionem meam imple. Abi nunc in monasterium, Dei gratia te custodiente; proximo autem anno veni; rursusque ad torrentem illum, ubi tibi primum occurri, accede, obsecro, propter Dominum: ibi iterum me videbis, sicut Dominus voluerit. Ipse autem respondit ei: Utinam possem ex nunc sequi te et tuo conspectu semper frui! sed et tu petitionem unam meam facito, atque ex his quæ detuli modicam accipe refectionem: et hæc dicens ostendit ei quem ferebat corbem. Ipsa vero summis digitis fabas attingens, et tria grana inde auferens, proprio admovit ori, dicens, sufficere gratiam Spiritus ut substantiam animæ incorruptam conservet: rursumque dixit seni: Ora, per Deum, ora pro me, et meæ humilitatis recordare. Ipse autem pedes Sanctæ amplectens, oransque ut pro Ecclesia

[a] Matth. vi, 9. [b] Luc. ii, 29.

Digitized by Google

et imperio atque ipso se deprecaretur, dimisit eam, abiitque flens [et] suspirans ; neque enim ultra retinere incomprehensibilem præsumebat. Ast illa rursus Jordanem signans, ascendit aquas, et sicut prius ambulans, ab eo discessit. Senex vero reversus est, gaudio et timore multo plenus, seque ipsum redarguens quod nomen Sanctæ non curavisset discere : sed et hoc speravit se posse anno futuro consequi.

A διὰ τὸν Κύριον, εὖξαί μοι, καὶ τῆς ἐμῆς ἀθλιότητος μέμνησο. Ὁ δὲ τῶν ποδῶν ἁψάμενος τῆς Ὁσίας, καὶ εὔχεσθαι ὑπὲρ τῆς Ἐκκλησίας, καὶ τῆς βασιλείας, καὶ αὐτοῦ ἐξαιτήσας, σὺν δάκρυσιν ἀφῆκεν, καὶ ἀπῆλθεν στένων καὶ ὀδυρόμενος· λοιπὸν γὰρ ἐπὶ πολὺ οὐκ ἐτόλμα κρατῆσαι τὴν ἀκράτητον. Ἡ δὲ αὖθις τὸν Ἰορδάνην σφραγίσασα, ἐπέβη τοῦ ὕδατος, καὶ περιπατοῦσα διῆλθεν καθὰ καὶ τὸ πρότερον. Ὁ δὲ γέρων ὑπέστρεψεν χαρᾷ καὶ φόβῳ πολλῷ συνεχόμενος, μεμφόμενός τε αὐτὸν, ὅτι τὸ ὄνομα τῆς Ὁσίας μαθεῖν οὐκ ἐζήτησεν· ἤλπιζεν δὲ ὅμως τοῦ τυχεῖν εἰς τὸ ἔτος τὸ ἐπερχόμενον.

37. Transacto autem anni circulo iterum abiit in eremum, omnia ex more faciens, et festinans ad spectaculum istud mirabile. Emetiens vero solitudinis spatium, et signa quædam inveniens, quæsiti loci indicium facientia ; circumspiciebat ad dexteram sinistramque, oculos quaquaversum volvens, instar ardentissimi venatoris, sicubi forte dulcissimum animal deprehenderet. Ast ubi nihil uspiam moveri conspexit, cœpit iterum lacrymis seipsum perfundere, et sursum elevando oculos atque orando dicere : Ostende mihi, Domine, thesaurum tuum sacrosanctum, quem in hac eremo abscondisti : ostende mihi, obsecro, angelum incarnatum, cujus indignus est mundus. Atque hæc dicens pervenit ad locum, qui speciem alvei fluvialis habebat ; et ex latere illius quod orientem solem respicit, jacere vidit mortuam Sanctam, manibus uti decebat compositis, vultuque conversam ad Orientem. Qui continuo accurrens, pedes Beatæ lacrymis abluit ; nec enim aliquod membrum aliud audebat attingere.

λζ'. Τοῦ δὲ ἔτους διελθόντος, γίνεται αὖθις κατὰ τὴν ἔρημον, πάντα δηλαδὴ τελέσας κατὰ τὸ σύνηθες, καὶ τρέχων πρὸς ἐκεῖνο τὸ παράδοξον θέαμα. Ὁδεύσας δὲ τὸ τῆς ἐρήμου διάστημα, καὶ φθάσας τινὰ σημεῖα δηλοῦντα τοῦ ζητουμένου τόπου τὴν εὕρεσιν, δεξιὰ περιεβλέπετο καὶ εὐώνυμα, περιάγων πανταχοῦ τὸ βλέμμα ὡς θηρευτὴς ἐμπειρότατος, εἴπου τὸ γλωκύτατον ζωγρήσειε θήραμα· ὡς δὲ ἔβλεπεν οὐδὲν οὐδαμόθεν κινούμενον, ἤρξατο ἑαυτὸν αὖθις βρέχειν τοῖς δάκρυσι· καὶ τείνας ἄνω τὸ ὄμμα, προσευχόμενος ἔλεγεν· Δεῖξόν μοι, Δέσποτα, τὸν θησαυρόν σου τὸν ἅγιον, ὃν ἐν τῇδε τῇ ἐρήμῳ κατέκρυψας· δεῖξόν μοι, δέομαι, τὸν ἐν σώματι ἄγγελον, οὗ οὐκ ἔστιν ὁ κόσμος ἐπάξιος. Καὶ ταῦτα εὐχόμενος, τὸν τόπον κατέλαβεν τὸν εἰς χειμάρρου τύπον σχηματιζόμενον, καὶ εἶδεν πρὸς τὸ μέρος αὐτοῦ τὸ πρὸς ἀνίσχοντα τὸν ἥλιον, κειμένην τὴν Ὁσίαν νεκράν, καὶ τὰς χεῖρας οὕτως ὥσπερ ἔδει τυπώσασαν, καὶ πρὸς ἀνατολὰς ὁρῶσαν κειμένην τῷ σχήματι. Ὁ δὲ προσδραμὼν τοὺς πόδας τῆς Μακαρίας δάκρυσιν ἔπλυνεν· οὐδενὸς γὰρ ἑτέρου μέρους ἐτόλμα προσψαῦσαι.

38. Lacrymis igitur aliquandiu fusis, et rei ac tempori congruis recitatis Psalmis, sepulcralem fecit deprecationem, aitque intra se : Numquid cadaver Sanctæ sepelire conveniet? aut si fiat, displicebit Beatæ ? Hæc dicens, vidit ad caput ejus expressam in terra scripturam, ita jubentem : Sepeli, abba Zosima, in hoc loco humilis Mariæ cadaver, pulveri pulverem tradens, atque pro me Dominum jugiter deprecans, quæ obii in hac ipsa nocte Dominicæ Passionis, post susceptionem divini et mystici epuli. Has igitur litteras perlegens senex, gavisus est quod nomen Sanctæ didicisset : cognovit autem quod simul atque divina mysteria juxta Jordanem sumpsit, statim ad hunc locum reducta fuerit, in quo et defuncta est ; adeo ut quam viam Zosimas non sine labore fuerat emensus viginti dierum spatio, intra horam unam transierit Maria, et ad Dominum illico emigrarit. Ζωσιμᾶς διὰ εἴκοσι ἡμερῶν κοπιῶν, εἰς μίαν ὥραν Μαρία διέδραμεν, καὶ εὐθὺς πρὸς τὸν Θεὸν ἐξεδήμησεν.

λη'. Δακρύσας οὖν ἐφ' ἱκανὸν, καὶ ψαλμοὺς εἰπὼν τῷ καιρῷ καὶ τῷ πράγματι πρεπόντως, ἐποίησεν εὐχὴν ἐπιτάφιον, καί φησιν ἐν ἑαυτῷ· Ἆρα θάψαι προσήκει τῆς Ὁσίας τὸ λείψανον; ἆρα μὴ καὶ τοῦτο ἀπαρέσκει τῇ Ὁσίᾳ γιγνόμενον; καὶ ταῦτα λέγων, ὁρᾷ πρὸς τῇ κεφαλῇ αὐτῆς ἐκτετυπωμένην γραφὴν ἐν τῇ γῇ, δι' ἧς ταῦτα ἐγέγραπτο· Θάψον, ἀββᾶ Ζωσιμᾶ, ἐν τούτῳ τῷ τόπῳ τῆς ταπεινῆς Μαρίας τὸ λείψανον, ἀπόδος τὸν χοῦν τῷ χοΐ, ὑπὲρ ἐμοῦ διὰ παντὸς πρὸς τὸν Κύριον προσευχόμενος, τελειωθείσης, μηνὶ Φαρμουθὶ [κατ' Αἰγυπτίους, ὅς ἐστι κατὰ Ῥωμαίους Ἀπρίλιος (36)], ἐν αὐτῇ δὲ τῇ νυκτὶ τοῦ πάθους τοῦ σωτηρίου, μετὰ τὴν τοῦ θείου καὶ μυστικοῦ δείπνου μετάληψιν. Ταῦτα τοίνυν ἀναγνοὺς ὁ γέρων τὰ γράμματα, ἐχάρη ὅτι τὸ ὄνομα τῆς Ὁσίας μεμάθηκεν· ἐπέγνω δὲ ὅτι ἅμα τῶν θείων μυστηρίων ἐπὶ τοῦ Ἰορδάνου μετέλαβεν, εὐθὺς ἐν τῷ τόπῳ γέγονεν, ἐν ᾧ τετελείωται· καὶ ἥνπερ ὥδευσεν ὁδὸν

39. Ergo Deum glorificans, et venerandum corpus lacrymis suis rigans, Tempus est, inquit, humilis Zosima, ut impleas quod tibi imperatur. Sed quomodo foveam conficere poteris, nihil præ manibus ad id congruum habens ? moxque prospiciens vidit eminus breve lignum, eoque accepto cœpit terram fodere. Verum hæc cum arida esset, nequaquam obediebat laboranti seni : sed fatigabatur ipse sudore circumfluens. Ex intimo autem corde suspirans, et oculos elevans, vidit grandem leonem adstare sancto cadaveri ejusque vestigia lambere. Quo conspecto præ formidine contremuit, maxime quia recordabatur dixisse Sanctam, quod nunquam conspexisset feram ullam : facto tamen crucis signo, credidit quod se indemnem servaret jacentis virtus. Leo vero cœpit accedere ad senem ipsum, non tantum motu salutans, sed ipsa etiam oblatione sui.

λθ'. Δοξάζων δὲ τὸν Θεὸν, καὶ βρέχων τὸ σῶμα τοῖς δάκρυσι, Καιρὸς, ἔφη, ταπεινὲ Ζωσιμᾶ, τὸ κελευσθὲν ἐκτελέσαι σε. Ἀλλὰ πῶς ποιήσεις, ταλαίπωρε, ὄρυγμα, ἐν χερσὶν μὴ ἔχων τὸ σύνολον; Καὶ τοῦτο εἰπὼν, εἶδεν ἐκ μικροῦ διαστήματος ξυλάριον βραχὺ ἐρριμμένον κατὰ τὴν ἔρημον· ὅπερ λαβὼν ἤρξατο δῆθεν ὀρύττειν. Ξηρὰ δὲ οὖσα ἡ γῆ οὐδαμῶς ὑπήκουεν κοπιῶντι τῷ γέροντι· ἀλλ' ἑαμνεν ἱδρῶτι περιῤῥεόμενος· στενάξας δὲ μέγα ἐκ βάθους τοῦ πνεύματος, ἀνακύψας, ὁρᾷ λέοντα μέγαν τῷ λείψανῳ τῆς Ὁσίας παρεστῶτα, καὶ τὰ ἴχνη αὐτῆς ἀναλείχοντα. Ὁ δὲ ἰδὼν τὸ θηρίον, σύντρομος γέγονεν φοβούμενος, μάλιστα μνησθεὶς τῶν ῥημάτων Μαρίας, εἰπούσης ὅτι οὐδέποτε θηρίον ἐθεάσατο. Τῷ δὲ σημείῳ τοῦ σταυροῦ σφραγισάμενος, ἐπίστευσεν ὡς ἀβλαβῆ φυλάξει τοῦτον τῆς κειμένης ἡ δύναμις. Ὁ δὲ λέων ἤρξατο προσσαίνειν (37) τῷ γέροντι, οὐχὶ

NOTÆ.

(36) Hæc uncis inclusa, non quia in altero ms. desint ; sed quia judicamus explicationis causa addita esse, vel ab auctore, vel a transcriptore : quod vero in ms. subjungitur πρώτῃ *prima*, id ab inepta interpolatione est, cum de mense Pharmuthi non exprimatur quotus illius dies fuerit : nec id exprimi necesse erat, quando diem nosse ex consequenti Passionis Dominica nota Zosimas potuit, ut alibi plenius dictum est.

(37) Ms. Bav. προσεγγίζειν : et hæc prima fere post primi secundique capitis diversas lectiones, varietas accurrit, eaque vix notabilis, cum utraque vox idem significet : sed nec in cæteris fere ulla est diversitas sententiæ.

Digitized by Google

τοῦτον τοῖς κινήμασι μόνον ἀσπαζόμενος, ἀλλὰ καὶ προθέσει. Ὁ δὲ Ζωσιμᾶς ἔφησεν πρὸς τὸν λέοντα· Ἐπειδήπερ, θηρίον, ἡ Μεγάλη ἐπέτρεψεν ταφῆναι αὐτῆς τὸ λείψανον, ἐγὼ δὲ γέρων εἰμὶ, καὶ οὐκ ἰσχύω ποιῆσαι τὸ ὄρυγμα (οὐδὲ γὰρ ἔχω ὀρυκτήριον τῇ χρείᾳ κατάλληλον· καὶ τοσοῦτον πάλιν οὐ δύναμαι ὑποστρέψαι τὸ διάστημα, ὥστε ἀγαγεῖν ὄργανον ἐπιτήδειον), ποίησον οὖν τὴν χρείαν τοῖς ὄνυξιν ὅπως ἀποδῶμεν τῇ γῇ τῆς Ὁσίας τὸ σκήνωμα. Εὐθὺς δὲ ἅμα τῷ ῥήματι τοῖς ἐμπροσθίοις ποσὶν ὄρυγμα ἐποίησεν, ὅσον ἧρκει τῷ σώματι θαπτόμενον.

Πάλιν τοίνυν τῆς Ὁσίας τοὺς πόδας ἐκπλύνας τοῖς δάκρυσιν ὁ γέρων, καὶ πολλὰ καθικετεύσας νῦν [πλέον] ὑπὲρ πάντων προσεύχεσθαι, ἐκάλυψε τὸ σῶμα τῇ γῇ, παρεστῶτος τοῦ λέοντος, γυμνὸν ὑπάρχον καθὰ καὶ τὸ πρότερον, καὶ μηδὲν ἕτερον ἔχον εἰ μὴ ἐκεῖνο τὸ ἐῤῥηγνυμένον ἱμάτιον, ὅπερ τοῦ Ζωσιμᾶ ῥίψαντος, ὀπισθοφανῶς ἐκάλυψεν ἡ Μαρία τινὰ μέρη τοῦ σώματος. Τότε τοίνυν ἀναχωροῦσιν ἑκάτεροι. Καὶ ὁ μὲν λέων (38) ἐπὶ τὰ ἔνδον τῆς ἐρήμου ὡς πρόβατον ὑπεχώρησεν. Ζωσιμᾶς δὲ ὑπέστρεψεν, εὐλογῶν καὶ αἰνῶν Χριστὸν τὸν Θεὸν ἡμῶν. Ἐλθὼν δὲ αὖθις εἰς τὸ κοινόβιον, ἅπαντα τοῖς μοναχοῖς ἀφηγήσατο, μηδέν τε ἀποκρύψας ὧν τε ἤκουσεν καὶ ὧν ἐθεάσατο· ἐξ ἀρχῆς γὰρ αὐτοῖς ἅπαντα κατ' ὀλίγον διηγήσατο, ὥστε πάντας ἀκούσαντας τὰ μεγαλεῖα τοῦ Θεοῦ καταπλήττεσθαι, καὶ σὺν φόβῳ καὶ πόθῳ τελεῖν τὸ τῆς Ὁσίας μνημόσυνον. Καὶ Ἰωάννης δὲ ὁ ἡγούμενος εὗρεν ἐν τῇ μονῇ τινας χρῄζοντας διορθώσεως, ὡς μηδὲ ἐν τούτῳ τῆς Ὁσίας τὸν λόγον γενέσθαι ἀργὸν ἢ ἀνόνητον. Ἐτελεύτησεν δὲ Ζωσιμᾶς εἰς ἐκεῖνο τὸ μοναστήριον, ἑκατὸν ἐγγὺς ἐτῶν γενόμενος.

μα'. Ἔμειναν δὲ οἱ μοναχοὶ κατὰ διαδοχὴν ἀγράφως ταῦτα διδάσκοντες, καὶ κοινὸν προτιθέντες ὠφελείας ὑπόδειγμα τοῖς ἀκούειν ἐθέλουσιν· ἐγγράφως δὲ οὐδένα ἤκουσαν ταύτην παραδεδωκέναι μέχρι τῆς σήμερον τὴν διήγησιν. Ἐγὼ δὲ ἅπερ ἀγράφως παρέλαβον, ἐγγράφῳ διηγήσει δεδήλωκα· ἴσως δὲ καὶ ἄλλοι τὸν βίον τῆς Ὁσίας γεγράφασιν, καὶ πάντως ἐμοῦ μεγαλοπρεπέστερον, κἂν οὔπω τι τοιοῦτον εἰς ἐμὴν γνῶσιν ἐλήλυθεν. Πλὴν κἀγὼ κατὰ δύναμιν ταύτην γέγραφα τὴν διήγησιν, τῆς ἀληθείας μηδὲν προτιμῆσαι θέλων. Ὁ Θεὸς δὲ, ὁ μεγάλα ἀμειβόμενος τοὺς εἰς αὐτὸν καταφεύγοντας, δῴη τὸν μισθὸν τῆς ὠφελείας τῶν ἐντυγχανόντων τῷ διηγήματι, [καὶ τῷ] τὴν παροῦσαν γραφὴν εἰτοὺν ἐξήγησιν γραφῇ παραδοθῆναι κελεύσαντι, καὶ τῆς μερίδος αὐτῶν ἀξιώσει στάσεώς τε καὶ τάξεως Μαρίας ταύτης τῆς μακαρίας, περὶ ἧς ἡ διήγησις, μετὰ πάντων τῶν ἀπ' αἰῶνος εὐαρεστησάντων αὐτῷ διὰ θεωρίας καὶ πράξεως. Δώσωμεν οὖν καὶ ἡμεῖς δόξαν τῷ Θεῷ, τῷ παμβασιλεῖ τῶν αἰώνων, ὅπως καὶ ἡμᾶς καταξιώσῃ ἐλέου τυχεῖν ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς κρίσεως, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ πρέπει πᾶσα δόξα, τιμὴ, καὶ προσκύνησις πάντοτε, σὺν τῷ ἀνάρχῳ Πατρὶ, καὶ τῷ παναγίῳ καὶ ἀγαθῷ καὶ ζωοποιῷ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A Dixit itaque leoni Zosimas : Quandoquidem, o animal, Sancta voluit ut suum corpus sepeliretur, ego autem senex nequeo fossam conficere (neque enim vel ligonem habeo idoneum negotio, vel tanto intervallo possum reverti, ut instrumentum congruum afferam) tu quod opus est unguibus perfice, ut tabernaculum Sanctæ humo commendemus. Vix ille hæc dixerat, cum leo anterioribus pedibus fossam fecit, sufficientem corpori sepeliendo.

40. Rursum igitur pedes Beatæ lacrymis irrigans senex, multumque eam deprecans ut pro omnibus oraret, terra corpus abdidit, adstante leone ; nudum utique sicut prius, nisi quod circumposita ei erat lacernula illa, qua ad se projecta per Zosimam, aversa Maria obtexerat corporis verecundiora. Sene autem digrediente, regressus est etiam leo in eremum instar agni, et Zosimas abiit, benedicens ac laudans Christum Deum nostrum. Porro reversus in cœnobium B, narravit omnia monachis, nihil eorum quæ audierat ac viderat reticens : a principio enim cuncta illis minutim exposuit, ut omnes audientes obstupescerent Dei magnalia, et Sanctæ memoriam cum timore et gaudio celebrarent. Joannes vero hegumenus invenit in monasterio quosdam correctionis egentes, et ne in hoc quidem, sermo Beatæ vanus et inutilis appareret, Zosimas quoque in eodem monasterio obiit, centesimum ferme vitæ annum attingens.

41. Perseverarunt autem monachi hæc ipsa per traditionem discentes, atque ad communis utilitatis argumentum proponentes audire volentibus : sed non audivi quemquam scripto signasse narrationem : ego vero, quæ citra scripturam comperi, per litteras curavi nota facere. Forsitan tamen etiam alii Vitam Sanctæ scripserunt, multo quam ego magnificentius sublimiusque, quamvis istud ad meam notitiam non pervenerit : quare ut potui conscripsi historiam, nihil volens addere veritati. Deus vero qui magna tribuit confugientibus ad se, utilitatem legentium pro mercede reddat ei qui hanc narrationem conscribi jussit, faciatque participem gradus et ordinis ad quem ista, de qua est sermo, Beata attigit, nec non eorum omnium qui ipsi placuerunt a sæculo. Demus igitur etiam nos gloriam Deo, Regi sæculorum, ut nos quoque faciat misericordiam consequi in tremenda judicii die, in Christo Jesu Domino nostro, quem semper decet gloria, honor et adoratio, cum experte principii Patre, sanctissimoque et vivifico Spiritu, nunc et semper et in sæcula sæculorum. Amen.

NOTÆ.

(38) Ita melius quam quod est in ms. regio, τοῦ γέροντος ἀναχωροῦντος καὶ ὁ λέων, etc.

PRÆFATIO

PETRI MATRANGÆ IN ANACREONTICA SANCTI SOPHRONII.

Sancti Sophronii Hierosolymitani antistitis venustissima Anacreontica diu ab eruditis peroptata, nunc primum Romanis typis eduntur. Ex quo namque Leo Allatius vir doctissimus hæc carmina aliorumque sacrorum melodorum se quam primum promiserat editurum (*a*), nemo posthac ea inquirenda curavit ; neque Fabricius (*b*) aliam de Sophronii Anacreonticis notitiam nobis exhibuit, præter quam quod ipsius Allatii promissiones, qui tamen unicam oden quartam εἰς τὴν ἁπαντήν, etc., inscriptam, ceu specimen Sophroniani leporis, in diatriba de Simeonibus edidit. Verumenimvero ætate nostra, qua viri illustres

(*a*) Cf. schol. ad Eust. Antioch. p. 285.

(*b*) *Bibl. Græc.* l. v, c. 16, ed. Harless

Digitized by Google

et benemeriti deperditorum auctorum opera ingenti patientia et labore e principibus Italiæ bibliothecis eruta, typorum beneficio æterna vita donaverunt, sacri melodi citharam squalido in pulvere sepultam et mutam adhuc latere, non equidem erat ferendum. Et revera si qui in edendis profanorum auctorum reliquiis, ad bonarum artium et litterarum incrementum, operam impendunt, perpetuis laudibus sunt commendandi, gloriam equidem non parvam sibi comparant, qui sanctorum Patrum incognita aut deperdita opera nunc evulgare student, ut inde sanctissima nostra religio splendidius emicet, et immutabilis Ecclesiæ catholicæ doctrina contra fallaces reformatorum nugas quaquaversus pateat. Me vero adhuc in limine, ut ita dicam, hujuscemodi studiorum, pretiosas sancti Sophronii odas tot sæculis ante conditas, primum edidisse, gaudiis exsultare nemo prohibebit.

Memorias enim de variis Græcorum controversiis inter Allatianas chartas conquirenti parvus codex a me diu desideratus, ita signatus *C. A.* 379, sacros et profanos anacreonticos novem complectens occurrit. Statim apographum manu ipsius Allatii confectum cognovi, et aliud Vernatiæ exemplar haud procul jacere vidi; tum, ne in pulvere hæc pretiosa collectio amplius delitesceret, in meas schedas redigere decrevi; quod et brevi absolvi, quanquam æstus ferventissimus non minimam mihi exhiberet molestiam, quippe sextili mense anni 1838 hæc omnia acciderunt. Interim ut dulcem inviserem patriam, iter in Siciliam aggressus, in scrinio meum laborem reposui, ea mente ut quam primum reversus melodos meos emendatos, typis tradendos curarem. At cum Allatianum codicem satis mendosum esse considerassem, archetypum anxie per Romanas bibliothecas prætentare incepi. Vaticanam extemplo adii, ubi in quibusdam Allatii adversariis indiculum ejusdem manu conscriptum conspexi, qui Sophronii Odarum titulos tantum recensebat, e quodam codice desumptos quem emin. Sirletum, inde emin. Columnam possedisse ipse Allatius adnotavit. Attamen inter codices Columnenses venundatos nec meum Sophronium, neque ejusdem bibliothecæ indices reperire potui. Tum denuo in Vaticana Sirletianis codicibus incassum perlustratis, eorumdem indicem inspexi; et ut Allatii assertio undique constaret, in C. V. 5970, f. 118. hæc gaudens perlegi: σξβ' βιβλίον μεμβράνινον παλαιὸν, οὗτινος κεφαλαιώδεις χαρακτῆρες χρυσοῖ, ἐν ᾧ περιέχει τάδε· Τοῦ ἁγίου Σωφρονίου ἐπισκόπου Ἱεροσολύμων Ἀνακρεόντεια. Sequuntur Odarum tituli, quorum aliquot reticentur, aut alio auctori appinguntur.

Hucusque ita res se habebant; sed Sirletianum codicem inveniendi spem omnem non deposueram. Subsenseram enim Barberinianam bibliothecam hujusmodi codicem olim habuisse; duo tamen meæ investigationi obstabant: illustrissimæ bibliothecæ fortuna, timebam enim ne meus Sophronius inde migrasset; et nulla cum ejusdem bibliothecæ præfecto amicitia. Studiorum amor fiduciam adjecit, nec me meæ opinio fefellit; tantam enim domini Pierilisii comitatem, quamvis ignotus, expertus sum, ut beneficii memoriam nunquam amittere possim. Namque etsi nova bibliothecæ ordinatio omnia teneret perturbata, facta ab illustrissimo principe potestate, mecum meum Sophronium inquirere non semel elaboravit; codex tandem inventus est.

Sancti Sophronii odæ e ve nustiore versuum Anacreonticorum genere conflantur; quippe omnes *dimetri, impares*, *catalecti* sunt, et hoc modo scanduntur. Sit prioris odæ primus versus exemplum ἀπὸ Πνεύματος Θεοῦ, ubi *anapæstum* habes et *iambum* in prima dipodia; sequitur secunda dipodia, quæ iambo et syllaba constat. Hujusmodi carmina in Anacreonteis odariis varia leguntur, unde et nomine generico *Anacreontica* appellata sunt. Dividuntur in *Tetrasticha*, quibus Melurgus noster, ex usu jam antea recepto, versus impares immiscuit duodecim syllabas continentes; qui ad genus, quod Prosodiographi *Anapæsticum*, *Hypercatalectum* nuncuparent, pertinere videntur; e duobus *dactylis* nimirum, *spondæo*, *anapæsto*, et syllaba redundante plerumque coalescunt; sæpe ab *anapæsto* et *dactylo*, semel a *spondæo* et *anapæsto* incipiunt, ut cuique observare licebit in versibus 35 et seq. odæ 17, qui insuper ab ordinaria scansione recedunt. Hi versus *anapæstici*, quamvis ab Anacreonticis omnino alieni, prolixum concentum venuste interrumpunt; et nunc sententiam aliquam argumento consonam, nunc vero epiphonema comprehendunt. Dum vero omnes odæ hisce versibus admiscentur, decima octava duos in calce solummodo, veluti conclusionem, habet. Insuper iidem versus impares fere per tres Anacreonticos subsequentes explicantur; dixi *fere*, namque non semel accidit ut aliquandiu tres versiculi in odæ principio, minime vero in ejusdem progressu inveniantur, et sæpe soli *anapæstici* maximam odarum partem comitentur (*c*). Versus quibus odæ constant, numerum 126 non excedunt, ita ut minima inter odas non minus quam 90 contineat; omnium vero odarum versus simul collecti, absque ulla mutilatorum exclusione, summam bis millium supra centum tredecim conficiunt.

Sed missa carminum structura, meam de iisdem sententiam, quæcunque sit, paucis exponere non ambigo. Jamque norunt omnes hæc carmina *elegantissima*, *piissima et mellitissima* a Leone Allatio fuisse jamdiu existimata. Revera a tanti litterati judicio prudens lector non facile recedet; quinimo si rem bene perpendere voluerit, Sophronii carmina amplissimas etiam mereri laudes fatebitur. Siquidem cum temporum vi res litterariæ e classica dignitate sensim excidebant, cum sententiarum gravitati sermonisque puritati vacua verbositas succedebat, melodum nostrum tot tantisque malis jactatum, concinnos versus compegisse, et poetica venustate exornasse, hoc omnino est admiratione dignum. Præterea Sophronius ea utitur facilitate in rebus etiam difficilibus exprimendis, dum fidei mysteria atque catholicæ

(*c*) Cf. ab ode 8 ad 21, una tantum 16 excepta.

Digitized by Google

religionis dogmata exponit, quorum non vulgari est imbutus cognitione (*d*), ut insuper exoptare nescias; et aliquot odarum initia tantam imaginum venustatem præseferunt ut eximium aliquem aureæ Græcitatis auctorem habuisse videantur; quamvis sæpe, ut l. c. Photius observaverat, ἀνεπιτηδεύτως τοῖς ῥήμασι, quæ nova vocabula nos in adnotationibus recensuimus. Quæ dotes splendide enitescunt et, ut ita dicam, sentiuntur; at si quis de verbo ad verbum hæc Anacreontica ut rudibus linguæ Græcæ obvia sint, Latina facere tentat, frustra ad Sophronianam elegantiam reddendam aspirat, imo certum mihi est maximam venustatis partem perituram. Sophronius ipse meam sententiam confirmat, qui in octo prioribus odis nudas quasdam Evangeliorum historias suæ barbito accommodavit : verumtamen tam est admirabilis Græcorum verborum dispositio, locutionum suavitas, et quædam imaginum ingenuitas, ut Græce lectæ satisfacere non desinant, e contra Latine ad verbum redditæ frigescant, et ingenitas veneres amittant. Quod sane vir doctissimus cardinalis Sirletus ἀρχετύπου olim possessor experimento probavit. Notitias enim de Sophronio in Vaticana bibliotheca e codicibus Sirletianis perquirens, quemdam etiam miscelli generis codicem hac nota 6285 signatum inspexi, in quo primam Sophronii oden Latinam factam, variantes in interlineis et in marginibus præseferentem perlegi. Statim manum ipsius Sirleti cognovi, et post ferme duo sæcula adeo illæsa inspicitur scriptio, ut aurea pulvis atramento adhuc inhærescat. Mihi interim interpretationem odarum meæ editioni adjicere cogitanti, Sirletiana translatio adeo animos infregit, ut potius si quando tempus a meis officiis vacuum siverit, versibus eas adumbrare decreverim, quam Sophronianos lepores prosa oratione insulsos efficere.

Præter pietatem qua omnia Sophronii scripta nitescunt, ut Photius observavit de epistola synodica (*e*), multa scitu digna vel ad sacræ Scripturæ interpretationem, vel ad sacram aut profanam novam eruditionem spectantia, hæc Anacreontica eruditis exhibent. Nos vero pauca seligemus exempla, et illud primum dignum observatione censeo quod in ode 4, v. 24 et seq. de Præcursoris alimentis enarrat. Plane enim asserit quod radicibus cujusdam fruticis, cui nomen *meleagrum*, vescebatur; præterea cum paulo antea dixisset promptum ἀπόνως semper Joanni adesse cibum, quod mox explicat esse μελεάγρι τε ῥίζαι, inde fit quod et τὸ, ἀκρίδες, ad vegetalium speciem referre, juxta certe Sophronii mentem, opus sit. Ne tamen sancti Sophronii opinio tam aperta ingenuos lectores offendat, paucos inter tot auctores, qui idem censuerunt, hic recitabo. Præmittam ante omnia doctissimi Calineti verba, quæ in commentariis ad hunc Evangelii locum leguntur (*f*) : *Eorum sententia qui censuerunt Præcursorem arborum germinibus vesci solitum, quam plurimos nacta est sectatores. Neque hoc a fide abhorret.* Et re ipsa primos homines non solum, sed olim prophetas et denuo sanctos anachoretas summitatibus virentium et oleribus victitasse, nemo sane inficias ibit. En Ovidii de primorum hominum esca descriptionem (*g*) :

Panis erant primis virides mortalibus herbæ,
Quas tellus nullo sollicitante (h) dabat.
Et modo carpebant vivax e cespite gramen.
Nunc epulæ e tenera fronde cucumen erant.

De simili vero prophetarum asceticorumque esca, et sacri codices, et *Pratum spirituale*, et monachorum vitæ exemplaribus abundant. Et primum de ἀκρίδων interpretatione sanctus Isidorus Pelusiota in epist. 5 ad Nilum, perfectum vitæ monasticæ exemplum a Joanne Baptista desumptum proponens, hortatur e pilis asceticorum indumenta conficienda esse, et ab herbarum foliis et summitatibus parcam alimoniam monachis desumendam : Εἰ τοίνυν βρώματα καὶ ἐσθήματα τῆς κατὰ θεὸν τελείας ἀσκήσεως ἐν Ἰωάννῃ τῷ Βαπτιστῇ ἐπαιδεύθημεν, θριξὶ μὲν οἷόν τε πρὸς σκέπην ἀρκεσθησόμεθα, ἀκρέμοσι δὲ βοτανῶν καὶ φύλλων πρὸς ὀλίγην τροφὴν καὶ δύναμιν καὶ ἀπέριττον (*i*). Idem urget inferius epist. 132. Anonymus Vaticanus in Catena Græcorum Patrum, qui Evangelia interpretantur, a Petro Possino edita (*j*), similia refert : Οἱ μέν φασι τὰ τῶν ἀκροδρύων ἀκρίσματα . . . . . κατὰ τὸ, ἦνθησαν ἡ κάππαρις καὶ ἡ ἀκρὶς, ὃ ἐν τῷ ιβ' Ἐκκλησιαστικοῦ εὕρηται. Theophylactus in Matth., Τινὲς λέγουσι βοτάνας εἶναι τὰς ἀκρίδας ἃς καὶ μελιάγρια (*k*) καλοῦσι· τινὲς δὲ τὰ ἀκρόδρυα ἤτοι ὀπώρας ἀγρίας (*l*). Hæc satis περὶ ἀκρίδων. Æque patet Sophronium pro melle silvestri, μέλιτι ἀγρίῳ, intellexisse arborem *meleagrum*. Reipsa radices hujus arbusti edules esse, variis testimoniis confirmatur. Apud Suidam in vocabulo μελεάγρι hoc affertur ἀδέσποτον exemplum, quod e vita alicujus anachoretæ extractum censeo, καὶ ῥίζαις αὐτοὺς μελιαγρίων καὶ καρδίαις καλάμων ἐδεξιοῦτο. Apud Cangium μελίαγρων hoc arbustum appellatur. E vita igitur manuscripta sancti Cyriaci anachoretæ hæc duo exempla protulit laudatus Cangius : Ἀπορούμενοι τοίνυν τροφῆς, καὶ οὐκ ἔχοντες ὅθεν τὴν τῆς φύσεως ἀνάγκην παραμυθήσονται· οὐδὲ γὰρ, οὐδὲ μελιάγρια κατὰ τὴν ἔρημον πεφύκει, ἐτ ῥίζας μαλιαγρίων καὶ ἀκρέμονας καλάμων προσίετο. Ex hisce testimoniis duo arguuntur, scilicet radices μελιαγρίου edules, et

(*d*) Sunt Photii verba de Sophronio in Myriob. cod. 231 : Τῶν ἱερῶν δογμάτων οὐ τὴν τυχοῦσαν μάθησιν ἀποδείκνυται.

(*e*) l. c. Εὐσεβείας μέν ἐστι πλήρης.

(*f*) C. in Matth. ed. Ven. 1752, p. 89.

(*g*) *Fast.* l. IV.

(*g*) Quod Sophronius per τὸ ἀπόνως declaraverat.

(*i*) Edit. Paris. 1585, pag. 2.

(*j*) Romæ; typis Barberin. 1637.

(*k*) Optima lectio est μελάγρας, ita enim aperte ego legi in vetusto cod. membr. Vat. 1221, p. 9; at editiones mendose habent μέλγρας.

(*l*) Cf. Cajet. et Baron. quibeadem senserunt. Vid. Σύνοψ. *Crit. hist. sacr.* in cap. III, v. 4, Matth.

Digitized by Google

in desertis solitas nasci, et vilissimum esse cibum ad quem extrema necessitas sanctum Cyriacum compellebat. Quæ omnia utrum Præcursori conveniant, videat lector : qui tamen novit in opinionem contrariam, vulgatissimam et ferme communem, sanctos passim Patres concurrisse, eamque doctos viros suscepisse.

In ode 17 novum Ascalonæ episcopum religiosissimum, et apprime recti dogmatis observantem invenies ; cujus virtutes a sancto archiepiscopo summis laudibus efferuntur. Quid denique dicam de sacrorum locorum descriptione, quos graphice enumerat, et jucunde quasi ante oculos exponit? In ode 21 Menas œconomus τοῦ Ἐννάτου Ἀλεξανδρείας vocatur, quod variis exemplis e *Prato spirituali* prolatis etiam probatur. Sane plurima in Alexandrina regione monasteria numeris fuisse distincta, e multis argumentis patet ; sæpe vero numeris etiam milliaria distantiæ ab Alexandria ex. gr. designabantur, quod passim apud Moschum, in *Prat. spirit.*; ita enim in c. 110 legimus : Ἔλαβον τὸν κύριόν μου Σωφρόνιον, καὶ ἀπήλθομεν εἰς τὴν λαῦραν τοῦ ὀκτωκαιδεκάτου ἐν Ἀλεξανδρείᾳ (*m*). Insuper in c. 162 : Ἀπὸ εἴκοσι μιλίων Ἀλεξανδρείας, λαῦρά ἐστι λεγομένη τοῦ Καλαμῶνος ἀνὰ μέσον τοῦ Ὀκτωκαιδεκάτου καὶ τοῦ Μαφορᾶ. Et antea in c. 51, mentio fit Anazarbi metropoleos *secundæ Cilicum provinciæ, a qua fere duodecim milliaribus distat monasterium quod dicitur Ægyptiorum.* Et inferius : *Uno ferme milliario distat a Jordane monasterium abbatis Gerasimi.* In c. 170, narratur distare *ab Hierosolymis fere 20 passuum millibus monasterium quoddam quod Sampsonis dicitur.* In c. 145, mentio etiam fit ipsius *Menæ cœnobii Salama, nono ab Alexandria milliario*, ut vertit Latinus interpres. Moschum vero cum Sophronio τὸ ἔννατον sæpe invisisse, legimus etiam in ipso *Prato spir.* c. 177 : Ἔλεγεν ὁ ἀββᾶς Ἰωάννης ὁ Κίλιξ, ὅτι Καθημένων ἡμῶν εἰς τὸ Ἔννατον Ἀλεξανδρείας. In c. 184, vitæ narrationem audiunt abbatis Joannis eunuchi dum *nonum* habitarent ; ὄντες ἡμεῖς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ἐν τῷ Ἐννάτῳ. Cujus abbatem Menam fuisse eo tempore, quo peregrinationes per cœnobia prædicti viri susceperant, e *Prato* ipso eruitur. C. 146, Cotel. 117, p. 414 : Οὗσιν ἡμῖν ἐν τῷ Ἐννάτῳ ἐν κοινοβίῳ Τουγορᾶ, διηγήσατο ὁ ἀββᾶς Μηνᾶς ὁ κοινοβιάρχης περὶ τοῦ ἐν ἁγίοις πάπα Εὐλογίου. Et c. sequenti : Διηγήσατο ἡμῖν καὶ τοῦτο ὁ ἀββᾶς Μηνᾶς ὁ κοινοβιάρχης τοῦ αὐτοῦ κοινοβίου. Cum ita res sese haberent, liceat conjicere Sophronium ex ore ipsius Menæ συκοφαντίας historiam audiisse. Numeris erant distincta non solum Alexandriæ monasteria, sed etiam aliorum locorum. E tot unum sufficiat exemplum, quod legitur in fine συναξαρίου sancti Joannis evangelistæ, nostro Sophronio attributi, cujus miraculosus mannæ e sepulcro effluxus die 8 Maii festo celebratur (*n*) : Τελεῖται δὲ ἡ αὐτοῦ σύναξις ἐν τῷ ἑπτῷ ἀποστολείῳ αὐτοῦ τῷ ὄντι ἐν τῷ Ἑβδόμῳ. De Maria denique Pauli candidati matre, in cujus laudes odarum postremam legimus, *Pratum spirituale* notitias nobis præstat haud dubias. Siquidem in c. 185, mater Pauli Candidati vocatur, ubi Sophronius et Joannes in Samo insula ipsam audiunt narrantem mirabilem modum, quo mulier Christiana virum gentilem ad fidem convertit : Ἐν Σάμῳ τῇ νήσῳ διηγήσατο ἡμῖν ἡ θεοφιλὴς καὶ φιλόπτωχος Μαρία ἡ μήτηρ τοῦ χυροῦ Παύλου τοῦ Κανδιδάτου, etc., ubi et sanctitatem nobilis mulieris commendatam observas.

—

In mea Præfatione supra, promiseram Anacreonticorum sancti Sophronii interpretationem me aliquando versibus adumbraturum, ne eorumdem lepores prosa oratione prosternerem. Cum tamen viderem otia, quæ studiorum causa optabam, longe a me abesse, et odas Sophronianas sæpe percurrens tum propter poeticam structionem, tum etiam propter lectionum difficultatem non minimum linguæ Græcæ rudibus negotium facessituras, meam quidem sententiam revocans, soluta oratione eas edere decrevi. Et ne Sirletum suis erga meum melodum privarem curis, oden primam ab ipso Latinam factam, ut in Præfationis l. c. monueram, e cod. Vat. Lat. 6285, a me primum erutam, meæ cæterarum interpretationi consociavi. Nec me latet quantum venustatis et poeticæ vis hæc carmina prosa oratione versa amittant : sed quamvis in meis criticis animadversionibus, et philologicis adnotationibus nil quod ad eorumdem explanationem quis desiderare potuerit omiserim, maximam legentium partem quidquid novi et venusti mei Sophronii carmina præseferunt, profecto adhuc latuisset. Meæ itaque interpretationi ea fuit mens, ut eadem a quocunque legantur, qui peregrinas ecclesiasticæ historiæ et sanctorum, notitias locorum, et ipsius sanctæ Scripturæ non parvi momenti Explanationes ab iisdem excerpere velint. Mellitissimam oden in Joseph Jacobi filium Sophronii Iatrosophistæ, in interpretationis fine addidi. Qui quidem Sophronius idem fortasse ac Hierosolymitanus ab Allatio putatus est. Reapse in c. 69 *Prati spiritualis* a Moscho Sophronius appellatur *sophista* : utrum tamen medicinam exercuerit, hoc e monumentis non patet ; res vero non est omnino absurda. Oda hæc ad f. 68, q. v. post Sophronii *Odas* extenditur.

Præter hiatus ob aliquot quaternionum defectum, et versuum in quibusdam odis miram perturbationem, menda equidem non parvi ponderis exhibet Barberinianus codex, cætera pulcherrimus : cum vero neque Allatius in suo apographo ea castigasset, si levissima quædam exceperis et parvi momenti, ut infra patebit, ego marte proprio ea recensenda curavi, simulque emendationum rationem lectoribus hic adjeci.

(*m*) Cf. Cotel. *Mon. Eccl. Græc.* t. II, p. 399, ed. Paris. 1681.

(*n*) Cf. *Menæum Græc.* ed. Ven. 1817, apud Glychi pag. 40.

Digitized by Google

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΣΩΦΡΟΝΙΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΙΕΡΟΣΟΛΥΜΩΝ

ΑΝΑΚΡΕΟΝΤΕΙΑ.

—

SOPHRONII HIEROSOLYMITANI ARCHIEPISCOPI

ANACREONTICA.

(Ang. Mai. *Spicileg. Rom.* t. IV, p. 49.)

—

Α'. — *Εἰς τὸν εὐαγγελισμὸν τῆς Θεοτόκου* (1).

Ἀπὸ Πνεύματος Θεοῖο
Ἐπ' ἀποστόλους μολόντος,
Πυρίνην ἐμοὶ παράσχοις,
Μαρίη, λιτῇσι γλῶσσαν.
Βροτέῃ λέγειν γὰρ ὄντως
Σφαλερὸν πέφυκε γλώττῃ (2),
Θεόπαις, τεὴν λοχείην
Θεόθεν βροτοῖς φανεῖσαν [1].
Γενέτης Θεὸς τὰ ὄντα
Σοφίῃ τέτευχε πάντα,
Ἀγαθῶν ὅπως τε θείων
Ἐσαεὶ κτίσις μετάσχοι.
Διὸ δὴ χερῶν κρατίστων
Ἀπὸ γῆς κόνιν κομίσσας,
Μερόπων ἔτευξε φύτλην
Μεγάλα βροτοῖς ὀπάζων.
Παρθενικῆς Μαρίης ἔθνεα κόσμου
Σεμνὰ κυηφορίην μέλψατε πάντα.
Μερόπων ὅλη γενέθλη,
Μαρίης κλυτῇ κυήσει
Ἱερὸν μέλος λιγαίνοις.
Ἐπὶ γῆς δ' ἄνακτα θῆκεν
Τὸν Ἀδὰμ βροτῶν τοκῆα,
Ἵνα τῶν ὅλων ἀνάσσῃ
Χθονίων Κτίσαντος ἔργων.
Ζαθέως δ' Ἀδὰμ βιοῦντι
Στυγερὸς φθόνησε δαίμων,

I. — *In Deiparæ annuntiationem.*
(*Sirleti.*)

A Spiritu Dei
Ad apostolos accedente,
Igneam mihi præbe,
Maria, obsecro, linguam
Mortali nam dicere
Arduum est linguæ,
Tuum partum, o Dei Mater,
Divinitus conspectum hominibus.
Creator Deus exsistentia
Sapienter condidit universa,
Quo divinorum bonorum
Æternum creatura particeps foret.
Quare potentibus manibus,
Accepto ex humo pulvere,
Humanum genus condidit
Amplis afficiens donis.
Virginis Mariæ nationes orbis
Venerandum partum celebrate cunctæ.
Tota mortalium progenies
Inclyto Mariæ conceptui
Melos sacratum concinat.
Super terram autem regem posuit
Adamum parentem hominum,
Ut cunctis imperitaret
Terrestribus Creatoris operibus.
Sancte vero Adamo viventi
Detestabilis invidit dæmon,

VARIÆ LECTIONES.

[1] Codd. θεόπαις τε τὴν λοχείην · θεόθεν βροτοῖς φανεῖσα. Postquam typis impressa fuerant Anacreontica mei Sophronii, codicem Latinum miscelli generis in bibliotheca Vaticana inspexi, ubi hanc odam a card. Sirleto Latinam factam non sine gaudio perlegi ; nam Sirletianam versionem deprehendi meæ castigationi adamussim consonam.

P. MATRANGÆ NOTÆ.

(1) Idem argumentum etiam prosa oratione tractavit Sophronius, cujus excerpta e cod. Cæs. 59, edidit Lambec. VIII, p. 818.

Hujus odæ initium præter miram versuum suavitatem, aliquid præstantis præsefert : namque invocatio ipsa impetu quodam poetico est prædita, lectoris animum exspectatione alicujus rei magni momenti erectum tenens, quippe quia Spiritus sancti igneam linguam, a delapsa super apostolos non dissimilem, Sophronius per Mariæ preces desiderat, ut τῆς σωτηρίας ἡμῶν τὸ κεφάλαιον [Cf. *Menæum Græc.* 25 Mart. p. 118, Ven. 1756, apud Glychi] apte possit versibus celebrare.

(2) V. 5 et seqq. Ὁ νοῦς δὲ οὗτος · Οὐδεὶς βροτὸς δύναται διηγήσασθαι τὴν λοχείαν σου, ὦ Θεοτόκε, τὴν ὑπὲρ ἔννοιαν, ἄνευ τῆς τοῦ ἁγίου Πνεύματος βοηθείας, ἣν ἐγὼ διὰ πρεσβειῶν σου ἐπιποθῶ.

Digitized by Google

Ideo ipsum draco interfecit
Deceptionis ensem vibrans.
Caliginem autem in præcordiis
Mortalium alens propago,
Rursus in terram procumbit
Mortis exitio concidens.
At Deus isthæc conspiciens
Misericordiæ scatens opibus,
Gnatum tanquam hominem mittit,
Ut ipsos homines servaret.
Omnibus pereuntibus opera dæmonis,
Pater Verbum Filium dedit adjutorem.
Satana mortales lædente,
Deus Filium præbuit
Ut opem injuria affectis ferret.
Atque sacrum ministrum misit
Gabrielem in sacrum oppidum,
Quod quidem vocitant Nazareth,
Ad Mariam castum florem.
Inclytus nuntius Dei
Tum virginem est allocutus,
Maria purissima, ave,
Tecum sit ipse Deus.
Sermonem angeli puella
Puris præcordiis excipiens,
Cogitabat optima quale
Eloquium esset Deum tuentis.
Mariam rursus minister
Dulcibus sermonibus est affatus
Maria, timorem pelle,
Nam in Deo gratiam invenisti.
Deus, o Virgo, tuam præfigurans carnem,
Rubum incombustum ostendit vati.
Præmonstrans Deus carnem,
O Maria, tuam, ostendebat
Rubum inflagratum prophetæ.
Mentem divinam sortita
Prolem divinitus paries,
Prolem, quam vocas Jesum,
Quia populum servabit.
Admirándum inter mortales puerum
Tunc virgo allocuta est,
Unde erit mihi hoc
Nuptialibus sine toris?
Ipse vero Virgini dixit :
Sanctus Dei Spiritus
Maxima cum virtute
In te, o inclyta, descendet.

A Διό μιν δράκων κατέκτα
Ἀπάτης ξίφος δονήσας.
Ζόφον ἐς φρένας δὲ πᾶσα
Μερόπων τρέφουσα φύτλη,
Πάλιν ἐς χθόνα προκύπτει
Θανάτου φθορᾷ πεσοῦσα.
Θεὸς εἰσορῶν δὲ ταῦτα,
Ἔλεον βρύων σὺν οἴκτῳ (5),
Γόνον ὡς βροτὸν προπέμπει
Ἵνα τοὺς βροτοὺς σαώσῃ.
Μερόπων ὀλλυμένων δαίμονος ἔργοις,
Ὁ Πατὴρ Υἱα Λόγον δῶκεν ἀρήγειν.
Σατανᾶ βροτοὺς κακοῦντος,
Ὁ Θεὸς γόνον παρέσχεν
Ἀδικουμένοις ἀρήγειν.
B Ἱερὸν δ' ἔπεμψε λάτρην [a]
Γαβριὴλ ἐς ἄστυ θεῖον,
Ὅ γε Ναζαρὲθ [a] (4) καλοῦσιν,
Μαρίην πρὸς ἁγνὸν (5) ἄνθος.
Κλυτὸς ἄγγελος Θεοῖο
Τότε Παρθένον προσεῖπε·
Μαρίη πάναγνε, χαῖρε,
Μετὰ σοῦ Θεὸς γενέσθω.
Λόγον ἀγγέλου δὲ κούρη
Καθαραῖς φρεσὶν λαβοῦσα,
Ἐλογίζετο κρατίστη
Ποταπὸς λόγος θεόπτου.
Μαρίην πάλιν δὲ λάτρης
Γλυκεροῖς λόγοις προσεῖπεν·
C Μαρίη, φόβον διώξοις·
Χάριν ἐν Θεῷ γὰρ εὗρες.
Ὁ Θεὸς ἦν [b] προτυπῶν, Παρθένε, σάρκα,
Βάτον (6) οὐ καιουμένην δεῖξε προφήτῃ.
Προτυπῶν Θεός γε σάρκα,
Μαρίη, τεὴν, ἐδείκνυ
Βάτον ἄφλογον προφήτῃ.
Νόον ἔνθεον λαχοῦσα
Γόνον ἐνθέως λοχεύσεις,
Γόνον ὃν καλεῖς Ἰησοῦν,
Ὅτι τὸν λεὼν σαώσει.
Ξένον ἐν βροτοῖσι κοῦρον,
Τότε Παρθένος προσεῖπε·
Πόθεν ἔσται μοί γε τοῦτο
Γαμικῶν ἄνευθε λέκτρων;
D Ὁ δὲ Παρθένῳ προσεῖπε·
Ἅγιον Πνεῦμα Θεοῖο [c]
Ἅμα τε σθένει μεγίστῳ
Ἐπὶ σὲ, κλυτὴ, κατέλθοι.

VARIÆ LECTIONES.

[a] λάτρην, Barberinianus ferme semper scribit hanc vocem cum ι, Allatianus cum η. [a] Codd. lectionem ὃ Γενεσαρέθ. [b] Allatianam scripturam prætuli Barberinianæ, quæ pro ἦν habet οὖν. [c] Ita codd., at versus ob metrum hoc modo ordinandus ἅγιον Θεοῖο Πνεῦμα.

P. MATRANGÆ NOTÆ.

(3) V. 35 et seqq. Οὐ μόνον ὁ Θεὸς ἠλέησε τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος ἤδη διὰ τῆς τοῦ ὄφεως ἀπάτης ὀλλύμενον, ἀλλ' ἔδειξεν τὴν ἑαυτοῦ εὐσπλαγχνίαν πέμψας τὸν ἴδιον Υἱὸν εἰς τὴν τοῦ κόσμου σωτηρίαν· τοῦτο γὰρ σημαίνει τὸ, Ἔλεον βρύων σὺν οἴκτῳ.

(4) Codd. pro Ναζαρέτ, constanter habent Ναζαρέθ, quam lectionem etiam in bibliis Vaticanis me vidisse memini.

(5) Viden' quam venuste Maria propter virginitatem ἁγνὸν ἄνθος a Sophronio vocatur?

(6) Βάτος dicitur per antiphrasin, et ut Etymologus ait, ὁ μὴ ὢν βατός.

Digitized by Google

	Πόρον ἐκ Θεοῦ λαβοῦσα	A	Facultate ex Deo accepta,
	Γόνον ἀσπόρως γε τέξῃ,		Sobolem absque semine paries,
	Διό μιν Θεοῖο παῖδα		Ideo ipsum Dei Filium
	Καλέσει βροτῶν γενέθλη.		Vocitabit gens mortalis.
80	Τὸ Χερουβίμ, Μαρίη πάγκλυτε, μούνη		Cherubim, Maria celeberrima, sola
	Μερόπων ἐκ χθονίων δέξαο κῦδος.		Terrestribus ex hominibus accepisti decus.
	Ἀφ' ὅλης βροτῶν γενέθλης,		Ex toto mortali genere,
	Μαρίη κλέος Χερουβίμ		Maria, honorem Cherubim
	Ὁσίως ἔδεκτο μούνη.		Sancte adepta es sola.
85	Ῥοθέως δὲ σὸν φανέντα		Tuis ex membris orto
	Ὁ Θεὸς θρόνον παράσχοι		Deus thronum præbebit,
	Τὸν Ἰεσσίδου τοκῆος		Thronum Jessidæ parentis
	Ἰακὼβ δόμον ἀνάσσειν.		Ut Jacob domum regat.
	Σαόφρων δ' ἔπειτα κούρη		Prudens deinceps puella
90	Πάλιν ἀγγέλῳ προσεῖπεν·		Denuo nuntium allocuta est :
	Ἐπ' ἐμοὶ Θεοῖο δούλῃ	B	De me Dei ancilla
	Κατὰ σὸν λόγον γενέσθω.		Secundum tuum sermonem fiat.
	Τότε παρθένον γε, λάτρης		Ut, virgine relicta,
	Πόλον ἐς, λιπὼν, ἀνέπτη·		Ad polum minister volavit,
95	Τότε γαστέρος φαάνθη		Tum Virginis apparuit
	Μαρίης ἄριστος ὄγκος.		Mariæ optimus tumor.
	Ὃν πόλος εὐρυπέλωρ οὐ χάδεν ἔνδον (7),		Quem polus latiterminus non cepit intus,
	Σὴ χάδεν εὐρυνόη νηδὺς ἀρίστη.		Tua cepit, o eurynoe, alvus optima.
	Πόλος οὐ χάδεν Θεοῖο,		Polus non cepit Dei,
100	Μαρίη, λόγον· τεὴ δὲ		Maria, Verbum ; tua vero
	Σαόφρων ἔδεκτο μήτρη.		Casta excepit matrix.
	Ὑφάλοις κόρην δὲ λέκτροις (8)		Clandestinis puellam toris
	Νέον ἔγκυον ποιῆσαι		Novam gravedinem fecisse
	Ὁ σοφὸς δοκῶν Ἰωσὴφ		Ille sapiens opinatus Joseph,
105	Κρυφίως θέλεν δώκειν.	C	Clam extrudere volebat.
	Φίλος ἔσκε γὰρ δικαίου,		Amicus enim erat æquitatis,
	Ὅθεν οὐ κόρην ἐλέγχει,		Unde nec puellam coarguit ;
	Θανάτου θέλων βιαίου		Mortis volens violentæ
	Μαρίῃ φυγὴν ὀπάσσαι.		Mariæ fugam præbere.
110	Χθαμαλὰ φρεσὶν νοοῦντι		Vilia mentem cogitanti
	Γλυκερὸς προσῆλθεν ὕπνος,		Dulcis accessit somnus,
	Τότε καὶ λάτρης Θεοῖο		Tunc quoque minister Dei
	Κατ' ὄναρ λέγεν δικαίῳ·		In somniis dicebat justo :
	Ψόγον ἐκ φρενῶν διώξας,		Vituperio ex mente repulso,
115	Μαρίην ἄγοις γυναῖκα·		Mariam ducas conjugem,
	Ἀπὸ Πνεύματος γὰρ αὕτη		De Spiritu namque ista
	Ἁγίου βρέφος λοχεύσει.		Sancto infantem pariet.
	Ψόγον εὐθέως δὲ ῥίψας		Vituperio vero statim abjecto,
	Μαρίην δόμοις κομίζει,		Mariam in ædes ducit,
120	Ἵνα παρθένον φυλάξῃ	D	Ut virginem servaret
	Ἄγαμον καλῶν ἄκοιτιν.		Innuptam vocans uxorem.
	Γαστέρι [a] θειοδόχῳ κόσμον ἀείρεις		Ventre divinicipe orbem portas,
	Κοσμοτόκου σοφίης φορτὶς ἐοῦσα.		Mundiparæ sapientiæ vectrix exsistens.
	Λαγόσιν τοκῆα κόσμου		Ilibus parentem mundi
125	Μαρίη φέρουσα, κόσμον		Maria ferens, mundum
	Λαγόσι κλυταῖς κομίζεις.		Ilibus gloriosis portas.

VARIÆ LECTIONES.

[a] γαστρί. Ita codd., at ratione metri syncopen abstuli et correxi γαστέρι.

P. MATRANGÆ NOTÆ.

(7) Eadem fere verba adhibuerat Anatolius CP. patriarcha inter sacros Ecclesiæ Græcæ melodos non utique infimus in *idiomelo* ad Vesperas Annuntiationis : Ὃν γὰρ οὐρανὸς οὐκ ἐχώρησεν, ἡ νηδύς σου κεχώρηκεν, εὐλογημένη. Menæum Græc. pag. 117.

(8) Ὕφαλος est ὁ ὑποκάτω τῆς θαλάσσης, κρύφιος, λαθραῖος.

Digitized by Google

II. — *In Christi Domini Nativitatem.*

Infunde mihi Dei Spiritum,
Maria, iterum *tuis* precibus;
Ut sobolem etiam digne
Tuam divinam celebrem.
Imperator jussit Cæsar
Totius orbis mortales,
Ad urbem patriam profectos
Quam citius describi.
Quare sponsam intactam
Mariam, quæ nondum peperierat,
Inclytus consocians Joseph
In Bethleem processit.
Loco enim uterque oriundus
Uno, una stirpe atque urbe,
Omnia ex Davide sancto
Qui rex fuit et propheta.
Mariæ felix partus omnia salvat.
Mortalium sospitum redemptionem cano.
Mariæ inclytus partus
Conspicue omnia salvat.
Hominum redemptionem canto.
Dicam *enim* Filium Dei
In Bethleem manifestatum,
Dicam leges parientis,
Quæ naturæ leges nescit.
Mire cuncta ante tempora
Verbum ex Deo natum est;
Cum Patre namque æterno
Filius exstitit coæternus.
Mire autem nunc est natus
Iterum ex impolluta virgine,
Temporum omnium conditor
In tempore iterum est genitus.
Divine olim processit
E Deo Patre minime se minuente;
Homo vero nunc apparuit,
Mortali virgine pariente,
Deipara Maria nunc pariente.
Nunc mortalium celebro lætitiam.
Maria Deum parturiente,
Miro partu in lucem edito,
Mortalium gaudia canto.
Sacræ Dei naturæ
Hominum mortalem naturam
Inseparabiliter uniens,
Utrumque exsistens processit.

Α Β'. — *Εἰς τὴν Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ γέννησιν* (9).

Ἄγε μοι Θεοῖο Πνεῦμα,
Μαρίη, πάλιν λιτῇσιν
Ἵνα καὶ τόκον πρεπόντως
Τεὸν ἔνθεον λιγαίνω.
Βασιλεὺς κέλευσε Καῖσαρ
Ἐπὶ γῆς βροτούς γε πάντας
Πόλιν εἰς τάχος δραμόντας
Πατρικὴν ἀπογραφῆναι.
Γαμετὴν ἄθικτον (10) ἔνθεν
Μαρίην τεκοῦσαν οὕπω
Ὁ κλυτὸς λαβὼν Ἰωσὴφ
Ἐπὶ Βηθλεὲμ πορεύθη (11).
Δαπέδου γὰρ ἦσαν ἄμφω
Ἀφ' ἑνὸς, σποράς, πολίχνης,
Β Ἱεροῦ τὰ πάντα Δαβίδ,
Ὅς ῥ' ἄναξ πέλεν προφήτης.
Μαρίης εὐτοκίη πάντα σαώσει,
Μερόπων σωζομένων λύτρον ἀείδω.
Μαρίης καλὴ λοχείη
Προφανῶς τὰ πάντα σώζει,
Μερόπων τὰ λύτρα μέλπω.
Ἐρέω Τόκον Θεοῖο
Ἐνὶ Βηθλεὲμ φανέντα,
Ἐρέω νόμους τεκούσης
Φύσεως νόμους λαθούσης.
Ζαθέως [a] χρόνων πρὸ πάντων
Λόγος ἐκ Θεοῦ λοχεύθη·
Ἀχρόνῳ γάρ ἐστι κοῦρος
C Πατρὶ συμφυὴς ὁμῆλιξ.
Ζαθέως δὲ νῦν ἐτέχθη
Πάλιν ἐκ κόρης πανάγνου,
Ὁ χρόνους ὅλους λοχεύων
Πάλιν ἐν χρόνοις λοχεύθη.
Θεΐκῶς πάλιν προῆλθεν
Ἀπαθῶς Θεοῦ τεκόντος,
Βροτέως δὲ νῦν φαάνθη
Βροτέης κόρης τεκούσης.
Μαρίης Θειοτόκου ἄρτι τεκούσης,
Μερόπων εὐφροσύνην ἄρτι λιγαίνω.
Μαρίης Θεὸν τεκούσης,
Τοκετοῦ ξένου φανέντος,
Μερόπων χαρὰν λιγαίνω.
Ἱερῇ φύσει Θεοῖο (12)
D Μερόπων φύσιν βροτείαν
Ἀδιαστάτως ἑνώσας (13)
Τὰ δύω πέλων προῆλθεν.

VARIÆ LECTIONES.

[7] Ὅς. Ita emendavi lectionem codicum δ. [8] Codd. hic exhibent interlinearem variam lectionem characteribus exaratam perminutis, ἄλ. Ζαθεὼν χρόνους. Ita vers. 32, ἄλ. χρόνος, et inferius v. 39, π εὐφροσύνης, id est ἄλλως, πάλιν.

P. MATRANGÆ NOTÆ.

(9) Exstat sancti Sophronii sermo super idem argumentum in *Bibl. Patrum*, t. XII, ed. Lugd. Varia igitur, ut et deinceps videre est, sunt argumenta sancti Sophronii Odarum, quæ *in Deiparam aliosque sanctos*, ut Allatius in Comm. ad Eust. p. 284, parum accurate notavit, reapse non omnes inscribuntur: quod etiam de aliis melodis ibidem laudatis moneo, ut patet ex indice cod. Barberin. in calce præfationis apposito.

(10) Ἄθικτος, *intactus*; ad virginem refertur.

(11) Maria et Joseph e Davidica stirpe prognati ex Bethleem et eadem stirpe exorti sunt. Præter Evangelia, confer sancti Hippolyti testimonium apud Niceph. *Hist.* l. II, c. 3.

(12) Hic Sabelli hæresis per recti dogmatis confessionem rejicitur, qui Trinitatis personas confundens, nullam inter eas distinctionem admittebat.

(13) Monophysitis adversatur sanctus antistes. Et nota verba ἀδιαστάτως ἑνώσας. Nescio cæterum an aliquis possit incarnationis causam

Digitized by Google

Κρατερὸς πέφευγε φύρσιν,
Ἀδιαιρέτως δ' ἔμιμνε,
Ὅθεν ἐν δύω φαάνθη
Φύσεσι διπλοῦς ὑπάρχων.
Λόγος ὢν Θεός τε πάντων
Βροτὸς εὐδοκεῖ γενέσθαι,
Ἵνα τοὺς βροτοὺς πεσόντας
Γενέτῃ Θεῷ συνάψῃ.
Μέσος αὐτὸς ἦλθε Χριστὸς
Γενέτου βροτῶν τε φύτλης,
Ὅτι καὶ φύσιν βροτείαν
Μεθέπων Θεὸς νοεῖται.
Ἐπὶ γῆς κοσμογόνου πᾶσα φανέντος
Στυγερῆς ἀμπλακίης κόσμος ἐρύσθη.
Ἐπὶ γῆς Θεοῦ φανέντος
Ἀφ' ἁμαρτάδος κακίστης
Τὸ βροτῶν πέφευγεν ἔθνος.
Νομίμως ὅθεν τεκοῦσαν
Θεομήτορα προσείπω,
Ὅτι νῦν Θεὸν λοχεύει
Μερόπων φύσει μιγέντα.
Ξένον, ὦ φίλοι, τὸ θαῦμα
Ὅτι παρθένος λοχεύει,
Ὅτι παρθένος τε μίμνει
Τοκετοῦ λαβοῦσα πεῖραν.
Ὅθεν ὁ κλυτὸς προφήτης
Νεφέλην κάλεσσε κούφην,
Ὅτ' ἄνευ σπορᾶς βροτείας
Νοερὸν λόχευσεν ὄμβρον.
Προορῶν πάλιν προφήτης
Μαρίην ἄνυμφον εἶπεν (14),
Τόμον ἄγραφόν τε καινὸν
Γραφὲν οὐ χερὶ βροτείᾳ.
Δογμάτων εὐσεβίης ἄρτι φανέντων
Ἀπάτης ἀνδροφόνου κάτθανε δαίμων.
Δογμάτων Θεοῦ φανέντων
Ἀπάτης ἄναξ ὁ δαίμων
Θάνεν ὁ βροτοὺς φονεύσας.
Ῥυπαρῆς ἄνευθε κούρη
Γόνον ἡδονῆς τεκοῦσα,
Ἀλόγων τέθεικε φάτνῃ
Λογικῶν τρέφοντα φύτλην.
Σοφίης γὰρ ἐκπεσοῦσαν
Γενεὴν βροτῶν, Θεοῖο
Σοφίη πάλιν σαώζει,
Λογικοὺς βροτοὺς τιθεῖσα.
Τότε τὸν πόλον λιπόντες
Στρατὸς ἀγγέλων κατῆλθεν
Ἐπί [a] τε χθονὸς χορείην
Ἱεροῖς ἔτευχον ὕμνοις.

A Fortis vitavit confusionem
Et individuus remansit,
Unde in duobus apparuit
Naturis duplex exsistens.
Verbum et omnium Deus
Mortalis fieri dignatur,
Ut mortales lapsos
Genitori Deo conjungat.
Mediator ipse venit Christus
Patris stirpisque mortalis;
Namque mortalis naturæ
Curator Deus cognoscitur.
Super terram creatore omnibus manifestato
Ex horribili errato orbis est liberatus.
Super terram Deo prodeunte,
B E pessimis peccatis
Fugit mortalium genus.
Unde merito Genitricem
Dei matrem dicam,
Quia nunc Deum parit
Hominum naturæ consociatum.
Novum, amici, miraculum
Quod virgo parturit,
Quod virgo etiam permanet,
Posteaquam pepererit.
Ideo inclytus propheta
Nubem vocavit levem,
Quia absque humano semine
Rationalem genuit imbrem.
C Prævidens iterum propheta
Mariam dixit innuptam,
Librum non scriptum ac novum,
Scriptum manu non mortali.
Placitis pietatis nunc manifestatis,
Homicidæ fraudis perit dæmon.
Placitis Dei manifestatis,
Fraudum princeps dæmon
Perit, qui mortales interfecerat.
Absque sordida voluptate
Cum virgo peperisset, filium
In præsepe posuit animalium,
Totius humani generis altorem.
E sapientia enim depulsam
Mortalium stirpem, Dei
D Sapientia rursum salvat,
Rationales efficiens mortales.
Tum, cœlo derelicto,
Exercitus angelorum descendit,
Et super terram choreas
Sacris nectabat hymnis.

VARIÆ LECTIONES.

[a] Barb. perperam habet ἐπεί, et v. 100, cod. γενεή.

P. MATRANGÆ NOTÆ.

tam plane numeris exprimere; dein ex Maria corpus humanum realiter a verbo assumptum prædicat : quare illam re ipsa θεομήτορα vocat contra Nestorii impietatem.

(14) Nota hic quæ contra impii Arii hæresim exponuntur, qui inter alias blasphemias verbum in tempore creatum docebat; tum in catholicis dogmatibus exponendis miram Sophronii perspicuitatem.

Digitized by Google

Vere, dicebant, apparuit
Gloria in cœlis sit regnanti,
Et in terra pax omnino
Voluntati humani generis.
Angelici exercitus hymnum canto,
Dominici natalis miraculum veneror.
Natalis Dei miraculum
Jugiter veneratus,
Melos angelorum cano.
Ast vigilias pastoribus
Inter greges ibi agentibus,
Nocturno astans tempore,
Dixit angelus Dei :
Gaudium mortalibus annuntio,
Procul omnis esto timor,
Audite; Christus nuper
Vobis natus est in Bethleem.
Manantes sudoris guttulis
Ob gressum concitatum,
Linteis in præsepe opertum
Aspicietis divinum parvulum.
Desertis montibus relictis,
Pastores cito decurrentes
Infantem in antro invenere
Cum Maria Genitrice.
Sanctis ovium pastoribus consociati
Festinate ad præsepe, quod Deum excepit.
Sanctis una cum pastoribus
Ad antrum, Dei diversorium
Sanctum omnes festinate.

III. — *In Magorum adorationem.*

Justorum Magorum
Iter pium cano,
Lyram enim meam excitant
E Perside profecti.
Infans siquidem unicus natus est
Mariæ, rex omnium,
In Bethleem maxima
Urbe prolis Judæ.

A Ὕπαρ ηὐλόγουν (15)· φαάνθη,
Κλέος ἐν πόλῳ κρατοῦντι,
Ἐπὶ γῆς ὅλον γαλήνη
Γενεῆς βροτῶν θελήσει.
Ἀγγελικῆς στρατιῆς ὕμνον ἀείδω,
Δεσποτικῶν τοκετῶν θαῦμα γεραίρω.
Τοκετῶν Θεοῦ τὸ θαῦμα
Μεγάλως ἀεὶ γεραίρων,
Μέλος ἀγγέλων λιγαίνω.
Φυλακὴν δ' ἐκεῖ νομεῦσιν
Ἐπὶ ποιμνίοις ποιοῦσιν [18]
Νυχίῳ χρόνῳ παραστὰς
Λέγεν ἄγγελος Θεοῖο (16)·
Χάριν ἐξερῶ βροτοῖσιν,
Ἀφόβως κλύειν κελεύω,
B Ὅτι Χριστὸς ὔμμιν ἄρτι
Ἐνὶ Βηθλεὲμ λοχεύθη.
Ψεκάσιν ῥέοντες ὄμβρου (17)
Ἀπὸ συντόνου πορείης,
Ὀθόναις φάτνῃ σκεπασθὲν
Βλέπετε βρέφος τὸ θεῖον.
Ψεδνὰ δ' ὡς ὄρη νομῆες
Λίπον, εὐθέως δραμόντες
Τὸ βρέφος κατ' ἄντρον εὗρον
Μαρίῃ συνὸν τεκούσῃ.
Ὁσίοις μηλονόμοις σύνδρομα βαίνειν (18)
Ἐπὶ τὴν θειοδόχον σπεύσατε φάτνην.
Ἱεροῖς ὁμοῦ νομεῦσιν
Σπέος ἐς Θεοῦ δοχεῖον
C Ἅγιον τρέχοιτε πάντες.

Γ. — *Εἰς τὴν τῶν Μάγων προσκύνησιν.*

Ἁγαθῶν Μάγων δικαίων
Δρόμον εὐσεβῆ λιγαίνω,
Ὅτι μου λύρην δονοῦσιν
Ἀπὸ Περσίδος μολόντες (19)
Βρέφος εἰ μόνον λοχεύθη
Μαρίης ἄναξ ἁπάντων
Ἐνὶ Βηθλεὲμ (20) μεγίστῃ
Πόλει σπορᾶς Ἰούδα.

VARIÆ LECTIONES.

[18] Metri gratia verbum ποιῶ, ubi priorem syllabam poetæ corripere volebant, amanuenses, ni fallor, scripsere ποῶ. Nam divinare non possum, curnam iidem scriptores, qui primam in ποιέω corripuerant, eamdem vocem aliter absque ulla necessitate scribere voluerint. Neque me latet Hesychium notasse ποεῖν pro ποιεῖν, et in veteribus Aristophanis editionibus frequenter occurrere ποῶ, πόει etc., et idem adnotasse Eustathium meunini in quodam opere adhuc inedito. Henr. Stephanus tamen Etymologo dicenti hanc esse formam Atticam, haud libenter fidem adhibet. Nam, ut ipse observavit, hæc scriptura non est necessaria, cum syllabam ποι alioqui correctam apud auctores videamus, ut in fine versus ἄνδρα ποιητήν etc. Et memini varia hujusmodi exempla exhibere Theocritum. Duo tamen, quæ in mentem veniunt, hic lectori propono *Idyl.* 3, v. 9, in f. ἀπάγξασθαί με ποιησεῖς. Et *Idyl.* x, v. 38. Ἢ καλὰς ἄμμε ποιῶν, ita accuratæ et recentiores editiones, ubi legebatur ποῶν. Hoc monitum et sequentibus verbis ita scriptis, quæ haud raro occurrunt, inserviat.

P. MATRANGÆ NOTÆ.

(15) Ὕπαρ ηὐλόγουν, id est *vere, realiter* οὐ διὰ φαντασίας.

(16) Mille circiter passibus a Bethleem aberat locus, *Ader* vocatus, ubi angelus Salvatoris nativitatem nuntiavit pastoribus; quos tres fuisse tradit Beda de locis sanctis l. II, c. 8, quorum tria monumenta invisit Arculfus apud Adamn. l. II, c. 5.

(17) Ἔννοια δὲ αὕτη· Ἀπὸ ταχινῆς ὁδοιπορίας σταλάζοντες ἱδρῶτα δίκην ὄμβρου, εὑρήσετε, καὶ τ. λ.

(18) Σύνδρομα βαίνειν, id est συνοδοιπορεῖν τες.

(19) Cf. Baron. *An.* t. I, de Magorum genere, eorumque regione.

(20) Bethleem in præcedenti ode πολίχνη appellata, ob Christum in ea natum nunc μεγίστη evasit, juxta Michææ vaticinium c. v, 2.

Digitized by Google

Γόνος ἔσκεν Ἀντιπάτρου (21)
Ὁ τότε κρατῶν Ἑβραίων,
Ὃς ἀπ' Ἀσκάλου προελθὼν
Παρὰ τοὺς νόμους ἀνάσσει.
Δρομέες τότε προῆλθον
Ὅθεν ἥλιος προλάμπει,
Ἱερουσαλὴμ δ' ἐσῆλθον
Λογάδες Μάγων κρατίστων.
Χριστὸν ἐς ἀρτιγενῆ δῶρα λαβόντες,
Ἀστέρι σύν τε Μάγοις κόσμος ἑπέσθω.
Ἐπὶ Χριστὸν ἄρτι πάντες
Ἅμα τοῖς Μάγοις δραμοῦμεν
Νέον ἀστέρα σκοπεῦντες.
Ἔλεγον δὲ πρὸς πολίτας·
Ἄρα ποῦ πέλει, πολῖται,
Βασιλεὺς ὁ νῦν λοχευθείς
Ἱερῆς Ἰούδα φύτλης ;
Ζαθέῃ (22) γὰρ ἐν τιθήνῃ
Ἑὸν ἀστέρα σκοπεῦντες,
Ἅτε δμῶες ἀγνὸν αὐτῷ
Σέβας ἥλθομεν προσοίσειν.
Ζάκοτον δ' ἄνακτα χώρης
Τὰ Μάγων μαθόντα πάντα
Ναίταις ὁμοῦ κακίστοις
Κλόνος ἄγριος κατέσχεν.
Θείκων Γραφῶν δὲ μύστας
Ἱερεῦσι συγκαλέσσας
Ἐρέεινεν ἔνθα Χριστὸς
Ἀποτίκτεται βροτείως.
Φῦλα Μάγων κρατερῶν ὄλβια φήσω,
Πίστιν ἐθνῶν προόλων οὕνεκα μάρψαν.
Ἱεροὺς Μάγους καλέσσω
Ὅτι [11] πίστιν εὗρον οὗτοι
Ἱερὴν ἐθνῶν πρὸ πάντων.
Ἱερεῖς δὲ θᾶττον εἶπον·
Ἐνὶ Βηθλεὲμ πολίχνῃ
Μερίδος κλυτῆς Ἰούδα·
Τόδε γὰρ γράφει προφήτης.
Κρυφίως δ' ἄναξ ἀλήτης (23),
Τότε τοὺς Μάγους καλέσσας,
Μάθεν ἀτρεκῶς πρὸς αὐτῶν
Χρόνον ἀστέρος φανέντος.
Λέγε δέ σφισι δολόφρων
Ἐπὶ Βηθλεὲμ προπέμπων·
Ταχέως, φίλοι, σκοπεῖτε
Περὶ τοῦ βρέφους ἰόντες.
Μετὰ τὴν θέαν δὲ πάντως
Φανερώσατε προθύμως

A Filius erat Antipatri
Qui tum Hebræis imperabat,
Quique ex Ascalone egressus
Præter leges regnabat.
Festinantes tunc prodierunt
Unde sol prælucet oriens,
Et Jerusalem sunt ingressi
Præstantissimi Magorum.
Ad Christum recens natum, donis acceptis,
Stellam cum Magis orbis sequatur.
Ad Christum nunc omnes
Una cum Magis properamus,
Novam stellam intuentes.
Dicebant autem civibus :
B Ubinam est, o cives,
Rex qui nuper natus est
E sancta Judæ stirpe?
In sacra enim nutrice
Ejus stellam inspicientes,
Tanquam servi obsequium ei
Sanctum venimus oblaturi.
At furiosum regionis regem,
Omnia Magorum edoctum,
Civibus una cum pessimis
Atrox perturbatio habebat.
Et divinæ Scripturæ doctoribus
Cum sacerdotibus convocatis,
Quærebat ubi Christus
Natus esset humanatus.
Præstantes Magos beatos dicam,
C Quia fidem ante omnes gentes sunt amplexi.
Sanctos dicam Magos
Quia fidem hi invenerunt
Sanctam ante omnes gentes.
Sacerdotes statim responderunt :
In Bethleem oppidulo
Tribus inclytæ Judæ,
Ita enim scribit propheta.
Clam autem rex vafer,
Tum Magis advocatis,
Quæsivit accurate ab illis
Tempus quo stella apparuit.
Dicebat enim dolos meditans
Ad Bethleem *eos* præmittens,
D Cito, dilecti, quærite
De puero profecti.
Eo autem viso, prorsus
Me sedulo certiorem facite,

VARIÆ LECTIONES.

[11] Codd. ὅπη, emendavi ὅτι. Nam præter quam quod versum claudicantem haberes, si codicum lectionem servare velles, vocabulum οὕνεκα nullo prorsus modo interpretari potes ὅπη. Etenim, duo versus impares per tria sequentia Anacreontica fideliter exponuntur.

P. MATRANGÆ NOTÆ.

(21) Quibus artibus Herodes Ascalonita, infandæ crudelitatis monstrum teterrimum, παρὰ τοὺς νόμους Jerusalem regno potitus fuerit, consule quæ scripsit Joseph. in *Antiq. Judaic.* l. XIV, c. 8 et seqq.

(22) Ζαθέῃ γὰρ ἐν τιθήνῃ. Persis indicatur, uberrima regio.

(23) Ἀλήτης *erro*, *vagus*, proprie de his dicitur qui proprios penates relinquentes, alio commigrant rei faciendæ causa, ut fuit Herodes ; hic tamen mallem reddere *sollicitum*, *anxium*, *seductorem*.

Digitized by Google

Ut et ipse statim veniens
Cervicem regi flectam.
Rex, imprudentia omnes vicisti,
Quis Christicida *tam* solers audiri potest?
Rex, stultum te ostendisti,
Quia Christum ipse putabas
Invitum dolo interficere.
Mandatis corde receptis
Iniquarum regis nugarum,
Relicta Jerusalem,
In Bethleem venerunt.
Novus at stellæ splendor,
Quem in patria observaverant,
Conspicue eos præcedebat
Usque ad parvuli habitaculum.
Quare maxima lætitia
Affecti sunt videntes splendorem,
Et domum ingressi
Cum matre Christum viderunt.
Ad pedes Dei provoluti
Hæc ei dona obtulerunt,
Thus, pulchrumque aurum,
Patriæ odores erat tertium
Samariæ spolia, vim Damasci
Antequam genitores vocaret, Christus cepit.
Adhuc puer Christus
Vim cepit Damasci
Cum opibus Samaritidis.
Torrentis instar regem effugere
In somniis Magi edocti,
Statim in patriam sunt regressi
Aliud iter ingressi.
Exercitus divini dux
In somniis dixit Joseph
Accepto infante cum matre,
In terram fuge Nili.
Quam primum enim Antipatri
Filius illum insequetur,
Ut miser ipsum perdat
Inviso ense prehensum.
Lactantem tum cito
Infantem e somno excitans,
Una cum Genitrice
Ad Nilum venit fugiens.
Stupor cor meum percellit,
Quod Deus hominum iram fugiat.

A Ἵνα καὐτὸς εὐθὺς ἐλθὼν
Κεφαλὴν ἄνακτι κλίνω.
Βασιλεῦ, ἀφραδίῃ πάντα παρῆλθες,
Τίς ἐὼν Χριστοφόνος δεινὸς ἀκοῦσαι;
Βασιλεῦ, ἄφρων φαάνθης
Ὅτι Χριστὸν αὐτὸς οἴει
Ἀνελεῖν ἄκοντα τέχνῃ.
Νόμον (24) ἐς φρένα λαβόντες
Ἀνόμων ἄνακτος ὕθλων,
Ἱερουσαλὴμ λιπόντες
Ἐνὶ Βηθλεὲμ προσῆλθον.
Ξένον ἀστέρος δὲ φέγγος,
Ὅπερ ἐν πάτρῃ κατεῖδον,
Προφανῶς σφέας προῆγεν
Ἄχρι τῶν βρέφους μελάθρων (25).
B Ὅθεν ἐν χαρᾷ μεγίστῃ
Ἑτέλουν ἰδόντες αἴγλην,
Μεγάρων δ' ἔσω μολόντες
Ἅμα Μητρὶ Χριστὸν εἶδον.
Πρὸ ποδῶν Θεοῦ πεσόντες
Τάδε οἱ τὰ δῶρα δῶκαν,
Λίβανον, καλόν τε χρυσὸν
Τρίτον ἦν ἄρωμα [12] πάτρης.
Σαμαρείης προνομὴν, ἔργα Δαμασκοῦ (26)
Γενέτας πρὶν καλέσῃ, Χριστὸς ἀφεῖλεν.
Ἔτι μικρὸς ὢν ὁ Χριστὸς
Δύναμιν λάβε Δαμασκοῦ
Σαμαρειτικῷ σὺν ὄλβῳ.
Ῥόον (27) ὡς δ' ἄνακτα φεύγειν
C Κατ' ὄναρ Μάγοι μαθόντες,
Τάχος ἐς πάτρην ἐχώρουν
Ἑτέρην τρίβον πατοῦντες.
Στρατιῆς πρόμος Θεοῖο
Καθ' ὕπνους ἔφη Ἰωσήφ·
Συνελὼν πάϊν τεκούσῃ
Ἐπὶ γῆν πρόφευγε Νείλου.
Τὸ τάχος γὰρ Ἀντιπάτρου
Γόνος αὐτὸν ἐκδιώξει,
Ὄφρα [13] μιν τάλας ὀλέσσῃ
Φθονερῷ ξίφει κρατήσας.
Ὑποτίτθιον δὲ θᾶττον
Βρέφος ἐξ ὕπνων ὀρούσας,
Φορέων ὁμοῦ τεκούσῃ
Ἐπὶ Νεῖλον ἦλθε φεύγων (28).
D Θάμβος ἐμὴν κραδίην ἀμφιπολεύει (29),
Ὅττι Θεὸς χθονίων μῆνιν ἀλύσκει.

VARIÆ LECTIONES.

[12] Metrum postulat ἄρωμα, ut edidi, non ἀρώματα, ut habent codd.

P. MATRANGÆ NOTÆ.

(24) Νόμον, id est ἐντολάς.

(25) Μέλαθρον, ut et infra μεγάρων, est *domus*; hic tamen *præsepe*: nam quemque locum ad habitandum aptum sacræ Scripturæ sæpe *domum* appellare consueverunt; quare etiam Matth. domum dixit speluncam, ut Euthym. observavit in cit. loco Matthæi.

(26) Sunt Isaiæ de donis puero Jesu a Magis oblatis vaticinia in c. VIII, 4: *Antequam sciat puer vocare patrem et matrem suam, capiet vim Damasci et spolia Samariæ*, etc. Confer hujus loci Epiph. et Just. martyr. in dial. cum Tryph. interpretationes, et Baron. *Ann.* t. I, ann. I.

(27) Nota comparationis venustatem et poeticam vim in ῥόον ὡς etc., ut impetus prærupti fluvii effugitur, ita Magi per diversam omnino viam regressi, celeriter in patriam concesserunt.

(28) Quæ in hac peregrinatione contigerint, videsis apud Quaresmium in *Elucid. terræ sanctæ*, t. II, l. VIII, c. 7, et Baron.

(29) Apposite hic Sophronius sacro terrore perculsus, admiratur Christum Dei Filium iram hominum aufugientem.

Digitized by Google

Κραδίην ἐμὴν ἐλίσσει
Μέγα θάμβος, ὅττι Χριστὸς
Χόλον ἔκφυγεν τυράννου.
Φαραὼ κάκιστος ἄλλος
Βασιλεὺς ἐκεῖνος ὤφθη
Κοτέων Μάγοισι θείοις
Ἐπὶ πατρίδα τραπείσιν.
Χαλεπῷ (30) δὲ πάντα πέμψας
Βρέφεα ξίφει κατέκτα
Ὅσα Βηθλεὲμ λοχεύθη
Ἀφ' ὅτου πέφηνεν ἄστρον.
Ψόφος ἀτρεκῶν (31) προφήτου
Λογίων τότε κραάνθη,
Ὃν ὁ Χελκίου θεόπτης
Πάϊς ἐν βίβλοισι γράψεν·
Ψόφος ἐν Ῥαμᾷ (32) προῆλθεν
Γοερῶς Ῥαχὴλ (33) γοώσης
Τέκνα, δακρύων δὲ τέρμα
Ὅτι μὴ πέλεν στυγούσης.
Βρεφέων μαρτυρίην τίετε πάντες,
Ἵνα Χριστόν γε, φίλοι, ἵλαον εἴδω.

Βρεφέων ποθοῦμεν ἄθλους
Ἁγίους, ὅπως κεν ἄμμιν
Θεὸν ἵλεων ποιῶσιν.

Δ'. — *Εἰς τὴν ἀπαντὴν* (34) *τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ.*

Ἀπὸ Βηθλεὲμ παρέλθω (35)
Μετὰ Παρθένου τεκούσης,
Βρέφος ἀγκάλαις φερούσης
Κλυτὴν εἰς δόμον Θεοῖο.
Βιβλίον κόμιζε, Λουκᾶ,
Κιθάρην φέρε, προφῆτα,
Ἵνα οὖν [14] τεχθέντι Χριστῷ
Διφυὲς μέλος προσάξω.
Γενέτῃ γάρ ἐστιν ἶσος
Θεὸς ἐκ Θεοῦ παλάμας,

A Cor meum involvitur
Ingenti stupore, quod Christus
Iram fugit tyranni.
Pharaon pessimus alter
Rex ille sese ostendit,
Iratus Magis divis
In patriam redeuntibus.
Diro tum omnes jussit
Infantes ense interfici,
Quotquot Bethleem nati erant
Ex quo apparuerat stella.
Tunc vere prophetæ
Verba exitum obtinuerunt,
Quæ Helciæ Dei contemplator
Filius in libro scripsit.
B Clamor in Rhama prodiit
Rachel lugubriter flente
Filios, et quia non erant
Incessanter lacrymante.
Infantium martyrium honorate omnes,
Ut Christum, dilecti, misericordem expe-
[riamur.

Infantium recolimus certamina
Sancta, ut et nobis
Deum misericordem reddant.

IV. — *In occursum Domini.*

E Bethleem advenio
Cum Virgine puerpera
Infantem ulnis gerente
C Ad sanctam domum Dei.
Librum affer, o Luca,
Ferto citharam propheta,
Ut nato jam Christo
Duplex melos offeram.
Nam genitori æqualis est
Deus e Dei manu;

VARIÆ LECTIONES.

[13] Norunt et Græcæ linguæ tirones ὅφρα sæpissime cum conjunct. construi, et sæpe etiam cum opt. Hic loci vero cum conjunct. construendum existimo, quanquam codd. habeant ὀλέσσαι. [14] Allatiana editio hujus odæ in diatriba de Simeonibus, Parisiis, 1664, p. 5, οὖν (ut habet ejusdem apographum) mutavit in τῷ.

P. MATRANGÆ NOTÆ.

(30) Infantium miseranda cædes anno 42 Augusti evenit, cujus fama non solum *in Rama audita est*, sed longe lateque diffusa Romam usque ad ipsius imperatoris aures pervenit, qui ut Macrobius [*Saturn.* l. II, c. 4] refert, cum audisset Herodem inter pueros a bimatu et infra occisos filium quoque suum interfecisse, illud vulgatum exclamasse dicitur : *Melius est Herodis porcum esse quam filium.*

(31) Ἀτρεκῶν ἤγουν ἀληθινῶν, παρὰ τὸ α στερητικὸν μόριον καὶ τὸ τρέω τὸ φοβοῦμαι· ὁ γὰρ τῇ ἀληθείᾳ χαίρων, οὐ μόνον οὐκ αἰσχύνεται λαλῶν ἐναντίον, ὧν ἂν λέγοι, ἀλλ' οὐδὲ φοβεῖται. Ita ad hoc vocab. Eustath. Com. in. Pent. can.

(32) Ῥαμᾷ *excelsum* interpretatur, ut sit sensus: *vox in excelso audita est*, id est *longe lateque dispersa*. S. Hier. in c. II Matth.

(33) Ibidem Hier. in voc. Ῥαχήλ, quia Rachel sepulta est juxta Bethleem in Ephrata, et Rachel veluti suos flevit natos e tribubus Judæ et Benjamin interemptos.

(60) V. 63-80 dogmata de Verbi incarnatione mire exponuntur, ejusdemque divinitatem contra Cerinthum, corporis humani et quidem a Virgine Maria integram et perfectam assumptionem contra Marcionem, in Verbo humanato φύσεις δύο ἀλύτους confitetur, obnoxiumque inde humanis, præter peccatum, affectibus omnibus prædicans, duplicis operationis distinctionem apprime indicat, etc.

Digitized by Google

Ῥύπον ἐκ βροτῶν καθαίρων
Τὰ βροτῶν ὑπῆλθε πάντα,
Τὸν ἁμαρτάδος δὲ μούνης
Ζυγὸν οὐ φέρεν κακίστης.
Σοφὸς εὐσεβῶς διδάσκων
Θάνεν, ὡς ἔφησε, Χριστὸς,
Τάχος ἐκ τάφων δ' ἀνέστη,
Θανάτῳ φθορὰν καθείρξας.
Τὸ βροτῶν ἔρεισμα Ναρσῆν (61)
Δογμάτων τὸ τερπνὸν ἄνθος,
Τροφέα βλέπεις πενήτων,
Πάλιν ὀρφανῶν τοκῆα.
Ὑπὸ δ' ἐνθέου μερίμνης
Βλέπε καὶ ξένον νόημα,
Ἀδικουμένων ἀρωγὸν,
Σθένος ἀσθενῶν τε πάντων.
Τεκέων ἐκ κραδίης πάσας ὁ Ναρσῆς
Ἀπάτης ἀνδροφόνου ῥίζας ἀνέλκει.
Φιλέειν τὸν Χριστὸν οἶδεν,
Ἐρέει καλῶς διώκτην,
Κακίην κακῶς ποιοῦσιν
Ἀγνοεῖ φρεσὶν φυλάττων [67].
Χάριτος γέμων δὲ θείας
Γίνεται τὰ πάντα πᾶσιν
Ὁ σοφώτατός γε Ναρσῆς,
Ἵνα τοὺς ὅλους σαώσῃ·
Ψόγον ἐκφυγεῖν προσεύχου
Κακίης ξένους, πολίτας,
Ἵνα τῶν ὅλων ἀμοιβὰς
Θεόθεν καλὰς κομίζοις.
Ψόγος ἐκπέσοι νομῆος
Ἅμα τε φθόνῳ κακίστῳ,
Ἵνα σὺν ξένῳ πολίτης
Ἑσαεὶ γελῶν χορεύοι.
Πτολίην Ἀσκαλίης μᾶλλον ἀείδω,
Ὅτι Ναρσῆν τεκέων εὗρε νομῆα.

ΙΗ'. — *Εἰς τὸν τίμιον Σταυρόν* (62).

Ἀσεβῶν (63) χρόνος παρῆλθεν
Ἀγαθὴ χόρευε πίστις (64),

A Mundans homines a sordibus,
Omnia subiit mortalium,
Et tantummodo peccati
Triste jugum haud pertulit.
Pie sapiens docebat
Christum mortuum esse, ut dixit,
Sepulcro mox excitatum
Vicisse mortis corruptionem.
Præsidium mortalium Narsetem,
Dogmatum florem jucundum,
Vides pauperum altorem,
Et parentem orphanorum.
Et divina impulsam cura
Mentem admirare peregrinam,
Tutamen oppressorum,
B Et levamen infirmorum.
E filiorum cordibus exstirpat Narses
Omnes radices fraudis mortiferæ.
Christum diligit, et bene
Dicit semper persecutori,
In inimicos odium
Nescit pectore fovere.
Ac divina abundans gratia
Sapientissimus Narses
Omnia fit omnibus
Ut omnes salvos faciat.
Opta ut hospites et cives
Irreprehensi fiant omnino,
Ut et omnium mercedem
A Deo bonam consequaris.
C In pastorem reprehensio
Nulla sit, nec mala invidia,
Ut et cives cum hospitibus
Semper optime tripudient.
Urbem Ascalonis celebro lubenter,
Quia Narsetem filiorum invenit pastorem.

XVIII. — *In venerandam Crucem.*

Infidelium præteriit tempus,
Fides sancta, jubila.

VARIÆ LECTIONES.

[67] Revera mallem φυλάττειν quam φυλάττων.

P. MATRANGÆ NOTÆ.

(61) Hic encomium Narsetis, nimirum odæ pars altera, incipit, atque ejusdem virtutes merito ad sidera extolluntur. Observa, quæso, Ascalonæ episcopum dogmatum vindicem præcipuum, populi præsidium, pauperum altorem, pupillorum parentem, injuriam patientium patronum infirmorumque levamen et salutem. Charitate insuper divina accensus bene persecutoribus precatur, nullum in inimicos odium nutrit, omnibus denique omnia fit [*I Cor.* IX, 23], ut omnes salvos faciat. Cives denique et hospites prorsus irreprehensibiles optat Sophronius precibus maxime Narsetis, ut is debitam divinitus tandem consequatur mercedem, et ipsi lætam jugiter agant vitam.

(62) Ejusdem argumenti duo sermones nostri Sophronii exstant, unus scilicet, *in Exaltationem venerandæ crucis et in sanctum* ἀνάστασιν a Gretsero [*De sancta cruce*, Ingolstadii, 1616, Lat. 1173] editus, alter *in adorationem sanctæ crucis, et de* D *jejunio* in *Bibl. Patr.*, ed. Lugd.

(63) Ἀσεβῶν. Persarum scilicet. Heraclius imperator post tot triumphos de Chosroe relatos, ejusque cædem a filio Siroe patratam (cujus tamen cædis Sophronius nullam in hac ode mentionem facit), fœdus cum novo imperatore feliciter ferit, et sancta crux restituitur, quam Chosroes, direptis Hierosolymis, in Persidem abduxerat. Anno igitur 18 ejus imperii, quatuordecim post annos scilicet ex quo in Barbarorum manus venerat, veneranda crux recipitur. Subsequente anno ipse Heraclius Constantinopoli profectus, sanctam civitatem petiit, *vivifica crucis ligna* [Cf. Cedren. ad annum 19 Herael.] *ineunte vere advehit*, solemniterque vota persolvit. Reditum itaque sanctæ crucis in Jerusalem Sophronius in hac ode exsultans celebrat, Persarum cædes ante crucem direptam obiter attingens.

(64) Barbaris profligatis, cithara ut lætitiæ melos dicat, fides ut exsultet invitantur.

Digitized by Google

Impiorum evanuit nimbus.
Cithara, gaudium modulare.
Babylon pernicies, damnum
Fuit omnibus mortalibus,
Gignens genus impiorum,
Alens turmas iniquorum.
Exsultans hymnum cano
Laudans Deum, ut par est,
Quia pacem tam dilectam
Diuturnam concessit orbi.
Donum enim Dei maximum
Est pax, sed quæ venit
A potentia divina,
Quæ est firma vi divina.
Propter pessima peccata
Deus punitor apparuit,
Deus apparuit salvator
Fons pietatis et clementiæ.
Quasi turbo antehac Medus
Genus hominum metebat
Ense, jaculis, et hastis,
Atrocissimo furore.
Ira Dei urgente militans,
Visus est ceu falx flammea,
Quare et urbes concremavit
Cum civibus mitissimis.
Sanctam urbem evertit
Ubi Christus passus est,
Namque Christus illum egit
Propriam urbem ut spoliaret.
Expugnatam sanctam urbem
Totam implet cadaveribus,
Et torrente ignis totam
A Deo percitus inundat.
Cepit etiam crucem Dei,
Propugnaculum Dei maximum,
Potens hominum tutamen,
Malorum optimum remedium.
Sola namque in petra stetit
Calvarii Deum ostentans,
Tumque mortem interemit
Cum pessimis dæmonibus.
Et hominibus exstinctis
Morte et pessima corruptione,

A Ἀθέων νέφος ἐδάσθη,
Κιθάρη, μέλισδε χάρμην [88].
Βαβυλὼν (65) βάραθρον οἶτος
Ἐφάνη βροτοῖσι πᾶσιν,
Ἀθέων φύουσα φύτλας,
Ἀνόμων τρέφουσα δήμους.
Γελόων βοῶ τὸν ὕμνον,
Θεὸν ἀξίως γεραίρων,
Ὅτι τὴν φίλην γαλήνην
Χρονίην (66) δέδωκα κόσμῳ.
Δόμα γὰρ Θεοῦ γαλήνη
Τελέθει μέγιστον, ἡ δὲ
Θείκῳ σθένει μολοῦσα,
Θείκῳ κράτει κρατοῦσα.
Ἐφάνη Θεὸς κολάζων
B Δι' ἁμαρτάδας κακίστας,
Ἐφάνη Θεὸς σαώζων
Ἐλέῳ βρύων σὺν οἴκτῳ.
Ζόφος ἦν πάροιθε Μῆδος (67)
Μερόπων γένη θερίζων
Δόρατι, ξίφει, βελέμνῳ,
Χαλεπωτάτῃ τε λύττῃ.
Θείκῳ χόλῳ στρατεύσας
Φλογερὴ πέφηνεν ἄρπη,
Διὸ καὶ πόλεις φλογίζει
Γλυκεροῖς ὁμοῦ πολίταις.
Ἱερὸν τρέπεσκεν ἄστυ
Ὅθι Χριστὸς ἔσχε πότμον,
Ὅτι Χριστὸς αὐτὸν ἦγεν
Ἰδίην πτόλιν σκυλεύσας.
C Κρατερὴν πτόλιν κρατήσας
Νεκύων δλην γεμίζει,
Ποταμῷ πυρὸς δὲ πᾶσαν
Ὁ θεήλατος ἐκβλύζει.
Λάβε [89] καὶ ξύλον Θεοῖο
Τὸ Θεοῦ μέγιστον ὅπλον,
Τὸ βροτῶν κράτιστόν ἔρκος,
Τὸ παθῶν φέριστον ἄλκαρ.
Μόνον ἐν πέτρῃ γὰρ ἔστη
Κρανίου Θεὸν προφαῖνον [90],
Μόρον εὐθέως κατέκτα
Ἅμα δαίμοσι κακίστοις.
Νενεκρωμένοις βροτοῖσι
D Θανάτῳ φθορᾷ κακίστοις,

VARIÆ LECTIONES.

[88] codd. χάρμη. Patet amanuensem postremam litteram ν scribere oblitum esse; nec dissimili ratione in seq. v. scripsit οἶτο ηro οἶτος. [89] codd. λάβην et seq. v. τοῦ, quæ metri concinnitas non patitur. [90] codd. προφαίνων.

P. MATRANGÆ NOTÆ.

(65) Pestis et calamitatum nutrix Babylon vocatur, e qua Persæ originem duxerant. En Simocattæ verba de Persarum origine [Theoph. Simoc. *Hist.* lib. IV, c. 15, Paris, typ. Reg. 1647] : Ἡ οὐκ ἐκ Βαβυλωνίων Μῆδοι, καὶ ἐκ Μήδων Πέρσαι ;

(66) Χρονίην. Reapse diuturnam pacem et tranquillitatem Heraclii victoriæ contra Persas videbantur orbi terrarum restituisse ; at paucis inde annis impietas ipsius Heraclii hæreticorum protectoris in imperium iram divinam convertit. *Haumar* enim Arabum princeps et Saracenorum in Palæstinam victrices acies direxit, Jerusalem biennii tempore obsedit, cujus calamitates Sophronius luxit [*Bibl. Patr.* t. XII, ed. Lugd.] oratione mœstissima, quique propter captam denique Hierosolymam mœrore affectus diem extremum obiit.

(67) En paucis nefandas Persarum cædes et furores : quippe qui, ab ira divina incensi, duce Chosroe, tot civitates diripuerunt, ac, civibus interfectis, flammis tradiderunt : sacramque civitatem eversam, cadaveribusque refertam infesto igni tandem dederunt, et crucem abstulerunt, cujus virtus, cum sola stetit in Calvario, mortem debellavit dæmonesque subegit.

Digitized by Google

Βροτέην [91] κράτιστα βλύζει
Θανάτου κράτος πατοῦσαν.
Ξύλον ἦν (68), πατὴρ ὁλέθρου
"Οτ' Ἀδὰμ τρύγησε βρῶσιν,
Ξύλον ἦν, φονεὺς ὁλέθρου
"Οτε Χριστὸν ἔσχεν ἥλοις.
"Οθεν ὡς πέδον [92] γε Πάρθου
Ξύλον εἴσιδεν Θεοῖο,
Τότε Χοσρόην (69) φονεύει
Ὁλοῶν κρατοῦντα Μήδων.
Πολέμῳ [93] γὰρ ἦν γενάρχης
Ὁ κακὸς κακῶν ἀνάσσων,
Γλυκερῆς δὲ τῆς γαλήνης
Κρυερὸς πέλεν διώκτης.
Ῥᾴδον ἐκ βίου κυλίσθη
Ὁ βίον κλόνοις ταράττων,
Ὁ φόνων τὰ πάντα πλήσας
Φονικοῖς ξίφεσσι πίπτει.
Σοφὸν ἰκρίον Θεοῖο (70)
Τόδε τὸ τρόπαιον ἔστη
Κατὰ Βαρβάρων βιαίων,
Κατὰ Χοσρόου κακίστου.
Τότε καὶ θάλος γαλήνης
Ἐπὶ γῆς προῆλθε πάσης
Πολέμων πατρὸς πεσόντος,
Γενέτου κλόνων δαμέντος.
Ὑπὸ δὲ κλυτῆς γαλήνης
Θεόθεν βροτοῖς μολούσης,
Μεγάλης πάϊς τε Ῥώμης (71)
Ἐπιτέρπεται κρατίστως.
Φόβον ἐκβαλὼν διώκτου (72)
Ἀφόβως ἐσεῖδε πάτρην,
Ὁ φυγὼν πτόλιν τοκήων
Ὁρᾶται πάλιν πολίτης.
Χαρὰν ἰκρίου λαβόντες
Ἁγίου Θεοῖο παῖδες
Ἐς ἑοὺς τόπους μολοῦντες,
Ἐς ἑοὺς τρέχουσιν οἴκους.
Ψόγος ἐκνόμων Ἑβραίων
Ἐὰς ἐς κάρας τρεπέσθω,

A Statim vitæ fons scaturiit
Mortis potentiam obruens.
Lignum fuit, quod mortem genuit
Cum comedit Adam fructum:
Lignum fuit, quod mortem perdidit
Quando tenuit Christum clavis.
Unde ut Parthi ad regionem
Lignum Domini pervenit,
Statim Chosroem interemit
Exitiosorum regem Medorum.
Auctor enim fuit belli
Impius impiorum imperator,
Atque jucundæ pacis
Dirus fuit persecutor.
Subito vita excessit
B Qui vitam turbarat bello:
Qui cædibus omnia implerat,
Ense cæditur letali.
Crux Domini sapiens
Hunc triumphum retulit
De Barbaris violentis,
De Chosroe pessimo.
Tunc tranquillitatis germen
In omni terra emersit,
Bellorum auctor cæso,
Genitore tumultuum domito.
Atque ob inclytam pacem
Divinitus ad mortales redeuntem
Magnæ Romæ filius
C Maximis incedit lætitiis.
Persecutoris pulso metu,
Patriam invisit secure,
Qui parentum fugerat urbem
Civis rursus nunc conspicitur.
Et lætitia incensus crucis
Filii Dei sancti populus
In proprias sedes redit,
Inque proprias domos properat.
Vituperium exlegum Hebræorum
In eorum capita vertatur,

VARIÆ LECTIONES.

[91] codd. βροτήν. Ni fallor, hæc est Sophronii mens : Dominus Jesus, etsi mortuus, manat tamen cruore (id est sanguine aqua permisto) mortis potentiam conculcante. Νενεκρωμένος codd. nisi malueris τῷ iota addere ante σ, ita ut homines sint mortui, etc., quos liberavit. Equidem pretiosissimum illum sanguinem et aquam e sacro latere fluentem hic denotari, vix erit qui dubitare queat. At quid sibi vult illud βροτήν? Legendumne βροτοήν, ut vocabulum sit novi typi, et quidem femini generis? namque πατοῦσαν hoc denotat. Cæterum in τῷ βροτήν, aliquam vocalem desiderari ratio ipsa versus ostendit. [92] codd. πέδων et v. 56. Ὁλόων. [93] Perpensis quæ Sophronius ipse inferius v. 71 et 72, de Chosroe dicit, libenter πολέμῳ subrogarem genitivum casum, ut esset ille auctor et pater belli.

P. MATRANGÆ NOTÆ.

(68) Ξύλον, ἦν etc. E ligno fructum vetitum Adamo præbente mors olim scatuit; e ligno rursus Christum clavis pendentem tenente, vita omnibus exorta est. Quæ sententia sæpe in libris ecclesiasticis Græcorum occurrit, in *Octoecho* præsertim.

(69) Reapse Chosroem crucis virtute profligatum profitebatur Heraclius, quod etiam nummis cruce victrice signatis significare voluit. Adde terrorem ab ipsa cruce Persis incussum, ac plurima prodigia quæ videsis apud Baronium [Ann. t. VIII]. — Crucis virtuti hic tribuitur mors Chosrois a filio Siroe interempti, cujus facinus silentio tegit Sophronius, ut supra monui. Siquidem ob ejusdem mortem D tanta lætitia Heraclius affectus fuit, ut per litteras Constantinopolim missas eam civibus quam primum innotescere voluerit [Cf. Fleury, *Hist. eccl.* an. 629], quæ populo concurrenti in ambone Magnæ ecclesiæ lectæ fuerunt die Pentecostes ejusdem anni.

(70) Cruce de Chosroe triumphante, pax universo orbi restituitur.

(71) Μεγάλης πάϊς τε Ῥώμης. His verbis Heraclii nomen adumbratur; v. seq. lege ἐπιτρέπεται, ut habent codices.

(72) En pacis effectus : redeunt ad patrias sedes qui, hostium cædes effugientes, in diversas regiones sese receperant.

Digitized by Google

Namque rediit lignum Dei
In ipsius civitatem.
Piorum terræ crux est restituta,
Piorum mortalium gaude genus.

XIX. — *In ascensionem et in seipsum.*

Ab inclyto autem recursu
Gradus scandens super illos,
Olivarum montem osculabor
Unde in cœlos ascendit.
Et immensa altitudine
Sapientiæ divinæ, ob quam
Me servavit, collaudata,
Pedem statim inde referam.
Sub tectum ubi sodales
Venerandos sacra docebat
Occulta arcana revelans,
Deinde ego perveniam.
Atque per portam principem
Supra gradus procedens,
Pulchritudinem admirabor
Urbis sanctæ occasum versus.
Tuam venustatem ex Olivarum monte
Quam dulce est mirari, o urbs divina!
Et ad Lazari sepulcrum
Quatriduani mortui
Inde transiens, regi gloriam,
Qui illum suscitavit, dabo.
Et fervorem sancti amoris
Corde cohibens deveniam
Statim Bethleem in oppidulum,
Ubi omnium rex est natus.
Admirandam quadriporticum,
Et triconcham elegantem,
Sacrosanctas illas ædes
Ingressus, tripudiabo.

Ὅτι τὸ ξύλον Θεοῖο
A Μόλεν εἰς πτόλιν Θεοῖο.
Σταυρὸς ἐς εὐσεβέων γαῖαν ἀφήχθη [94],
Εὐσεβέων μερόπων χαίρετε φύλαι.

10. — *Εἰς τὴν ἀνάληψιν καὶ εἰς ἑαυτόν* (73)

Ἀπὸ δὲ κλυτοῦ διαύλου
Ἀναβὰς ἐκεῖνα βάθρα (74).
Ἐλαῶν [95] δρος φιλήσω,
Ὅθεν ἐς πόλους ἀνῆλθεν (75).
Βάθος ἄπλετον δὲ θείας
Σοφίης, δι' ἧς με σῶσεν,
Λίαν αἰνέσας (76), ἐκεῖσε
Ταχέως πάλιν δρομήσω.
Γεραροὺς ὅπου τὰ θεῖα
Ἑτάρους ἐμυσταγώγει,
Κρυφίους βυθοὺς φαείνων
B Ὑπὸ τὸ στέγος γενοίμην.
Διὰ τῆς θύρης μεγίστης
Ἐπὶ βαθμίδας προήκων,
Πόλιος δύσει προσούσης
Ἁγίης ἴδοιμι κάλλος.
Εὐπρεπίην ὁράαν ὡς γλυκὺ σεῖο
Οὔρεος ἐξ ἐλαῶν, ἄστυ Θεοῖο.
Ἐπὶ Λαζάρου δὲ τύμβον (77)
Τετραημέρου νεκροῖο
Διαβὰς, ἄνακτι δόξαν,
Ὅς ἔγειρε τόνδε, δοίην.
Ζέσιν ἱμέρου δὲ θείου
Φρεσὶν ἰσχάνων, ἰκοίμην
Τάχα Βηθλεὲμ πολίχνην
C Ὅθι [96] παντάναξ ἐτέχθη.
Ζαθέου τετραστόου (78) δὲ
Ἄγαν ἐκπρεποῦς τρικόγχου
Μέσον ἐσμολῶν ἐκείνου
Ἱεροῦ δόμου χορεύσω.

VARIÆ LECTIONES.

[94] In codd. deest quod et constructionis et metri ratio postulare videtur, et ἀφήχθη emendavi ἀπήχθη. [95] Codd. ἐλαιῶν, sed cum versus secundam syllabam brevem exigeret, ausus sum hanc vocem ionicam facere ἐλαῶν, quod mihi suasit et seq. v. 18, ubi ita habent codices. [96] Codd. ὅθεν præterquam quod versus non patitur hanc lectionem, status adverbium requiri hic quisque sibi persuadet.

P. MATRANGÆ NOTÆ.

(73) Mœret quod absens loca sancta invisere, et inter venerabiles monachos et sodales versari non possit. Cum *de ascensione* in hac prima odæ parte vix perpauca attingantur, et sanctorum locorum enumeratio intercipiatur, duo inde mihi conjicere fas sit, inconcinne scilicet εἰς ἀνάληψιν in codd. inscribi oden, atque eamdem mutilam e Barberiniano codice ad nos pervenisse. Cæteroqui Sophronium Calvariæ templa ante omnia adoravisse, exin in montem Olivarum profectum esse, statim e primo versu erui potest ἀπὸ δὲ κλυτοῦ διαύλου, quod quidem indicare videtur insita particula δέ.

(74) Βάθρα. . . De hujusmodi gradibus ad commoditatem in templum Gethsemani accedentium, en quæ apud Nicephorum [*Hist.* lib. VIII, c. 30] leguntur: Οἴκοθεν δὲ αὕτη (Ἑλένη) καὶ ἄλλας δύο ἐκκλησίας μεγαλοπρεπῶς ἀνιστᾷ... ἑτέραν δ' ἐν τῷ τῶν Ἐλαιῶν ὄρει πρὸς τῇ ἀκρωρείᾳ, ὅπου δὴ λιπὼν τοὺς μαθητὰς ὁ Χριστὸς πρὸς οὐρανοὺς ἀνελήφθη,... καταφεροῦς δ' ὄντως τοῦ τόπου, ἀναβαθμοὺς ἐκ μαρμάρων ποιησαμένη, τὸν βουλόμενον ἐκ τῆς ἁγίας πόλεως πρὸς ἀνατολὰς κατάγει.

(75) Ubi Helena (cf. l. ante citatum) ære privato magnificum templum exstruxit, de cujus schemate rotundo ternis porticibus desuper cameratis videsis Quaresmium [t. II, p. 310]. S. Hieronymus et alii, D quos Baronius citat, de cacumine hujus rotundæ referunt, postquam de vestigiis Domini humi impressis dixissent, *nullo modo potuisse concamerari.*

(76) Laudibus in Ascensionis templo altitudini divinæ sapientiæ datis, inde gressum refert, et inferius templum aliud invisit ab Helena in loco ædificatum ubi Christus arcana apostolis manifestavit, (cf. quæ in ode 8, v. 10, adnotavimus), exin e principe porta procedens, pulcherrimum in Jerusalem prospectum capit, cujus templi absidem ad orientem fuisse versam suadent illa verba πόλιος δύσει προσούσης.

(77) S. Hieronymus, *De locis Hebr.* et Niceph. l. c. super Lazari sepulcrum ab Helena nobilem erectam fuisse ecclesiam testantur. Cætera de hoc sepulcro cf. apud Quaresmium l. c.

(78) Τετραστόου. Atrium quatuor porticibus suffultum triplicem efformabat *concham* ; *concha* autem *est pars illa quæ in conchæ formam superne sinuatur.* [Cf. Cangium, *Gloss. med. Græc.*]

Digitized by Google

Βηθλεὲμ εὐαγέος κάλλεα δέρκειν
Χριστὸς ὁ κεῖθι φανεὶς πάντα με νεύσοι [97] (79).
Θαμὰ χρυσοφεγγέας τε (80)
Ὁρόων στύλους τε μούσης [98]
Μάλα καλλίτευκτον ἔργον,
Ἀχέων νέφους λαθοίμην.
Ἰδέην (81) ἄνω δὲ βλέψω
Καλάθωσιν ἀστροφεγγῆ,
Ἀπὸ καλλιεργίας γὰρ
Χάρις οὐρανοῖο λάμπει.
Κατὰ τὸ σπέος γενοίμην,
Ὅθι [99] παντάνασσα κούρη
Τέτοκε βροτοῖσι ῥύστην
Θεὸν ἀτρεκῶς βροτόν τε (82).
Λιπαρῇ πλακὶ προθήσω (83),
Θεὸν ἣ βρέφος δέδεκτο,
Βλέφαρα, στόμα, κράνος τε
Κομίσαι χάρισμ' ἐκεῖθεν.
Μεγακυδέος δὲ φάτνης
Ἐπὶ προσκύνησιν ἔλθω,
Ἄλογος δι' ἧς ὑπάρχων
Ἐτράφην λόγῳ Θεοῖο (84).
Νεκύων ἐς ἄντρον εἶξω [1]
Βρεφέων ἅμα σφαγέντων
Γενέσει λόγου βροτείῃ,
Ἡρώδου φθόνῳ μανέντος.
Ὦ Βασίλειε (85) πάτερ, λῷστε νοήμων,
Αἴθε τεὴν κορυφὴν ἄρτι φιλοίην.
Ξυνετῷ λεῷ τε κλήρῳ,
Ὁσίοις ἐπισκόποις τε,
Μοναχῶν προηγέταις τε,
Ἐμὸν εἰσίδω [2] πατράρχην.

A

B

C

Bethleem sanctæ pulchras res videre
Christus, qui ibi est natus, mihi concedat.
Crebras et auro coruscas
Videns columnas, opus
Arte mira elaboratum,
Dolorum nimbum dispellam.
Et speciem cameræ videbo,
Laquearia coruscantia,
Nam propter artificium
Eximium splendent ut decor cœli.
Specum etiam ingrediar
Ubi Virgo regina omnium
Salvatorem mortalibus genuit
Deum verum atque hominem.
Apponam sacro lapidi,
Qui Deum excepit puerum,
Os, oculos et caput,
Ut inde feram beneficia.
Et præsepe gloriosum
Adoraturus veniam,
Quia, cum essem irrationalis,
Verbo Dei fui nutritus.
Mortuorum antrum ingrediar
Puerorum necatorum
Ob Herodis furiosi odium,
Quando Verbum natum est.
O Basili pater, eximie prudens,
Utinam tuum caput nunc osculari possim!
Cum clero et prudenti populo,
Cumque sanctis præsidibus,
Et præfectis monachorum,
Meum videbo patriarcham.

VARIÆ LECTIONES.

[97] Νεύσοι. Ita codd. at ego mallem futurum νεύσει. [98] codd. τεμούσης. [99] codd. ὅθεν. [1] Meam emendationem ἥξω typotheta more solito parvipendens, edidit ut habent codd. [2] codd. εἰς ἴδω.

P. MATRANGÆ NOTÆ.

(79) Νεύσοι, *concedat*. Sophronius itaque longe a sanctis locis aberat, et mœrore maximo confectus, ut inferius, v. 36, ipse asserit. Mihi de tempore quo hæc ode scripta fuerit conjecturam facienti videtur posse statui Sophronium hanc composuisse cum Persarum vastationes cædesque fugiens plurimas regiones peragravit, et Romam etiam invisit.

(80) Columnas puta auro coruscas. Ἔργον καλλίτευκτον μούσης hic esset *Opus affabre et miro artificio elaboratum* : nam μοῦσα hic idem est ac τέχνη.

(81) Ἰδέην . . . Concamerationem ecclesiæ etiam circumspiciet, ubi laquearia flosculis aureis adornata tanquam e calathis pendentia (hoc enim significare videtur vocabulum καλάθωσις), et speciem cœli stellarum splendore decori, intuenti offerentia. Eadem fere refert Eusebius τῆς ἁγίας ἀναστάσεως lacunaria describens. Apud eumdem Eusebium l. c. descriptionem invenies templi Bethleemitici ab Helena summis impensis ædificati, quod postea Constantinus βασιλικοῖς ἀναθήμασι . . . τοῖς ἐξ ἀργύρου καὶ χρυσοῦ κειμηλίοις, παραπετάσμασί τε ποικίλοις τὰς τῆς μητρὸς ἐπαύξων φιλοκαλίας donavit. Duo itaque continebat hoc templum, et præsepe et speluncam nativitatis, loca scilicet inter sese differentia, ut Sophronius inferius v. 49 indubitanter asserit ; diversas tamen sententias de hisce locis videsis apud Quaresmium, t. II, p. 626, et Nicephori [loc. cit.] testimonium, Ἐν ᾧ, τοῦ θυσιαστηρίου χαμαὶ, τὴν φάτνην καὶ τὸ θεῖον σπήλαιον περιέσχεν.

(82) Θεὸν ἀτρεκῶς βροτόν τε. Melurgus noster Monothelitis infestus cum occasionem nanciscitur, duas semper pro recto dogmate naturas in Christo Domino confitetur.

(83) Beatus ille lapis, super quo natus est Jesus, diu fidelium devotioni expositus fuit.

(84) Helena aliud templum exstruxit in martyrum innocentium honorem, de quo hæc Nicephorus l. c. : Καὶ τοῖς θείοις νηπίοις . . . ἐδημιούργει . . . τοῖς ἄντροις ἱερὰ φροντιστήρια. Crypta adhæret ad austrum præsepis, in qua Innocentium corpora congesta fuisse pia traditio obtinuit. Sophronius noster anno 635, intra mœnia Jerusalem obsessus, populo mœstissimam orationem in die Christi natali dixit [*Bibl. Patr.* t. XII, ed. Lugd.], dolens quod in Bethleem non posset festum celebrare, neque *Innocentium antrum* venerari, hostibus jam ea loca occupantibus.

(85) Ὦ Βασίλειε. Quisnam sit hic Basilius prudentia eximius, aperte definire non queo, quem tamen monachum fuisse inferius eruitur. Basilius quidam varia narrat Moscho, et abbas erat Byzantinorum [*Prat. spir.* c. 40] ; de quo Basilio cf. apud Cotel. *Mon. Eccl. Græc.* t. II, c. 32, pag. 346.

Digitized by Google

Qui mei generis exsistit
Germen optimum et sanctum,
Basilius ille mansuetus,
Mihi valde venerandus.
Tu scis, beate, cur tui
Recordatur mens mea hoc ipso tempore.
Lætitia cordis mei,
Parentum meorum deliciæ,
Sapientiæ decus, quo te,
Sophroni prudens, inveniam?
Sophronii venerandum vultum inspiciam,
Quem desidero lugens noctesque diesque.
Nunc lacrymarum torrens
Ex oculis meis fluit,
Cum *hæc* in memoriam revoco
Cito procul ingemiscens.
Te namque amicus et filius
Patrem, divino respectu,
Proposueram meum solatium,
Et collegam senectutis.
Cum mei oblitus es, fili jucunde, [sueras?
In monachis quem ut natum fovere propo-
Cum variarum multitudo
Calamitatum me opprimebat,
Tunc te, dilecte, fui privatus
Molestam trahens canitiem.
Mundana vita enim relicta,
Tecum vivere et mortem sequi
Constitueram; at quo modo
Novit Deus, a te recessi.
Namque cogitans olim sane
In laura dilectissima
Usque ad finem me victurum
Procul mundi tumultu,
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . stans quantas subii!
Mœrores cordis mei
Infinitos enim invenires
Et humum conspersam
Meis adhuc lacrymis.
Quocirca carmen istud
Tibi obtuli cupienti
Per totum Syriæ populum
Meas ærumnas canere.

A Ὅς ἐμοῦ γένους ὑπάρχει
Ἅγιον φέριστον ἔρνος,
Βασίλειος ὁ πραΰφρων,
Ὅ λίαν σεβάσμιός μοι.
Οἶσθα (86), μάκαρ, τίνος εἵνεκα, σεῖο
Μνήσατο θυμὸς ἐμὸς τῷ δέ γε χρόνῳ.
Πραπίδων ἐμῶν τὸ χάρμα,
Τεκέων ἐμῶν τὸ κάλλος,
Σοφίης ἄγαλμα, ποῦ σε,
Σωφρόνιε σῶφρον, εὕρω (87);
Σωφρονίου γεραρὴν δψιν ἰδοίμην,
Ὅν ποθέω γοόων ἥματα πάντα.
Ῥόος ὀμμάτων ἐμοῖο
Δακρύων ἀποδακρύει νῦν,
Ὅταν ἐς λογισμὸν ἔλθω
B Ταχέως ἐκὰς [a] στενάζων.
Σὲ γὰρ ὁ φίλος τέκος τε
Πατέρα, σχέσει τε θείᾳ,
Ἐθέμην παρηγορεῖν με,
Διέπειν βίῳ τε γῆρας.
Τίπτε λάθου, γλυκερὸν τέκνον, ἐμεῖο
Ἐν μοναχοῖς, ὃν ἔθου παῖδα κομίζειν,
Τὸ πολύπλοκον δὲ πλῆθος
Ὅτε συμφορῶν συνέσχεν,
Τότε σου, φίλ', ἐτερίσθην
Πολιὴν ἔχων ἀνιγρήν.
Ὑλικὸν βίον λιπὼν γὰρ
Ἅμα σοι βιοῦν τε θνήσκειν
Ἐφάμην· τρόπῳ δὲ ποίῳ,
C Θεὸς οἶδεν, ᾧ διέστην.
Φρονέων πάλαι γὰρ ὄντως
Ἐνὶ φιλτάτῃ γε λαύρῃ
Μέχρι τέρματος διάξειν
Ἔκαθεν κλόνοιο κόσμου,
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
... στὰς δ' ὅσας ὑπέστην.
Ψαμάθου πλέον γὰρ εὖροις (88)
Κραδίης ἐμῆς ἀνίας,
Ἔδαφος διάβροχόν τε
Ἔτι δακρύοις ἐμοῖσι.
Τό γε μὲν ἄεισμα τοῦτο
Ἀνέθηκά σοι ποθοῦντι,
D Καθ' ὅλην φυλὴν [b] Συρίης
Ἐμέθεν πόνους ἀείδειν.

VARIÆ LECTIONES.

[a] codd. ἐκὰς ταχέως. [b] Quanquam vocabulo φίλην ὅλην subintelligi possit χώραν emendavi φυλήν.

P. MATRANGÆ NOTÆ.

(86) Basilium Sophronii angustiæ non latebant solatium quærentis.

(87) Sophronii cujusdam solitarii fit etiam laudabilis mentio in *Prato spirituali*, c. 159. Sophronius, de quo sanctus melodus hic loquitur, in laura sancti Theodosii fortasse vixit (aut in quovis alio Syriæ monasterio), ubi melodus sæculo renuntians vitam degere statuerat, dulcis Sophronii amicitiæ vinculis alligatus, cujus absentiam deflet, dum undique angustiis maxime premeretur: hoc enim satis indicat v. 87: Τότε σου, φίλ', ἐστερήθην qui ita reponendus est typothetæ σφάλματι. In v. 88, τὸ ἀνιγρήν substantive usurpatur, quod lexicographi non adnotarunt.

(88) Sophronius amico Sophronio melodo fortasse scripserat tum consolans eum, tum de vitæ, quam tunc agebat, genere illum interrogans. At sanctus Sophronius procul a locis memorandæ nostræ redemptionis, pace et tranquillitate amissa, a charo Sophronio disjunctus, angustiis inenarrabilibus angitur, et continuis lacrymis consumitur: propterea hoc lugubre melos ejus ærumnas exposuit, quas amicus scire cupiebat.

Digitized by Google

Κ'. — *Εἰς τὸν πόθον ὃν εἶχε εἰς τὴν ἁγίαν πόλιν καὶ εἰς τοὺς σεβασμίους τόπους* (89).

XX. — *De desiderio suo sanctæ urbis et sanctorum locorum.*

Ἅγιον πόλισμα θεῖον	Sancta Dei civitas
Ἱερουσαλὴμ τ' ἐς νῦν δὴ [8]	Jerusalem, cujus nunc
Ἐθέλων πύλας παρεῖναι	Portis vellem adesse
Ἵν' ἀγαλλιῶν ἐσέλθω [9]·	Ut ingrederer exsultans,
Εὐαγέων Σολύμων ἔνθεος οἶστρος	Inclytæ Hierosolymæ sanctus amor
Αἰὲν ἐμὴν κραδίην αφόδρα δαμάζει.	Semper cor meum graviter affligit.
Βαδιῶν ἐπὶ πλακῶν σου	Super planitiem tuam incedens
Ἐς Ἀνάστασιν (90) κατέλθω,	Ad Anastasim deveniam,
Ὅθι παντάναξ ἀνέστη	Unde omnium rex surrexit
Θανάτου κράτος πατήσας.	Conculcato mortis dominio.
Γλυκερὸν πέδον φιλήσω,	Dulce solum osculabor,
Ἱερὸν κύβον (91) κατείδω [7],	Respiciam sacrum tholum
Μέγαν οὐρανόστερόν τε	Ingentem, ad instar cœli,
Τετρα . . . . . B	Quadr. . . . .
Διὰ βήματος θεοῖο	E Domini suggestu
Μέσον ἐς τάφος θεοῖο	In mediam tumbam Dei
Γεγονὼς, πέτρην ἐκείνην (92)	Perveniens, illam petram
Μάλα προσκυνῶν φιλήσω.	Veneratus osculabor.
Ἐπαναξίου δὲ τύμβου	Et venerandæ tumbæ
Κίονας κύκλῳ τε κόγχας	Columnas circumque conchas,
Ἀκροκρινοχρυσομόρφους [8] (93)	Lilia aurata superne habentes,
Φιλέων, ἄγαν χορεύσω.	Osculans, affatim tripudiabo.
Ἐπὶ τρίστοον (94) παρέλθω	Ad triporticum transgrediar
Ὁλομαργαρογυρόχρουν (95),	Totam gemmis et auro ornatam,
Περικαλλέως (96) γ' ἔπαυλον [9]	Ut in perpulchre habitatum,
Κρανίου τόπον προσέρπειν (97).	Locum Cranii obrepam.

VARIÆ LECTIONES.

[8] Addidi δὴ versui claudicanti. [9] codd. εἰσέλθω, et v. 6 ἡμῖν; metrum vero emendationem suasit. [7] codd. κῦβον κατίδω. [8] barb. ἀκροκρινοχρυσομόρφον. [9] codd. γε Παῦλος.

P. MATRANGÆ NOTÆ.

(89) Hactenus peregrinabatur in aliis regionibus Sophronius, cum sancta loca revisere cupiens hanc oden composuit. Locorum itaque sanctorum περίοδον ode continet, et quæ in iisdem præstantiora scite summatimque recensentur.

(90) Ἀνάστασιν. Sancti sepulcri templum a Constantino summa magnificentia excitatum Ἀνάστασις fuit appellatum: cujus *encænia* magno gaudio sub eodem imperatore celebrata fuere, et eorumdem memoriam Ecclesia Græca quotannis die 13 Septembris renovat. Quæ vero Constantinus de ejusdem Ἀναστάσεως ædificatione scripserit, quæ et quanta fuerit divitiarum copia, ornamentorum præstantia, et marmorum excellentia videsis apud Eusebium [*Vit.* [*Constantini* lib. III], qui idem templum diserte descripsit. Sanctæ Ἀναστάσεως κειμηλιάρχης erat quidam *Anastasius*, cum Sophronius una cum Moscho illam ecclesiam invisit [*Limon.* c. 48]; de qua quæ sunt scitu digna confer passim apud eos qui de locis sanctis scripsere, et apud Quaresmium op. cit.

(91) Κύβον· κύβος hic estne θόλος? Namque apud Suidam, Apollodoro teste, κύβος ἀπὸ τῆς κυφότητος dicitur. Insuper apud Arnaldum αὐτὴ ἡ κοιλότης explicatur; etymon autem est κύπτω. Sane Eusebius magnificæ trulli 12 columnis suffultæ, et S. sepulcro impositæ mentionem facit l. c. quæ infra v. 19 et 20 indubitanter indicantur. Sophronius itaque statim principem hujus templi partem admiratur. Me vero de significatione vocabuli τοῦ κύβος hæsitantem, ad interpretationem nuper indicatam impellit novum adjectivum οὐρανόστερον. Persæ enim, ut notavit Hesychius, regia tabernacula et aulas, ὧν τὰ καλύμματα κυκλοτερῆ, οὐρανοὺς dicebant. Hic itaque, ut mea est sententia, C τὸ οὐρανόστερον non solum miræ rotunditatis illius tholi, sed et pulchritudinis notionem exhibet.

(92) Πέτρην ἐκείνην, quæ scilicet Dominicum corpus recepit.

(93) Ἀκροκρινοχρυσομόρφους. Mire hoc novum vocabulum, quamvis turgidæ compositionis, *concharum et columnarum*, quæ sepulcrum circumdabant, ornamenta exprimit. Nam si ad conchas [Cf. v. 28 seq. odæ] hoc adjectivum referre vis, laquearia tibi præ oculis ponit auratis flosculis liliorum formam imitantibus exornata (et hic vocabulum τὸ καλάθωσιν in superiore ode recitatum ab ipso Sophronio explanatur); si vero ad columnas refers, epistylia flores liliaceos auratos inter elices et volutas habentia repræsentat. Lilia sane ad hujusmodi ornamentum adhibita legimus etiam III Reg. VII, 19.

(94) Τριστόον. Hujus triporticus Eusebius l. c. etiam mentionem facit: Μακροῖς περιδρόμοις στοῶν ἐκ τριπλεύρου περιεχόμενον (χῶρον).

(95) Ὁλομαργαρογυρόχρουν. Hoc novum, turgens et *octopedale* vocabulum perpulchra porticorum ornamenta ante oculos ponit, *marmorum* scilicet *pretiosorum incrustationem triporticum ambientem*. Sane Eusebius l. c. scripsit porticus et atria fuisse φιλοκάλως ἠσκημένα.

(96) Sophronius, S. sepulcro adorato, Calvariæ ecclesiam invisurus ad hanc triporticum procedit. Quadrangulata hæc ecclesia ad dexteram Ἀναστάσεως plagam constructa, et *S. Mariæ* vulgo vocata, crucifixionis locum continebat: et ubi quondam lignea crux, e qua salus mundi pependit, infixa stetit, miræ magnitudinis argentea crux statuta invisebatur [Cf. Quaresm., Gretserum, Bedam, etc.]

(97) Προσέρπειν. Calvariæ mediocris altitudo aspera et petrosa, etsi paululum a sepulcro distan-

Digitized by Google

Oceanus vitæ semper viventis
Et veræ oblivionis, luciferum sepulcrum.
Et sacrum terræ umbilicum,
Petram protensus osculabor,
Ubi infixum stetit lignum,
Quod delevit ligni maledictionem.
Quam magna est tui gloria, illustris petra,
Ubi crux redemptio hominum infixa!
Gaudio exsultans inde veniam
Ubi cuncti adoramus,
Quotquot sumus fideles,
Gloriosum lignum divinum.
Ut (cura plenus) festinans
A pictore efformatæ
Imagini obsequium præstem,
Genua flectere gestiam.
Et per splendidum suggestum
Gaudio exsultans deveniam,
Ubi invenit sanctum lignum
Veneranda Helena imperatrix,
Et cum cordis compunctione
Ineffabili ascendam,
Ut aspiciam in alto positam
Arundinem, spongiamque et lanceam.

A

B

Ὠκεανὸς βιοτῆς αἰὲν βιούσης,
Ἀτρεκέως τε λήθης, φωσφόρε τύμβε.
Ζάθεον μεσόμφαλόν (98) τε
Πέτραν ἐκταθεὶς φιλήσω,
Ὅθι τὸ ξύλον πεπήγει
Τὸ λύσαν ξύλου κατάραν (99).
Ὡς μέγα σεῖο κλέος, φαίδιμε πέτρα,
Σταυρὸς ὅπη μερόπων λύτρον ἐπήχθη.
Θαλέων χαρᾷ δ' ἐπέλθω (1)
Ὅθι προσκυνοῦμεν ὅσσοι
Πέλομεν λεὼς θεοῖο
Ἀγλαὸν ξύλον τὸ θεῖον.
Ἵνα παμμέδων ταχύνας (2)
Κεχαραγμένῃ γραφῆος [10]
Σέβας εἰκόνι προσοίσω,
Γόνατα δράμοιμι κάμψαι.
Κατὰ παμφαὲς δὲ βῆμα (3)
Γεγανυμένος πορευθῶ,
Ξύλον οὗ τὸ θεῖον εὗρεν
Ἑλένη μέδουσα κεδνή [11].
Μετὰ κραδίης δὲ πλήρους
Κατανύξεως ἀνέλθω
Ὑπερῴϊον θεοῦμαι
Κάλαμον, σπόγγον τε, λόγχην [12].

VARIÆ LECTIONES.

[10] Versus obscuritate referti ut codd. habent ἵνα παμμέδων τε χύνῃ κεχαραγμένῳ γράφος. Vide adnot. Cæterum neque ταχύνας metro convenit. [11] Barberinianus barbarum vocabulum continua scriptura exaratum ita exhibet ἐλειμεδουσαδεκέδνη. Allatius in suo apographo divisionem verborum et binos accentus tantummodo adjecit. [12] codd. κάλαμος σπόγγος τε λόγχη.

P. MATRANGÆ NOTÆ.

tis, ab hoc verbo denotatur περικαλλέως γ' ἔπαυλον, *perpulchre inhabitatum*, propter ecclesiam scilicet ibidem exstructam; ἔπαυλος enim interpretatur ἔνοικος ab Hesychio.

(98) Μεσόμφαλον, ut scite Gretserus [*De S. Cruce* lib. I, cap. 17] animadvertit, non mathematice de medio terræ habitabilis SS. Patres Golgotham ita appellaverunt, sed moraliter. Videsis autem quare *Calvariæ mons* fuerit iste locus vocatus apud eumdem Gretserum l. c. et Baron t. I *Annal.*

(99) Lignum fructum vetitum Adamo præbens, lignum fuit maledictionis, quam rursus crucis lignum delevit: quapropter inferius petra, ubi crux infixa stetit, μερόπων λύτρον vocatur.

(1) Transit Sophronius ad Constantinianæ basilicæ partem, ubi crux Domini ab Helena inventa fuit: cujus partem fidelium adorationi undique concurrentium expositam ipsa Helena in arcano sacrario servari jusserat, et quotannis (die 14 Septembris hoc festum ab Ecclesia Græca celebratur) ab episcopo sanctæ civitatis ostendebatur. Οὗ μέρος, ait Nicephorus [*Hist.* lib. VIII, cap. 29], τὸ πλεῖστον ἡ θεία Ἑλένη ἀργυρᾷ περικλείσασα θήκῃ, τῷ ἐπισκόπῳ εἰς μνήμην ταῖς εἰσέπειτα κατελίμπανε γενεαῖς, οὗ κατ' ἔτος καὶ τὴν θείαν ὕψωσιν ἐθέσπιζεν ἐκτελεῖν. Hæc sancta crux custodem proprium habebat. Cyrillus suo ævo quemdam Cosmam nominat hoc munus obeuntem; insuper conc. Chalcedonense hujus officii mentionem facit, quæ videsis apud Gretserum [Op. cit. lib. I, c. 75].

(2) Duo sunt versus lectionis mendosissimæ et prorsus obscuræ, calligraphi fortasse incuria. Mens tamen Sophronii, ut reor, hæc est. Qui antequam sanctam crucem adoraret, illam fortasse sanctæ Virginis imaginem, quæ Ægyptiacam Mariam [Cf. Damasc. *De imag.* lib. III; conc. Nic. II, act. 4, et ipsius Sophronii S. Mariæ Ægypt. Acta] crucem videre cupientem, et vi divina ab ingressu basilicæ repulsam, tum Christo Domino conciliavit, veneratum abit, ut beneficia inde reportaret ἵνα παμμέδων τε χύνῃ. (Hic tamen versus hujus strophæ cum subsequentibus existimo confusos, intermediis scribæ vitio relictis.) Participium κεχαραγμένῳ, ut habent codd., in femininum genus mutavi ut cum εἰκόνι concordaret, et ut res se habet, ita interpretor lectionem obscurissimam: *Ut orbis rector beneficia super me effundat; genua flectam ante imaginem a pictore efformatam in veneralionis obsequium.*

(3) Sophronii περίοδον sequamur: qui, imagine adorata, ad suggestum sacrum undique coruscum, ubi Helena sanctam crucem invenit, invisendum proficiscitur: indeque ascendens, devotione compunctus sacram arundinem, spongiam et lanceam in aliqua ædium parte edita fortasse repositas cum admiratione spectat. Cæteroqui vocabulum ὑπερῴϊον Beda explanabit: ipse namque de lancea disserens [*De loc. sanctis*, c. 2], *Lancea militis*, ait, *inserta habetur in cruce lignea in porticu Martyrii.* Idem spongiam in illa exedra asservari scripsit, in qua calix Domini inter Martyrium et Golgotham scriniolo erat reconditus: de arundine vero hæc notitia Sophronio debetur. Multa quidem scitu digna sunt de hisce sanctæ passionis instrumentis, quæ videsis in *Chronico Alexandrino*, apud Paulum Æmilium, *De rebus gestis Francorum* c. 4; apud Robertum monachum, c. 7; Bosium, *De cruce triumphante*; et *Diarium Romanum* die ultima Maii 1792.

Digitized by Google

Νεαρὸν [13] δ' ἔπειτα κάλλος
Βασιλικὴν εὖ κατείδω,
Μοναχῶν ὅπου χορεία
Νυχίους τελοῦσιν ὕμνους [14] |
Ξὺν ἐμοῖς δρόμοις ποσίν τε
Ἐπὶ τὴν Σιὼν (4) ἀπέλθω,
Ὅθι γλωσσοπυρσόμορφος [15] (5)
Κατέβη χαρὰ θεοῖο.
Ὅθι μυστικὸν δὲ δεῖπνον
Τελέσας ἄναξ ἁπάντων,
Ὀπαδῶν ἔνιψεν ἴχνη
Μετριοφρόνως (6) διδάσκων.
Ποταμῶν δίκην ἰάσεις (7)
Ἀπὸ τῆς πέτρης ἐκείνης,
Θεόπαις ὅπου τανύσθη,
Μαρίη βρύουσα πᾶσιν.
Χαῖρε, Σιών, φαέθων ἥλιε κόσμου
Ἣν ποθέων στενάζω [16] νύκτωρ καὶ ἦμαρ.
Ῥαγὲν ὡς ἀφῆκεν ᾅδου (8)
Νεκάδας σοφῶδες ἔργῳ,
Τότε παντάναξ ὁ ῥήξας
Ἐφάνη φίλος ἐκεῖσε.
Σκοπιὴν (9) λιπὼν Σιώνδε
Περιφὺς πέτρης, ἐφ' ἥνπερ
Δι' ἔμ' ὁ πλάσας ἐτύφθη,
Δόμον εἰς πέτραν κατέλθω.
Τόπον οὗ (10), κλάων στενάζω,
Σοφίης φίλων ὁ πρῶτος
Ἐὸν ἔκλυσεν τὸ πῆμα,
Χαμάδις πεσὼν φιλήσω.
Προβατικῆς (11) ἀγίης ἔνδοθι βαίνων
Ἔνθα τέκεν Μαρίην πάγκλυτος Ἄννα,

A Et decus inde novum
Basilicam contemplabor,
Ubi turbæ monachorum
Nocturnos canunt hymnos.
Gressus meos exin movens
In Sion veniam, ubi
Sub linguarum ignis forma
Gaudium Domini descendit.
Ubi quidem cœnam mysticam
Rex omnium instituens,
Asseclarum pedes lavit
Humilitatem docens.
Maria est, quæ fundit omnibus
More fontium salutem
Ex illa petra, ubi
B Dei filia posita fuit.
Salve, Sion, sol splendide mundi,
Quam cupiens ingemisco noctesque diesque.
Ut emisit ab inferno
Mortuos inde liberatos,
Tunc Salvator omnium rex
Ibi apparuit benignus.
Excelsa Sion relicta,
Osculatus petram, supra quam Creator
Verberatus propter me fuit,
In ædes ad petram veniam.
Locum ubi, flens suspiro,
Princeps omnis sapientiæ
Suam sententiam audivit,
Humi stratus osculabor.
C In probaticam sanctam ingrediar
Ubi Anna præclara peperit Mariam.

VARIÆ LECTIONES.

[13] codd. νεαρῷ et v. seq. κατίδω. [14] codd. ὕπνους. [15] codd. γλωσσοπυρσομόρφος. [16] codd. στενάζων.

P. MATRANGÆ NOTÆ.

(4) Hujus magnificæ ecclesiæ, quæ omnium ecclesiarum maxima nominari solebat [Baron. *Annal.* t. I, p. 219], ab Helena exstructæ iconographiam, ut tunc temporis exstabat, conservavit Adamnanus. Cf. Quaresmium t. III, p. 124.

(5) Γλωσσοπυρσόμορφος. Spiritum sanctum in formam ignearum linguarum super apostolos descensum indicat hoc sesquipedale vocabulum, cujus amplam explicationem exhibet Eustathius in tomo sequenti in *Commentario* nunc primum edito *de iambico canone Pentecostes* : cf. hirmum 5 odæ. Cœnaculum ab Helena in porticu templi circumclusum refert Nicephorus [*Hist.* lib. VIII, c. 30], quæ res a Cyrillo Hierosol. [catech. 16] prænuntiata fuerat.

(6) Μετριοφρόνως a μετριόφρων, quod in lexicographis deest; idem vocabulum a Sophronio in ode 8, v. 82, explicatum est.

(7) V. 63 ad 66, versus obscuri explicatione indigent, et, ut existimo, hic Sophronius de aliqua petra, in qua Virgo mortua posita fuit antequam sepeliretur, procul dubio loquitur. Namque *in superiore montis Sion planitie*, inquit Beda, l. c., *monachorum cellulæ frequentes ecclesiam magnam circumdant, illic, ut perhibent, ab apostolis fundatam eo quod ibi Spiritum sanctum acceperint, ibique Maria obierit.* Μαρία igitur Θεόπαις ἐκεῖν ἡ βρύουσα πᾶσιν ἰάσεις δίκην ποταμῶν ἀπὸ τῆς πέτρης ὅπου ἐτανύσθη· neque πέτρα hic est sepulcrum, quod scimus in Gethsemani repositum.

(8) V. 69 ad 72. Nec minore obscuritate laborant hi versus, quorum mentem ita interpretari liceat. Post justorum animas ab inferis vocatas, tum Jesus e mortuis resurgens apparuit, etc.

(9) Σκοπιήν. *Superior ecclesia* fortasse est hic σκοπιή, de qua loquitur Cyrillus Hierosol. loco supra citato, et δόμον κατέλθω inferior ejusdem ecclesiæ pars, ubi *petra ... exstat* (sunt Adamnani verba) *supra quam Creator noster a creatura sua heu ! flagellatus est.* Sic et noster Sophronius loquitur, πέτρην ἐφ' ἥνπερ.

(10) Τόπον οὗ, etc., locum ubi mortis sententiam audivit Salvator, Caiphæ domum videlicet, de qua Brocardus ita disserit : *Procedentes ultra in montem Sion inveniemus Caiphæ domum*, cujus aulam Helena in ecclesiam convertit. Cf. Niceph. l. c. Vocabulum φίλων non semel cogitavi ita emendare φίλως, *mansuete, placide ;* revera Jesus non respondit Hebræorum injuriis cum eum coram Caipha steterunt.

(11) Προβατικῆς, etc. Domum Joachim juxta probaticam fuisse, ubi Anna Mariam in lucem edidit, non solum Damascenus [l. IV, c. 5, *De fid. orth.* et Orat. 1, *de Virg. nat.*] pluribus locis testatur, sed et fidelium pietas, quæ ecclesiam ibi sanctæ Annæ dicavit, ubi subtus fertur fuisse sacrum cubiculum in quo B. M. V. nata est. [Cf. Quaresm. loc. cit.]

Digitized by Google

Subiens templum, templum illud
Purissimæ Deiparæ,
Deosculans amplectar.
Parietes mihi charissimos.
Neque temere præteribo
In medium forum gradiens,
Ubi in patriis est nata
Thalamis regina Virgo.
Ubi ascendit paralyticus
E terra tollens illum grabatum
Jam sanatus jussu Verbi,
Locum illum etiam videbo.
Gaudens animo lætabor
In prædio sacro, corpus
Quod olim excepit
Deiparæ Mariæ.
Hortum Gethsemani perillustrem canto,
Ubi est *sepulcrum* Matris Dei.
O quam suavis es, excellens mons,
Unde Christus rex ad cœlos conscendit!

A

B

Ὑποδὺς νεὼν, νεὼνδε
Θεομήτορος πανάγνου,
Φιλέων περιπλακείην
Ἐρατοὺς ἐμοιγε τοίχους.
Φέρε δὴ μάτην μετέλθω
Ἀγορῆς μέσης ὁδεύων,
Ὅθι πατρικοῖς ἐτέχθη
Θαλάμοις ἄνασσα κούρη.
Χαμόθεν φέρειν ἐκείνην (12)
Πάρετος κλίνην βεβήκει
Ὑγιὴς Λόγου κελεύσει,
Βάσιν οὖν ἴδοιμι κείνην.
Ψυχοτερπέως τρυφείην [17]
Τεμέω δ' ἐπὰν, τὸ σῶμα
Τὸ δεδεγμένον τὸ σῶμα
Μαρίην Θεὸν τεκούσης,
Γεθσημανῆ τέμενος (13) λαμπρὸν ἀείδω
Ἔνθα τέτυκτο τάφος [18] Μητρὶ Θεοῖο.
Ὦ γλυκὺ πλεῖστα πέλειας ἔξοχον οὖρος,
Χριστὸς ὅθεν μεδέων οὐρανὸν ἴδεν [19].

XXI. — *In avum Menam œconomum noni Alexandriæ falso accusatum sub Phoca quod Theodosium Mauricii filium excepisset.*

Mihi lyram fer, propheta,
Eia tympanum agita,
Maria, ut cantu celebrem
Exsultans Triadis potentiam.
Triadis vivificæ pango gloriam,
Eximii Patris redemptionem cano.
Cum cymbalis exsultans
Triadis gloriam cano,
Celebrans Patris redemptionem.
Tristem gemitum nam abstulit
Obruentem animam meam,
Et lætitiam ducem restituit
Mea suspiria fugantem.
Pater meus pius Menas
Pauperum erat pater,
Tutamen religiosorum,
Advenarum Pater omnium.

ΚΑ'. — *Εἰς τὸν πάππον Μηνᾶν τὸν οἰκονόμον τοῦ ἐννάτου* (14) *Ἀλεξανδρείας συκοφαντηθέντα ἐπὶ Φωκᾶ, ὅτι Θεοδόσιον* [20] *τὸν υἱὸν Μαυρικίου ἐδέξατο.*

C

Ἄγε μοι λύρην, προφῆτα,
Ἄγε τύμπανον δόνησαι [20*],
Μαρίη, ὅπως ἀείσω
Τριάδος κράτος γεραίρων.
Τριάδι ζωοτόκῳ κῦδος ἀγείρω
Πατέρος θεσπεσίου λύτρα λιγαίνω.
Μετὰ κυμβάλων χορεύων
Τριάδος κλέος λιγαίνω,
Πατέρος τὰ λύτρα μέλπων.
Βλαβερὸν στόνον γὰρ ἦρεν (15)
Κραδίης ἐμῆς μολόντα,
Γλυκερὴν χαρὰν δὲ δῶκεν
Στοναχῶν ἐμῶν διώκτην.
Γενέτης ἐμὸς θεόπτης (16)
Γενέτης πέλεν πενήτων,
Ὁσίων ἔρεισμα Μηνᾶς
Γενέτης ξένων τε πάντων.

VARIÆ LECTIONES.

[17] Ut est in ed t. codd. τρυφήν. [18] Addidi τάφος, quod deest omnino in codd. [19] Codd. ἴδεν contra metri rationem et evang. historiam; Christus enim e monte Olivarum ascendit, non vidit cœlos. [20] codd. Θεοδόσιος. [20*] δονῆσαι.

P. MATRANGÆ NOTÆ.

(12) E Sophronii verbis locum in probatica tandiu a paralytico occupatum, quem tollere grabbatum suum jussit Salvator [*Joan.* v], a devotis fidelibus visitatum in tanti miraculi memoriam, atque in honore fuisse colligitur.

(13) Gethsemani prædium Μαρίας ἅγιον τέμενος fere semper vocatur a sacris melodis, ubi Helena illustrem ædem ædificavit, ἔνδον τοῦ θυσιαστηρίου τὸν ζωηφόρον ἐκείνης τάφον ἀσφαλῶς περιστείλασα, ita Niceph. l. c. Videsis tamen Baronii *Annales* anno 48.

(14) De hoc Mena et de ἐννάτῳ notitias in præfatione congessimus. De hujus odæ argumento satis erit verba Theophylacti recitare, quæ exstant in lib. VIII, c. 15, in f. Κατὰ ταύτας τοίνυν ἡμέρας εἰς τὴν οἰκουμένην πλάνη εἰσέρρησε, καὶ Θεοδόσιον οἱ Ῥωμαῖοι μὴ τεθνηκέναι ἐδόξαζον· καὶ γίνεται τοῦτο καίριον μεγίστων κακῶν, καὶ φόνων εὐθήνειαν ἡ ψευδὴς αὕτη ὑπόθεσις πραγματεύεται. De tot itaque persecutionibus hanc Menæ ἀνέκδοτον nobis servavit Sophronius. Trinitatis patrocinio itaque Menæ θεσπεσίου, propter eximias virtutes quasi *divini*, a sycophantia liberationem Sophronius statim ascribit. Πατέρος est σεπτικὴ φωνὴ monachis *deitate*, *doctrina*, *senectute* spectandis tributa, ut ait div. Aug. *Collat. Carth.* c. 242.

(15) Σύνταξον δὲ οὕτως· ἡ τοῦ πατρὸς Μηνᾶ λύτρωσις ἦρεν ἐμῆς καρδίης στόνον μολόντα βλαβερόν.

(16) Γενέτης, id est πατὴρ τιμῆς ἕνεκα· θεόπτης intellige propter vitæ contemplativæ sublimitatem.

Digitized by Google

Διὸ δὴ δράκων ἀλάστωρ (17)
Ἀρετῶν ἐμοῦ τοκῆος
Κλέος οὐ φέρων, ἐπ' αὐτὸν
Φθονερὸν τίνασσε τόξον.
Ἕνα (18) δὲ φθόνος κακίστου
Νοερῶν ἐμῶν ἀδελφῶν
Ἐσέδυ τάχιστα; Μηνᾶς
Ὄφεως πεσὼν [21] φαρέτρῃ.
Ζακότῳ τάλας προῆλθεν
Κραδίῃ φθόνον κορύσσων,
Νέος εὑρέθη τ' Ἰούδας
Γενέτην θέλων ὀλέσσαι.
Ἀγαθῶν ἐκ πατέρων βλαστὸς ὑπάρχων
Βελίου πῶς στυγερὸς πάϊς φαάνθης;
Ἀγαθοῦ φανεὶς τοκῆος,
Φθονερὸν τέκος κακίστου
Βελίου πόθεν φαάνθης;
Θεῖκὸν λόγον προφήτου [22] (19)
Τελέει· φαγὼν γὰρ ἄρτον
Γενέτου τάλας, κατ' αὐτοῦ
Πόδας ἀθλίους ἐπῆρεν [23].
Ἱκανὸς (20) φθόνον δὲ θρέψας
Κατὰ θεσφάτου τοκῆας,
Μεθ' ἑταιρίδος κακίστης
Δολίους (21) συνῆρε [24] σείστρους.
Ψευδοκατηγορίην πατρὶ τεκόντι
Ἀντὶ τεκνοτροφίης σεῖο λοχεύεις [25],
Δολίην τέχνην τοκῆϊ,
Τέκος ἄθλιον, λοχεύεις,
Γλυκερῶς ἐπεί σ' ἔθρεψεν;
Κρατεροῦ δ' ἄνακτος ἐχθρὸν (22)
Νεκύων δόμον λιπόντα,
Ἐνὶ δώμασιν τοκῆος
Ἱεροῖς (23) λέγων φανῆναι.
Λόγον ἄστατόν γε τοῦτον (24).
Ἀτρεκὲς τάλας διώξας,

A
Idcirco draco sceleslus
Virtutum patris mei
Ægre ferens gloriam, in eum
Arcum invidum tetendit.
Invidia dæmonis quemdam
Spiritalium fratrum meorum
Statim subiit, et Menas
Serpentis telo cecidit.
Miser prodiit, cor furiosum
Invidia repletum gerens,
Novus Judas est inventus
Patrem qui voluit perdere.
Ex bonorum parentum genere natus,
Quomodo dæmonis odiosus filius evasisti?
Ex optimo Patre genitus,
B
Invidiosi proles pessimi
Dæmonis unde evasisti?
Divini verba prophetæ
Complet: nam miser edens
Patris panem, in eum
Infelices extulit pedes.
Diu invidiam cum fovisset
In patrem divinum,
Cum infami meretricula
Dolosos composuit rumores.
Accusationem falsam genitori tuo,
Pro eo quod te nutriit, struis?
Dolosam fraudem patri,
Miser fili, paras,
Postquam suaviter te nutrivit?
C
Potentis hostem imperatoris,
Mortuorum domo relicta,
In sanctis ædibus patris
Asserebat apparuisse.
Ilos instabiles sermones
Miser vere cum movisset,

VARIÆ LECTIONES.

[21] Barb. habet Μηνᾶς..... πεσὼν ut edidi, nam facile subintelligere potes ἐτύγχανε, aut ἦν, ita ut sententia sit: Ubi invidia unum e fratribus invasit, statim Menas profligatus est a serpentis pharetra. Attamen mendi suspicio me tenet, et castigare velim hoc modo, sed non necessario πεσὼν Μηνᾶν ut sit φθόνος qui διὰ φαρέτρης ὄφεως interimere velit Μηνᾶν. [22] Codd. προφῆτα, qui esset vocativus cui hic non est locus. Si velis retinere eamdem vocem, perlevis accentus mutatio genitivum Doricum dabit. [23] Codd. ἐπεῖρεν. [24] Codd. συνῆρεν σίστρους, quod vocabulum neque cum solo, neque generis masculini recensetur a lexicographis. [25] Ibid. v. 44 et 47 in fine, quamvis in codd. desit interrogatio, typothetæ errorem non respuo.

P. MATRANGÆ NOTÆ.

(17) Δράκων ἀλάστωρ, id est ὁ ἀρχέκακος διάβολος.

(18) Ἕνα . . . νοερῶν ἐμῶν ἀδελφῶν. Proditoris nomen supprimitur, ex honestis tamen et bonis parentibus natus inferius dicitur, et ab eodem Mena educatus.

(19) Davidis scilicet in psal. XL, v. 10, verba ὁ ἐσθίων ἄρτους, ἐμεγάλυνεν ἐπ' ἐμὲ πτερνισμόν.

(20) Ἱκανός. *Diu.* In Menam criminatio omnino detestanda, at proditionis machinamentum μεθ' ἑταιρίδος κακίστης, omnium quidem rerum pessima est.

(21) Δολίους συνῆρε σείστρους. Apud Hesych. σείω pro συκοφαντῶ invenitur: σείω a quo σεῖστρον, *crepitaculum;* duplex itaque hujus verbi significatio vocabulo τῷ στείστρους mire convenit, quod tamen hic masculinum observa.

(22) Ἐχθρὸν, Theodosium scilicet *Phocæ inimicum.*

(23) Ἐνὶ δώμασιν τοκῆος ἱεροῖς, intellige monasterium τοῦ ἐννάτου Ἀλεξανδρείας ὅπου Μηνᾶς οἰκονόμος ἐτύγχανεν.

(24) Falso rumore divulgato, res per stultiloquam mulierculam Alexandriæ κρατοῦντι detegitur; post hæc Menas ἐνὶ χείμασιν collocatur: Χεῖμα *locus* est *omnibus cœli inclementiis obnoxius*, hic vero videtur indicare etiam *locum cruciatus*, ubi reos inquirendos fortasse detinere solebant judices. Namque χειμάζεσθαι pro *vexari, cruciari* vulgo Alexandrinos usurpare observat Phrynichus, et anonymus *De synonymis et diversis vocibus*, χειμάζειν ait οὐ μόνον παραχειμάζειν, ἀλλὰ τὸ ἐνοχλεῖν ὡς Μένανδρος ἐν Ἡνιόχῳ. Meam sententiam confirmat Cedrenus a. 6 Justiniani, ubi hæc leguntur: Ὁ δὲ Γαλίμερ ἐλεεινῶς χειμαζόμενος. Similia habet Theophanes a. 1 Valentis, ἡνίκα καὶ Γαλάτης Οὐάλεντος υἱὸς χαλεπῶς χειμασθεὶς ἀπέθανεν.

Digitized by Google

Per stultiloquam mulierculam
Alexandriæ præsidi denuntiavit.
Abi in malam rem, miser fili, qui patri
Parricidium struis postquam te nutriit.
Post hos sermones exsecrandos
Dolo instructos, pater meus
Mansuetus conjectus fuit
In vincula sub divo exposita.
Sperans enim præfectus
Veritatem cognoscere,
Cum perditis conviciatoribus
Detinebat patrem meum.
Deus patrum, quem tu veneraris,
Te, pater, filiis tuis cito restituat
Deus patrum bonus
Patrem quam citius sospitem
Charis filiis restituat.
Patrem meum hospitatorem
Una cum invidis ferro
Misit victum Alexandriam
Ut a rege indicaretur.
Imperator patrem meum
Cum malivolis præfectis
Ad venerandum misit Cosmam
Verum cupiens dignoscere.
Propugnator justitiæ et vindex,
Ex odiosæ invidiæ auctoribus
Sapientissimus Cosmas
Verum discere dicebat.
Et diserte ait, veritatis
Asseclas *se* servaturum,
At pessima morte multaturum
Asserentes dolosas nugas.
Accusatione falsa statim detecta,
Christe, dulcem patrem redime.
Deus, cito machinatione
Dolosa recta detecta,
Patrem charum sospita.
Gravi metu autem percussi
Cor invidum, sine plagis
Doloso præsidum furore
Patrem redarguerunt.
Tum vero invidiam detectam
Dolosamque omnem machinationem,
Plene Cosmas inclytus pio
Enarravit imperatori.

A Διὰ φληνάφου γυναικὸς
Φαρίης ἔφη κρατοῦντι.
Ἔρρε πατροκτασίην, ἄθλιε κοῦρε,
Ἀντὶ τεκνοτροφίης πατρὶ λοχεύων.
Μετὰ δὲ βδέλυγμα μύθων
Δολομηχάνων γε τούτων,
Ὁ ἐμὸς πατὴρ ὁ πρᾶος
Ἐνὶ χείμασιν κατέστη.
Νομίσας τε γὰρ πυθέσθαι
Ἀτρεκεῖς λόγους ὁ ἄρχων
Μετὰ λοιδόρων ἀλιτρῶν [26]
Γενέτην ἐμὸν συνέσχεν.
Ὁ Θεὸς τῶν πατέρων ὃν σὺ γεραίρεις,
Σὲ, πάτερ, σεῖο τέκνοις θᾶττον ὀπάζοι.
Ἀγαθὸς Θεὸς τοκήων
B Γενέτην, τάχος σαώσας [27],
Γλυκεροῖς τέκνοις ὀπάζοι.
Ξεναγὸν [28] τ' ἐμὸν τοκῆα (25)
Φθονεροῖς ὁμοῦ σιδήρῳ
Φαρίης ἔπεμψε δήσας,
Βασιλεῖ δίκην ὑφέξειν.
Ὁ δ' ἄναξ ἐμὸν τοκῆα (26)
Μετὰ δυσμενῶν ἐπάρχων
Ἱερῷ πέπομφε Κοσμᾷ
Ἀτρεκὲς θέλων πυθέσθαι.
Πρόμαχος δίκης κολάζων,
Στυγεροῦ φθόνου τοκεῦσιν
Ὁ σοφώτατός γε Κοσμᾶς
Ἀτρεκὲς λέγεν διδάσκειν.
C Ῥόος εὔλαλός τε σώζειν
Ἀτρεκεῖς λόγους φιλοῦντας [29],
Θανέειν δ' ἔφη κακίστως
Δολίους λέγοντας ὕθλους.
Ψευδοκατηγορίην θᾶττον ἐλέγξας,
Χριστὲ, πατρὶ γλυκερῷ λύτρον ὀπάζοις.
Ὁ Θεὸς, τάχιστα τέχνην
Δολίην καλῶς ἐλέγξας,
Γενέτην φίλον σαώζοις.
Στυγερὸν φόβον δ' ἐλόντες
Κραδίῃ φθόνον, τοκῆα
Δίχα τυμμάτων ἐπαρχῶν (27)
Δολίων ἔλεγξαν οἵστρῳ.
Τότε δὴ φθόνον φανέντα
Δολίην τέχνην τε πᾶσαν,
D Ὁ κλυτὸς τὰ πάντα Κοσμᾶς
Βασιλεῖ διῆλθε θείῳ.

VARIÆ LECTIONES.

[26] Vocab. ἀλιτρῶν spiritu denso signatur in codd., et σεῖο accentu acuto. [27] Codd. σαώσης. [28] Ξεναγόν. Ita codd., at velim emendare ξεναγός. [29] Codd. φιλοῦντα.

P. MATRANGÆ NOTÆ.

(25) Ξεναγὸν Menam appellat Sophronius eo quod benigne exciperet hospites, utque supra v. 17, *hospitum patrem* eumdem dixerat.

(26) Veritas fortasse ex relatis actis nondum constabat, quapropter Menas ad Cosmam ut inquireretur mittitur. Quisnam fuerit iste Cosmas definire non queo : Σχολαστικὸς quidam Cosmas laudatur in c. 172 *Limonarii*, vir summa virtute, humanitate, doctrina et comitate commendatus. Cæteroquin hunc Cosmam insignem sui temporis advocatum ad causæ tanti momenti cognitionem a principe deputatum non video repugnare : quin imo quæ v. 79 sequuntur, πρόμαχος δίκης καλάζων, et v. 83, ῥόος εὔλαλος, mire meæ suspicioni astipulantur.

(27) Δίχα τυμμάτων, id est ἄνευ πληγῶν calumniosa fraude detecta, Cosmas rem aperit principi, qui sycophantiæ auctores condemnat, et Menam ἀπὸ χειμάτων liberat : is tamen paulo post, mœrore fortasse confectus, extremum obiit diem.

Digitized by Google

Ὑπὸ δ' ἀφθίτου Θεοῖο
Κραδίην ἄναξ ἀέξων,
Φθόνον εὐθέως ἐπιγνοὺς
Κρίσιν ἔνθεον παρέσχεν.
Φθονεροὺς δίκην παρέξειν
Δολίης τέχνης κελεύσας,
Γενέτην τ' ἐμὸν κελεύει
Ἀπὸ χειμάτων ἁλύξαι.
Ὦ πάτερ, εὐσεβίης εἵνεκα σεῖο
Ψυχοκλόνου σε θεὸς σῶσεν ἀνάγκης.
Ἀρετῶν τεῶν τὸ πλῆθος
Θεὸς, ὦ πάτερ, νοήσας
Στυγεροῦ μόρου ἔσωσεν.
Χαλεποῦ φθόνου πεσόντος
Γοερὸν νέφος καλύφθη,
Δακρύων χρόνος παρῆλθεν
Πατέρος φίλου φανέντος.
Ψῦθος ὤλετο προνοίῃ
Θείκῃς δίκης μολούσης,
Ἀπὸ γὰρ θεοῦ προνοίης
Γενέτου χάρις φαάνθη.
Στονάχων σῶν τεκέων Χριστὸς ἀκούσας,
Γενέτην ἐξ ἀδίκου ῥύσατο πότμου.
Στονάχων τεῶν ἀκούσας
Τεκέων θεὸς τοκῆα
Ἀδίκου φύλαξε πότμου.

A Atque ab immortali Deo
Animos sumens imperator,
Invidia detecta, statim
Divinam sententiam dixit.
Invidis pœnam subire jussis
Dolosæ machinationis,
Parentem meum jubet
E carcere liberari.
O pater, pietatem propter tuam
Deus te liberavit horrendo periculo.
Tuarum copiam virtutum,
Pater, Deus cum inspexisset
E morte horribili *te* liberavit.
Tristi invidia depulsa,
Nubes atra fuit disjecta;
B Lacrymarum dies præteriit,
Ut apparuit pater dilectus.
Criminatio periit, providentia
Justitiæ divinæ accedente,
Namque ob Dei providentiam
Gratia ostensa est genitori.
Christus, tuorum filiorum gemitum exaudiens
Te patrem ex injusta salvavit morte.
Gemitu tuo audito,
Natorum, Deus, patrem.
Iniquæ sorti eripuit.

KΒ'. — *Εἰς τὸν κῦριν Παῦλον τὸν καυδιδάτον καὶ Μαρίαν τὴν μητέρα αὐτοῦ κοιμηθεῖσαν* [30] *ἐν Κυρίῳ* (28).

XXII. — *In dominum Paulum candidatum et Mariam ejus matrem in Domino mortuam.*

Παῦλος.
Ἀγαθοῦ πεσόντος ἔρκους,
Μαρίης ἐμῆς τεκούσης,
Τίνα τὸν γόον τελέσσω;
Τίσι δακρύων ῥεέθροις;
Τίπτε τεὸν, Μαρίη, κάλλιπες υἷα
Ποντοπορεῖν βιότου κύματα μοῦνον;
Βλαβεραὶ (29) πνέουσιν αὖραι
Ἀφ [31] ἁμαρτάδος φαράγγων,
Βιότου σκάφος βροτοῖσιν
Ὑποπόντιον ποιοῦσαι.
Γνόφος ἔσχατος κακοῖσι
Ἀφ' ἁμαρτάδων ὁμίχλης
Ἀποτίκτεται προβαίνων
Βίον ἐσχάτως [32] ταράττειν.
Διὸ νῦν ἔμοιγε Παύλῳ
Βιότου πλέοντι [33] πόντον
Ἐδέχθη γνόφος, θυέλλη
Ταραχοὺς τροφὰς κομίζων.

C Paulus.
Præsidio dilecto amisso
Maria mea genitrice,
Qualem luctum incipiam?
Quibus rivis lacrymarum?
Quid tuum, Maria, deseruisti filium
Solus ut vitæ fluctus permearet?
Spirant aura perniciosæ
E barathro peccati,
Quæ naviculam vitæ humanæ
Jam submergere festinant.
Summæ tenebræ exoriuntur
Mali ob caliginem peccati,
Quæ jam crescunt ita, ut vitam
Usque ad extrema turbent.
D Quare me nunc etiam Paulum
Vitæ oceanum navigantem
Turbo et tenebræ invaserunt
Vitam turbidam efficientes.

VARIÆ LECTIONES.

[30] Codd. κοιμηθέντας. Fortasse cum Sophronius scribebat, Paulus erat vita functus; at quod in hac ode vivus repræsentatur, et dialogum instituit cum matre mortua, quæ piissimas admonitiones ad honeste sancteque vivendum filio roganti præbet, idcirco κοιμηθεῖσαν emendavi, ne lectori negotium facesseret. Insuper ob eamdem causam interlocutorum nomina adjeci. [31] Codd. ἀπ' ita et v. 12. [32] Barb. ἐσχάστως. [33] Codd. πνέοντι.

P. MATRANGÆ NOTÆ.

(28) Inter venustissimas mei Sophronii odas principem locum huic postremæ assigno: tanta enim pietate in Deum, charitate inter religiosissimam matrem, et optime moratum filium, et cordatis ad pie sancteque vivendum monitis abundat, ut supra nullibi invenire queas. Hisce adde quamdam numerorum παθητικὴν harmoniam, quæ animum etiam severissimum commovet.

(29) Βλαβεραὶ αὖραι, hæreses fortasse undique invalescentes.

Digitized by Google

Maria.

Omnia quidem nosti, fili,
Quæcunque super terram
Repunt, naturæ legibus
Mortis corruptioni subjacens.
Christum ducens vitæ navigationis so-
[cium,
Non expavesces tempestatum ventum horri-
[dum.
Deus qui olim omnia condidit
Pœnam omnibus constituit,
Ut qui e terra nascuntur
Rursus in terram revertantur.
Deus ergo qui hæc statuit
Me quæ olim nata fueram
Jussit mori, naturæ
Obsequentem legibus.

Paulus.

Eia loquere nunc, mater,
Mihi luctu ingenti perdito,
Ut dolorum pondus queam
A meo corde dissipare.
Te mortua præsidio nostro,
Jaculorum inimici me timor domuit.

Maria.

Utinam ægritudinem
Tuam auferrem, chare fili!
Quam non potes sustinere
Male semper perturbantem.
Rationem solet gignere
Tristitiæ purus nimbus;
Et tui maximi doloris
Ego misera partem cepi.

Paulus.

Nemo omnium mortalium
Tanta mala passus est,
Idcirco gemitus me domant
Intuentem vitæ tumultus.

Maria.

In Deum mentem elevans,
Fili, in Dei Filium bonorum
Omnium distributorem,
Tentationes evitabis.
Præsidium habes validum, fili, Genitricis
Christi, qui inimicorum vires confregit.
Detestare nova dogmata
Cum malis auctoribus,

Μαρία.

Ἐδάης ἅπαντα, τέκνον,
Ὅσα γῆς [24] ὑπερθεν ἕρπει
Ὑπερ νόμοισι φύτλης
Θανάτου φθοραῖς συνῆπται.
Χριστὸν ἄγων βιότου σύμπλοον ἅλμης,
Χείματος οὐ τρομέεις ἔνπνοον αὔρην.
Ζυγὸν ἐνδέδωκε πᾶσιν
Ὁ πάλαι Θεὸς ποιήσας
Ἀπὸ γῆς φύσιν λαβοῦσιν
Ἐπὶ γῆν πάλιν βαδίζειν.
Θεὸς οὖν ὁ ταῦτα τεύξας (30)
Ἐμὲ τὴν πάλαι γεγῶσαν
Θανέειν κέλευσεν, ἄρτι
Φύσεως νόμους τελοῦσαν.

Παῦλος.

Ἰαχὴν ἴαλλε, μῆτερ,
Μέγα μοι τρυγῶντι πένθος (31),
Ἀχέων ὅπως τὸν ὄγκον
Ἀπ' ἐμῶν φρενῶν σκεδάσσω.
Ἀσπίδος ἠμετέρης σεῖο πεσούσης,
Ἀντιβίων με δέος δάμνα βελέμνων.

Μαρία.

Κραδίης στέρησιν αἱμοι,
Φίλε παῖ [25], τεὴν ἀρείην
Σθένος οὐκ ἔχει κομίζειν
Ἐσαεὶ κακῶς στροβοῦσαν.
Λόγον ἐκτεκεῖν (32) συνῆθε [26]
Καθαρὸν νέφος ἀνίης,
Διὰ σὸν μέγιστον ἄλγος
Μέρος ἡ τάλαινα λεῖψεν.

Παῦλος.

Μερόπων κάκιστα τόσσα
Πάθεν οὐδὲ εἷς [27] ἁπάντων,
Διό με στόνος δαμάζει
Βιότου κλόνον σκοποῦντα.

Μαρία.

Νόον ἐς Θεὸν τιταίνων,
Γόνε, τὸν [28] γάνον Θεοῖσ
Τῶν ὅλων καλῶν νομῆα
Νοεροὺς λύκους ἀλύξοις.
Τεῖχος ἔχεις κρατερὸν, γοῦνε, τεκούσης (33)
Χριστὸν, ὃς ἀντιβίων ἔθλασε κόρσας.
Ξένα δόγματα βδελύττου (34)
Ἅμα τοῖς κακοῖς τοκεῦσιν,

VARIÆ LECTIONES.

[24] codd. γῆ. [25] codd. φιλόπαι τε ἦν et v. 42, στροβοῦσα. [26] codd. συνήθη. [27] codd. οὐδὲ εἷς. [28] codd. τῶν, mallem τὸν metri gratia.

P. MATRANGÆ NOTÆ.

(30) Exstat hujuscemodi sententia in Ciceronis Lælio IV, 13: *Quem fuerat æquius, ut prior introieram, sic prius exire de vita.*

(31) Μέγα μοι τρυγῶντι πένθος. *Mihi luctu maximo perdito.*

(32) Reapse calamitates prudentiores efficiunt homines.

(33) Mariæ Virginis præsidio infernales hostes debellantur.

(34) Monita sequuntur pientissima. Perniciosa et nova dogmata (puta Monothelismum) eorumque auctores exsecrandos esse docet, pietatem erga Deum habere sinceram, præsidium esse senibus, opes indigentibus profundere, ægrotis auxilia præbere, etc.

Digitized by Google

Ὅσαπερ δόμου Θεοῖο
Ἀπελαύνεται νομεῦσιν [59].
Ὅλος εὐσεβὴς φαείνου
Καρδίην σοφῶν [60] καθαίρων,
Θεὸν ἀξίως γεραίροις
Πραπίσιν, λόγοισιν, ἔργοις.
Πολιοῖς γένοιο ῥάβδος,
Ἀπορουμένοισιν ὄλβος,
Νοσεροῖς ἄκος προλάμποις,
Ἀδικουμένοισιν ἔρκος.

Παῦλος.

Ῥυπαρῶς ἀεὶ βιώσας [61]
Ῥυπαρὸν φέρω τὸ βλέμμα·
Ὅθεν ἐς Θεὸν νοῆσαι
Ἀπορῶ τοῦ σοῦ γε θάρσους.
Ἐκ μακάρων στονόεις Παῦλος ἐτύχθην (35),
Μῆτερ ἐμὴ ἀταθερὴ, σεῖο θανούσης
Σὺ δὲ δὴ πάρος τεκοῦσα
Ἐπὶ γῆς ἐμοὶ παροῦσα,
Πέλες ἄγκυρα κρατίστη
Θεὸν ἵλεω ποιοῦσα.
Τὰ σὰ γὰρ φέριστα πάντα [62]
Βίος εὐσεβὴς θεόφρων,
Καθαραὶ λιτῶν πορεῖαι
Ἐμὲ πρὸς Θεὸν συνῆπτον.
Ὑπὸ δὲ σκέπην μεγίστην
Τελέων τεῶν λιτάων,
Θεὸν εἶχον εὐνοοῦντα,
Βίον εἶχον εὐδρομοῦντα.
Παῦλος ἐγὼ στονόεις πῶς ἐφαάνθην,
Μῆτερ ἐμὴ γλυκερὴ, σεῖο θανούσης;

Μαρία.

Φάος εἰσορᾷν Θεοῖο
Ποθέειν ἔχειν τε θάρσος,
Φίλε παῖ, φίλον Θεοῖο
Ἱερὸν βίον διώκοις.
Οὐρανίης Τριάδος πάγκλυτον εὖχος,
Κοῦρε, σὲ πὰρ χθονίοις ὄντα σαώσοι.
Χαρίεις Θεῷ φανήσῃ
Ἀπὸ πράξεων ἀλιτρῶν
Ἐπὶ θέσκελον διαίτην
Πάλιν ἐστιῶν [63] προθύμως.
Ψόγον εἰ φύγοις δὲ φλαῦρον
Τὸ ἁμαρτάδων ὀπηδὸν,
Θεὸν εἰσίδοις ἀπαύστως
Ἐπὶ σὸν βίον σκοποῦντα.
Ἀθανάτου Τριάδος παγκρατὲς ἔρμα
Ἐκ θανάτου σε λυγροῦ, κοῦρε, σαώσει.

A

B

C

D

Quotquot domus Dei
Repelluntur a pastoribus.
Præbe te omnino pium
Scite cor mundatum habens,
Deum digne dilige
Mente, verbis, operibus.
Baculum esto senibus,
Pauperibus copia,
Ægrotantibus levamen,
Injuriam patientibus præsidium.

Paulus.

Cum vixerim semper immunde,
Immundum fero vultum,
Quare ut mentem ad Deum levem
Indigeo tua fiducia.
Felix eram, nunc Paulus sum miserandus,
Post obitum tuum, mater, præsidium meum.
Tu quidem, mea genitrix,
Cum me in terra præcessisses,
Eras ancora fortissima
Deum propitium efficiens.
Tua namque omnia optima :
Vita pia in Deum intenta,
Preces puræ, quas fundebas,
Me Deo conciliabant.
Sub potente autem umbra
Tuarum precum vivens,
Deum benivolum habebam,
Vitam felicem agebam.
Paulus ego quomodo miserandus evasi,
Mater mea dulcissima, post tui fatum ?

Maria.

Lumen Dei intuens,
Fiduciam cupiens habensque,
Fili chare, gratam Deo
Sanctam vitam vives.
Triadis cœlestis inclyta gloria
Te in terra viventem, fili, salvabit.
Acceptus eris Deo,
Si e scelestis peccatis
Ad vitam piam rursus
Æquo animo convertaris.
Si triste vituperium fugies
Peccatorum socium,
Deum videbis continenter
Tuæ vitæ protectorem.
Immortalis Triadis omnipotens præsidium
A tristi morte, fili, te liberabit.

VARIÆ LECTIONES.

[59] Codd. δομεῦσιν. At extra Ecclesiam abiguntur ξένα δόγματα a pastoribus, non a δομεῦσιν, quod esset novum vocabulum, nempe *ædificantibus* [60] Ita codd.; at typotheta emendationem meam σοφῶς sequi veritus est. [61] Castigaveram βιώσας, sed frustra. [62] codd. φέρεις τά. [63] codd. ὀστέων.

P. MATRANGÆ NOTÆ.

(35) Quasi dicat : *Dum viveres, mater, felix eram ; te vero mortua, gemitus me obruerunt : siquidem in me misericordem efficiebas Deum tuis precibus*, etc.

Digitized by Google

ΚΓ'.—*Σωφρονίου μοναχοῦ ἰατροσοφιστοῦ εἰς τὸν Ἰωσήφ.*

A

Ὄνομα κλυτὸν λιγαίνειν
Χρόνος ὄλβιος κελεύει,
Φθόνος ἔνθεν ἐξελάσθω
Ὅτι καιρός ἐστιν ὕμνων.
Τίς ἐμοὶ ψόγον προσάψει
Ὅτι μαρτύρων τὸ πλῆθος
Χύσιν ἀστέρων ἐάσσας,
Μόνον Ἔσπερον λιγαίνω;
Φιλότιμε πότνια νίκη
Ἀνάτελλε σὺν χορείῃ,
Στεφάνους πλέκουσα πᾶσιν
Ἀμαραντίνοις πετήλοις.
Δότε μοι σοφοῦ προφήτου
Κιθάρην σοφῶς τινάξαι,
Ἀναβάλλομαι λιγαίνειν
Ἱεροὺς λόγους ἐγείρας.
Ἰακὼβ δακρυχέων στήσατο παῖδα,
Καμάτους τῶν πατέρων χειρὶ κομίζων.
Ἐπράθη θέλων Ἰωσὴφ,
Ἀπελεύθερος φαάνθη,
Ἵνα τοῦ πόνου κρατήσας
Ἀρετῇ πλέον προλάμψῃ.
Γοεροὺς ἔπεμπε θρήνους
Τότε καρδίας τὰ κέντρα,
Ὅτι σύγγονοι προῆλθον
Τροποβάρβαροι φανέντες.
Θεόθεν χάρις συνῆλθεν
Ὄφρα φερτέρην δονείῃ
Ἐπιθυμίην, κολάζων
Ἀκατάσχετόν τε λύσσαν.
Ἀνέλαμψε σὺν γαλήνῃ
Ἱερὸν προλάμπον ἄστρον

B

C

Πολυειδεῖ προσώπῳ
Τὸ ἐνύπνιον διδάσκων.
Φαραὼ δέδωκε τιμὴν,
Βασιλεὺς μέγας προῆλθεν,
Στεφάνους ἔπλεξε τούτῳ,
Ἐσιδὼν δὲ Νεῖλος ἤλγει.
Ἔτι τοῦ νέου κρατοῦντος
Παρὰ Νεῖλον ὑγροχαίτην,
Ἔτι βαρβάρους ὀλοῦντας
Ὁσίῳ δίκης σιδήρῳ,
Ὁ πολὺς προῆλθε σῖτος
Ἑκατοντάδας κομίζων,
Βασιλεὺς μόνος συνῆξεν
Σοφὰ σύμβολα προβλέψας.
Σοφίην λεῶν διδάξας
Ἔτρεχον σοφὸν νοῆσαι,
Πλέῳ Θεῷ καλοῦντες
Μεγάλως στρέφοντα πάντας.
Τότε σύγγονοι κατῆλθον,
Τότε χρυσίον παρέσχον,
Τότε συγγόνων τὸ πλῆθος
Ἐσιδὼν πόθῳ κατέσχεν.
Ἔλεγεν· Πόθεν μολόντες
Δολίως κατασκοποῦντες
Θέλετε ξίφη τινάξαι,
Τίνες ἢ τίνος τοκῆος;
Φόβος εὐθέως ἐπῆλθεν,
Γόνατα κλόνος κατέσχεν,
Θεὸν ἐς μέσον καλοῦντες
Ἔλεγον σοφῷ δικαστῇ·
Βασιλεῦ κράτιστε κόσμου
Στέφανε, κλυταῖς τε νίκαις,
Βορέῃ, νότῳ κελεύεις
Ζεφύρῳ δὲ καὶ παρεύρῳ,

XXIII. — *Sophronii monachi medico-sophistæ in Joseph.*

Nomen inclytum celebrare tempus felix jubet; invidia procul hinc exsulet, quoniam tempus hymnorum est.

Quis mihi exprobrare poterit, si martyrum multitudinem ceu astrorum cœtum prætermittens, solum Hesperum celebravero?

Decora et augusta victoria, surge cum choreis, coronas intexens amaranthinis floribus.

Date mihi sapientis prophetæ citharam sapienter pulsare; cantare meditor, sacros sermones excitans.

Jacob lacrymas fundens filium composuit, labores patrum manu gerens.

Venditus est volens Joseph, libertus visus est, ut laborem vincens virtute magis niteret.

Lugubres emiserunt gemitus tunc cordis ejus intima, quia fratres accesserant Barbaris similes visi.

Deitus gratia supervenit, ut violentiorem invidiam arceret, et invictam rabiem reprimeret.

Illuxit cum serenitate sacrum splendens astrum varia in specie somnium ediscens.

Pharao honorem contulit, rex magnus prodiit, coronas illi intexuit, intuens autem Nilus doluit.

Adhuc juvene apud humidum comis Nilum dominante in Barbaros pereuntes sancto justitiæ gladio,

Abundans surrexit messis millia manipulorum producens; rex solus collegit, signa sapientia prænoscens.

Sapientiam populum cum docuisset, festinaverunt sapientem illum reputare; fatentes propitio Deo illum mirabiliter omnes conciliare.

Tunc fratres advenerunt, tunc aurum præbuerunt tunc fratrum multitudinem intuens amore flagravit.

Dixit: Unde venientes, per fraudem explorantes vultis bella indicere, quinam aut cujusnam patris estis?

Timor statim invasit eos, genua tremor occupavit, Deum in medio implorantes dixerunt sapienti judici:

Rex potentissime mundi, illustris, inclytusque victoriis, Boreæ, Noto imperas, Zephyro quoque et Euro.

Digitized by Google

Μεθέπεις δὲ πλατη κόσμου
Ἅτε πώλου αὐτὸν ἔζῃ,
Ὁ δὲ χῶρος ἔνθα βαίνεις
Ὅτε πόντος, ἠδὲ γαῖα·
Τεκέων τόκοις χορεύσοις
Πολιὴν κόμην τινάσσων,
Τότε φέρτερος φανοίης
Πολιότριχι ξυνεύνῳ.
Βασιλεῦ κράτιστε πάντων,
Γόνος Ἰσραὴλ ὑπάρχεις,
Ἱκετεύομεν τραφῆναι
Ὀλίγην τροφὴν λαβόντες.
Δέλεαρ δέδωκε κόνδυ,
Ἐκράτησεν ὡς ἀνάσσων,
Τότε τοῦ πατρὸς τὸ πένθος
Ἀναλαμβάνουσι πάντες.
Τί θέλεις, μέγιστε, τοῦτο;
Φέρε πρὸς Θεὸν τὸ βλέμμα,
Ὁ γέρων γέρων πεφυκὼς
Κατάρας πόροι κρατοῦσιν.
Ἔλαβεν λόγον κραταιῶς
Ἀπέπεμψεν ὡς σαόφρων,
Συμεὼν ἔχων ὀδυρμὸν
Ἐκαθέζετο βραβευτής.
Ἴδιον φθάσαντες οἶκον
Ὅλα συντόμως βοῶσι·
Ὁ Βενιαμὶν ποθεῖται,

A

Ἴλεως, πάτερ, κατέλθοι.
Πάλιν εἰς ξένους μολόντες
Ἴδον ὡς ἄκοντες ἄνδρα.
Ὁ δὲ, Χαίρετε, προσειπὼν
Δακρύων ἔλεξε πάντα.
Ἔμαθον πόλεις ἐκεῖναι
Χάριν ἐκ Θεοῦ μολοῦσαν,
Ὁ πατὴρ τάχος κατελθὼν
Ἀνεπαύσατο προθύμως.
Τὸ ἐμὸν τέκος προλάμπει
Χορὸς εἰς μέσον βαδίζων
Ἀναλαμβάνει τὸν ὕμνον,
Ἐφάνη Θεὸς συνάπτων.
Στέφε νυμφίους τοκῆος,
Στέφε παρθένους γυναῖκας,

B

Στέφε μοι χρόνοισι κῶμον
Ἵνα καὶ τὰ τέκνα μέλψω.
Τὰ μὲν ὧδέ πως ἐτύχθη
Τὰ δὲ νῦν ἐγὼ μεθήσω,
Τὰ πάλαι καλὸν λιγαίνειν,
Τὰ δὲ βέλτερα κροτεῖτε.
Πρόμαχος γὰρ οὗτος ἄρδην
Ἀρεταῖς ὅλους παρῆλθεν,
Ἀρετὴν μίαν διδάξας
Φόβον ἔνθεον κομίζειν.
Ἰακὼβ δακρυχέων στήσατο παῖδα,

C

Καμάτους τῶν πατέρων χειρὶ κομίζων.

Recurris mundi latitudinem, tanquam equus ipse te agis; sive spatium intra quod incedis, pontus sit sive terra; filiorum filiis mistus choreas ducas canentem comam agitans, tunc melior videaris conjugi canis capillis ornatæ.

Rex potentissime omnium, genus Israel vides; obsecramus nutriri parvam escam sumentes.

In insidias dedit scyphum, hos detinuit ut imperans; tunc patris desiderium omnes concipiunt.

Quid vis, maxime, rem talem? Tolle ad Deum oculos, senex senio confectus, ne viam suscipiat, intervalla detinent.

Tulit vocem vehementer, emisit hos ut vir prudens; Simeon gemitus edens mansit ut arbiter.

Propriam reversi domum omnia breviter enarrant. Benjamin desideratur, alacriter, pater, adveniat.

Rursum ad alienos cum venissent, viderunt ceu inviti virum; ille vero: Gaudete, dicens, flendo omnia locutus est.

Didicerunt urbes illæ gratiam a Deo venisse; pater brevi adveniens quievit læto animo.

Mea progenies effulget; chorus in medium prodiens hymnum incipit; patuit Deus omnes conjungens.

Corona sponsæ patris, corona virgines feminas, corona mihi tandem: convivium, ut et filios cantem.

Hæc quomodo illic contigerint, nunc ego præteribo; antiqua pulchrum est celebrare, meliora vero plaudite.

Athleta enim iste omnino virtutibus universos anteit; virtutem solam ostendens divinum terrorem adducere.

Jacob lacrymas fundens composuit filium; labores patrum manu gerens.

Codicis Barberiniani, e quo desumpta sunt sancti Sophronii Anacreontica, descriptionem hic appositam haud ingrate lector inveniet.

Codex est membraneus in 12 m. foliorum 121, cujus pars antiquior folia centum supra undecim continens, elegantissime sæculo ferme XIII est exarata. Præit odarum Sophronii aliorumque poetarum uberrimus index, qui summas litteras auratas, cæteras vero minio pictas et fere quadratas habet; hæc omnia foliis quatuor continentur: dein pariter scripta ἀλφαβητάρια ἕτερα διαφόρων ποιητῶν, qui maxima ex parte desiderantur, paucissimis fragmentis exceptis, usque ad fol. 7 v. sequuntur. Primæ odæ inscriptio τοῦ ἁγίου Σωφρονίου Ἀνακρεόντεια, etc., litteris quadratis, auro obductis constat, vario nec invenusto ornatu conclusa. Nonnullis odis præfigitur cum nomine Sophronii eadem inscriptio, ut 18, 19, ubi τοῦ ἁγίου deest, 20, vero Σωφρονίου nomen tantummodo præponitur; duæ tamen postremæ inscribuntur τοῦ αὐτοῦ [ita hic cod.] Ἀνακρεόντειον κατὰ [ita cod.] στοίχους. Cæterum ne reliquæ odæ quæ nomine Sophronii carent, ab alio quovis aucore conflatæ parum cautis viderentur, primam tantummodo, uti in codice inscribitur, edidi. Odarum tituli porro quadratis litteris auro pariter textis ele-

Digitized by Google

ganter sunt exarati, uno excepto 11 : Εἰς Ἰωάννην τὸν Θεολόγον, quem cum incuriosus calligraphus exscribere fortasse neglexisset, manus recentior denuo appinxit. Quæ vero non sine lectoris admiratione aspiciuntur, sunt odarum κεφαλαιώδεις litteræ auro non solum, sed sæpe minutis πολυχρώμασιν affabre depictæ, dum stropharum omnium majusculæ auro tantum obteguntur, et ordinem alphabeticum fere sequuntur. Reliquam scripturam in politissima pergamena nitidissimam, non rarius continuatam, nulla habita apicum aut spirituum ratione, variantesque interlineares eodem charactere ita signatas ἄλ. π. præseferentem invenies. Codicem tamen udo loco olim haud dubie repositum et inde inquinatum, jam vetustate laborantem folia aliquot amisisse, facile dignoscitur. Bibliopega enim fasciolam membraneam ad plicaturas aliquot foliorum discissas agglutinavit, et rursus quaterniones collegit, qui notis antiquis numeralibus omnino carent, recentiores autem parum accurate sunt appositæ.

Deest codicis frons in primo fasciculo, qui ideo septem foliis constat : veteris scripturæ quaterniones omnes nunc quindecim sunt, folia vero centum supra undecim, quorum septuagesimum secundum, præter plurima amissa, discissum est. Sequitur dein quaternio xv qui hac nota 32 signatur, et duo folia insuper, ex archetypo jam pessumdato a quovis sæculo xv descriptus, in rudiore membrana, diverso atramento diversisque litteris confectus, qui Photii et Christophori, *primi a secretis*, politicorum versuum reliquias continet. Itaque pars maxima codicis periit, ut indiculus in fine præfationis positus demonstrabit : neque sane minima est jactura quam profanæ et sacræ musæ passæ sunt ; nam melodorum seriem qui a sæculo vi ad x, et ulterius floruerunt, codex complectebatur. Cæteroqui temporum injuria hæc carmina existimo deperdita, nec unquam *a reliquis partibus*, ut manus antiqua in eodem codice notavit, *hujus Anacreonticæ anthologiæ separata a possessore aliquo magis verecundo quam philologo*. Verumenimvero, ut unico utar exemplo, quid religiosius, quid castius Sophronii mei carminibus, quorum aliqua pessum iverunt?

Codicis nihilominus pulchritudo, plurima versuum perturbatione, et mendis abunde multatur ; fatum itaque quod hujuscemodi perpulchri codices subiere, nec noster effugit. Ast ego versus, imo integras strophas, quæ alienum locum occupabant, sua sede reposui, et hic, ut veritas pateat, meam recenseo restitutionem. In ode 1, versus 40, 41 et 43, ut sunt in editione, post versum 54, in codd. inveniuntur, relicto unius versus spatio, qui revera non deest, et 99, 100 et 101, post strophan sequentem. In 5 ode tres versiculi 57, 58 et 59, post versum octogesimum tertium in cod. sunt exarati, et cum versu octogesimo quarto confusi : post duos impares tres versiculi 78, 79 et 80, una cum versu 113, pariter confusi post versum 112, erant translati ; versus 99, 100 et 101, in ode 6, post versum 17, Lazaro inepte associabantur, odæ 19, v. 100 quanquam initio mutilus, strophæ deperditæ reliquum littera majuscula incipit et cum præcedenti stropha conjungitur. Quid denique de ode 21 dicam? Omnes terni versus, quique duos impares sequi deberent, scribæ inscitia in duos coaliti susque deque per omnem oden vagabantur ; facta tamen restitutione, imparibus 66 et 67, tres soliti versiculi defuere.

Præter sancti Sophronii Anacreontica continentur vel memorantur in eodem codice duo Heliæ Syncelli Anacreontica, Michaelis Syncelli ode, Ignatii diaconi grammatici ode in Paulum, Arethæ archiepiscopi odæ, Leonis magistri et Joannis grammatici et Georgii grammatici anacreontica, Acoluthi cujusdam ode mutila, Photii et Christophori versus politici. De quibus lege Petri Matrangæ præfationem apud Mai Spicileg. Rom. *t. IV, pag.* xxx-xxxv. *Photii versus politici exstant tom. CII, pag.* 578 *seq.*

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΣΩΦΡΟΝΙΟΥ
ΤΡΙΩΔΙΟΝ

—

EJUSDEM S. SOPHRONII
TRIODIUM

(Ang. Mai. l. c., p. 126.)

Cantus. Eum in camino ignis.

Consumptum voluptatibus, exstinctoque visu, igne tui tremoris renova me, Christe, lumine salutis clarifica me, ut glorificem te inter omnes.

Odio habens libidinum satietatem, lætare commorans prope bonos : et melius te habe propter jejunii delicias, amaritudines voluptatum vitans, humilis anima mea, et vives in sæcula.

Indurata est anima mea, et excæcatus præ malorum ebrietate, minime aspicio te solum Deum : itaque miserere mei, et illumina me, et pœnitentiæ aperi mihi januas.

Quæ divinam reddidit nostram terrestrem atque corruptibilem, casta, substantiam ferventi tua in-

A

Ὠδή. Τὸν ἐν καμίνῳ τοῦ πυρός.

Πυρποληθέντα ἡδοναῖς, καὶ τὸ ὀπτικὸν ἀμαυρωθέντα, τῷ πυρὶ τοῦ σοῦ φόβου ἀνακαινίσας, Χριστὲ, φωτί με σωτηρίας αὔγασον, ἵνα σε δοξάζω εἰς πάντας.

Κόρον μισήσασα παθῶν, ἐστιάθητι καλῶν τῇ παροικίᾳ· καὶ ἡδύνθητι μᾶλλον, τῇ ἐκ νηστείας τρυφῇ, πικρίας ἡδονῶν ἐκκλίνασα, ταπεινὴ ψυχή μου, καὶ ζήσεις εἰς αἰῶνας.

Πεπωρωμένος τὴν ψυχὴν, καὶ τῇ μέθῃ τῶν κακῶν ἐσκοτισμένος, οὐδαμῶς ἀτενίζω, πρὸς σὲ τὸν μόνον Θεόν· διό με οἰκτειρον καὶ φώτισον, καὶ τῆς μετανοίας ὑπάνοιξόν μοι πύλας.

Ἡ οὐρανώσασα ἡμῶν τὴν γεώδη καὶ φθαρτὴν, ἁγνὴ, οὐσίαν τῇ θερμῇ σου πρεσβείᾳ· κατευθυνθῆναι

Digitized by Google

ἡμῶν ἐντεύξεις, καὶ δεήσεις ποίησον πρὸς τὸν σὸν καὶ πάντων Θεὸν καὶ βασιλέα.

Ὅτι ἐγώ εἰμι ὁ ἐν θαλάσσῃ.

Νῆψον, γρηγόρησον, στέναξον, δάκρυσον· διὰ νηστείας ὅλον τῆς ἁμαρτίας τὸν φόρτον, ψυχή, ἀπόρριψον· τῇ θερμῇ μετανοίᾳ ἀπόφυγε τὸ πῦρ· καὶ διὰ πένθους, τῶν παθῶν τὸν πενθήρη χιτῶνα διάῤῥηξον, τὴν στολὴν τὴν θείαν λαμβάνουσα.

Ὄρει προσέλθωμεν ἀρίστων πράξεων· διὰ νηστείας πάντες, τὰς χαμαιζήλους λιπόντες τῶν ἡδονῶν προσβολὰς, καὶ εἰς γνόφον εἰσδύντες σεπτῶν θεωριῶν, μόνον ὀψόμεθα Χριστοῦ τὸ ἐράσμιον κάλλος, θεούμενοι μυστικῶς θείαις ἀναβάσεσιν.

Οἴμοι! τίς γένωμαι, τί διαπράξωμαι, τὴν ἁμαρτίαν πράττων καὶ τὸν Δεσπότην οὐ φρίττων ὁ ἀσυνείδητος; διὰ τοῦτο πρὸ δίκης κατάδικός εἰμι, δικαιοκρίτα ἀγαθέ· ἐπιστρέψας με σῶσον, τὸν ὑπὲρ πάντας βροτοὺς σε παραπικράναντα.

Ἡ ἀγεώργητος γῆ, ἡ βλαστήσασα τὸν τοῦ παντὸς τροφέα, τὸν ὑπανοίγοντα χεῖρα, καὶ εὐδοκίᾳ αὐτοῦ ἐμπιπλῶντα πᾶν ζῶον ἰσχύϊ θεϊκῇ, στήριξον ἄρτῳ ζωτικῷ παρειμένας καρδίας τῷ κόρῳ τῶν δυσχερῶν ἡμῶν παραπτώσεων.

Τὸν ἐν τῇ βάτῳ Μωϋσῇ.

Ὕπνον ἀπόθου, ψυχή, τῆς δεινῆς ῥᾳθυμίας, καὶ προθύμως γρηγόρει πρὸς τὰς θείας ἐντολάς· ἐγγίζει ὁ νυμφίος· λαμπαδηφόρος σπεῦσον αὐτῷ προσυπαντῆσαι.

Τραυματισθέντα δεινῶς ἡδονῆς τῇ ῥομφαίᾳ, τῇ μωτώσει, οἰκτίρμον, τῆς εὐσπλάγχνου ῥοπῆς σου ἰάτρευσόν με, Λόγε, ὅπως σε εὐχαρίστως δοξάζω εἰς αἰῶνας.

Ἀπὸ παθῶν βλαβερῶν, ἀπὸ φθόνου καὶ ζήλου, ἀπὸ πάσης κακίας ἐγκρατεύθητι, ψυχή, σιτίοις τρεφομένη τοῖς τὴν τρυφὴν τὴν ἄνω ἀΰλως προξενοῦσι.

Θεογεννῆτορ ἁγνή, τῆς ψυχῆς μου τὰ ἕλκη, καὶ καρδίας τὰ πάθη, καὶ νοὸς τὰς ἐκτροπὰς θεράπευσον, ὡς μόνη ἁμαρτωλῶν βοηθὸς, καὶ πορθουμένων τεῖχος.

Τῶν γηγενῶν τίς ἤκουσε τοιοῦτο;

Τῶν γηγενῶν τίς οὕτως ὀλισθήσας, Θεὸν παρώργισέ ποτε; Τίς ταῖς ὁρμαῖς τῆς κακίας ἐπηκολούθησε, καὶ καταγώγιον ὤφθη τῆς ἁμαρτίας, ὥσπερ ἐγὼ ὁ τάλας; Ἀλλ' ὡς Θεὸς, ὁ θελητὴς τοῦ ἐλέους, σύ με οἴκτειρον.

Θεοειδῶν ἀγγέλων αἱ δυνάμεις, τὸν εὐδιάλλακτον Θεὸν ἐκδυσωπήσατε, σῶσαι ψυχὴν εἰς πέλαγος βιωτικῶν νηχομένην, καὶ τρικυμίαις παθῶν χειμαζομένην, καὶ προσβολαῖς τῶν ἐναντίων πνευμάτων κινδυνεύουσαν.

Δεῦρο, ψυχή, πτεροῖς κουφιζομένη, διὰ νηστείας ἀρετῶν, τῆς χαμαιζήλου κακίας ὑπεράνάστηθι, καὶ θεωρίαις ἐντρύφα ταῖς ἀνωτάταις· τρυφὴν ταῖς προξενούσαις τῶν ἀγαθῶν, θεοειδὴς γενομένη διὰ πίστεως.

Τίς ἀκουστὰς ποιήσει τὰς αἰνέσεις σοῦ τῆς τεκούσης ὑπὲρ νοῦν τὸν αἰνετὸν καὶ Δεσπότην, ἁγνὴ, καὶ

intercessione : dirige nostras preces, oratione-que mitte ad tuum omniumque Deum ac regem.

Quia ego sum in mari.

Sobrius esto, vigila, suspira, lacrymare : per integrum jejunium peccati onus, anima, depone : ferventi pœnitentia expelle ignem : atque post tristitiam dolorum lugubrem tunicam discerpe ut stolam divinam accipias.

Adeamus terminum bonarum actionum : cuncti per jejunium, abjectos relinquentes voluptatum impetus, et in obscuritatem penetrantes augustarum contemplationum, solam conspiciemus Christi amabilem pulchritudinem, volantes mystice per divinas ascensiones.

Heu! quis fio? quid moliar? peccatum faciens, et Dominum non timens, ego inscius : ideo justitiæ causa damnatus sum, judex juste et bone : converte me et salva qui super omnes homines te exasperavi.

Sterilis terra, quæ genuit omnium parentem, qui parum aperit manum, suaque gratia implet omne animal robore divino, superpone pani viventi debilitata corda; satietate acerborum nostrorum erratorum.

Eum in rubo Moysi.

Somnium dejice, anima, periculosæ quietis, et ardenter vigila super divina præcepta : appropinquat sponsus : fer lampadem, et festina ei occurrere.

Ictu mortifero vulneratum per voluptatis gladium, ope linamenti misericordis demissionis tuæ, clemens sana me, Verbum, ut te grato animo glorificem in sæcula.

A doloribus noxiis, ab invidia et rivalitate, ab omni malitia abstine, anima alimentis nutrita quæ delicias supernaturales et immateriales suppeditant.

Deipara casta, animæ meæ vulnera, et cordis dolores, mentisque errores cura, ut sola peccatorum auxiliatrix, et obsessorum propugnaculum.

Mortalium quis tale audivit?

Mortalium quis sic cadens Deum exasperavit unquam? quis impetibus malitiæ obedivit, et locus apparuit peccati, sicut ego miser? sed tanquam Deus, qui propensus est ad misericordiam, miserere mei.

Divinorum angelorum potestates, clementem Deum implorate qui salvet animam in mari hujus vitæ natantem, et tempestatibus libidinum agitatam, atque aggressionibus adversorum spirituum objectam.

Age, anima, pennis fulta, per jejunia, virtutum, abjectam malitiam tibi substerne, et in meditationibus cœlestibus pone delicias, in meditationibus quæ beatos efficiunt bonos, similis facta Deo per fidem.

Quis auditas faciet laudes tuas, quæ genuisti modo incomprehensibili laudabilem Herum, casta,

Digitized by Google

et Dominum, quem laudant archangeli ? illum igitur implora pro populo delinquenti, Virgo innupta.

Floruit desertum.

Crucifigamus membra per temperantiam: sobrii simus ad orationes, ut scriptum est, et juxta vestigia vivamus patientis qui dolores damnavit ad mortem.

Exspuentes amarum peccatum, festinemus voluntate quæ iram experta est beneplacere Christo qui per crucem destruxit principium omnium malorum.

Cui assuesco peccatum trahit me in integram ruinam : sed tu me ab ea præserva per tuam crucem, clemens misericordissime.

Regere omnes actus, Regina, quæ regem genuisti, servitute libera me dolosi soliusque bellantis.

Caminus modo.

Caminus libidinum inflammat animam meam : rore autem misericordiæ tuæ hanc refrigera : quo volente salierunt pacis fontes ex intacto latere tuo quando crucifixus es, benefice, cum magna humiliatione.

Extollens nos ad malitiam inclinatos per tuam in cruce erectionem, Christe : unde jacientem me peccata in abyssum reduc et sustine, petra salutis, ut glorificem potentiam tuam.

Per lanceam tuam, Christe, libidinum corruptionem expurga de corde meo, integrumque sanctifica quod serpens vulneravit dentibus venenatis: et concede mihi absque impedimento per divinas vias ambulare.

Te fulgentem lampadem et carbunculum, in qua ignis divinitatis residens illuminavit percussos nigra corruptione, intemerata, veneramur omnes benedicentes, benedicta propter fructum ventris tui.

Æterni parentis.

Cum splendore qui solem superat, ob jejunium fulgens, gratia fulgentissima evangelizat omnibus crucis radios, et auroram venerabilis passionis, et resurrectionis diem salutarem.

Castitatem optemus, impudicitiam fugiamus, præcingamus renes temperantia, ut puri appareamus ante purum et solummodo requirentem ab omnibus puritatem, Salvatorem animarum nostrarum.

Christe, timore tuo confige carnes meas : qui cruci peccatum Adami confixisti, solve malorum meorum vinculum, mali confringe tela lancea tua, Domine, et ab illa calamitate libera me.

Judicem æquissimum et solum clementissimum, Virgo, quæ genuisti Christum Dominum, Puella, libera me a damnatione et igne ac vindicta, tu cujus fructus peccata mea suscepit.

Sapiens ineffabilis.

Qui ut astra in apogæo discipulos in prædicatione ostendisti, Verbum Dei, corda nostra illu-

Κύριον, ὅνπερ αἰνοῦσιν ἀγγέλων ταξιαρχίαι; Αὐτὸν οὖν ἐκδυσώπει ὑπὲρ λαοῦ ἡμαρτηκότος, Παρθένε ἀπειρόγαμε.

Ἐξήνθησεν ἡ ἔρημος.

Σταυρώσωμεν τὰ μέλη δι' ἐγκρατείας· νήψωμεν εἰς προσευχὰς, ὡς γέγραπται, καὶ κατ' ἴχνος πολιτευσώμεθα τοῦ παθόντος καὶ πάθη θανατώσαντος.

Ἐμέσαντες τὴν ἔμπικρον ἁμαρτίαν, σπεύσωμεν τῷ τὴν χολὴν θελήματι γευσαμένῳ εὐαρεστῆσαι Χριστῷ, τῷ σταυρῷ καθελόντι τὸν ἀρχέκακον.

Συνήθειαν λαβοῦσα ἡ ἁμαρτία ἕλκει με εἰς παντελῆ ἀπώλειαν· ἀλλὰ σύ με ταύτης ἐκλύτρωσαι τῷ σταυρῷ σου, οἰκτίρμον, πολυέλεε.

Δεσπόζουσα ἁπάντων τῶν ποιημάτων, Δέσποινα, ὡς τὸν Δεσπότην τέξασα, τῆς δουλείας με ἐλευθέρωσον τοῦ, δολίου καὶ μόνου πολεμήτορος.

Κάμινός ποτε.

Κάμινος παθῶν φλογίζει τὴν ψυχήν μου· ἀλλὰ τῇ δρόσῳ τοῦ ἐλέους σου ταύτην καταμάρανον· ὁ πηγάσας ἀπαθείας κρουνοὺς πλευρᾶς ἐξ ἀκηράτου σου σταυρούμενος, εὐεργέτα, διὰ πολλὴν συγκατάβασιν.

Ὕψωσας ἡμᾶς πεσόντας εἰς κακίαν, τῇ ἐν σταυρῷ σου ἀνυψώσει, Χριστέ· ὅθεν ὀλισθήσαντα ἁμαρτίας με εἰς βάραθρα, ἀνάγαγε καὶ στήριξον, πέτρα τῆς σωτηρίας, ὅπως δοξάζω τὸ κράτος σου.

Λόγχῃ σου, Χριστὲ, παθῶν τὴν σηπεδόνα ἀποκαθάρας τῆς καρδίας μου, ὅλον καθαγίασον, ὃν ὁ ὄφις ἐτραυμάτισεν ὀδοῦσιν ἰοβόλοις· καὶ δίδου μοι ἀκωλύτως θείας πρὸς τρίβους πορεύεσθαι.

Σὲ τὴν φαεινὴν λαμπάδα καὶ λυχνίαν, ἐν ᾗ τὸ πῦρ τὸ τῆς θεότητος, οἰκῆσαν ἐφώτισε τοὺς νυκτοειδεῖ συσχεθέντας φθορᾷ, ἀμίαντε, γεραίρωμεν ἅπαντες εὐλογοῦντες, εὐλογημένη τὸν τόκον σου.

Ἀνάρχου γεννήτορος.

Ἡλίου φαιδρότερον, νηστείας ἀναλάμψασα, ἡ πολύφωτος χάρις, εὐαγγελίζεται πᾶσι τοῦ σταυροῦ τὰς ἀκτῖνας, καὶ τὰς αὐγὰς τοῦ τιμίου πάθους, καὶ τῆς ἀναστάσεως τὴν ἡμέραν τὴν σωτήριον.

Ἁγνείαν ποθήσωμεν, πορνείαν ἀποφύγωμεν, τὴν ὀσφὺν σωφρωσύνῃ περιζωσώμεθα, ὅπως καθαροὶ ἐποφθῶμεν τῷ καθαρῷ καὶ μόνον ἐκ πάντων ζητοῦντι τὴν κάθαρσιν, τῷ Σωτῆρι τῶν ψυχῶν ἡμῶν.

Χριστὲ, ἐκ τοῦ φόβου σου καθήλωσον τὰς σάρκας μου· ὁ σταυρῷ προσηλώσας τὴν ἁμαρτίαν Ἀδὰμ, λῦσον τῶν κακῶν μου τὴν δέσιν, τοῦ Πονηροῦ σύντριψον τὰ βέλη τῇ λόγχῃ σου, Δέσποτα, καὶ τῆς τούτου βλάβης ῥῦσαί με.

Κριτὴν δικαιότατον καὶ μόνον εὐδιάλλακτον, ἡ τεκοῦσα, Παρθένε, Χριστὸν Κύριον, ῥῦσαί με τῆς κρίσεως, Κόρη, καὶ τοῦ πυρὸς καὶ τῆς τιμωρίας, ἧς μοι προεξένησεν ἁμαρτίας ἡ ἀπόλαυσις.

Ὁ σοφίσας ὑπὲρ ῥητόν.

Ὁ φωστῆρας ἐν τοῖς ἄστρασι τοὺς μαθητὰς ἀναδείξας τῷ κηρύγματι, Λόγε Θεοῦ, τὰς καρδίας ἡμῶν

Digitized by Google

φώτισον φωτὶ ἀρετῶν, καὶ νηστείᾳ κάθαρον, διδοὺς μετάνοιαν ἐπιστροφῆς τοῖς δούλοις σου, εἰς τὸ δοξάζειν σε, ὁ μόνος ὑπάρχων, ὑπεράγαθε.

A mina fulgore virtutum, et jejunio purifica, concedens pœnitentiam et conversionem servis tuis ad te glorificandum, solus supreme et optime.

Ἐλήλυθας ἐκ Παρθένου.

Ἐγκρατείας τὰς αὐγὰς δεχομένη ἀστράφθητι, ψυχὴ, καὶ ἀπόφυγε τῆς ἁμαρτίας τὴν ζόφωσιν, ὅπως ἀνατείλῃ σοι ἡ τῆς ἀφέσεως αἴγλη θείῳ Πνεύματι.

Ἀγκίστρῳ με ἡδονῆς δελεάσας ὁ δόλιος αἰχμάλωτον ἔλαβεν· ἀλλ' οἱ τὸν κόσμον ἀπόστολοι λόγῳ σαγηνεύσαντες, ἐκ τῆς αὐτοῦ με κακίας ἐκλυτρώσασθε.

Ἐδείχθητε τοῦ Ἡλίου τῆς δόξης αὐγάσματα, ἀπόστολοι ἔνδοξοι, πλάνης ἀχλὺν ἀπελαύνοντες· νῦν δέ με φωτίσατε τὸν ὑπὸ πάσης κακίας σκοτιζόμενον.

Natus es ex Virgine.

Abstinentiæ accepto fulgore, illuminare, anima, et fuge peccati obscuritatem, ut mittatur tibi indulgentiæ splendor divino Spiritu.

Hamo me libidinis decepit dolosus vinctumque cepit: vos vero, Apostoli, qui medicante verbo, mundum retibus inclusistis, illius malitia me liberastis.

Apparete solis gloriæ faces, Apostoli nobiles, tenebrarum obscuritatem expellentes: nunc autem illustrate me per omnem malitiam obscuratum.

Κεκράξομαι ἐν νυκτὶ καὶ ἡμέρᾳ θλιβόμενος πρὸς σὲ, καὶ ῥυσθήσομαι, καὶ ἡδονῶν ὑπερβήσομαι τείχους, καὶ σωθήσομαι, τῇ σῇ, Πάρθενε, δυνάμει τειχιζόμενος.

Clamabo per noctem et diem obtritus ad te, et liberabor, et voluptatum pertransibo murum, et salvabor, tua potentia, Virgo, defensus.

Τῷ δογματι τῷ τυραννικῷ.

Νηστεύσωμεν πάσης ἡδονῆς, πικραίνοντες τὴν αἴσθησιν νηστείᾳ, καὶ κατανύξεως πόμα θερμῶς πιώμεθα ψάλλοντες· Εὐλογεῖτε, τὰ ἔργα.

Τῆς στάσεως τῆς ἐκ δεξιῶν γενέσθαι κοινωνόν με δυσωπεῖτε, ὅτ' ἂν καθίσητε κρῖναι βροτοὺς σὺν Χριστῷ, ἀπόστολοι, τὸν πολλαῖς ἁμαρτίαις κρίσεως ὑπεύθυνον.

Ἐν ἅρματι θείων ἀρετῶν, νηστείᾳ καθαρθέντες, ἐπιβῶμεν, καὶ πρὸς αἰθέριον ὕψος τὸν νοῦν πετάσωμεν, ψάλλοντες τὸ, Εὐλογεῖτε, ἔργα.

Decreto Domini.

Abstinebimus ab omni voluptate, macerantes mentem jejunio, et compunctionis potum ferventer bibamus citharizantes: Benedicite, opera.

Eorum qui stant a dextris fieri consortem deprecamini, apostoli, ut obtineam, quando sederitis cum Christo judicare homines, qui de multis peccatis reus accusor.

In currum divinarum virtutum, jejunio purificati conscendamus, ad cœlestem verticem mentem extendamus, citharizantes hanc altitudinem: Benedicite, opera.

Διέμεινας ἄφλεκτος, τὸ πῦρ τεκοῦσα τῆς θεότητος, Παρθένε· ἀλλὰ κατάφλεξον πάθη ψυχῶν, τῶν βοώντων πάντοτε· Εὐλογεῖτε, τὰ ἔργα.

Permansisti incombusta, quæ ignem divinitatis genuisti, Virgo: sed combure libidines animarum, clamantium semper: Benedicite, opera.

Ἡ τὸν ἀχώρητον Θεὸν ἐν γαστρὶ χωρήσασα.

Ἀπερρίμμενος ἡδονῶν ἀχανὲς εἰς πέλαγος, τὴν τῆς σῆς εὐσπλαγχνίας ἄβυσσον προσκαλοῦμαι· Σῶσόν με, Κυβερνῆτα.

Τῆς εὐσπλαγχνίας ἡ πηγὴ, δός μοι κατανύξεως σταλαγμὸν, ὅπως ἀποκλαύσωμαι τῶν κακῶν μου τὰς ἀπείρους θαλάσσας.

Quæ immensum Deum in utero circumdedisti.

Dejectus voluptatum in mare vastum, abyssum tuæ misericordiæ advoco: Salva me, Gubernator.

Misericordiæ fons, da mihi compunctionis guttam, ut lugeam malorum meorum infinita maria.

Τῶν μαθητῶν σου, Ἰησοῦ, ταῖς σεπταῖς δεήσεσι τὴν σεπτὴν δίδου μοι ἀνάστασιν, προσυκνῆσαι καὶ τὰ θεῖα σου πάθη.

Discipulorum tuorum, Jesu, piis precibus augustam concede mihi resurrectionem, atque venerari divinas tuas passiones.

Ἡ οὐρανώσασα ἡμῶν τὸ γεῶδες φύραμα, τῇ ἐν σοὶ τοῦ Θεοῦ, πανάμωμε, ἐνοικήσει, ῥῦσαι πάντας κινδύνων.

Quæ in cœlum introduxisti nostrum terræ limum, per commorationem Dei in te, penitus inviolata, præserva omnes a periculis.

Ὁ φωτισμὸς τῶν ἐν σκότει.

Τὴν ἐν ἐμοὶ καθορῶν ῥᾳθυμίαν ὁ δολιόφρων σπεύδει καὶ συμπράττει τῇ ἁμαρτίᾳ· χαίρει γὰρ οὗτος τῇ ἐμῇ τιμωρίᾳ· ἀλλά σύ μοι δίδου διόρθωσιν, Σῶτερ, εἰς ἐκείνου ἀναίρεσιν, δέομαι.

Illuminatio illorum qui in tenebris sedent.

Segnitiem quæ est in me considerans dolosus festinat atque adjuvat peccato: hic enim applaudit pœnæ meæ: tu autem da mihi conversionem, Salvator, pro illius ruina, precor.

Ὁ τὰς ἀρχὰς θριαμβεύσας τοῦ σκότους ἐν τῷ σταυρῷ σου, τούτων ἐξελοῦ με τῆς κακουργίας, τὸν ἐμπεσόντα εἰς βυθὸν ἁμαρτίας, καὶ εἰς βόθρον ἀτόπων πράξεων, σοῦ δὲ τῷ ἐλέει σωθῆναι ἐλπίζοντα.

Qui de potestatibus tenebrarum triumphasti in cruce tua, harum eripe me malitia qui cecidi in profundum peccati, et in foveam pravorum actuum sed sperantem per compassionem tuam salvari.

Ὁ νεκρωθεὶς ἐν σταυρῷ ἡπλωμένος, τὴν νεκρωθεῖσαν ζώωσον ψυχήν μου τῇ ἁμαρτίᾳ, καὶ τὴν σεπτήν σου ἐξανάστασιν φθάσαι ἐν εἰρήνῃ, Χριστὲ, ἀξίωσον πράττοντα τὰ σὰ ἐμμελῶς δικαιώματα.

Qui mortuus es cruci affixus, peccato morientem vivifica animam meam, et venerabilem tuam resurrectionem exspectare in pace, Christe, dignare facientem tuas composite justitias.

Digitized by Google

Illuminatio meæ impotentiæ, salus casta meæ animæ obsoletæ, salva me perditum, salva, puella, et vestimentum immortalitatis indue me post formidolosos lapsus pereuntem.

Eum in camino ignis.

Qui humiliasti teipsum, erectus in cruce, per misericordiam elevans cadentem olim fructu arboris : ideo te, solus superlaudabilis, glorificatum cantamus per sæcula.

Præ incuriæ sopore peccati profundo somno succubui : tu autem qui dormisti in cruce propter me, Christe mi, excita me stupefactum, non me deprehendat nox libidinum meorum.

Obcæcatus voluptatibus circumago animam meam obscuratam : et ridet considerans me dolosus inimicus : ideo me illumina, et libera de hujus malitia, Christe, per sæcula.

In segnitia vitam consumpsi atque sopore peccati ; aggravata est anima mea, ad assiduam tuam intercessionem recurro : ne permittas me dormire somno mortis, immaculata Virgo.

Quæ hunc ante solem.

Animam meam lepra coopertam per pravas cogitationes, aspersione sanguinis tui purifica, Dei Verbum, et consortem tuæ gloriæ effice me, qui propter me ignobilem sustulisti volens crucifixionem.

Totus fui inclinatus onere pravorum actuum, Salvator : et, inter homines vivens, clamo ad te, hominum amator, animæ meæ incurabiles contusiones cura per tuam honorabilem flagellationem, ut laudem tuam divinitatem.

Iniquitate vescens et potans incuriam, ego in omnibus manens incmendabilis, alimentorum abstinentia indesinenter gaudeo : non enim hanc dixit abstinentiam futuram esse Dominus.

Quæ rigidæ veteris damnationis abrogatio fuisti, atque aviæ reformatrix, necnon generis humani cum Deo causa reconciliationis, ponsque unionis cum Creatore te, Dei Genitrix, magnificamus.

Optimates potentes.

Qui solus bonus es, fons misericordiæ, Agnus Dei qui tollis tanquam Deus peccata mundi, salva me delictorum fluctibus submersum, ad pœnitentiæ portum dirigens me.

Abstinentia pura, odium peccati, alienatio a libidinibus, amor in Deum, assiduitas in oratione, lacrymæ cum compunctione, pauperumque cura, ut Christus in Scripturis, demissa fuerunt.

Vulneratam animam peccati lancea, et incipientem ictibus multis pungi, medice animarum nostrarum, cura ut benefactor, suppeditans mihi remedia augustorum præceptorum tuorum, amator hominum.

Intemeratum tabernaculum, sanctissima Virgo, inquinatum me horrendum in modum libidinum motibus, fonte misericordiæ purifica, et da mihi pluvias compunctionis, Domina, peccati abyssum inundantes.

Liberator omnium.

Trajiciens vitæ instabile, in furum cavillationi-

Ὁ φωτισμὸς τῆς ἐμῆς ἀσθενείας, ἡ σωτηρία τῆς ἀμαυρωθείσης, ἁγνὴ, ψυχῆς μου, σῶσόν με, σῶσον ἀπολλύμενον, Κόρη, καὶ χιτῶνα τῆς ἀφθαρσίας με ἔνδυσον φθαρέντα δεινοῖς παραπτώμασι.

Τὸν ἐν καμίνῳ τοῦ πυρός.

Ὁ ταπεινώσας ἑαυτὸν, ἀνυψώθης ἐν σταυρῷ, δι' εὐσπλαχνίαν ἀνυψῶν τὸν πεσόντα βρώσει τοῦ ξύλου ποτέ· διό σε, μόνε ὑπερύμνητε, τὸν δεδοξασμένον ὑμνοῦμεν εἰς αἰῶνας.

Ἀπροσεξίας νυσταγμῷ, ἁμαρτίας τὸν βαρὺν ὑπέστην ὕπνον· ἀλλὰ σὺ ὁ ὑπνώσας ἐπὶ σταυροῦ δι' ἐμὲ, Χριστέ μου, ἔγειρον πτωθέντα με, μή με καταλάβῃ ἡ νὺξ ἡ τῶν παθῶν μου.

Ἐκτυφλωθεὶς ταῖς ἡδοναῖς περιφέρω τὴν ψυχὴν ἐσκοτισμένην· καὶ γελᾷ καθορῶν με ὁ δολόφρων ἐχθρός· διό με φώτισον καὶ λύτρωσαι τούτου τῆς κακίας, Χριστὲ, εἰς τοὺς αἰῶνας.

Ἐν ἀμελείᾳ τὴν ζωὴν δαπανήσας νυσταγμῷ τῆς ἁμαρτίας, τὴν ψυχὴν ἐβαρήθην· τῇ ἀκοιμήτῳ σου δὲ πρεσβείᾳ προστρέχω· μὴ δῴης με εἰς θάνατον ὑπνῶσαι, πανάχραντε Παρθένε.

Ἡ τὸν πρὸ ἡλίου

Τὴν λελεπρωμένην ψυχήν μου τοῖς ἀτόποις ἐνθυμήμασι, τῷ ῥαντισμῷ τοῦ αἵματός σου κάθαρον, Θεοῦ Λόγε, καὶ κοινωνὸν τῆς δόξης σού με ποίησον, ὁ δι' ἐμὲ τὴν ἄδοξον καθυπομείνας θέλων σταύρωσιν.

Ὅλος κατεκάμφθην τῷ βάρει τῶν ἀτόπων, Σῶτερ, πράξεων· καὶ σκυθρωπάζων κράζω σοι, φιλάνθρωπε, τῆς ψυχῆς μου τοὺς ἀνιάτους μώλωπας θεράπευσον τῷ σῷ τιμίῳ μώλωπι, ἵνα ὑμνῶ σον τὴν θεότητα.

Βρῶμα τὴν κακίαν ποιούμενος καὶ πόμα τὴν ἀμέλειαν, ὁ κατὰ πάντα μένων ἀδιόρθωτος, τῶν βρωμάτων τῇ ἀποχῇ ἀκαίρως ἐπαγάλλομαι· οὐ γὰρ τοιαύτην ἔφησε νηστείαν ἔσεσθαι ὁ Κύριος.

Τὴν τῆς ἀποτόμου ἀρχαίας ἀναίρεσιν ἀποφάσεως, καὶ τῆς προμήτορος τὴν ἐπανόρθωσιν, τὴν τοῦ γένους τῆς πρὸς Θεὸν αἰτίαν οἰκειώσεως, τὴν πρὸς τὸν Κτίστην γέφυράν σε, Θεοτόκε, μεγαλύνομεν.

Τριστάτας κραταιούς.

Ὁ μόνος ἀγαθὸς, ἡ πηγὴ τοῦ ἐλέους, ὁ ἀμνὸς ὁ τοῦ Θεοῦ ὁ αἴρων ὡς Θεὸς τὰ τοῦ κόσμου ἐγκλήματα, σῶσόν με ἁμαρτημάτων τρικυμίαις ποντούμενον, μετανοίας πρὸς ὅρμον ἰθύνων με.

Νηστεία καθαρὰ μακρυσμὸς ἁμαρτίας, ἀλλοτρίωσις παθῶν, ἀγάπη πρὸς Θεὸν, προσευχῆς ἐπιμέλεια, δάκρυα σὺν κατανύξει, προμηθία πενήτων τε, ὡς Χριστὸς ἐν Γραφαῖς ἐνετείλατο.

Πληγέντα τὴν ψυχὴν ἁμαρτίας ῥομφαίᾳ, καὶ κατάστικτον πολλοῖς ὑπάρχοντα κακοῖς, ἰατρὲ τῶν ψυχῶν ἡμῶν, ἴασαι ὡς εὐεργέτης, ἐπιθεὶς μοι τὰ φάρμακα τῶν σεπτῶν ἐντολῶν σου, φιλάνθρωπε.

Ἀμόλυντε σκηνὴ, παναγία Παρθένε, μολυνθέντα με δεινῶς παθῶν ἐπαγωγαῖς, τῇ πηγῇ τοῦ ἐλέους σου κάθαρον, καὶ δός μοι ὄμβρους κατανύξεως, Δέσποινα, ἁμαρτίας βυθὸν κατακλύζοντας.

Λυτρωτὰ τοῦ παντός.

Παροδεύων τοῦ βίου τὸ ἄστατον, ληστρικοῖς λογι-

Digitized by Google

σμοῖς περιέπεσον, καὶ πληγωθεὶς προσώζεσα· ἰατρὲ A bus cecidi, et vulneratus fœtui : medice ægrotantium, da mihi manum, per omnium sanctorum tuorum preces.

τῶν νοσούντων, δίδου μοι χεῖρα, τῶν ἁγίων σου πάντων δεήσεσι.

Χαλεπῆς ἁμαρτίας κλυδώνιον τὴν ἐμὴν συνταράσσει διάνοιαν· ὥσπερ τὸν Πέτρον σῶσόν με, Ἰησοῦ, μελῳδοῦντα. Πάντα τὰ ἔργα Κυρίου, εὐλογεῖτε τὸν Κύριον.

Injucundi peccati fluctus meam conturbat intelligentiam : quemadmodum Petrum salva me, Jesu, canentem. Omnia opera Domini, laudate Dominum.

Ἐγκρατείᾳ τὰ πάθη νεκρώσωμεν, τῇ νηστείᾳ τὸ Πνεῦμα πτερώσωμεν πρὸς οὐρανόν, καὶ κράζωμεν κατανύξει καρδίας, Ἡμάρτομέν σοι, ὁ Θεός· ὡς οἰκτίρμων συγχώρησον.

Abstinentia libidines mortificabimus, jejunio spiritum exaltabimus ad cœlum, et clamabimus per compunctione cordis, Peccavimus tibi, Deus qui compatiens es, dimitte.

Ἐν γαστρί σου σκηνώσας ὁ Ὕψιστος, οὐρανῶν πλατυτέραν σε ἔδειξε, καὶ προστασίαν ἄμαχον τῶν βοώντων, Παρθένε, πάντα τὰ ἔργα.

In utero tuo tabernaculum posuit Altissimus, cœlorum te posuit altissimam, et auxilium invincibile clamantium, Virgo, demonstrant omnia opera.

Εὔα μὲν τῷ τῆς παρακοῆς νοσήματι. B *Eva autem per inobedientiæ morbum.*

Νηστεύσωμεν μήνιδος, πιστοί, τρυφήσωμεν τὴν ἀγάπην τὴν ἀνύθευτον, θρύψωμεν πένησι τὸν ἄρτον, τὸν θεῖον σιτιζόμενοι χάριτι, καὶ δάκρυσι τὰ δάκρυα σβέσωμεν τὰ τῆς μελλούσης ἀποφάσεως.

Abstineamus ab ira, fideles, in deliciis habeamus amorem sincerum, frangamus pauperibus panem divinum, charitate nutriti, et ope lacrymarum lacrymas compescamus venturi judicii.

Ταλαίπωρε, στέναξον, ψυχή, σκυθρώπασον, μετανοίας τρόπους ἔνδειξαι· νῦν ἐπὶ θύραις ἡ ἡμέρα, ὁ κρίνων ἀποτόμως καθέζεται, ἑκάστῳ ἀπονέμων τὰ ἄξια τῶν πεπραγμένων, καθὼς γέγραπται.

Ingemisce, misera anima, contristare, pœnitentiæ mores ostende : nunc in januis dies, severe judicans sedet, singulis distribuens digna factis, ut scriptum est.

Οὐ κέκτημαι πράξεις ἀγαθάς, ἐσπίλωσα τὸν χιτῶνα ὃν περ εἴληφα θείου ἐνδύματος ἐνδύσει· ἐν σκότει ἀγνωσίας πορεύομαι· φωτί με τοῦ προσώπου σου, Κύριε, ἀπεγνωσμένον νῦν καταύγασον.

Non comparavi actus bonos, inquinavi tunicam quam accepi quando divino vestimento indutus sum ; in tenebris ignorantiæ ambulo : luce vultus tui, Domine, desperatum illumina.

Μαρία, Κυρία τοῦ παντὸς, παντοίοις με δουλωθέντα ἁμαρτήμασι σὺ ἐλευθέρωσον, Παρθένε· τὸν Ἐλευθερωτὴν τῶν ψυχῶν ἡμῶν αὐτὴ γὰρ ὑπὲρ λόγον ἐκύησας, οὐσιωθέντα τὸ ἀνθρώπινον.

Maria, omnium Domina, omnibus me servientem peccatis tu libera, Virgo : Liberatorem enim animarum nostrarum ipsa super omni verbo genuisti, carne humana vestitum.

Ὅτι ἐγώ εἰμι ὁ Θεὸς ὑμῶν. *Quia ego sum Deus vester.*

Στέναξον, δάκρυσον, ψυχή, ἐπίστρεψον, μετανόησον· ἤγγικεν ἡ ὥρα, ἐπὶ θύραις ὁ κριτής· πρὸς ἀπολογίαν ἑτοιμάζου, καὶ βόησον, Ἡμάρτηκά σοι, οἰκτίρμων· ἐλέησον, ἀγαθὲ, σύ με οἰκτειρον.

Ingemisce, lacrymare, anima, convertere, pœnitentiam age ; appropinquavit hora, in januis judex : ad defensionem festina, et clama, Peccavi tibi, misericors : clemens, bone, tu miserere mei.

Κόρον ἁμαρτίας, ψυχή μου, μίσησον τὸν ὀλέθριον, τρύφησον τῷ κόρῳ τῆς νηστείας ἐμμελῶς· τὰς σωτηριώδεις ἐντολὰς βρῶμα ποίησον, ἀπόλαυσιν προξενούσας αἰωνίων ἀγαθῶν διὰ πίστεως.

Multitudinem peccatorum exitiosam detestare, anima mea, multitudinem jejuniorum continuorum in deliciis habe : salutaria præcepta te nutriant, quæ per fidem suppeditant possessionem æternam bonorum.

Ἄγγελοι, Δυνάμεις, Ἀρχαί, Ἀρχάγγελοι, Κυριότητες, Θρόνοι, Ἐξουσίαι, Χερουβὶμ, καὶ Σεραφὶμ, τὸν C ἀγαθοδότην καὶ Θεὸν ἱκετεύσατε, συγχώρησον ὀφλημάτων καὶ παθῶν ἀπαλλαγὴν δωρηθῆναι ἡμῖν.

Angeli, Potestates, Principatus, Archangeli, Dominationes, Throni, Virtutes, Cherubim et Seraphim, bonorum dispensatorem atque Deum supplicibus verbis orate ut nobis detur debitorum remissio libidinumque fuga.

Ἡ μόνη κυήσασα τὸν ἄναρχον Λόγον, πάναγνε, ἐκ σοῦ σαρκωθέντα, καὶ μὴ τραπέντα ὅπερ ἦν· μείνασα παρθένος μετὰ τόκον ἀνύμφευτε, ἱκέτευε ὑπὲρ πάντων ἡμῶν, τοῦ λυτρωθῆναι ἐκ φθορᾶς τὴν ζωὴν ἡμῶν.

Quæ sola genuisti æternum Verbum, castissima, in te incarnatum, non autem desinentem esse quod erat : quæ remansisti virgo post partum inviolata, ora pro omnibus nobis, ut liberetur ab exitio vita nostra.

Οἱ θεορήμονες παῖδες ἐν καμίνῳ. *Loquentes de Deo pueri in camino.*

Ὁ δικαιώσας στενάξαντα τελώνην, ὁ οἰκτειρήσας τὴν πόρνην ἀπὸ καρδίας δακρύσασαν, σῶσον, οἰκτειρον, Σῶτερ, ψυχὰς τῶν ὑμνούντων σε.

Qui justificasti ingemiscentem publicanum, qui misertus es peccatricis ex corde lacrymantis, salva animas laudantium te, Salvator, iisque miserere.

Καρποφορήσωμεν πράξεις ἐναρέτους διὰ νηστείας Fructificemus in operibus egregiis per jejunium

Digitized by Google

pro Domino : et abstineamus a nocivis cogitationibus, ut divinis deliciis gaudeamus.

Angelorum chori te suppliciter exorant, apostolorum acies, et martyrum exercitus, Jesu, populo tuo indulgentiam tribuere.

Montem absque lapide, Virginem, luciferam lampadem, scalam conscensu facilem Dei campum, fideles beatam dicamus.

Manifestatum olim in monte Legislatori.

Pulchrum jejunium quod cor saginat, divinitus germinat spicam virtutum maturam, quam optabimus in sanctis diebus, sanctificationem ex eo accipientes.

Me contemplans in peccatis multis coinquinatum, vulneratum et condemnatum, clemens per tuam compassionem miserere, salva me propter supplicationes sanctorum tuorum.

Heu mihi! miserrima anima, quomodo justificabitur? quis horror te invadet, sedente judice, circumdantibus angelorum myriadibus? festina igitur pœnitere ante finem.

Regale vehiculum, splendidam nubem, montem uberrimum, lac concretum, te suppliciter exoro, inviolata Virgo, ut cures vulnera cordis mei.

Confortetur cor meum.

Cruci manus extendisti, tollens peccatum extensæ olim Adami manus ad scientiæ arborem, per viscera misericors, Verbum Dei optimum.

Conforta mentem meam invidia serpentis et libidinum motibus jactatam, per tuam passionem, amator hominum, qui passus es, et quietem fidelibus concedens.

Jejunii gratia resplenduit, intemperantiæ tenebras expellens : ecce jucundus et salutaris dies ; pœnitentiæ ostendamus fructus, et vivemus.

Quæ cadentes erigis, me voluptatum in præcipitia labentem, et in profundos peccati abyssos immersum resuscita, casta, et ad vitam induc.

Eum canentes hymnos in camino.

Qui cum impiis reputari propter multitudinem misericordiæ dignatus es, mea peccata dele in fide ut te glorificem, Christe, per sæcula.

Peccatorum meorum chirographum lancea tua lacera, et cordis mei dolores sana, Domine, percussa telo malitia pravorum dæmonum.

Denigratum cor peccati cruore, lava in sanguine qui fluit ex latere, Christe mi, ut te glorificem per omnia sæcula.

Quæ sine cultura germinasti cœlestem spicam, Virgo, imple esurientem humilem animam meam.

Vivificantem fontem perennem.

Postquam jejunasset, Elisæus suscitavit mor-

Κυρίῳ· καὶ βλαβερῶν ἀποσχώμεθα λογισμῶν, ἵνα θείας τρυφῆς ἐπιτύχωμεν.

Οἱ τῶν ἀγγέλων χοροί σε δυσωποῦσι, τῶν ἀποστόλων ὁ δῆμος, καὶ τῶν μαρτύρων τὰ τάγματα· Ἰησοῦ, τῷ λαῷ σου συγχώρησιν δώρησαι.

Τὸ ἀλατόμητον ὄρος, τὴν Παρθένον, τὴν φωτοφόρον λυχνίαν, τὴν εὐδιάβατον κλίματα, τοῦ Θεοῦ τὸ χωρίον, πιστοὶ, μακαρίσωμεν.

Τὸν προδηλωθέντα ἐν ὄρει τῷ νομοθέτῃ.

Ἡ καλὴ νηστεία πιαίνουσα τὴν καρδίαν, στάχυν ἀρετῶν ὥριμον ἐνθέως ἐκβλαστάνει, ἣν ποθήσωμεν ἐν ἁγίαις ἡμέραις, τὸν ἁγιασμὸν ὑποδεχόμενοι.

Τὸν ἐν ἁμαρτίαις πολλαῖς κατεσπιλωμένον τετραυματισμένον ὁρῶν, καὶ κατακεκριμένον, ἐλεήμων τῷ σῷ ἐλέει οἰκτείρας, σῶσόν με ἱκεσίαις τῶν ἁγίων σου.

Οἴμοι! παναθλία ψυχή, πῶς ἀπολογήσῃ; ποία φρίκη σε λήψεται, κριτοῦ καθεζομένου, μυριάδων παριστamένων ἀγγέλων; σπεῦσον οὖν, πρὸ τέλους μετανόησον.

Τὸ βασιλικὸν ὄχημα, τὴν φαιδρὰν νεφέλην, ὄρον τὸ πιότατον, ὄρον τετυρωμένον, ἀπειρόγαμε, δυσωπῶ σε, Παρθένε, ἴασαι τὰ πάθη τῆς καρδίας μου.

Στερεωθήτω ἡ καρδία μου.

Σταυρῷ παλάμας ἐξεπέτασας, τῆς ταθείσης πάλαι χειρὸς τοῦ Ἀδὰμ πρὸς τὸ τῆς γνώσεως φυτὸν ἀναιρῶν τὸ ἁμάρτημα, διὰ σπλάγχνα οἰκτιρμῶν, Λόγε Θεοῦ ὑπεράγαθε.

Στερέωσόν μου τὴν διάνοιαν κλονουμένην φθόνῳ τοῦ ὄφεως· ταῖς τῶν παθῶν ἐπαγωγαῖς, τῷ σῷ πάθει, φιλάνθρωπε, ὁ παθὼν καὶ τὴν ἀπάθειαν πιστοῖς χαρισάμενος.

Ἡ τῆς νηστείας χάρις ἔλαμψεν, ἀκρασίας σκότος διώκουσα· ἰδοὺ εὐπρόσδεκτος καὶ ἡμέρα σωτήριος· μετανοίας ἐνδειξώμεθα καρποὺς καὶ ζησόμεθα.

Καταπιπτόντων ἐπανόρθωσις, ἡδονῶν κρημνοῖς συμπτωθέντα με, καὶ ἁμαρτίας χαλεπὰ ἐμπεσόντα εἰς βάραθρα, ἐξανάστησον, ἀγνὴ, καὶ πρὸς ζωὴν ποδήγησον.

Τὸν τοὺς ὑμνολόγους ἐν καμίνῳ.

(8) Videri posset auctor iste favere errori recentiorum Græcorum de processione Spiritus sancti ex solo Patre, cum ex Patre eum procedere affirmet, nulla Filii mentione facta. Sed non est ita; nam quod singulariter uni personæ divinæ tribuitur, id etiam alteri convenire intelligitur, nisi sit illud, quod ab altera persona distinguitur, ut recte tradunt theologi. Pater autem non distinguitur a Filio per hoc, quod ab eo procedit Spiritus sanctus, non enim ea ratione opponitur Filio relative. Quare ut in illo loco (Joann. xv, 26): *Cum venerit Paracletus, quem ego mittam vobis a Patre, Spiritum veritatis, qui a Patre procedit;* subintelligendum est, a Filio quoque procedere Spiritum sanctum; ita idem subintelligendum est in hoc Alexandri loco, præsertim cum disertis verbis asserat, Filium habere omnia, quæ Pater habet præter ἀγεννησίαν, quasi dicat innascibilitatem; si omnia habet præter innascibilitatem, et id, quo Pater est Pater (hoc enim excipiendum esse, nullo monitore eget), necessario sequitur, Filium, itidem habere vim spirandi Spiritum sanctum: quia hæc vis nec est ἀγεννησία sive innascibilitas, nec est etiam paternitas, qua Pater est Pater. Deinde in exemplari Schotti collato cum antiquo codice Cryptæ Ferratæ, in hunc modum Alexandri verba scripta sunt: Ὁ σὺν τῷ Πατρὶ, καὶ παναγίῳ καὶ ζωοποιῷ καὶ ὁμοουσίῳ Πνεύματι, τῷ ἐκ Πατρὸς ἀεὶ ἐκπορευομένῳ, καὶ δι' αὐτοῦ πεφηνότι, τὰ πάντα ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι παραγαγών. *Qui cum Patre, et sancto et vivifico et consubstantiali Spiritu, qui ex Patre semper procedit, et per ipsum effulget seu elucet, omnia ex non esse ad esse eduxit.* Si, ut dicit Alexander, Spiritus sanctus φαίνει seu πέφηνε ex Filio; ergo procedit ab illo, sicut ab igne vere dicitur ἐκπορεύεσθαι seu procedere splendor, qui ex igne elucet. Nec aliud est illa splendoris ἔκφανσις seu ἔκλαμψις nisi ἐκπόρευσις. Ergo in Deo itidem hoc metaphorico τῆς ἐκφάνσεως vocabulo nihil aliud intelligere possumus, quam processionem, et cum ibi non sit processio *ad intra*, nisi secundum originem, fatendum erit, ex hujus etiam auctoris sententia Spiritum sanctum ex Filio secundum originem procedere. Scio quid ad hæc respondere soleant Græci recentiores, sed nunc non est his discutiendis locus.

Digitized by Google

dicam, sæcula transierunt, quibus nihil erat, præter unum Deum in Trinitate glorificatum. Unum enim hæc tria sunt, in quibus inest Divinitas. Neque vero aliqua necessitate compulsus omnia creata produxit (nullius enim rei indiget Deus), sed infinita sua bonitate, quo plures essent, qui ejus gratiæ participes fierent. Conditis igitur omnibus, debitoque decore ornatis, postremo omnium hominem fabricavit, ex terra jam ante creata corpus effingens; a seipso vero et animam rationalem atque intelligentiæ capacem imponens, non illam antea exsistentem, sed tunc recens factam, neque partem aliquam ipsius Dei, ut insanus ac vecors Origenes blasphemo ore ausus est comminisci, essentialem nescio quam animarum præexistentiam, et post hanc portentosam quamdam rerum instaurationem stulte atque impie inducens. Quod enim in sacris ac divinis Litteris habetur, « Inspiravit Deus in faciem ejus spiraculum vitæ, et factus est homo in animam viventem [2], » nullo pacto aliquam animæ præexistentiam confirmat; neque si dictum esset: « Et accepit homo animam viventem. » Sed neque illud *spiraculum* hominis anima erat; sed hoc tanquam ænigmate demonstratur, etiam Spiritum sanctum in hac universorum procreatione vim potestatemque suam habuisse, juxta Prophetam, qui ait: « Verbo Domini cœli firmati sunt, et spiritu oris ejus omnis virtus eorum [3], » et iterum: « Spiritus Dei fecit me, et spiraculum Omnipotentis est docens me [4]. »

Quocirca omnia decentissimo ornatu divinum Verbum minima potentiæ suæ parte condens produxit. Et quid dico minima potentiæ suæ parte, qui solo nutu universa creavit, et nunc etiam

A εἶπω, διῆλθον, ἐν οἷς οὐδὲν ἦν, εἰ μὴ μόνος ὁ Θεὸς, ὁ ἐν Τριάδι δοξολογούμενος· ἐν γὰρ τὰ τρία (9) ἐν οἷς ἡ Θεότης· οὐδὲ γὰρ διὰ χρείαν ἰδίαν παρήγαγε τὰ ὄντα· ἀνενδεὴς γὰρ τὸ Θεῖον· ἀλλ' ἐξ ἀμέτρου ἀγαθότητος, ὡς εἶναι πλείονας τοὺς μετέχοντας τῆς αὐτοῦ χάριτος. Παραγαγὼν τοίνυν καὶ κατακοσμήσας τὰ πάντα τῷ πρέποντι κόσμῳ, ὕστερον πάντων δημιουργεῖ τὸν ἄνθρωπον, ἐκ τῆς γῆς ἤδη προϋποστάσης διαπλάσας τὸ σῶμα, παρ' ἑαυτοῦ δὲ ψυχὴν λογικὴν αὐτῷ καὶ νοερὰν ἐνθύκτιστον, οὐ προϋπάρχουσαν, οὐδὲ μέρος οὖσαν Θεοῦ (10), ὡς παράφρων καὶ μανιώδης Ὠριγένης ἐβλασφήμησεν οὐσιώδη (11) τινὰ προϋπαρξιν ψυχῶν, καὶ τὴν ταύτῃ ἑπομένην τερατώδη ἀποκατάστασιν γραωδῶς, μᾶλλον δὲ ἀσεβῶς εἰσηγησάμενος. Τὸ γὰρ ἐν τῇ ἱερᾷ καὶ θείᾳ Γραφῇ

B ἐμφερόμενον, ὅτι « Ἐνεφύσησεν ὁ Θεὸς εἰς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ πνοὴν ζωῆς, καὶ ἐγένετο ἄνθρωπος εἰς ψυχὴν ζῶσαν, » οὐ παραστατικόν ἐστι προϋπάρξεώς τινος ψυχῆς· οὐδ' εἰ ἂν εἴρητο (12), « Καὶ ἔλαβεν ἄνθρωπος ψυχὴν ζῶσαν. » Ἀλλ' οὐδὲ τὸ *φύσημα* ἐκεῖνο ἦν ψυχὴ τοῦ ἀνθρώπου, ἀλλ' ἵνα δειχθῇ ὡς αἰνίγματι, ὅτι οὐκ ἀλλότριον τῆς δημιουργικῆς δυνάμεως ὑπάρχει τὸ πανάγιον Πνεῦμα, κατὰ τὸν Προφήτην λέγοντα, « Τῷ Λόγῳ Κυρίου οἱ οὐρανοὶ ἐστερεώθησαν, καὶ πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ πᾶσα ἡ δύναμις αὐτῶν· » καὶ πάλιν· « Πνεῦμα Θεοῦ τὸ ποιῆσάν με, πνοὴ δὲ Παντοκράτορος ἡ διδάσκουσά με. »

C Πάντα τοιγαροῦν καὶ μεγαλοπρεπῶς ἐργασάμενος ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος τῷ πολλοστῷ (13) τῆς δυνάμεως ἐξεκάλυψε. Καὶ τί λέγω πολλοστῷ δυνάμεως, ὅπουγε τὰ πάντα νεύματι μόνῳ ἐποίησε καὶ

[2] Gen. II, 7. [3] Psal. XXXII, 6. [4] Job XXX, 4.

NOTÆ.

(9) Cod. Sch. ἓν γὰρ τὰ τρία, καὶ τὰ τρία ἕν, τὰ ἐν οἷς ἡ Θεότης, εἴγε (τὸ ἀκριβέστερον εἰπεῖν) ἃ ἡ Θεότης. *Unum enim tria sunt, et tria unum, illa, in quibus est Divinitas, vel potius, ut rectius loquar, quæ sunt Divinitas.*

(10) Animam humanam esse particulam divinæ substantiæ docuerunt olim Stoici, hosque secutus Philo Judæus, in libro, cui titulus : *Quod deterius potiori insidietur*, et hæretici Gnostici, Manichæi, Priscillianistæ, ut refert sanctus Augustinus lib. *De hæres.* cap. 6, 46 et 78. Origenes autem concessit quidem animas ex nihilo a Deo creatas esse, sed omnes simul, una cum angelis, ac deinde fastidio deliciarum spiritualium, quibus in cœlo perfruebantur affectas, amare cœpisse res terrenas, et propterea in corpora tanquam in carceres detrusas esse. Vide Orig. lib. I *De principiis*, cap. 7. Errorem hunc a Platone et Platonicis accepit. Ergo illud μέρος Θεοῦ non ad Origenem referendum videtur, nisi quis dicere velit, Alexandrum non satis perspectam habuisse Origenis sententiam. Per ἀποκατάστασιν, quam Alexander vocat τερατώδη, *monstrosam et prodigiosam*, intelligitur omnium tam hominum damnatorum, quam dæmonum restitutio in statum salutis æternæ, putavit enim Origenes omnes damnatos tandem salvos fore. Quem errorem commemorat et refutat sanctus Epiphanius epist. ad Joan. Hierosolym.; Augustinus, lib. XXI *De civit. Dei*, cap. 17 et 23; Hieronymus in cap. III Jonæ; et Gregorius, lib. IX *Moralium*, cap. 45; et alii.

(11) Sch. pro οὐσιώδη, μυθώδη, fabulosam.

(12) Cod. Bav. et Sch. ἢ γὰρ ἂν εἴρηται. Lego οὐδ' εἰ ἂν εἴρητο, neque *si dictum esset : Et accepit homo animam viventem*, inde animarum præexsistentia ante corpora probari posset. Sch. ita legit : Ἤ γὰρ ἂν εἴρητο. *Si fuisset præexsistentia animarum, profecto dictum esset : Et accepit homo animam viventem*, ut subintelligatur, ἢ γὰρ ἂν παραστατικὸν εἴη, εἴρητο ἄν.

D

(13) Τῷ πολλοστῷ ᾧ, ita cod. Bav. eo sensu, quem reddidit interpretatio, licet hoc etiam modo verti possit : *Varietate potentiæ suæ ea retexit, et quid dico varietate potentiæ, quando omnia solo nutu fecit et facit?* Si enim πολλοστῶς recte a nonnullis redditur, *multifariam*, recte etiam πολλοστὸν redditur *varium* seu *varietas*, ut sit idem quod πολλοπλάσιον, *multiplex*. Nec disciplicet hæc lectio : Τὸ πολλοστὸν δυνάμεως ἐξεκάλυψε, καὶ τί λέγω πολλοστὸν δυνάμεως; *varietatem et magnitudinem suæ potentiæ patefacit, et quid dico varietatem potentiæ?* Schotti cod. ita correctus est ex Crypt. Ferr. : Τὸ πολλοστὸν τῆς δυνάμεως αὐτοῦ οὐκ ἐξεκάλυψε, καὶ τί λέγω τὸ πολλοστόν; *minima potentiæ suæ parte produxit, et quid dico minima potentiæ parte?* Nam πολλοστός significat etiam *multesimum* seu *unum de multis*, seu πολλοστημόριον, *minimum*, *minima pars*.

Digitized by Google

ποιεῖ, ἔχων ἀεὶ σύνδρομον τὴν δύναμιν κατὰ τὸν Προφήτην τὸν λέγοντα, « Πάντα ὅσα ἠθέλησεν ὁ Κύριος, ἐποίησεν. » Ὁ δὲ ἐκστατικὸς Ὠριγένης ἐτόλμησε λέγειν πεπερατωμένην εἶναι τὴν τοῦ Θεοῦ δύναμιν, καὶ μυρίας ἑτέρας βλασφημίας ἀπαφρίσας καὶ ὑπέρογκα καὶ δυσεξάγγελτα ἐν τοῖς συντάγμασιν αὐτοῦ ἐκληρήσας, ἐπλήρωσε τὴν οἰκουμένην ἀμέτρου φλυαρίας· ἀξίαν δὲ τῆς ἑαυτοῦ τολμηρίας συνοδικῶς ἀπηνέγκατο κατάκρισιν. Ἀλλ' ἐπὶ τὸ προκείμενον ἐπανέλθωμεν.

creat, voluntati per omnia vim potentiamque æqualem possidens, unde et Propheta : « Omnia quæcumque voluit, Deus fecit [5]. » Vecors vero Origenes divinam potentiam certis limitibus circumscriptam ausus est dicere, et mille id genus blasphemiarum effutiens, scriptisque suis intolerabilia quædam, et quæ dici nefas sit inferciens, infinitis mundum erroribus implevit : verum vesana hujus temeritas synodali jamdudum sententia est condemnata. Nos ad institutum revertamur.

Ποιήσας τοιγαροῦν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἰδίαν καὶ ὁμοίωσιν, ἔθετο αὐτὸν ἐν παραδείσῳ (14), καθώς φησιν ἡ Γραφή, ἐργάζεσθαι πάντως οὐ τὴν βρῶσιν τὴν ἀπολλυμένην, ἀλλὰ τὴν μένουσαν εἰς ζωὴν αἰώνιον, φυλάττειν δὲ πάλιν δηλονότι τὴν δοθεῖσαν αὐτῷ παρὰ τοῦ Κτίστου ζωοφόρον ἐντολήν. Ἀλλὰ μηδεὶς μεμφέσθω οὕτω τῷ προοιμίῳ (15) μηκύνοντι, οὐ γὰρ εἰκῇ, οὐδὲ μάτην· ἀλλ' ἐπειδήπερ προέκειτο ἡμῖν σταυροῦ μνείαν ποιήσασθαι, ἐβουλήθην δεῖξαι τοῦ ζωοποιοῦ σταυροῦ τὴν δόξαν ἄνωθεν, καὶ ἐξ ἀρχῆς ἐν πάσῃ τῇ κτίσει διαλάμπουσαν. Καὶ σκοπεῖτε εἰ μὴ οὕτως ἔχει· ἔνι γὰρ μετὰ ἀκριβείας πάσης ἰδεῖν, ὅτι πᾶσαν κτίσιν ὁρατὴν καὶ ἀόρατον σταυροειδῶς ὁ Θεὸς ἐποίησε· ποιήσας γὰρ τὸ πλάτος, καὶ τὸ μῆκος, καὶ τὸ ὕψος, καὶ τὸ βάθος, σαφῶς τοῦ σταυροῦ τὸν τύπον ἐν μυστηρίῳ διεγράψατο, ἐν τούτοις δὲ τὸ πᾶν ὑπάρχει. Καὶ τοῦτό ἐστι, ὡς οἶμαι, τὸ εἰρημένον τῷ σοφωτάτῳ Παύλῳ. Φησὶ γὰρ, « Τούτου χάριν κάμπτω τὰ γόνατά μου πρὸς τὸν Πατέρα, » καὶ τὰ ἑξῆς, « ἵνα ἐξισχύσητε καταλαβέσθαι σὺν πᾶσι τοῖς ἁγίοις, τί τὸ ὕψος, καὶ βάθος, καὶ πλάτος, καὶ μῆκος. »

Cum itaque Deus hominem ad imaginem suam et similitudinem condidisset, posuit eum in paradiso, ut testatur Scriptura, ad operandum cibum nunquam periturum, sed in vitam æternam permansurum [6], custodiendo videlicet salutare præceptum sibi a Conditore omnium injunctum. At nemo nos reprehendat tam longo utentes principio; neque enim temere ac sine ratione id a nobis factum est. Verum quoniam propositi nostri erat crucis memoriam facere, operæ pretium existimamus, si ostenderemus salutiferæ crucis gloriam, etiam diu ante, atque adeo ab ipso orbis principio, in universa hac rerum machina semper reluxisse; ac videte, annon ita se res habeat. Licet enim cuivis apertissime atque evidentissime videre omnes conditas res, tam quæ oculis conspici, quam quæ iis comprehendi nequeunt, a Deo in crucis formam esse factas; faciens enim latitudinem, longitudinem, altitudinem ac profunditatem, clare crucis typum non sine mysterio descripsit; in his enim quatuor cuncta consistunt. Atque hoc ipsum esse existimo, quod sapientissimus ait Paulus : « Hujus rei gratia flecto genua mea ad Patrem, » etc., « ut possitis comprehendere cum omnibus sanctis, quæ sit latitudo et longitudo, et sublimitas et profundum [7]. »

Ἀλλὰ καὶ ὅσα τίμια ἐν πάσῃ τῇ κτίσει, σταυροειδῶς ὑπὸ τοῦ Δημιουργοῦ σοφίᾳ κρείττονι ἐγεννήθησαν. Τὰ γοῦν τετράμορφα ζῶα σταυροῦ τὸν τύπον διὰ τοῦ σχήματος ἀναμφιβόλως σημαίνουσι. Λέγει γὰρ ὁ θεσπέσιος προφήτης· « Εἶδον τὸν Κύριον καθήμενον ἐπὶ θρόνου ὑψηλοῦ καὶ ἐπηρμένου, » καὶ τὰ ἑξῆς, « καὶ Σεραφὶμ ἐστήκεισαν κύκλῳ αὐτοῦ, καὶ τὰ σκέλη αὐτῶν ὀρθὰ, ἓξ πτέρυγες τῷ ἑνὶ, καὶ ἓξ πτέρυγες τῷ ἑνὶ, καὶ ταῖς μὲν δυσὶ πτέρυξι κατεκάλυπτον τὰ πρόσωπα αὐτῶν, ταῖς δὲ δυσὶ τοὺς πόδας, καὶ ταῖς δυσὶν ἐπέταντο (16). » Μυστικῶς διὰ τῶν ἀνωτάτων δυνάμεων ἐδείχθη ἡ δόξα τοῦ ζωοποιοῦ σταυροῦ. Ἀλλὰ καὶ οἱ φωστῆρες σταυροειδῶς τὸ φέγγος αὐτῶν ἐξαστράπτουσι, καὶ ἄνθρωπος δὲ σταυροειδῶς διεπλάσθη. Πᾶς γάρ τις ἑστὼς καὶ ἐκτείνων τὰς χεῖρας ἀναντιῤῥήτως σταυρὸν διὰ τοῦ σχήματος τυποῖ. Καὶ ὁ παράδεισος δὲ σταυροῦ τὸ σύμβολον ἔχει, τουτέστι τὸ ξύλον τῆς ζωῆς, ἀφ' οὗ φαγεῖν ὁ ἀρχέκακος ὄφις

Quin et quæcunque in toto hoc universo præstantiora exsistunt præ cæteris, in crucis speciem, non sine evidenti quadam sapientia, Auctor ille omnium creavit. Nam et illa animalia quadruplicem formam referentia, crucis formam, ipso habitu, haud dubie repræsentant; inquit enim divinus propheta : « Vidi Deum sedentem super solium excelsum, et elevatum, » etc., « et Seraphim stabant in circuitu ejus, et crura eorum recta erant; sex alæ uni, et sex alæ alteri, et duabus alis velabant facies suas, duabus autem pedes, et duabus volabant [8]. » Ubi mystice per supernas illas potestates majestas vivificæ crucis ostenditur. Quin et luminaria cœli ad modum crucis lumen suum diffundunt, et homo etiam in formam crucis formatus est. Quisque enim erectus stans, manusque extendens, crucis figuram hoc gestu sine ulla dubitatione effingit. Insuper et paradisus crucis

[5] Psal. CXIII, 3. [6] Joan. VI, 27. [7] Ephes. III, 18. [8] Isa. VI, 2.

NOTÆ.

(14) Cod. Sch. ἐν παραδείσῳ τρυφῆς. Paulo post, ἐργάζεσθαι καὶ φυλάσσειν πάντως.

(15) Idem cod. μηδείς με μεμφέσθω, οὕτω τῷ προοιμίῳ.

(16) Cod. Sch. post, ἐπέταντο hæc habet : Δῆλον δὲ ὅτι ταῖς μέσαις. Ἰδοὺ μυστικῶς, etc., *manifestum autem est quod mediis* (alis volabant). *Ecce mystice*, etc.

Digitized by Google

notam gerit, lignum videlicet vitæ ex quo serpens, malorum ille architectus, propter immensam suam in nos invidiam, homini ut comederet persuasit, quo citius fallacibus eum suis technis, divinis præceptis obaudientem, paradiso ejiceret, pessimoque hoc astu peccato traderet, per peccatum vero in acerbissimam mortem præcipitaret. Grassatum est enim peccatum a teterrimo hoc principio per universas generationes generationum, donec tandem in imam malorum voraginem pervenisset.

A δι' ὑπερβολὴν φθόνου συνεχώρησε (17) τὸν ἄνθρωπον, θᾶττον διὰ τῆς ἐξ ἀπάτης παρακοῆς ἐκβαλὼν τοῦ παραδείσου, καὶ διὰ τῆς κακίστης παρακοῆς παραδοὺς αὐτὸν τῇ ἁμαρτίᾳ, διὰ δὲ τῆς ἁμαρτίας καταβαλὼν αὐτὸν εἰς τὸν πικρότατον θάνατον. Προέκοψε δὲ ἡ ἁμαρτία τῆς κακίστης ἀρχῆς κατὰ γενεὰν καὶ γενεάν, ἕως οὗ κατήντησεν εἰς αὐτὸν τὸν πυθμένα τῶν κακῶν.

Divinum vero Verbum ne sic quidem a suo plasmate se avertit. Neque enim dereliquit, quem ad imaginem suam condiderat, neque repulit illum diaboli tyrannide maleficioque miserrime oppressum, sed singulis ætatibus cœpit eum invisere, et per symbola, velut in ænigmate, nempe per vivificam crucem, seductum hominem ab errore revocare. Neque enim sustinuit Deus, utpote optimus, quem ad incorruptionem et imaginem suæ proprietatis condiderat, propter diaboli improbam malitiam in perpetuum interitum internecionemque concidere. Cum autem totus orbis ob nefarios absurdosque concubitus interiret, condemnatus, ut funditus deleretur, tunc justus Noe cum tota sua domo instaurando orbi ab universali isto diluvio per minimum lignum servatus est [9]. Similiter Abraham magnus patriarcha, promissiones Dei, cum jurejurando, accepit; quando in loce maxime edito charissimum filium missus est sacrificare [10]. Cujus Deus obedientiæ modum amplectens, ostendit ipsi arietem cornibus detentum in planta Sabec, quod est *remissio*, futuram aliquando remissionem universorum orbis scelerum per intelligibilis Agni in ligno suffixionem aperte præfigurans; terra vero alta sacrificio hujc delecta, juxta veterum traditionem, sacer mons fuit in Golgotha.

Ὁ δὲ θεῖος Λόγος οὐδ' οὕτως ἀπεστράφη τοῦ ἰδίου πλάσματος, οὐδὲ ἐγκατέλιπεν, ὃν κατ' εἰκόνα ἐποίησεν, οὐδ' ἀπώσατο τὸν τυραννηθέντα ὑπὸ τῆς B τοῦ διαβόλου κακοτεχνίας, ἀλλὰ καθ' ἑκάστην γενεὰν ἐπισκεπτόμενος οὐ διέλιπε, καὶ ἀνακαλούμενος συμβολικῶς, ὡς ἐν αἰνίγματι, διὰ τοῦ ζωοποιοῦ σταυροῦ τὸν πλανηθέντα ἄνθρωπον. Οὐ γὰρ ἐβούλετο ὡς ἀγαθὸς, τὸν ἐπὶ ἀφθαρσίας (18) κτισθέντα καὶ εἰκόνα ὄντα τῆς ἰδίας ἰδιότητος, διὰ τὴν τοῦ διαβόλου κακουργίαν εἰς παντελῆ ἀπώλειαν χωρῆσαι. Ὅτε δὲ ἐφθάρη πᾶσα ἡ γῆ ταῖς ἀτόποις ἐπιμιξίαις καὶ κατεδικάσθη εἰς ἐξάλειψιν, τότε τὸν δίκαιον Νῶε πανοικεῖ εἰς παλιγγενεσίαν τοῦ κόσμου ἐκ τοῦ οἰκουμενικοῦ ναυαγίου δι' ἐλαχίστου ξύλου ἔσωσεν. Ἀβραὰμ δὲ ὁμοίως ὁ μέγας πατριάρχης διὰ ξύλου τὰς ἐπαγγελίας τοῦ Θεοῦ μεθ' ὁρκωμοσίας ἐδέξατο, ὁπηνίκα εἰς τὴν γῆν τὴν ὑψηλὴν ἀπεστάλη ἱερουργῆσαι τὸν ἀγαπητὸν υἱὸν, οὗ ὁ Θεὸς τὸν τρόπον τῆς ὑπακοῆς δεξάμενος, C ἐνέδειξεν αὐτῷ κριὸν (19) τοῖς κέρασι κατεχόμενον ἐν φυτῷ Σαβὲκ, ὃ ἑρμηνεύεται *ἄφεσις*, διὰ τοῦ τύπου τὴν μέλλουσαν ἔσεσθαι τῶν τοῦ παντὸς κόσμου ἁμαρτιῶν ἄφεσιν, διὰ τῆς τοῦ νοητοῦ Ἀμνοῦ ἐπὶ ξύλου προσηλώσεως, σαφῶς προμηνύων. Καθὼς δὲ ἔχει ἡ παράδοσις, ἡ ὑψηλὴ γῆ ὁ ἅγιός ἐστι Γολγοθᾶς.

Quid vero sibi vult, quod Jacob virgæ extremitatem adoravit [11], nisi ut prophetico instinctus spiritu propheta demonstraret, alinam crucem ab omnibus Christi fidelibus adorandam esse et venerandam? Quæcunque vero Moyses signa atque prodigia ex divino præcepto in terra Ægypti, atque in D

Τί δὲ βούλεται τοῦ Ἰακὼβ ἡ ἐπὶ τὸ ἄκρον τῆς ῥάβδου προσκύνησις, ἢ ὅτι προφητικῶς ἐμήνυσεν ὁ πατριάρχης, ὅτι δεῖ προσκυνηθῆναι τὸν ζωοποιὸν σταυρὸν ὑπὸ πάντων τῶν εἰς Χριστὸν πιστευόντων; Ὅσα δὲ τέρατα καὶ σημεῖα ἐποίει Μωϋσῆς ἐν γῇ Αἰγύπτου (20), καὶ ἐν τῇ ἐρήμῳ τεσσαράκοντα ἔτη

[9] Gen. VII et VIII. [10] Gen. XXII, sqq. [11] Gen. XLVII, 1 seqq.

NOTÆ.

(17) Cod. Crypt. Ferr. οὐ συνεχώρησε.

(18) Fort. ἐπ' ἀφθαρσίᾳ. Paulo post. Cod. Bav. τῆς ἑαυτοῦ ἀϊδιότητος, *suæ æternitatis*.

(19) Apud LXX interpretes Gen. XXII, cum Abraham filium immolare volens, prohibitus esset ab angelo, subdit Scriptura: καὶ ἰδοὺ κριὸς εἷς κατεχόμενος ἐν φυτῷ Σαβὲκ τῶν κεράτων· *Et ecce aries unus hærens in planta Sabec cornibus.* In quæ verba Græcum Scholium: Τὸ Σαβὲκ ἄφεσιν τινὲς ἐκδεδώκασιν, οἱ δὲ ὄρθιος, ὡς εἶναι αὐτὸ τὸ λεγόμενον, πράγος ὀρθὸς ἐπαναβεβηκὼς φυτῷ, ἐνταῦθα δὲ ὀρθὸς τῶν κεράτων κατεχόμενος, ὡς εἶναι φανερὸν τύπον σταυροῦ. Διὰ τοῦτο δὲ οὐχ ἑρμηνεύεται, ὅτι ἡ Ἑβραϊκὴ μία οὖσα λέξις πολλὰ σημαίνει ἑρμηνευομένη· πρὸς δὲ τοὺς πυνθανομένους δεῖ ἀποκρίνεσθαι καὶ λέγειν, ὅτι τὸ Σαβὲκ ἐπηρμένος ἑρμηνεύεται. *Sabec quidam reddiderunt, remissionem, alii vero, erectus, ut sensus sit, aries seu hircus rectus supra plantam ascendens. Hic autem rectus cornibus hærens, ut sit manifesta crucis figura. Eam vero ob causam interpretationem non admittit, quia Hebraica dictio, quæ una est, varias habet interpretata significationes. Illis vero, qui interrogant, oportet respondere et dicere, Sabec interpretatum, idem esse quod in altum evectus.* Eamdem plantam Sabec, hoc est, remissionis seu concessionis, crucis figuram fuisse, docet Leontius Neapolitanus in Cypro episcopus, quem citat sanctus Joannes Damascenus, orat. 1 et 3 de imaginibus, et Patres concilii Nicæni II, act. 4.

(20) Cod. Sch. hæc verba addit: Καὶ ἐν Ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ καὶ ἐν τῇ ἐρήμῳ. *Et in Rubro mari et in deserto.*

Digitized by Google

διὰ προστάγματος Θεοῦ, διὰ τῆς ῥάβδου ἐποίησε, σημαίνοντος κάνταῦθα τοῦ νομοθέτου διὰ συμβόλου, ὅτι πάντα δυνατὰ τῷ πιστεύοντι εἰς τὸν σταυρωθέντα Χριστόν. Καὶ τί δεῖ λέγειν περὶ πάντων προφητῶν, οἵτινες ἀναφανδὸν τὸν ἔνδοξον σταυρὸν καὶ τὴν δι' αὐτοῦ ἔσεσθαι μέλλουσαν σωτηρίαν τῷ κόσμῳ ἐκήρυξαν; Τί γὰρ ἀναφανδότερον τοῦ εἰπεῖν· « Ἐν κυπαρίσσῳ καὶ πεύκῃ καὶ κέδρῳ ἅμα δοξάσαι τὸν τόπον τὸν ἅγιόν μου (21) ; » Ἐπειδὴ γὰρ ἡ ἁγία καὶ ὁμοούσιος Τριὰς ἐν μιᾷ τῶν ἑαυτῆς ὑποστάσεων τὴν τῶν ἀνθρώπων διὰ σταυροῦ ᾠκονόμησε σωτηρίαν, εἰκότως καὶ τὸ τῆς σωτηρίας ὅπλον ἐκ τριῶν συνήρμοστο ξύλων. Τόπος γὰρ ὁ ἅγιός ἐστιν ἡ ἁγία καθολικὴ Ἐκκλησία, ἐν ᾗ πάντες οἱ πιστοὶ τὸν ζωοποιὸν σταυρὸν περιφέροντες, τὴν ἄχραντον καὶ πανύμνητον ἐν εὐφροσύνῃ καὶ ἀγαλλιάσει δοξολογοῦσι Τριάδα.

Οὕτως πάντοτε ἀπὸ Ἀδὰμ τοῖς σωζομένοις πᾶσιν, ἕως τοῦ Χριστοῦ, συμβολικῶς διὰ τοῦ τιμίου σταυροῦ ἡ δικαιοσύνη ἐβραβεύετο. Ὅτε δὲ ἦλθε (21') τὸ πλήρωμα τοῦ χρόνου τῆς ἐνδόξου διὰ σαρκὸς παρουσίας τοῦ θείου Λόγου, τότε δὴ τότε πάντα τὸν πλοῦτον τῆς ἐμφύτου αὐτοῦ περὶ ἡμᾶς ἐξεκάλυψε φιλανθρωπίας, οὐ διὰ τὰ ἔργα ἡμῶν, ἀλλὰ διὰ τὴν αὐτῷ τῷ εὐεργέτῃ πρέπουσαν ἀγαθότητα. Οὐ γὰρ ἐβούλετο διὰ σπλάγχνα ἐλέους τῆς αὐτῆς φιλανθρωπίας, ἕως τέλους τυραννίζεσθαι τὸν ἄνθρωπον ὑπὸ τῆς διαβόλου κακίας, ἀλλὰ βουλήσει τοῦ Πατρὸς καὶ εὐδοκίᾳ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ὁ ἀεὶ παρὼν καὶ μηδαμοῦ περιγραφόμενος, δι' ἡμᾶς καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν ἔκλινε τοὺς οὐρανοὺς, καὶ κατέβη, μὴ χωρισθεὶς τῶν οὐρανῶν, καὶ ἐνοικήσας ἐν τῇ νηδύϊ τῆς ἁγίας ἐνδόξου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας, προκαθαρθείσης αὐτῆς τῷ ἁγίῳ Πνεύματι τὴν ψυχὴν σὺν τοῖς μέλεσιν, « Ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν, » οὐ μεταβαλὼν τὴν ἑαυτοῦ θεότητα εἰς ἀνθρωπότητα, ἄτρεπτος γὰρ καὶ ἀναλλοίωτος ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, ἀλλ' ἑνώσας (22) ἑαυτῷ καθ' ὑπόστασιν ἐκ τῶν σπλάγχνων τῆς Θεοτόκου σάρκα, ψυχὴν ἔχουσαν λογικὴν καὶ νοεράν, ἀσυγχύτως, ἀτρέπτως, ἀχωρίστως, ἀδιασπάστως. *Καθ' ὑπόστασιν* δὲ εἴρηται, ὅτι οὐ διαπλασθέντι ἀνθρώπῳ ἡνώθη ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, ἀλλ' αὐτὸς ὁ Λόγος τέλειος ὢν ἐν τῇ ἰδίᾳ ὑποστάσει προσελάβετο τελείαν τὴν ἑαυτοῦ ἐνανθρώπησιν, εἷς ὢν ἀεὶ Χριστὸς καὶ Υἱὸς καὶ Κύριος καὶ βασιλεὺς τῶν ἁπάντων.

Τίκτεται τοιγαροῦν ἐκ τῆς ἀπειρογάμου νύμφης,

desérto, totos quadraginta annos designavit, per virgam ea universa est exsecutus, monstrante per hoc summo illo legislatore, tanquam per notam non dubiam, omnia possibilia esse iis, qui credunt in eum, qui est crucifixus. Et quid de reliquis prophetis dicemus, qui omnes aperte venerabilem gloriosamque crucem, per quam salus toti mundo esset futura, palam prædicarunt? Quid enim clarius dici potest illo : « In cyparisso et picea, et cedro glorificare locum sanctum meum [12]? » Postquam enim sancta et consubstantialis Trinitas in una suarum hypostaseon decrevisset humanam salutem per crucem operari, merito hæc salutis nostræ arma ex tribus lignis cooptavit. Locus vero sanctus ille est sancta atque universa Ecclesia, in qua omnes fideles vivificam crucem præferentes, glorificandam Trinitatem cum lætitia et gaudio celebrant.

Atque ita quidem ab ipso Adam usque ad Christum, omnibus, qui salvandi essent, justitia, per venerandam crucem, obscure licet, ac velut per transennam, decernebatur. Quando vero venit plenitudo temporis gloriosi adventus divini Verbi in carne, tunc prorsus omnes suæ erga nos ingenitæ benevolentiæ thesauros aperuit, neque id propter operum nostrorum merita, sed tantum propter suam, quæ benefactorem decebat, bonitatem. Neque enim, qua fuit in nos clementia, sustinuit Dei Filius usque in finem, hominem, diabolicæ malitiæ fraude oppressum, divexari; sed voluntate Patris et beneplacito Spiritus sancti, semper præsens exsistens, ac nullo loco circumscriptus, propter nos ac nostram salutem cœlos inclinavit atque descendit, non tamen a cœlis sejunctus, inhabitansque in utero sanctæ atque omni laude dignissimæ Virginis Mariæ, quæ antea anima pariter et membris omnibus fuerat a Spiritu sancto purificata, « Verbum caro factum est, et habitavit in nobis [13], » non commiscens suam deitatem cum humanitate, invariabile enim est atque immutabile Verbum Dei, sed uniens sibi in persona ex visceribus Deiparæ carnem, anima rationali et intellectuali instructam, sine confusione, mutatione, separatione, divulsione. Dictum est, *in persona*, quia Dei Verbum non est fictitio homini conjunctum, sed ipsum Verbum perfectum manens in sua subsistentia, perfectam humanitatem assumpsit; unus semper exsistens Christus Filius Dei, Dominus et rex universorum.

Nascitur ergo ex puella nuptiarum experte de-

[12] Isa. LX, 13. [13] Joan. I, 14.

NOTÆ.

(21) Locus integer apud Isaiam est iste, cap. LX : Καὶ ἡ δόξα τοῦ Λιβάνου πρὸς σὲ ἥξει, ἐν κυπαρίσσῳ καὶ πεύκῃ καὶ κέδρῳ ἅμα δοξάσαι τὸν τόπον τὸν ἁγιόν μου, *Gloria Libani ad te veniet, cypressus, et pinus, et cedrus simul glorificare locum sanctum meum.* Citat hunc Isaiæ locum sanctus Chrysostomus, ex eoque probat crucem Christi ex harum trium arborum lignis compactam fuisse, ut diximus lib. I *De cruce*, cap. 5, quod et Alexander hoc loco facit. Vulgata editio ita habet : *Gloria Libani ad te veniet, abies et buxus et pinus simul, ad ornandum locum sanctificationis meæ.*

(21') Ὅτε δὲ ἦλθε. Ab hoc loco omnia Pollux, usque ἐγενήθη δέ. pag. seq. B, ubi ipse γεννᾶται τοίνυν, post quæ eadem rursus Pollux usque ad verbum περιέθετο.

(22) Omnia ab illo, ἀλλ' ἑνώσας, usque ad ἀλλ' αὐτὸς ὁ Λόγος τέλειος ὤν, addita sunt ex codice Cryptæ Ferratæ. Eadem Pollux.

Digitized by Google

scendente ex semine David atque Abrahæ, non imaginarie, sed vere, Deus verus, verus, inquam, cum assumpta natura, atque hinc proprie ac vere sancta Virgo Deipara habenda est, quæ sicut eum conceperat, ita etiam edidit. Nam sine corruptione concepit, et eo, qui Deo conveniens erat, modo peperit. Deus quippe erat, qui ex ipsa carnem susceperat, neque ullis portis ad ingressum, aut ad egressum indigebat, sed ex ipsa vere natus est ille Emmanuel, perfectus in humanitate, unus etiam atque idem, in utraque natura exsistens, conservans in se diversarum concurrentium naturarum in unam eamdemque personam sive hypostasin distinctionem et proprietatem.

A οὔσης ἐκ σπέρματος Δαυὶδ καὶ Ἀβραάμ, κατὰ ἀλήθειαν, καὶ οὐ κατὰ φαντασίαν, Θεὸς ὢν ἀληθινὸς, μετὰ τῆς προσλήψεως, καὶ διὰ τοῦτο κυρίως καὶ κατὰ ἀλήθειαν Θεοτόκος ἐστὶν ἡ ἁγία Παρθένος, ἥτις οὕτως αὐτὸν ἀπεκύησεν, ὥσπερ δὴ καὶ συνέλαβεν αὐτόν. Ἀφθόρως γὰρ συνέλαβεν, θεοπρεπῶς καὶ ἐγέννησεν. Θεὸς γὰρ ἦν ὁ ἐξ αὐτῆς σαρκωθείς, καὶ οὐδαμῶς θύρας πρὸς τὴν εἴσοδον ἢ τὴν ἔξοδον ἐχρῄζεν. Ἀλλ' ὁ ἐξ αὐτῆς τεχθεὶς κατὰ ἀλήθειαν ὁ Ἐμμανουὴλ, ὢν τέλειος (23) ἐν ἀνθρωπότητι, εἷς καὶ ὁ αὐτὸς ὑπάρχων ἐν ἑκατέρᾳ φύσει, σώζων ἐν αὐτῷ ἀεὶ τῶν συνελθουσῶν φύσεων εἰς ἓν πρόσωπον καὶ μίαν ὑπόστασιν τὸ διάφορον ἤτοι ἰδίωμα (24).

Natus est igitur Dominus noster Jesus Christus, secundum carnem in Bethleem Judææ in diebus Herodis regis. Jam enim defecerant principes ex Juda, juxta prophetam, qui duraverunt usque ad Aristobulum quemdam sacerdotem summum, qui sibi etiam regium diadema imposuerat [14]. Verum hunc acri obsidione postquam pressisset Pompeius Romani exercitus imperator, cum filiis vinctum Romam misit, Judæisque vectigalia imponens, Hyrcanum, Aristobuli fratrem, summum sacerdotem declaravit [15]. Hic vero amicitiam inivit cum quodam Antipatro Ascalonita, idolorum cultore, patre Herodis, quem et curatorem Palæstinæ constituit. Erat vero Herodes hujus filius dexter strenuusque ad res gerendas, multosque latronum duces virtute sua compresserat. Hyrcano autem a Parthis capto, et Antipatro per dolum interfecto, nemineque, qui rebus præficeretur, exsistente, Herodes regnum invasit, magnam pecuniæ vim Romanis largitus, illisque socius effectus est [16].

B Ἐγεννήθη δὲ ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς (25) κατὰ σάρκα ἐν Βηθλεὲμ τῆς Ἰουδαίας ἐν ἡμέραις Ἡρῴδου τοῦ βασιλέως. Ἤδη γὰρ ἐκλελοίπασιν οἱ ἐξ Ἰούδα ἄρχοντες, κατὰ τὴν προφητείαν, διαρκέσαντες ἕως Ἀριστοβούλου τινὸς ἀρχιερέως, ὅστις καὶ βασιλικὸν διάδημα περιέθετο. Ἀλλὰ τοῦτον πολιορκήσας Πομπήϊος ὁ τῶν Ῥωμαίων στρατηγὸς δέσμιον σὺν παισὶ παρέπεμψεν εἰς Ῥώμην, καὶ ἐπιβαλὼν μέρος φόρου τοῖς Ἰουδαίοις Ὑρκανὸν, τὸν Ἀριστοβούλου ἀδελφὸν ἀνέδειξεν ἀρχιερέα· Οὗτος δὲ Ὑρκανὸς φιλίαν ἦγεν πρός τινα Ἀντίπατρον Ἀσκαλωνίτην εἰδωλόδουλον, τὸν πατέρα Ἡρῴδου, ὃν κατέστησεν ἐπίτροπον τῆς χώρας. Ἦν δὲ Ἡρῴδης, υἱὸς αὐτοῦ, ἱκανὸς περὶ τὰ πράγματα καὶ πολλοὺς ληστάρχας κατέστειλεν τῇ ἀνδρείᾳ αὐτοῦ. Τοῦ δὲ Ὑρκανοῦ αἰχμαλωτισθέντος ὑπὸ Πάρθων, καὶ Ἀντιπάτρου δολοφονηθέντος, καὶ μηδενὸς ὄντος τοῦ ἀντεχομένου τῶν πραγμάτων, ἐπεπήδησε τῇ ἀρχῇ ὁ Ἡρῴδης πάμπολλα χρήματα δοὺς τοῖς Ῥωμαίοις, καὶ ὑπόσπονδος αὐτοῖς γενόμενος (26).

C

Natus est igitur Dominus noster Jesus Christus, secundum carnem in Bethleem Judææ in diebus Herodis regis. Jam enim defecerant principes ex Juda, juxta prophetam, qui duraverunt usque ad Aristobulum quemdam sacerdotem summum, qui sibi etiam regium diadema imposuerat [14]. Verum hunc acri obsidione postquam pressisset Pompeius Romani exercitus imperator, cum filiis vinctum Romam misit, Judæisque vectigalia imponens, Hyrcanum, Aristobuli fratrem, summum sacerdotem declaravit [15]. Hic vero amicitiam inivit cum quodam Antipatro Ascalonita, idolorum cultore, patre Herodis, quem et curatorem Palæstinæ constituit. Erat vero Herodes hujus filius dexter strenuusque ad res gerendas, multosque latronum duces virtute sua compresserat. Hyrcano autem a Parthis capto, et Antipatro per dolum interfecto, nemineque, qui rebus præficeretur, exsistente, Herodes regnum invasit, magnam pecuniæ vim Romanis largitus, illisque socius effectus est [16].

Cum vero Augustus Cæsar in Ægyptum cum magno exercitu trajiceret ad bellum cum Cleopatra gerendum, ad quam tunc Ægypti regnum devenerat (quippe quæ ex gente erat Ptolemæorum), ipsi affuit, non ignavam operam navans, militibus pariter ac pecunia eum adjuvando. Tradidit autem Deus Cleopatram in Cæsaris manus, cessavitque Ægyptiorum imperium duodecimo anno imperii Augusti Cæsaris [17]. Cæterum Romam reversus, Herodem, ut quem fidum sibi atque amicum expertus fuerat,

Αὐγούστου δὲ Καίσαρος ἀπάραντος εἰς Αἴγυπτον μετὰ στρατιᾶς ὅτι μάλιστα πλείστης, εἰς τὸν κατὰ Κλεοπάτρας πόλεμον, εἰς ἣν περιέστη τὰ τῆς ἀρχῆς Αἰγύπτου, οὖσαν γένος ἐκ τῶν Πτολεμαίων, ὑπήντησε δὲ αὐτῷ Ἡρῴδης παρέχων οὐ τὴν τυχοῦσαν λειτουργίαν ἔν τε στρατεύμασι καὶ χρήμασι (27). Παρέδωκε δὲ ὁ Θεὸς τὴν Κλεοπάτραν εἰς τὰς χεῖρας τοῦ Καίσαρος, καὶ οὕτως ἐπαύσατο ἡ κατ' Αἴγυπτον δυναστεία τῷ δωδεκάτῳ (28) ἔτει ἐπὶ τῆς βασι-

D λείας Αὐγούστου Καίσαρος. Ἐπανερχόμενος δὲ

[14] Lege Joseph lib. XIV Antiq. cap. 8. [15] Josepn. lib. XIV, cap. 17, 25; 19, 26. [16] Id. lib. 15, cap. 10; et lib. I, de bello Judaico, cap. 15.

NOTÆ.

(23) Sch. τέλειος θεότητι καὶ τέλειος ἐν ἀνθρωπότητι. *Perfectus deitate, et perfectus in humanitate.*

(24) Sch. ἰδιότητα.

(25) Ita Græci legunt, repugnante sancto Hieronymo, cujus hæc verba in cap. II Matthæi super illud: *At illi dixerunt, in Bethleem Judææ: — Librariorum hic error est, putamus enim ab evangelista primum editum, sicut in ipso Hebraico legimus, Judæ, non Judææ. Quæ est enim aliarum gentium Bethleem, ut ad distinctionem ejus hic Judææ poneretur? Judæ autem idcirco scribitur, quia est alia Bethleem in Galilæa. Lege librum Jesu filii Nave.* Josue XIX. Si igitur, judicio sancti Hieronymi, error est, ob causam allatam, in illo: *In Bethleem Judææ;* oportet etiam errorem esse in initio statim capitis, ubi Græci codices: Τοῦ δὲ Ἰησοῦ γεννηθέντος ἐν Βηθλεὲμ τῆς Ἰουδαίας. *Cum natus esset Jesus in Bethleem Judææ.* Quod autem Alexander ait, Aristobulum fuisse ultimum ex Judæorum genere regem, id non simpliciter accipiendum est. Nam et post Aristobulum regnavit Hyrcanus frater ejus, et Antigonus filius Aristobuli. Quia tamen jam sub Hyrcano Herodes aditum sibi ad regnum patefecit, Antigonumque profligavit, merito Aristobulus ultimus fuisse perhibetur.

(26) Eadem habet Julius ab illo, τοῦ δὲ Ὑρκανοῦ, usque, αὐτοῖς γενόμενος.

(27) Pro καὶ χρήμασι cod. Sch. καὶ ἀναλώμασι.

(28) Julius, τῷ τρισκαιδεκάτῳ.

Digitized by Google

ἐπὶ τὴν Ῥώμην ὡς εὐνοήσαντα τὸν Ἡρώδην μετὰ βουλῆς τῆς συγκλήτου ἀναδείκνυσι βασιλέα τῆς Ἰουδαίας, περιθεὶς αὐτῷ καὶ διάδημα. Οὗτος δὲ ἐπιβὰς τοῖς Ἱεροσολύμοις, καὶ Ἰουδαίων μὴ βουλομένων αὐτὸν δέξασθαι, ὡς ἀλλόφυλον ὄντα, πολλοὺς παρ' αὐτῶν κατέσφαξεν, λαφυραγωγήσας τὴν πόλιν καὶ τὸ ἱερὸν, πονηρῶς δὲ χρησάμενος τῇ ἐξουσίᾳ, πάσας τὰς τῶν φυλῶν καὶ τῶν γενῶν αὐτῶν τὰς ἀναγραφὰς τὰς ἀπὸ τοῦ Ἔσδρα ἀνακειμένας πυρὶ κατέκαυσε, πρὸς τὸ μηκέτι γνῶναι τοὺς Ἰουδαίους, ἐκ ποίας πατριᾶς εἰσιν, ἐκ ποίας φυλῆς, καὶ τίνες εἰσὶν οἱ αὐτόχθονες, καὶ τίνες οἱ λεγόμενοι γειῶραι (29), καὶ τὴν ἱερατικὴν στολὴν ὑπὸ τὴν ἰδίαν σφραγῖδα ἐπέθετο, καὶ λοιπὸν ἀδεῶς ἀσήμοις τισὶν ἐπὶ χρήμασιν ἱκανοῖς τὴν ἀρχιερωσύνην ἐπίπρασκεν.

ex senatus decreto, Judææ regem declarat, diadema etiam imponens. Hic autem Hierosolymam ascendens, Judæisque, quod esset extraneus, eum admittere nolentibus, multos illico jugulavit, templumque diripuit, et potestate male abutens, omnes tribuum et familiarum descriptiones, ab Esdræ usque temporibus conservatas, combussit, ne cognosci amplius posset a Judæis ex quanam patria prognati essent, ex qua tribu et quinam sint αὐτόχθονες, in terra illa sati, et in lucem editi, qui vero dicantur γειῶραι, adventitii et ascriptitii; stolam in suam potestatem redegit, ac de cætero sine metu, obscuris quibusdam, magno pretio, summi sacerdotii dignitatem vendidit.

Ἔτους δὲ τεσσαρακοστοῦ δευτέρου Καίσαρος Αὐγούστου ἐξῆλθε παρ' αὐτοῦ δόγμα ὑπογράφεσθαι πᾶσαν τὴν οἰκουμένην. Αὕτη ἡ ὑπογραφὴ πρώτη ἐγένετο, ὡς φησιν ἱερὰ τῶν Εὐαγγελίων ἱστορία. Ταύτην δὲ τὴν ἀπογραφὴν ἤγουν φορολογίαν ὁ Καῖσαρ ὡς εὐνουστάτῳ τινὶ καὶ μεγίστῳ τῆς συγκλήτου ἐνεχείρισε Κυρινίῳ, ὃν κατέστησεν ἡγούμενον Συρίας ἤτοι τῆς Ἰουδαίας, ἐν ὑπατείᾳ τρισκαιδεκάτῃ (30) Αὐγούστου καὶ Συλουανοῦ, καθ' ἣν ὑπατείαν ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἐγεννήθη ἐν Βηθλεὲμ τῆς Ἰουδαίας, κατὰ τὴν προφητείαν, τῷ τριακοστῷ καὶ τρίτῳ ἔτει τῆς βασιλείας Ἡρώδου τοῦ Ἀντιπάτρου, τῇ πρὸ ὀκτὼ Καλανδῶν Ἰανουαρίων. Ἐπιφάνιος δὲ ὁ μέγας (31) καὶ ἱερὸς τῶν Κυπρίων ἐπίσκοπος, ἀγωνιστικῶς ἐνίσταται διαβεβαιούμενος, ὅτι πρὸ ὀκτὼ εἰδῶν Ἰανουαρίου γέγονεν ἡ ἀληθινὴ γένεσις τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐκ τῆς ἁγίας Θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας. Οἱ δὲ λοιποὶ πάντες θεόσοφοι (32) διδάσκαλοι τῆς ἁγίας καὶ καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς Ἐκκλησίας, ὡς ἐξ ἑνὸς στόματος, ὡρίσαντο εἶναι τὴν γενέθλιον ἡμέραν τοῦ Χριστοῦ τῇ πρὸ ὀκτὼ Καλανδῶν Ἰανουαρίων.

Quadragesimo autem secundo anno Cæsaris Augusti, exiit ab eo edictum, ut describeretur universus orbis [17]. Hæc vero descriptio prima facta est, ut testatur sacra Evangeliorum historia, quam descriptionem, hoc est, census exactionem, Cæsar, ut benevolentissimo et maximo ex senatu Cyrenio demandavit, quem Syriæ, id est, Judææ præfecerat, consulatu Augusti XIII et Sylvano tunc ejus collega; quo etiam consulatu natus est Dominus noster Jesus Christus in Bethleem Judææ, juxta prophetam, anno tricesimo tertio Herodis, Antipatri filii, ante diem octavum Kalendarum Januarii. Quanquam adversus hoc Epiphanius Cypriorum episcopus acriter insurgat, confirmans ante diem iduum Januariarum vere nativitatem Domini nostri Jesu Christi ex sancta Deipara ac semper virgine Maria accidisse. Cæteri vero omnes divini doctores sanctæ catholicæ et apostolicæ Ecclesiæ, uno velut ore definierunt natalem Christi fuisse diem octavum Kalendarum Januarii.

Ἀλλὰ πάντων μὲν τὰς χρήσεις ἐπὶ τοῦ παρόντος παραγαγεῖν καιροῦ, παρέλκον ἡγοῦμαι. Οὐδὲ γὰρ τανῦν περὶ τούτου ἡμῖν ὁ λόγος. Ἕνα δὲ ἐπίσημον διδάσκαλον παραγαγὼν, ὃν καὶ αὐτὸς ὁ θεῖος Ἐπιφάνιος παρήγαγεν, ὡς συνηγοροῦντα τοῖς λόγοις αὐτοῦ, καταλείψω τοῖς ἐντυγχάνουσιν αἱρεῖσθαι τὸ ἄμεινον. Ἐφραὶμ τοίνυν ὁ Σύρος, οὐχ ὁ τυχὼν καὶ αὐτὸς τῆς

Atque omnium quidem de hac re sententiam proferre superfluum in præsentiarum existimo; neque enim de hoc nobis sermo institutus est. Unum vero præ cæteris insignem doctorem adducens, quem etiam ipse Epiphanius testem laudat, tanquam sententiæ suæ adstipulatorem, lectori relinquam liberum, utrum, tanquam melius, eligere

[17] Luc. II, 1 seqq.

NOTÆ.

(29) De his, quæ hoc loco Alexander scribit, consule Nicephorum lib. I *Eccles. hist.* cap. 9; et Eusebium, lib. I *Hist. Ecclesiast.* cap. 7. Sunt autem γειῶραι iidem, qui γέωρες, *terræ seu agrorum custodes*, γεωφύλακες, μέτοικοι, πάροικοι, *advenæ, inquilini*; γειώρας exponit Hesychius γείτονας ἐξ ἄλλου γένους, qui apud Israelitas vocantur προσήλυτοι, item τοὺς περὶ τὴν γῆν διαπονουμένους, *qui terram colunt*. Exod. XXI: Ἔν τε τοῖς γειώραις καὶ αὐτόχθοσι τῆς γῆς, *advenis et indigenis terræ*. Ubi Theodoretus: γειώραν τὸν προσήλυτον προσηγόρευσεν· *Georam nominavit proselytum*. Ab illis verbis, ἐπανερχόμενος, eadem Pollux.

(30) De consulibus, sub quibus natus Dominus vide illustriss. Baronium, in *Apparatu ad Annales ecclesiasticos*. Ipse Cassiodorum sequitur, existimantem Christum natum esse coss. Cornelio Lentulo, et Valerio Messala seu Messalino, circumcisum autem Kalend. Januariis, quibus Augustus consulatum decimum tertium inierit, collega Plautio Sylvano. Cum Alexandro facit Epiphanius in *Panario*, hæres. 51, et ex recentioribus Onuphrius, *Comment. Fast.* lib. II. De anno imperii Augusti et regni Herodis lege eumdem Baronium. Eadem verba sunt Pollucis et Alexandri inde: Ἔτους δέ, usque κατὰ τὴν προφητείαν.

(31) Eadem, quæ Epiphanii, fuit opinio Ægyptiorum existimantium Christum natum esse sexto die Januarii. Refellit hanc sententiam non modo Ephræm citatus ab Alexandro, sed et sanctus Hieronymus in cap. I Ezech.

(32) Sch. θεοφόροι Πατέρες καί, etc.

Digitized by Google

voluerit. Ephræm igitur Syrus, non vulgaris et ipse pietatis doctor, in sermone, qui est de lucis victoria, ita inquit : « In læto Xantico mense conceptio læti fructus atque lucis facta est ; tunc celeriter discurrens caligo, non potuit illustrem ejus conceptionem obscurare. » Et post alia : « In antro nata est lux, quæ nostras dissipavit tenebras ; mense, quo tenebræ desinunt, orta nobis est lux illa intelligibilis mobilisque. Conceptionis autem ejus mensis aperuit nobis figuram, cujus Moyses in scriptis suis meminit, nativitatis vero ejusdem mensis similiter nobis illius figuræ mysterium declaravit. »

Nascitur igitur Dominus noster Jesus Christus in Bethleem Judææ, quadragesimo secundo anno imperii Augusti Cæsaris, consulatu supra dicto : anno vero trigesimo tertio Herodis Antipatri filii ; a subjugata porro Ægypto anno tricesimo, ante diem octavum Kalendarum Januariarum, ut Patrum habet traditio, quando Magi venerunt Hierosolymam, quærentes, qui jam natus erat, Regem, cujus stella ab Oriente eis usque ad Judæam iter monstraverat. Cum autem jam in civitatem regiam accederent, stellamque itineris ducem amisissent, solliciti, ex incolis de nato puero quæsiverunt, cœlestem simul illis viæ ducem commemorantes. Herodes vero cum sagax et solers esset, intellectis his, statim animadvertit signum hoc nequaquam humanum esse. Etenim cum Hierosolymis quamplurimi antea reges nati fuissent, nunquam ob quemquam eorum stella in Oriente apparuerat. Interrogatis igitur diligentissime Scribis, ex prophetia discit, in Bethleem nasci Christum oportere. Vocatis itaque clam Magis, summo studio eos de ortu stellæ interrogavit, eosque dolo abs se dimisit, maxima, ut par erat, dona decernens, ut postquam puerum invenissent, sibi id renuntiarent. Cæterum simul atque illis iterum pristinus ille viæ index apparuisset, maxima cum lætitia ipsius ductum sunt secuti in Bethleem, inventoque tot sibi votis expetito Rege, eumque donis suis venerati, per aliam viam, ut ab angelo jussi erant, in terram suam reversi sunt.

Tunc etiam Joseph, divino monitu, in Ægyptum cum puero ac matre ipsius profugit, ubi etiam usque ad obitum Herodis remansit. Colliguntur autem ab adventu Magorum et illusione Herodis usque ad reditum in regionem suam anni duo. Tunc Herodes incensus ira, infantium cædem aggressus est, tricesimo quinto regni sui anno. Statim vero divina super eum incidit indignatio, multisque et gravissimis morbi malis excruciatus, e vita discessit, postquam triginta et octo annos regni gubernacula tenuisset. Reliquit autem quatuor filios regni sui atque improbitatis hæredes. Tunc itaque Joseph, ex divino præscripto, cum puero ac matre ex

A εὐσεβείας διδάσκαλος, ἐν τῷ εἰς τὴν νίκην τοῦ φωτὸς λόγῳ ὧδέ φησιν· « Ἐν τῷ Ξανθικῷ δὲ τῷ φαιδρῷ σύλληψις τοῦ φαιδροῦ καρποῦ καὶ φωτός· τότε δὴ δραμὸν ὀξέως τὸ σκότος οὐκ ἴσχυσεν ἀμαυρῶσαι τὴν φωτεινὴν σύλληψιν. » Καὶ μεθ' ἕτερα· « Ἐν τῷ σπηλαίῳ γέγονεν ἡ γένεσις τοῦ φωτὸς, τοῦ τὸ ἡμέτερον σκότος διασκεδάσαντος. Καὶ τῷ μηνὶ ἐν ᾧ λείπεται τὸ σκότος ἀνέτειλεν ἡμῖν φῶς νοητὸν καὶ κινητικόν (33). Ὁ τῆς συλλήψεως αὐτοῦ μὴν ἡρμήνευσεν ὑμῖν τὸν τύπον, ὃν Μωϋσῆς διὰ γραμμάτων ἐμήνυσε· καὶ ὁ μὴν τῆς γενέσεως αὐτοῦ ὁμοίως ἐδήλωσεν ἡμῖν τὸ μυστηρίον. » 152

Γεννᾶται τοίνυν ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἐν Βηθλεὲμ τῆς Ἰουδαίας τῷ τεσσαρακοστῷ δευτέρῳ ἔτει τῆς βασιλείας Αὐγούστου Καίσαρος, ἐν ὑπατείᾳ τῇ προγεγραμμένῃ, ἔτους δὲ τριακοστοῦ τρίτου Ἡρώδου τοῦ Ἀντιπάτρου, ὑποταγῆς δὲ Αἰγύπτου τριακοστῷ ἔτει, τῇ πρὸ ὀκτὼ Καλανδῶν Ἰανουαρίων κατὰ τοὺς Πατέρας, ὅτε καὶ οἱ Μάγοι παρεγένοντο εἰς Ἱεροσόλυμα, ζητοῦντες τὸν τεχθέντα βασιλέα, οὗ καὶ ὁ ἀστὴρ ἀπὸ Ἀνατολῶν ὡδήγησεν αὐτοὺς ἕως τῆς Ἰουδαίας. Ἐπιβάντες δὲ τῇ βασιλευούσῃ πόλει καὶ τὸν ὁδηγὸν ἀπολέσαντες, θρηνοῦντες ἠρώτων τοὺς αὐτόχθονας, γνωρίζοντες αὐτοῖς καὶ τὸν οὐράνιον ὁδηγόν. 152 Ὅθεν ἀκούσας ὁ Ἡρώδης, δεινὸς ὤν, συνῆκεν μὴ εἶναι τὸ σημεῖον ἀνθρώπινον. Πολλῶν γὰρ, φησὶ, γεννηθέντων ἐν Ἱερουσαλὴμ βασιλέων, ἐπ' οὐδενὶ τούτων ἀστὴρ ἐφάνη ἐν τῇ Ἀνατολῇ. Ἐμπόνως οὖν ἐρωτήσας τοὺς Γραμματεῖς μανθάνει ἐκ τῆς προφητείας, ὅτι τὸν Χριστὸν ἔδει γεννηθῆναι ἐν Βηθλεέμ· καὶ λάθρα καλέσας τοὺς Μάγους ἠκρίβωσε παρ' αὐτῶν τὸν χρόνον τῆς ἐπιστολῆς τοῦ ἀστέρος (34), καὶ δόλῳ ἀπέστειλεν αὐτοὺς, ταξάμενος αὐτοῖς, ὡς εἰκὸς, δωρεὰς μεγίστας, ὅπως ἐπὰν εὕρωσι τὸ παιδίον, ἀπαγγείλωσιν αὐτῷ. Ὡς δὲ πάλιν ἐφάνη αὐτοῖς ὁ πάλαι καθοδηγῶν αὐτοὺς, μετὰ χαρᾶς μεγάλης τούτῳ ἠκολούθησαν ἕως Βηθλεὲμ, καὶ εὑρόντες τὸν ποθούμενον Βασιλέα, καὶ προσκυνήσαντες αὐτὸν ἐν δώροις, ἐχρηματίσθησαν ὑπὸ ἀγγέλου, καὶ δι' ἄλλης ὁδοῦ ἀνεχώρησαν εἰς τὴν ἰδίαν χώραν. 152 152

Τότε καὶ ὁ Ἰωσὴφ, κατὰ τὸ θεῖον πρόσταγμα, φεύγει εἰς Αἴγυπτον μετὰ τοῦ παιδίου καὶ τῆς μητέρος αὐτοῦ, καὶ ἦν ἐκεῖ ἕως τῆς τελευτῆς Ἡρώδου. Συνάγονται δὲ ἐκ τῆς ἀφίξεως τῶν Μάγων καὶ τοῦ ἐμπαιγμοῦ τοῦ Ἡρώδου καὶ τῆς εἰς τὴν χώραν αὐτῶν ἐπανόδου ἔτη δύο. Τότε θυμωθεὶς ὁ Ἡρώδης τὴν μιαιφονίαν τῶν νηπίων εἰργάσατο τῷ τριακοστῷ πέμπτῳ τῆς βασιλείας αὐτοῦ ἔτει. Εὐθέως δὲ μετῆλθε θεήλατος ὀργὴ ἐπ' αὐτὸν, καὶ ἐν ἀῤῥωστίαις πονηραῖς ἐξεταζόμενος κατέστρεψε τὸν βίον, τριάκοντα ὀκτὼ ἔτη κρατήσας τὴν ἀρχὴν αὐτοῦ. Κατέλιπε δὲ τέσσαρας υἱοὺς διαδόχους τῆς αὐτοῦ βασιλείας τε καὶ πονηρίας. Τότε δὴ διὰ προστάγματος

NOTÆ.

(33) Sch. tantum, φῶς νικητικόν. Paulo post ὁ γὰρ συλλήψεως αὐτοῦ μὴν ἑρμηνεύει.

(34) Pollux τῆς ἐπιστολῆς τοῦ ἀστέρος ἐπιστολῆς.

Digitized by Google

Κυρίου ἐπανῆλθεν ἐξ Αἰγύπτου Ἰωσὴφ μετὰ τοῦ παι- A
δίου καὶ τῆς μητέρος, αὐτοῦ ὄντος τετραετοῦς, καὶ
κατῴκησεν εἰς Ναζαρὲτ, Ἀρχελάου τετραρχοῦντος
τῆς Ἰουδαίας. Οὕτω γὰρ ἐκαλοῦντο οἱ τοῦ Ἡρώδου
υἱοὶ, Ἀρχέλαος οὗτος, καὶ Ἡρώδης, καὶ Φίλιππος καὶ
Λυσανίας, διὰ τὸ ἕκαστον αὐτῶν ἔχειν τέταρτον μέ-
ρος τῆς βασιλείας. Τῷ δὲ ὀγδόῳ ἔτει (35) τῆς βασι-
λείας Ἀρχελάου, ἤρξατο ὁ Κύριος ἐν τῷ ἱερῷ διδά-
σκειν, ἐλθὼν ἐν μέσῳ τῶν διδασκάλων, ὢν ἐτῶν δώ-
δεκα κατὰ τὴν σωματικὴν ἡλικίαν. Κατελθὼν δὲ μετὰ
τῶν κατὰ χάριν γονέων αὐτοῦ εἰς τὴν Ναζαρὲτ, μετὰ
οὐ πολὺ ὁ Ἰωσὴφ τέλει τοῦ βίου ἐχρήσατο, νομιζό-
μενος ὑπὸ πάντων εἶναι πατὴρ τοῦ Κυρίου.

Ægypto rediit, cum puer jam quadriennis esset, habi-
tavitque in Nazareth, Archelao Judææ tetrarchiam
obtinente. (Tetrarchæ enim vocabantur Herodis
filii Archelaus iste, Herodes, Philippus et Lysanias,
quod cuique quarta pars regni assignata erat.) Octa-
vo autem regni ipsius anno cœpit Dominus in tem-
plo, docere veniens in medium doctorum, annos ha-
bens jam duodecim secundum corporalem ætatem,
rediitque in Nazareth cum illis, qui per gratiam pa-
rentes ejus esse meruerant. Nec multo post obiit
Joseph, ab omnibus pater Domini existimatus.

Διαρκέσας δὲ ὁ Ἀρχέλαος ἔτι ἐνιαυτὸν ἕνα κατ-
έλυσε τὸν βίον μὴ καταλείψας κληρονόμον. Αὔγου-
στος δὲ ὁ Καῖσαρ πεντήκοντα ἓξ ἥμισυ ἐνιαυτοὺς B
πληρώσας ἐτελεύτησε, παραδοὺς τὴν βασιλείαν Τι-
βερίῳ τῷ υἱῷ αὐτοῦ. Ἦν δὲ ὁ Κύριος τότε ἐτῶν δεκα-
πέντε. Τιβέριος δὲ ὁ Καῖσαρ γνήσιον φίλον ἔχων τὸν
Πιλάτον, ἡγούμενον τῆς Ἰουδαίας ἀπέστειλε, καὶ ἦν
ἐκεῖ ἕως τῆς τελευτῆς τοῦ Καίσαρος. Ἐν ἔτει δὲ πέμ-
πτῳ καὶ δεκάτῳ τῆς ἡγεμονίας Τιβερίου Καίσαρος,
κατὰ τὴν τοῦ Εὐαγγελίου φωνὴν, ἦλθεν Ἰωάννης
κατὰ ἀποκάλυψιν τοῦ Θεοῦ κηρύσσων βάπτισμα με-
τανοίας ἐν ὅλῃ τῇ Ἰουδαίᾳ, καὶ ἐβαπτίσθη ὁ Κύριος
ὑπ' αὐτοῦ, ὢν ἐτῶν τριάκοντα, καὶ ἤρξατο τῆς κατὰ
τὸ Εὐαγγέλιον πραγματείας.

Archelaus vero, postquam unum adhuc annum
superstes fuisset, etiam e vivis discessit, nullum
hæredem relinquens. Augustus item, quinquaginta
sex annis cum dimidio expletis, mortuus est Tiberio
filio regnum tradens, eratque tunc Dominus anno-
rum quindecim. Cumque Tiberius summo amore
Pilatum prosequeretur, eum, ut Judææ præsset,
misit, atque ibi commoratus est usque ad Cæsaris
mortem. Cæterum anno decimo quinto Tiberii
Cæsaris, juxta Evangelii testimonium, venit Joannes
ex divina revelatione, baptismum pœnitentiæ an-
nuntians per universam Judæam, a quo etiam Do-
minus baptizatus est, annorum jam triginta, quæque
ad Evangelii negotium spectant, est auspicatus [18].

Ἦν δὲ Ἡρώδης κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν ἐκβαλὼν
τὴν ἰδίαν γυναῖκα, θυγατέρα οὖσαν Ἀρέτα τοῦ βασι-
λέως Ἀραβίας, περὶ οὗ ὁ Παῦλος ἐν τῇ πρὸς Κορινθίους ἐπιστολῇ μνείαν ἐποιήσατο, καὶ λαβὼν Ἡρω-
διάδα τὴν γυναῖκα Φιλίππου τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ ἔτι
ζῶντος αὐτοῦ. Ὁ δὲ κήρυξ τῆς ἀληθείας Ἰωάννης ὁ
Βαπτιστὴς, μὴ φέρων τὴν ἀτοπίαν, σφοδρῶς τοῖς
ἐλέγχοις ἐπῆλθε τῷ Ἡρώδῃ. Ὁ δὲ ἀκατασχέτῳ θυμῷ
ληφθεὶς, χαριζόμενος τῇ μοιχαλίδι τὴν παῤῥησίαν, τὸν
προφήτην ἀπεκεφάλισεν, ἀλλ' οὐκ εἰς μακρὰν τὴν
δίκην εἰσεπράξατο τῶν τολμηθέντων. Ἡ γὰρ γυνὴ
αὐτοῦ ἀτίμως διωχθεῖσα ἐπορεύθη πρὸς τὸν Ἀρέταν
τὸν πατέρα αὐτῆς, καὶ τὴν βίαν ἀπωδύρετο. Ὁ δὲ,
ὡς ὑβρισμένης τῆς θυγατρὸς αὐτοῦ, συναγαγὼν
πάντα τὸν λαὸν αὐτοῦ, ἐπῆλθεν ἐπ' αὐτὸν εἰς πόλε-
μον, καὶ κατέκοψε πάντα τὰ στρατεύματα αὐτοῦ,
καὶ τὴν χώραν αὐτοῦ πυρὶ παραδοὺς ᾐχμαλώτευσεν.
Ἀλλ' οὐδὲ οὕτως ἐπαύσατο ὁ Ἡρώδης τῆς πονηρίας
αὐτοῦ.

Juxta idem tempus Herodes conjugem a se expulit,
quæ erat filia Aretæ regis Arabiæ, cujus meminit
Paulus in Epistola ad Corinthios [19], acceperatque
Herodiadem Philippi fratris sui uxorem, ipso adhuc
vivo. Præco autem veritatis Joannes Baptista, non
ferens tantam rei improbitatem, palam Herodem
sceleris coarguit. Ille impotentia animi victus, adul-
teræ gratificans, prophetam capite truncavit. Verum
non diu tam nefarii ausus pœnam effugit. Uxor
enim ejus ita turpiter ejecta ad Aretam patrem
confugit, injuriamque sibi illatam conquesta est,
qui, ut filiam injuria affectam ulcisceretur, omni
populo suo congregato contra ipsum in certamen
descendit, omnemque ejus exercitum delevit, ter-
ramque ejus igne vastans subjugavit. Sed ne sic
quidem Herodes improbitati modum posuit [20].

Ἐν ἔτει δὲ ὀκτὼ καὶ δεκάτῳ Τιβερίου Καίσαρος, D
Ἡρώδου δὲ εἰκοστῷ, ἡγεμονεύοντος Ποντίου Πιλά-
του τῆς Ἰουδαίας, γέγονε τὸ σωτήριον πάθος πρὸ
δεκατριῶν Καλανδῶν Ἀπριλλίων. Πέπονθε δὲ ὁ Κύ-
ριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ὑπὲρ ἡμῶν ἑκουσίως,
θεὸς ὢν ἀληθινὸς καὶ ἄνθρωπος, τῶν ἐν αὐτῷ δύο

Anno autem decimo octavo Tiberii Cæsaris, He-
rodis vero vicesimo, præsidente Judææ Pontio Pilato,
salutaris Christi passio est perpetrata, decimo tertio
Kalendas Aprilis. Passus est autem Dominus noster
Jesus Christus, pro nostra salute, sponte sua ac
voluntate, Deus verus atque homo exsistens, duabus

[18] Luc. III, 1 seqq. [19] II Cor. XI, 32. [20] Hegesipp. lib. II, c. 12; Joseph. lib. XVIII, cap. 7.

NOTÆ.

(35) Sch. τριάκοντα καὶ ἑπτὰ ἔτη διακρατησας ἐν τῇ ἀρχῇ. *Triginta et septem annos regnum tenuit.* Quæ lectio, si non Alexandro, ac certe veritati conformior est. Ita et Pollux. Lege Bar. tom. I anno Christi VIII. Quod subdit Alexander, Christum ex Ægypto reversum fuisse quadriennem, Epiphanium sequitur, qui idem tradidit lib. I, tom. I, cap. 21 *Panarii*, quorum sententia Christus duos tantummodo annos in Ægypto mansit, quod aliis non placet. Vide Baron. loc. cit. quem et de aliis, quæ Alexander narrat, consulas licet.

Digitized by Google

in ipso naturis, nullam partitionem aut divisionem recipientibus. In cruce enim atque in sepulcro indivisibilis utrarumque naturarum œconomia permansit, in quibus unus et solus Dominus Jesus Christus, unicus Filius ac Verbum Dei vivi agnoscitur. Et quandoquidem crux in universo gloriosa exstiterat, cunctaque in modum crucis condita fuerant, sicut supra demonstratum est, recte Dominus crucis mortem sustinere voluit, ut suo sanguine omnia sanctificaret, nosque a maledictione legis redimeret, et a potestate diaboli vindicaret, ex ejusque tyrannide atque omni prorsus corruptione liberos assereret. Mortuus itaque pro nobis vere, et non imaginarie, est Dominus, in crucem actus, sub Pontio Pilato præside, et sepultus, resurrexitque tertia die secundum Scripturas vere, undecimo Kalendas Aprilis, sub æquinoctium vernum, non tamen ipsa deitate in aliquam passionem aut mortem incidente, nequaquam (absit ab omni Christiano hujusmodi opinio : omnis namque passionis expers est, quidquid divinum est, atque immortale), sed potius præsens constitit unitæ sibi secundum subsistentiam carni ejusdem essentiæ, atque iisdem passionibus atque afflictionibus subjectæ, quibus et nostra, et certa tantum dispensatione, ea quæ carnis sunt, sibi ascivit : concilians etiam nobis per mysticas illas epulas veri corporis et sanguinis, rationalis istius Agni, Christi Dei nostri, peccatorum nostrorum remissionem vitamque perpetuam.

A φύσεων μηδαμοῦ ἐπιδεχομένων μερισμὸν ἢ διαίρεσιν. Ἐν σταυρῷ γὰρ καὶ ἐν τάφῳ ἀμέριστος ἔμεινε ἡ οἰκονομία τῶν δύο φύσεων, ἐν αἷς γνωρίζεται ὁ εἷς καὶ μόνος Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, ὁ μονογενὴς Υἱὸς καὶ Λόγος τοῦ ζῶντος Θεοῦ. Καὶ ἐπειδήπερ ἐν τῷ παντὶ ὁ σταυρὸς ἔνδοξος καὶ τὸ πᾶν σταυροειδῶς ὑπέστη, καθὼς προλαβὼν ἀπέδειξεν ὁ λόγος, εἰκότως (36) ὁ Κύριος τὸν διὰ σταυροῦ ὑπέμεινε θάνατον, ἵνα διὰ τοῦ αἵματος τοῦ ἰδίου ἁγιάσῃ τὰ σύμπαντα, καὶ ἐξαγοράσῃ ἡμᾶς ἐκ τῆς κατάρας τοῦ νόμου, καὶ ἐλευθερώσῃ ἡμᾶς ἐκ τῆς καταδυναστείας τοῦ διαβόλου καὶ λυτρώσηται ἡμᾶς ἐκ τῆς τυραννίδος καὶ φθορᾶς. Ἀπέθανεν οὖν ὑπὲρ ἡμῶν ἀληθῶς καὶ οὐ κατὰ φαντασίαν ὁ Κύριος (37), σταυρωθεὶς ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου τοῦ ἡγεμόνος, καὶ ἐτάφη, καὶ B ἀνέστη τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ κατὰ τὰς Γραφὰς, ἀληθῶς, τῇ πρὸ δεκαμιᾶς Καλανδῶν (38) Ἀπριλλίων κατὰ τὴν ἐαρινὴν ἰσημερίαν, οὐ τῆς θεότητος αὐτοῦ καταπεσούσης εἰς πάθη καὶ θνῆσιν (μὴ γένοιτο· ἄπιστοι γὰρ καὶ ἀπέστω ἀπὸ παντὸς τοῦ Χριστιανοῦ τὸ τοιοῦτο φρόνημα, ἀπαθὲς γὰρ τὸ θεῖον καὶ ἀθάνατον), συμπαρούσης δὲ μᾶλλον τῇ ἐνωθείσῃ αὐτῇ καθ' ὑπόστασιν ὁμοουσίῳ ἡμῖν καὶ ὁμοιοπαθεῖ σαρκὶ, καὶ οἰκειουμένης τὰ τῆς σαρκὸς πάθη οἰκονομικῶς, καὶ δωρουμένης ἡμῖν, διὰ τῆς μυστικῆς βρώσεως τοῦ ἀληθινοῦ σώματος καὶ αἵματος τοῦ λογικοῦ Ἀμνοῦ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, ἄφεσιν ἁμαρτιῶν καὶ ζωὴν αἰώνιον.

Perfecto igitur crucis resurrectionisque mysterio, Judæi, Domini interemptores contra seipsos, in propriamque perniciem apud semetipsos exquisierunt, quomodo tam stupendum miraculum occultarent. Pilatum magna vi pecuniæ onerant, atque persuadent, ut sepulcrum sigillo consignaret, et militum præsidio custodiri imperaret. Deus vero illis omnia hæc facere permisit, ut quibus ipsi in malum abutebantur, ipse magis veritatem confirmaret. Nisi enim sepulcrum custodiri jussisset, forte dicere potuissent, licet falso et mendaciter, a discipulis furto sublatum fuisse, nunc vero cum

C Τὸ δὲ κατὰ τὸν σταυρὸν καὶ τὴν ἀνάστασιν μυστήριον ἐπιτελέσαντες (39) οἱ κυριοκτόνοι Ἰουδαῖοι εἰς ἑαυτοὺς ἐδραματούργουν, ὅπως κρύψωσι τὸ θαῦμα καὶ πρῶτον μὲν χρήμασιν ἱκανοῖς πείθουσι τὸν Πιλάτον σφραγισθῆναι τὸν τάφον καὶ φυλαχθῆναι ὑπὸ τῆς τῶν στρατιωτῶν κουστωδίας. Ὁ δὲ Θεὸς συνεχώρησεν αὐτοῖς πάντα ποιεῖν, ἵνα δι' ὧν αὐτοὶ κακουργοῦσι, μᾶλλον συνιστῶσι τὴν ἀλήθειαν. Εἰ γὰρ μὴ ἐφύλαξαν, εἶχον ἂν εἰπεῖν, εἰ καὶ ψευδὲς τὸ λεγόμενον, ὅτι ἐκλάπη ὑπὸ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ. Νῦν δὲ μετὰ τοσαύτης ἀσφαλείας περικαθίσαντες τῷ τάφῳ, ἀναμφίβολος ἡ ἀνάστασις γέγονε, τῶν στρατιωτῶν

NOTÆ.

(36) Omnia ab illo εἰκότως usque ad illa, ἡμᾶς ἐκ τῆς τυραννίδος, addita sunt ex codice Cryptæ Ferratæ.

(37) Sch. cod. additur, σαρκὶ κατὰ τὰς σάρκας, post vocem Κύριος,

(38) Ita habet cod. Bav. ita et Schotti ; sed Cryptæ Ferr. cod. πρὸ ὀκτὼ καλανδῶν, ut et supra loco δεκατριῶν καλανδῶν habet ὀκτὼ, sed lectio hæc non potest subsistere, alioquin Dominus, secundum Alexandri opinionem, eodem die passus esset et resurrexisset, nempe VIII Kalend. Apriles, hoc est 25 die Martii. Quo die, licet multi veterum dicant, Dominum crucifixum esse, et in cruce spiritum emisisse, nemo tamen vere simul affirmare potest, Christum eodem die resurrexisse. Lego igitur supra quidem, πρὸ δεκατριῶν, hic autem τῇ πρὸ δεκαμιᾶς, ut Christus Dominus ex Alexandri sententia mortuus sit XIII Kalend. Aprilis, hoc est, 20 die, et resurrexerit undecimo Kal. Aprilis, hoc est 22 D die Martii, qui est tertius ab obitu ; sic enim omnia sibi constant. Theophilus Cæsariensis episcopus in concilio Cæsariensi, sub Victore Rom. Pontifice, teste Beda lib. *De æquinoctio verno*, ita vel dixit, vel scripsit : *Passus namque Dominus est* XI *Kalendarum Aprilium, qua nocte a Judæis traditus est, et* VII *Kalendas resurrexit*. Ex cujus sententia dicendum est, Christum a proditore venditum 22 die Martii ; crucifixum IX Kalend. Apriles, hoc est 24 die Martii, et resurrexisse 26 die Martii. Pollux ita : Γέγονε τὸ σωτήριον πάθος πρὸ δεκάτῃ τρίτῃ (δεκάτῃ τρίτης) Καλανδῶν Ἀπριλλίων, τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀνέστῃ μηνὶ Μαρτίῳ κβ'. Ita ut ex Pollucis sententia Dominus sit mortuus 20 Martii, et resurrexerit 22 ejusdem. Confirmat ergo Pollux emendationem nostram.

(39) Sch. τοῦδε κατὰ τὸν σταυρὸν καὶ τὴν ἀνάστασιν μυστηρίου ἐπιτελεσθέντος, etc.

Digitized by Google

πανταχοῦ τὸ θαῦμα κηρυττόντων, καίπερ λαβόντες ἐκ τῶν ἀρχιερέων χρήματα οὐκ ὀλίγα. stupendam promulgantibus, licet, ut tacerent, a conducti.

A tanta cura sepulcrum obsederint, haudquaquam dubia resurrectio evasit, militibus ubique rem tam summis sacerdotibus non parvo pretio fuissent

Τοῦ δὲ Κυρίου ἀναληφθέντος καὶ θαυμάτων μεγίστων (40) ἐπιτελουμένων ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ διὰ τῶν ἱερῶν ἀποστόλων, πάλιν διεπρίοντο ἐν ἑαυτοῖς οἱ ἀρχιερεῖς, λέγοντες· Τί ποιήσομεν; ὅτι μὲν γὰρ σημεῖα καὶ τέρατα μεγάλα ἐπιτελοῦνται διὰ τοῦ ὀνόματος τοῦ Ἰησοῦ ὑπὸ τῶν αὐτοῦ μαθητῶν, πᾶσι φανερὸν, καὶ οὐ δυνάμεθα ἀρνήσασθαι, ἀλλ' ἵνα μὴ ἐπὶ πλέον διανεμηθῇ εἰς τὰς μετέπειτα γενεὰς, δεῦτε κρύψωμεν τὸν τόπον τῆς ταφῆς αὐτοῦ. Ἐὰν γὰρ ἴδωσιν οἱ λαοὶ κενὸν τὸν τάφον, πάντες πιστεύσουσιν εἰς αὐτόν. Τότε ἐκέλευσαν χωσθῆναι τὸν τάφον καὶ τὸν τόπον τοῦ Κρανίου, ἐν ᾧ ὑπῆρχεν ὁ ἁγιώτατος σταυρὸς, τὰ τῆς σωτηρίας σημεῖα λήθῃ παραδοῦναι φιλονεικοῦντες. Καὶ αὕτη μέν ἐστιν ἡ κακίστη συμβουλὴ τῶν παρανόμων Ἰουδαίων. Ὁ δὲ Θεὸς πάντα συνεχώρησεν αὐτοῖς ποιῆσαι, σαφῶς οἰκονομῶν τὰ μέλλοντα. Ἐπειδὴ γὰρ ἔμελλεν ἡ πόλις ἐρημωθῆναι καὶ πυρὶ παραδοθῆναι, συνεχώρησεν ὁ Θεὸς κρυβῆναι πρὸς ὀλίγον τὸ ζωοποιὸν ξύλον καὶ τὴν ἔνδοξον ἀνάστασιν, ἵνα μὴ ἐν τῇ ἀναστασίᾳ ὑπὸ Ἰουδαίων καὶ ἐθνῶν πυρὶ οἱ τόποι παραδοθῶσιν· ἤδει γὰρ ἐν τῷ δέοντι καιρῷ μετὰ δόξης πολλῆς ἀναδειχθήσεσθαι μέλλοντα.

Postquam autem Dominus in cœlum assumptus fuisset, et maxima miracula in nomine ipsius a sanctis apostolis designarentur, rursus summi sacerdotes furore correpti sunt, dicentes : Quid faciemus ? signa enim mirandaque prodigia, in nomine Jesu, ab ejus discipulis fieri omnino clarum est, neque enim id negare possumus ; verum ne amplius id in futuras generationes diffundatur, venite, occultemus locum sepulturæ ejus. Si enim populi viderint vacuum sepulcrum, omnes credent in illum. Tunc jusserunt obrui sepulcrum B locumque Calvariæ, in quo sanctissima crux jacuerat, hæc salutis signa oblivioni mandare contendentes. Atque hoc fuit pessimum prævaricatorum Judæorum consilium. At vero Deus cuncta ab illis fieri permisit, prudenter interim futura disponens. Quandoquidem civitas jam erat devastanda, atque igni conflagratura, concessit Deus vivificum lignum locumque gloriosæ resurrectionis ad exiguum tempus occultari, ne in tanta rerum confusione a Judæis vel gentilibus igni hæc loca traderentur ; quæ tempore opportuno magna gloria erant revelanda.

Ὁ δὲ Πιλάτος πάντα τὰ πεπραγμένα ἐπὶ τοῦ σταυροῦ ἀνήγαγε τῷ Καίσαρι, καὶ ὅτι ὁ σταυρωθεὶς Ἰησοῦς, ὁ λεγόμενος Χριστὸς, ἀνέστη τριήμερος, καὶ θαυμάσια μεγάλα ἐπιτελοῦνται ὑπὸ τῶν αὐτοῦ μαθητῶν ἐν τῷ ὀνόματι αὐτοῦ. Τιβέριος δὲ ἀκούσας ταῦτα καὶ θαυμάσας, ἐπίστευε τῷ Κυρίῳ καὶ ἐβούλετο παραχρῆμα τοῦτον διὰ βασιλικοῦ τύπου ἀναγορεῦσαι Θεόν. Ἀντεπράχθη δὲ ὑπὸ τῆς ἰδίας συγκλήτου, μωρίαν ἡγησαμένης τὸν λόγον τοῦ σταυροῦ. Ὁ δὲ Καῖσαρ ἐκράτει τὸν λόγον αὐτοῦ ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ, καὶ τοῖς διαβάλλουσι Χριστιανοὺς ὅλεθρον ἠπείλησε. Μαθὼν δὲ ὅτι Ἡρῴδης συνήνεσεν εἰς τὸν θάνατον τοῦ Χριστοῦ, καὶ ὅτι διὰ τῆς ἀθεμίτου αὐτοῦ μοιχείας τῆς εἰς τὴν Ἡρωδιάδα κακὰ πολλὰ ἐγένετο κατὰ τὴν χώραν ἐκείνην, καὶ ὅτι Ἰωάννην τὸν Βαπτιστὴν, ἄνδρα δίκαιον ὄντα, διὰ τὸν ἔλεγχον τῆς παρανομίας ἐφόνευσε, λίαν ἠγανάκτησε. Καὶ αὐτὸν δέσμιον μετὰ τῆς μοιχαλίδος εἰς Ῥώμην ἀπενεχθῆναι ἐκέλευσε, καὶ γυμνώσας αὐτὸν τῆς ἀρχῆς καὶ δημεύσας, σὺν τῇ Ἡρωδιάδι παρέπεμψεν ἐξόριστον εἰς Ἱσπανίους (41), κἀκεῖσε τὸν βίον χαλεπῶς κατέστρεψε. Τὴν δὲ κακῶς ὀρχησαμένην κόρην κατέπιεν ἡ γῆ, ἔτι ζώσης τῆς γεννησαμένης ἐχίδνης.

Jamque Pilatus ad perpetuam rei memoriam cuncta, quæ de cruce acciderant, ad Cæsarem transmiserat, nempe Jesum qui dicebatur Christus, post- C quam eum cruci suffixissent Judæi, tertia die resurrexisse, quodque stupenda quædam ac portentosa in ejus nomine fierent [21]. Quæ Tiberius audiens, admiratusque, Domino credidit, statimque eum decrevit, more regio, Deum declarare, cui hac in re a senatu repugnatum est, stultitiam existimante, quæ de cruce ferebantur. Cæsar tamen fixam sententiam in animo suo retinuit, mortem interminatus, quicunque Christianos aliqua calumnia impetere ausi essent [22]. Cumque intellexisset Herodem etiam in mortem Christi consensisse, et propter nefarium ejus adulterium, mala quam plurima evenisse in Judæa, et Joannem Baptistam, virum justum, quod ipsum improbitatis suæ coarguisset, D occidisse, vehementi in ipsum ira concitatus est, vinctumque Romam cum adultera perduci jubet, regnoque exuens, bonaque ejus proscribens, una cum Herodiade, exsilio multatum, in Hispanias misit, ubi in summis rerum angustiis vitam finivit. Puellam autem, quæ scelerate ac nefarie tripudiaverat, terra absorpsit, viva adhuc vipera illa, quæ illam peperercat [23].

Ἀπέθανε καὶ Τιβέριος βασιλεύσας ἔτη κβ', καὶ ἐβασίλευσε Γάϊος ἀντ' αὐτοῦ ἔτη τέσσαρα. Οὗτος ἦν ἀν-

Moritur autem Tiberius, rerum potitus annos viginti duos, et pro eo in imperium successit Caius,

[21] Tertull. *Apol.* cap. 5. [22] Aliter Joseph. lib. XVIII, cap. 9. [23] Hegesip. lib. XXXII ; Niceph. lib. I, c. 20.

NOTÆ.

(40) Θαυμάτων μεγίστων, et seqq. ex Polluce omnia, usque ad ἀναδειχθήσεσθαι μέλλοντα.
(41) Pollux εἰς Σπανίους.

Digitized by Google

annos quatuor, vir austerus et maxime superbus ; coram hoc Pilatus accusatus, Romam venit, ut causam diceret, atque eo miseriarum venit, ut sui ipsius homicida efficeretur. Judæi vero quotidie in majores rerum perturbationes confusionemque devolvebantur, ut innumeri eorum a Romanis interficerentur. Cæsar autem alium Herodem, Aristobuli filium, nomine Agrippam, regem Judææ declaravit, in eum unum omnes tetrarchias conferens. Hic multis gravissimisque malis discipulos Christi affecit. Jacobum quidem fratrem Domini gladio interfecit, juxta Actorum apostolicorum testimonium, qui et Petrum de medio tollere aggressus est, nisi præter opinionem omnium ex manibus ejus per sanctum angelum fuisset ereptus. Nec prius a nefariis suis conatibus destitit tumidus ac sævus Herodes, quam divinam in se iram est expertus, a vermibusque consumptus exspiravit.

Atque hoc quidem tempore Jacobus, qui Justus et frater Domini dicebatur, primus, ex ordinatione divina, Hierosolymorum episcopus constitutus fuerat. Judæis autem in majorem quotidie confusionem incidentibus, multa contra Domini discipulos mala machinati sunt. Quorum magnus numerus a Romanis necatus est. Suscepit vero, ut etiam testis est Paulus, alius Agrippa Judææ regnum [24] ; mortuo autem Caio, Claudius post eum imperavit, annos quatuordecim. Hoc tempore magna fames per universum terrarum orbem accidit, ut Agabus antea vaticinatus fuerat [25]. Tunc Judæi in rabiem conversi dolo super rerum venalium mercatu in mutuas cædes proruperunt. Quo permotus Cæsar, misit ad gentium principes, ut nemini Judæorum parcerent, quo factum est, ut ingens multitudo eorum interficeretur, domusque ac liberi prædæ essent, ab Italia etiam ac Roma multis pœnis cruciatuque ejecti, quæ omnia illis propter nefarios in Christum ausus acciderunt.

Moritur interim Claudius, post quem Nero imperium suscepit, tenens illud annos quatuordecim. Hic sceleratus inprimis, et si quis alius, effeminatus fuit, qui primus persecutionem in Christianos excitavit. Occidit autem Petrum et Paulum, Christi apostolorum principes, multosque ex stirpe sua, cum aliis infinitis principibus senatus perdidit. Tunc etiam Festus, Judææ adhuc præfecturam obtinens, vita functus est. Judæi autem, accepta occasione qua Romanæ servitutis a se jugum depellerent, majores longe et absurdiores, quam antea motus excitarunt, fratremque Domini Jacobum interemerunt, reliquos vero discipulos virgis cæsos urbe sua expulerunt, qui divina revelatione docti in locum Jordani proximum recesserunt, illicque commorati sunt, ob mala quæ urbi impendere eis Deus prædixerat.

ἡμερος καὶ λίαν ὑπερήφανος. Τούτῳ διαβληθεὶς ὁ Πιλᾶτος, παραστάσιμος ἀνηνέχθη εἰς Ῥώμην καὶ εἰς τοσαύτας περιπέπτωκεν ἀνάγκας καὶ περιστάσεις, ὥστε αὐτὸν φονευτὴν ἑαυτοῦ γενέσθαι. Οἱ δὲ Ἰουδαῖοι εἰς μείζονας ἀταξίας ἐξετράπησαν, ὥστε πολλοὺς αὐτῶν ὑπὸ Ῥωμαίων ἀναλωθῆναι. Ὁ δὲ Καῖσαρ Ἡρώδην ἄλλον Ἀριστοβούλου, τὸν Ἀγρίππα λεγόμενον, βασιλέα τῆς Ἰουδαίας ἀνέδειξε, παραδοὺς αὐτῷ πάσας τὰς τετραρχίας. Οὗτος δεινὸς ὢν ἐκακοποίει τοὺς μαθητὰς τοῦ Χριστοῦ. Ἀνεῖλε δὲ Ἰάκωβον τὸν ἀδελφὸν τοῦ Κυρίου μαχαίρᾳ, κατὰ τὴν ἱερὰν τῶν Πράξεων φωνήν, ἐπιχειρήσας θανατῶσαι καὶ Πέτρον, εἰ μὴ παραδόξως δι' ἀγγέλου ἁγίου ἐρρύσθη ἐκ τῶν χειρῶν αὐτοῦ. Καὶ οὐκ ἐπαύσατο δὲ ὁ προειρημένος Ἡρώδης ἀλαζωνευόμενος, ἕως οὗ τῆς θείας δίκης πεῖραν ἔλαβε, καὶ γενόμενος σκωληκόβρωτος ἐξέψυξε.

Κατ' ἐκεῖνον δὲ τὸν καιρὸν Ἰάκωβος ὁ δίκαιος καὶ κληθεὶς ἀδελφὸς τοῦ Κυρίου πρῶτος ἦν κατασταθεὶς ἐπίσκοπος, κατὰ πρόσταξιν Θεοῦ, τῆς Ἱεροσολύμων ἁγίας Ἐκκλησίας. Τῶν δὲ Ἰουδαίων ἀτάκτως φερομένων κατὰ τῶν μαθητῶν τοῦ Κυρίου, πλειόνων κακῶν ἐπειράθησαν. Καὶ γοῦν πλῆθος πολὺ ὑπὸ Ῥωμαίων κατεσφάγη. Ἦν δὲ ἄλλος Ἀγρίππας παραλαβὼν τὴν βασιλείαν τῆς Ἰουδαίας ὁ κατὰ τὸν ἅγιον Παῦλον· Ἀπέθανε δὲ Γάϊος, καὶ ἐβασίλευσε Κλαύδιος ἀντ' αὐτοῦ ἔτη δεκατέσσαρα. Ἐπὶ τούτῳ ἐγένετο λιμὸς μέγας ἐφ' ὅλην τὴν οἰκουμένην, κατὰ τὴν προφητείαν Ἀγάβου. Τότε Ἰουδαῖοι εἰς μανίαν τραπέντες, δόλῳ κατὰ τῆς ἀγορᾶς ἀλλήλους κατέσφαζον, ἐφ' ᾧ κινηθεὶς ὁ Καῖσαρ ἀπέστειλε τοῖς τῶν ἐθνῶν ἄρχουσιν ἀφειδῶς χρήσασθαι τοῖς Ἰουδαίοις, καὶ λαὸς ἱκανὸς ἐξ αὐτῶν ἀνῃρέθη, καὶ οἱ οἶκοι αὐτῶν καὶ τὰ τέκνα ἐγένετο εἰς διαρπαγήν, καὶ ἀπὸ τῆς Ἰταλίας καὶ Ῥώμης μετὰ πολλῶν θλίψεων καὶ ζημιῶν ἐξεβλήθησαν. Ταῦτα συνέβη αὐτοῖς διὰ τὴν εἰς Χριστὸν τόλμαν.

Κλαύδιος δὲ ἀπέθανε, καὶ Νέρων ἐβασίλευσεν ἀντ' αὐτοῦ ἔτη δεκατέσσαρα. Οὗτος πονηρὸς ἦν καὶ λάγνος, εἰ καί τις ἄλλος. Αὐτὸς πρῶτος ἤγειρεν διωγμὸν κατὰ τῶν Χριστιανῶν. Ἀνεῖλε δὲ Πέτρον καὶ Παῦλον τοὺς κορυφαίους τῶν ἀποστόλων τοῦ Χριστοῦ, καὶ πολλοὺς δὲ τῶν προγόνων (42), καὶ ἑτέρους πολλοὺς τῶν πρώτων τῆς συγκλήτου ἀπώλεσε. Τότε Φῆστος ὁ ἡγεμών, ἔτι κατέχων τὴν τῆς Ἰουδαίας ἀρχήν, ἐτελεύτησεν. Οἱ δὲ Ἰουδαῖοι, καιροῦ δραξάμενοι τῆς ἀναρχίας, ἐπὶ πλέον τὴν αὔξησιν τῆς ἀταξίας ἐποιήσαντο. Ἀπέκτειναν δὲ Ἰάκωβον τὸν ἀδελφὸν τοῦ Κυρίου, καὶ τοὺς λοιποὺς μαθητὰς μαστίζοντες ἐδίωξαν τῆς πόλεως· καὶ αὐτοί, κατὰ ἀποκάλυψιν Θεοῦ, ἀνεχώρησαν εἰς τὴν περίχωρον τοῦ Ἰορδάνου, κἀκεῖσε διέτριβον, διὰ τὰ μέλλοντα τῇ πόλει ἔσεσθαι κακὰ, κατὰ τὴν πρόρρησιν τοῦ Κυρίου.

[24] De quo cap. xxv et xxvi Act. [25] Act. xi, 1 seqq.

NOTÆ.

(42) Bav. πολλοὺς δὲ τῶν πρὸ γένος. Fort. πρὸς γένος. Scripsi, τῶν προγόνων. Sed melius, πρὸς γένος, *cognati*. Pollux, occidit viros et mulieres, σύν τε ἄλλοις μυρίοις τῷ γένει προσήκουσι.

Digitized by Google

Τότε ὅλον τὸ ἔθνος τὴν πρὸς Ῥωμαίους ἀποστασίαν εἰργάσαντο. Ἀγρίππας δὲ φυγὰς ᾖχετο ἐπὶ τὴν Ῥώμην. Τότε Νέρων ἐν ὀργῇ καὶ θυμῷ ἔγραψε τῷ τῆς Ἑῴας στρατηγῷ (Οὐεσπασιανὸς δὲ ἦν τὸ τηνικαῦτα) κελεύων αὐτὸν συνεγείρειν πᾶσαν τὴν ὑπ' αὐτῷ στρατιὰν καταλαμβάνειν τὴν Ἰουδαίαν γῆν, καὶ ἄρδην ἀπωλέσαι αὐτήν. Οἱ δὲ δυνάμενοι τῶν Ἰουδαίων ἀκούσαντες, κατέλαβον τὴν Ἱερουσαλὴμ, ἄτε ὀχυρωτάτην οὖσαν τοῖς τείχεσι καὶ πύργοις μεγίστοις ἠσφαλισμένην. Ὁ δὲ στρατηγὸς προλαβὼν τὴν χώραν, πάσας τὰς πόλεις τῆς Ἰουδαίας καταστρέψας, ἐξανεῖλε πυρί. Καταλαβὼν δὲ τὴν Ἱερουσαλὴμ καὶ πολιορκήσας αὐτὴν ἐνιαυτὸν ἕνα, καὶ πολλὰ μηχανήματα κατασκευάσας, οὐδὲν ἴσχυσε ποιῆσαι, διὰ τὴν τῆς πόλεως ὀχυρότητα· ἀλλὰ καὶ ἐξελθόντες οἱ τοῖς πόλεως ἀιφνιδίως πολλοὺς ἔπληξαν τῶν Ῥωμαίων. Καταβὰς δὲ εἰς Καισάρειαν Οὐεσπασιανὸς ἀφῆκεν ἀναλαβεῖν τὸν στρατόν.

A

B

Atque hoc quidem tempore, universa Judæorum natione defectionem a Romanis inceptante, Agrippa fugiens, Romam proficiscitur : tunc Nero, summa ira ac furore incensus, ad Vespasianum exercitus Orientalis ducem scripsit, ut ex tempore omnem exercitum cogat ad Judæorum terram invadendam, penitusque devastandam. Judæorum vero potentissimi, hujus rei certiores facti, Hierosolymam, ut quæ urbs triplici muro esset munitissima, turribusque maximis tuta, sibi præsidio ac propugnaculo ceperunt. Vespasianus autem exercitus dux regionem invadens, omnes civitates Judææ ac Galilææ depopulatus, igne delevit. Hierosolymam etiam expugnare aggressus, cum eam annum integrum obsedisset, multasque belli machinas ad eam expugnandam exstruxisset, nihil, propter singularem ejus urbis munitionem, efficere potuit. Quin ipsi cives ultro eruptiones facientes, multos Romanos ceciderunt. Vespasianus itaque Cæsaream descendens, exercitui, ut se reficeret, permisit.

Ἐν τούτοις δὲ ἀνῃρέθη Νέρων ἐπὶ τῆς Ῥώμης, καὶ ἐκράτησε Γάλβας μῆνας ζ'. Κἀκεῖνος ἀνῃρέθη, καὶ ἐκράτησεν ὁ Ὄθων τρεῖς, καὶ μετὰ τοῦτον Βιτάλιος ἐκράτησε μῆνας τρεῖς. Ἐν πολλῷ οὖν κινδύνῳ καὶ ἀκαταστασίᾳ τῶν πραγμάτων ὑπαρχόντων, καὶ βαρβάρων τινῶν ἐπικειμένων τῇ Ῥωμανίᾳ (43), ὁ κατὰ τὴν Ἑῴαν στρατὸς ἄκοντα τὸν Οὐεσπασιανὸν ἔστεψε βασιλέα, συναινέσει πάντων κατὰ τὴν Ἀνατολὴν ἀρχόντων. Ἀπαίρων δὲ ἐπὶ τὴν Ῥώμην, χειμῶνος ὥρᾳ, τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ Τίτον καὶ Δομετιανὸν Καίσαρας ἀναδείξας, τὸν μὲν Τίτον πολιορκήσαντα Ἱεροσόλυμα κατέλιπε, Δομετιανὸν δὲ ἀπέστειλεν εἰς ἐκστρατείαν ἐπὶ τοὺς βαρβάρους. Ἐγγίζοντος δὲ αὐτοῦ ἤδη τῇ Ῥώμῃ, ὁ ἐκεῖσε στρατὸς μετὰ τῆς συγκλήτου, ἀνελόντες τὸν ἄνταρτον, σὺν εὐωχίᾳ μεγίστῃ καὶ κρότοις συνήντησαν αὐτῷ. Καθεσθεὶς δὲ ἐπὶ τοῦ θρόνου κατέσφαξε πάντας τοὺς ἀτάκτους, καὶ ἐξαίφνης τὰ Ῥωμαίων αὖθις ἐπηνωρθώθη, τοῦ Δομετιανοῦ ἐξολοθρεύσαντος τοὺς ἐπανισταμένους βαρβάρους.

C

Romæ interim Nero jugulatur, imperavitque Galba menses septem, qui et ipse cæsus est. Regnavit deinde Otho menses tres, et post hos Vitellius menses totidem. Rebus itaque in summo periculo confusioneque maxima constitutis, barbarisque nonnullis in Romanam ditionem irruentibus, omnis, qui in Oriente tunc erat, exercitus, Vespasianum nihil tale cupientem, imperatorem coronavit, consensu ac voluntate omnium ducum Orientalis militiæ. Romam igitur sub initium hiemis decedens, filios suos Titum et Domitianum Cæsares declarans, illum in obsidione Hierosolymitana reliquit, hunc in externam militiam contra barbaros misit, cumque jam Romæ propinquaret, omnes, qui tunc illic aderant, milites sublato æmulo, simulque senatus, eum multo applausu, magnaque lætitia excipientes deduxerunt; qui simul ac fastigium imperii conscendisset, protinus omnes rerum perturbandarum auctores jugulari præcepit, atque ita præter spem res Romana est mirum in modum reparata, barbaris a Domitiano internecione deletis.

Πολιορκουμένης δὲ τῆς Ἱερουσαλὴμ ἐπὶ ἔτη δύο, πάντες οἱ ἐν αὐτῇ λιμῷ ἐτάκησαν, τὰ τέκνα αὐτῶν φαγόντες ἐν τῇ πολιορκίᾳ. Παραλαβὼν δὲ αὐτὴν ὁ Καῖσαρ, κατακόψας τὸν λαὸν τὸν ἐν αὐτῇ, καὶ σωλεύσας πᾶσαν μετὰ τοῦ λαοῦ (44) πυρὶ παρέδωκε. Τότε ἐπληρώθη ὁ λόγος τοῦ Κυρίου, ὁ, *Οὐ μὴ ἀφεθήσεται λίθος ἐπὶ λίθον ἐν αὐτῇ*. Τοὺς δὲ ἀναιρεθέντας διαγράφουσί τινες εἰς τριακοσίας μυριάδας. Μετὰ δὲ τὴν ἅλωσιν τῆς πόλεως πάλιν ἐπανελθόντες οἱ πιστοὶ εἰς τὴν ἁγίαν Σιὼν, προεβάλλοντο δεύτερον ἐπίσκοπον Ἱεροσολύμων Συμεῶνα, τὸν τοῦ Κλεόπα τοῦ ἐν Εὐαγγελίοις ἐμφερομένου, αὐτόπτην καὶ ἀκροατὴν, καὶ ἀνεψιὸν ὑπάρχοντα τοῦ Κυρίου. Κλεόπας δὲ ἀδελφὸς ἦν τοῦ κατὰ χάριν πατρὸς τοῦ

D

Cum autem biennali obsidione Hierosolymorum urbs premeretur, eo necessitatis omnes, qui in ea erant, redacti sunt, ut fame tabescentes, suos ipsorum liberos propter obsidionis angustias edere cogerentur. Capta vero urbe, populoque omni fuso, Cæsar illam ac cives prædatus igne succendit. Tunc exitu comprobatus est Domini sermo : *Non relinquetur lapis super lapidem in ea* [26]. Sunt qui tradunt, occisorum numerum trigesis centum fuisse millia. Post devastatam autem urbem redeuntes omnes fideles in Sion, crearunt secundum episcopum Simeonem filium Cleophæ, cujus in Evangelio mentio fit ; qui Dominum ipsum viderat, audiverat, ejusque consobrinus fuerat. Cleophas vero frater

[26] Matth. xxiv, 2.

NOTÆ.

(43) Cod. Bav. ἐπικειμένων τῆς Ῥωμανίᾳ. Sch. τῆς Ῥωμανίας · scripsi, τῇ Ῥωμανίᾳ. Sunt autem et quæ antecedunt, et quæ sequuntur excerpta ex Polluce.

(44) Cod. Sch. μετὰ τοῦ ναοῦ, *cum templo*.

Digitized by Google

fuit patris secundum gratiam Domini nostri. Colliguntur vero anni quadraginta a Salvatoris passione usque ad devastationem Hierosolymorum.

Vespasianus autem rerum potitus imperavit annos decem, fatisque concessit, imperavitque post eum Titus filius annos tres, eoque mortuo Domitianus, illius frater, imperii gubernacula est assecutus. Qui rursus in Judæos magnam persecutionem excitavit, omnes qui ex regia stirpe erant inquirens : de Christo enim didicerat, quod ex Davidis prosapia descenderet, magnumque ac nobile genus haberet, quodque quidam essent hujus sectam profitentes, qui prædicarent Christum regem sempiternum, omnes sub cœlo potestates dissoluturum, solumque regnaturum. Quamobrem ira inflammatus imperator edixit ne quis Christianorum vivus relinqueretur, mittensque Hierosolymam, nepotes Judæ fratris Domini vinctos Romam adduci jussit, quos de Christo regnoque ipsius interrogavit. Illi autem responderunt non esse terrenum illius regnum sed cœleste, futurumque ut in consummatione sæculorum veniret cum gloria judicare vivos et mortuos, et retribuere unicuique secundum opera sua. Quo audito, Cæsar timore perculsus eos a vinculis dissolvit, et persecutionem in Christianos repressit.

Hic posteaquam imperium annos quindecim obtinuisset, moriens discessit. Pro quo Nerva unum duntaxat regnans annum etiam moritur, et post eum Trajanus annos viginti imperavit. Hic contra Christianos persecutionem maximam movens multos martyrio affecit, usque adeo, ut ipsi gentium principes fatigati eorum, qui martyrium subibant, multitudine, ad Cæsarem id referrent Christianorumque libertati hoc testimonium darent, omnia eos ex debito legum præscripto facere, nisi quod Christum duntaxat solum Deum confiterentur. Hæc audiens imperator persecutioni finem imposuit. Sub eo autem Romæ Ignatius, Antiochenus episcopus, martyrium passus est, et Simeon Cleophæ filius, ætatis vicesimum supra centesimum annum agens, ab Attico quodam, viro consulari, in crucem actus est. Eodem tempore Judæi, ad consuetam sibi vesaniam redeuntes, regem sibi creare ausi sunt. Qua re commotus imperator ad eos præfectos violentos misit, qui, capto tyranno, per omnem mundum Judæos deinceps persequentes, innumerabilem eorum multitudinem occiderunt.

Defuncto autem Trajano, pro eo Ælius Adrianus viginti et unum annos imperavit. Hic cum adversa corporis valetudine uteretur, totum mundum peragravit malo suo remedium quærens. Postquam vero ad sanctam civitatem pervenisset, vidisseque eam penitus devastatam, Christianorum duntaxat una quadam ibi ecclesia constituta, integram de novo exstrui mandavit, excepto templo; quo intellecto Judæi undique gentium, brevi tem-

A Κυρίου. Συνάγονται δὲ τεσσαράκοντα ἔτη ἀπὸ τοῦ σωτηρίου πάθους ἕως τῆς ἁλώσεως Ἱεροσολύμων.

Ἐβασίλευσε δὲ ὁ Οὐεσπασιανος κραταιὸς ἔτη δέκα καὶ ἀπέθανε, καὶ ἐβασίλευσε Τίτος ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἀντ' αὐτοῦ ἔτη τρία καὶ ἀπέθανε, καὶ ἐβασίλευσεν ὁ Δομετιανὸς ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ ἀντ' αὐτοῦ, καὶ πάλιν διωγμὸν μέγαν τοῖς Ἰουδαίοις ἐπήγειρεν, ἐπιζητῶν τοὺς ἐκ βασιλικῆς συγγενείας· ἐμηνύθη αὐτῷ τὰ περὶ Χριστοῦ, ὅτι ἐκ τοῦ Δαυὶδ ὑπάρχει, καὶ μέγα ἔχει γένος, οἵτινές εἰσι χριστιανίζοντες, καὶ καταγγέλλοντες Ἰησοῦν Χριστὸν βασιλέα αἰώνιον, μέλλοντα καταλύειν πάσας τὰς ὑπὸ τὸν οὐρανὸν δυνάμεις, καὶ μόνος μέλλει βασιλεύειν. Θυμωθεὶς δὲ ὁ βασιλεὺς ἐπὶ τούτῳ, ἐκέλευσε μὴ ζῇν Χριστιανούς· ἀποστείλας δὲ εἰς Ἱεροσόλυμα, τοὺς ἐγγόνους Ἰούδα, τοῦ ἀδελφοῦ τοῦ Κυρίου, ἐπὶ τὴν Ῥώμην ἀπήγαγεν, καὶ ἐπηρώτησεν αὐτοὺς περὶ τοῦ Χριστοῦ καὶ τῆς αὐτοῦ βασιλείας. Οἱ δὲ ἀπεκρίναντο μὴ εἶναι τὴν βασιλείαν αὐτοῦ ἐπίγειον, ἀλλ' ἐπουράνιον, μέλλειν δὲ ἐν τῇ συντελείᾳ τῶν αἰώνων ἔρχεσθαι μετὰ δόξης κρῖναι ζῶντας καὶ νεκροὺς, καὶ ἀποδοῦναι ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ. Ταῦτα ἀκούσας ὁ Καῖσαρ, καὶ ἔμφοβος γενόμενος, ἀπέλυσεν αὐτοὺς, καὶ τὸν κατὰ τῶν Χριστιανῶν διωγμὸν ἐκώλυσεν.

Ἀπέθανε δὲ Δομετιανὸς βασιλεύσας ἔτη δεκαπέντε, καὶ Νερουᾶς ἐβασίλευσεν ἀντ' αὐτοῦ ἔτος ἕν. Ἀπέθανε δὲ Νερουᾶς, καὶ ἐβασίλευσεν ἀντ' αὐτοῦ Τραϊανὸς ἔτη εἴκοσιν. Οὗτος διωγμὸν ἐπὶ πολὺ κατὰ Χριστιανῶν κινήσας, μάρτυρας παμπόλλους ἐφόνευσεν, ὥστε τοὺς ἄρχοντας τῶν ἐθνῶν ἀποκακίσαντας τῷ πλήθει τῶν μαρτυρούντων ἀναγαγεῖν τῷ αὐτοκράτορι, μαρτυροῦντας τῇ τῶν Χριστιανῶν ἐλευθερίᾳ, ὅτι πάντα κατὰ νόμους τοὺς πρέποντας διαπράκτουσι, Χριστὸν δὲ μόνον Θεὸν ὁμολογοῦσι. Ταῦτα ἀκούσας ὁ αὐτοκράτωρ ἔπαυσε τὸν διωγμόν. Ἐμαρτύρησε δὲ ἐπ' αὐτοῦ ἐν Ῥώμῃ Ἰγνάτιος ὁ ἐπίσκοπος Ἀντιοχείας, καὶ Συμεὼν ὁ τοῦ Κλεόπα, ὁ ἐν Ἱεροσολύμοις ἐπίσκοπος, σταυρωθείς, ὢν ἐτῶν ἑκατὸν καὶ εἴκοσιν, ἐπὶ Ἀττικοῦ τινος ὑπατικοῦ. Κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν Ἰουδαῖοι τῇ σφῶν μανίᾳ χρώμενοι ἐτόλμησαν βασιλέα ἑαυτῶν στῆσαι, ἐφ' ᾧ κινηθεὶς ὁ αὐτοκράτωρ ἀπέστειλεν ἄρχοντας στιβαροὺς ἐπ' αὐτοὺς, οἵτινες χειρωσάμενοι τὸν προβληθέντα τύραννον ἀνὰ πᾶσαν λοιπὸν τὴν οἰκουμένην διώκοντες, πλήθη ἀναρίθμητα τῶν Ἰουδαίων κατέσφαζον.

Ἀπέθανε δὲ Τραϊανὸς, καὶ ἐβασίλευσεν ἀντ' αὐτοῦ Αἴλιος Ἀδριανὸς εἴκοσι καὶ ἓν ἔτος. Οὗτος περιεῖπε τὰς χώρας, λωβηθεὶς τὸ σῶμα καὶ ζητῶν τινα ἐπικουρίαν τοῦ πάθους. Ἐλθὼν δὲ κατὰ τὴν ἁγίαν πόλιν, καὶ ἰδὼν αὐτὴν ἠδαφισμένην, μόνην δὲ τὴν τῶν Χριστιανῶν ἐκκλησίαν ἱσταμένην, ἐκέλευσε κτισθῆναι τὴν πόλιν ὅλην, παρεκτὸς τοῦ ναοῦ. Ἀκούσαντες δὲ Ἰουδαῖοι συνερρύησαν ἐκ παντὸς ἔθνους, καὶ ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ ταχέως λίαν ἐκτίσθη (45). Ἀλλὰ πάλιν ὁ

NOTÆ.

(45) Cod. Sch. πυκνῶς λίαν συνῳκίσθη.

Digitized by Google

ἐκδακχεύων αὐτοὺς ὁ πονηρὸς δαίμων, οὐκ εἴασεν αὐτοὺς ἡρεμεῖν, ἀλλὰ ἀποστάντες τῆς Ῥωμαίων ὑποταγῆς, κατέστησαν ἑαυτοῖς στασιώτην τινὰ καλούμενον Βαρχωχίβαν. Ταῦτα ἀκούσας ὁ Καῖσαρ ἀπέστειλεν ἐπ' αὐτοὺς στρατόπεδα πάμπολλα, καὶ πολυχρονίως ἐπολιόρκουν τὴν πόλιν, ἕως οὗ λιμῷ καὶ δίψῃ διεφθάρη πᾶς ὁ λαὸς ἐν αὐτῇ.

A pore, eo confluxerunt, celeriterque civitas est ædificata. Verum malus iterum genius illis mentem eripiens, quietos esse non sivit. Itaque a Romanorum deficientes imperio, sibi pro rege seditiosum quemdam, Barchocheban nomine, constituerunt. Quod statim ut Cæsar audivit, magno in eos exercitu misso, urbem eorum tandiu obsedit, donec omnes, qui in ea erant, fame et siti conficerentur.

Αὕτη ἐστὶν ἡ ἐσχάτη ἐρήμωσις τῆς Ἰουδαίας. Πάντας γὰρ τοὺς Ἰουδαίους ἐξολοθρεύσας καὶ εἰς παντελῆ ἐρημίαν καταστήσας τὴν πόλιν, ἐκέλευσε τοῖς Ἕλλησι κατέχειν αὐτὴν, γράψας νόμον δογματικῶς κελεύοντα, μηκέτι τοὺς Ἰουδαίους ὀφθαλμοῖς ὁρᾶν τῆς πατρῴας γῆς τὸ ἔδαφος. Οἱ δὲ οἰκήτορες τῶν Ἱεροσολύμων ἐξ ἀλλοφύλων τυγχάνοντες στήλην τῷ Αὐτοκράτορι ἵδρυσαν ἐν αὐτῷ τῷ ἱερῷ παρὰ τὴν ὡραίαν πύλην, καὶ ἀμείψαντες τὸ ὄνομα τῆς πόλεως, ἐκάλεσαν αὐτὴν ἐπὶ τῷ ὀνόματι τοῦ κρατοῦντος Αἰλίαν. Ἡ δὲ πρὸ τούτων τῶν χρόνων ἐν Ἱεροσολύμοις ἁγία Ἐκκλησία ἐξ Ἑβραίων συστᾶσα οὐκ ἐδέχετο ἐπίσκοπον ἀπερίτμητον. Τοὺς δὲ χρόνους αὐτῶν συγχωρήσει μοι ἡ ὁσιότης ὑμῶν ἀπορήσαντι μὴ διασημᾶναι, οὐ γὰρ ἂν εὐκόλως εὕροι τις πώποτε. Τὰ δὲ ὀνόματα αὐτῶν ἐστι ταῦτα. Πρῶτος Ἰάκωβος ὁ τοῦ Κυρίου ἀδελφὸς, Συμεὼν ὁ τοῦ Κλεόπα, Ἰοῦστος, Ζακχαῖος (46), Τοβίας, Βενιαμὶν, Ἰωάννης, Ματθίας, Φίλιππος, Σενέκας, Ἰοῦστος, Λεβῆς, Ἐφρῆς, Ἰωσὴφ, Ἰούδας. Οὗτοι πάντες ἐκ τῆς περιτομῆς ὑπῆρχον, δέκα καὶ πέντε τὸν ἀριθμόν. Καὶ συνάγονται ἀπὸ τῆς ἁλώσεως Ἱεροσολύμων, ἕως τῆς ὑστέρας πολιορκίας καὶ τῆς τῶν Ἰουδαίων τελείας ἐκβολῆς ἔτη πεντήκοντα ὀκτώ (47).

B

C

Atque hæc fuit ultima Judaicæ gentis devastatio. Omnibus enim Judæis internecione cæsis, urbeque ad meram solitudinem jam redacta, rursus eam instauravit, et a Græcis habitari præcepit, legem eis præscribens, qua expresse cavebatur, ne cui posthac Judæorum patriæ solum oculis intueri liceret. Incolæ autem Hierosolymitani, externæ nationis homines, columnam imperatori in ipso templo statuerunt, prope portam Speciosam, nomenque immutantes civitatis, ab imperatoris nomine Æliam appellarunt. Sancta autem, quæ ante id tempus fuerat Hierosolymis Ecclesia, neminem nisi circumcisum ad episcopi munus admiserat. Dabit autem veniam sanctitas tua, si tempus, quo quisque eorum fuit, cum minus compertum habeam, non demonstravero, utpote quod haud facile a quoquam inveniri potuerit. Cæterum nomina illorum hæc sunt : primus Jacobus frater Domini, dein Simeon filius Cleophæ, Justus, Zachæus, Tobias, Benjamin, Joannes, Matthias, Philippus, Seneca, Justus, Levi, Ephres, Joseph, Judas ; qui omnes quindecim ex circumcisione fuerunt. Colliguntur autem a vastatione Hierosolymorum usque ad hanc postremam obsidionem, Judæorumque ultimam ejectionem, anni quinquaginta octo.

Ἡ δὲ κατὰ τὴν Αἰλίαν συστᾶσα ἁγία Ἐκκλησία ἐξ ἐθνῶν τυγχάνουσα, πρῶτον καθιστᾷ ἐπίσκοπον ἐξ ἐθνῶν Μάρκον, ἄνδρα κατὰ πάντα ἀγιώτατον. Μαθόντες δὲ ἐκ παραδόσεως οἱ πιστοὶ τὸν τόπον τοῦ ἁγίου Γολγοθᾶ κεχωσμένον ἔτι καὶ ἀφανῆ τυγχάνοντα, ἐρχόμενοι καθ' ἡμέραν σεβασμίως προσεκύνουν· ὅπερ θεωροῦντες οἱ εἰδωλολάτραι, τοῦ διαβόλου ὑποβάλλοντος αὐτοῖς, ᾠκοδόμησαν ἐκεῖσε ναὸν τῷ ἀγάλματι τῆς ἀκαθάρτου δαίμονος Ἀφροδίτης. Κωλυθὲν δὲ τὸ τῶν Χριστιανῶν πλῆθος τῆς ἐν τῷ τόπῳ προόδου, ἄγνωστοι τοῖς πολλοῖς λοιπὸν οἱ ἅγιοι τόποι ἐγίνοντο.

D

Sancta interim Ecclesia Æliæ constituta, cum ex gentibus esset, primum ex gentibus creat episcopum Marcum nomine, virum vitæ sanctimonia cumprimis conspicuum. Cæterum fideles, cum ex traditione majorum locum sacri montis Golgothæ, qui jam obscurus ac obrutus erat, didicissent, quotidie ad illum accedentes, religiose adorabant : quod idololatræ conspicati, diabolo eos instigante, ædem illic statuæ impurissimæ deæ Veneris dicatam construxerunt ; prohibita itaque Christianorum multitudine, ne ad eum locum posset accedere, ignorari tandem a multis sacra loca coeperunt.

Ἀπέθανε δὲ Ἀδριανὸς, καὶ ἐβασίλευσεν Ἀντωνῖνος ὁ Εὐσεβὴς ἀντ' αὐτοῦ εἴκοσι καὶ δύο ἔτη. Μετὰ τοῦτον δὲ Μάρκος Ἀουρήλιος Οὐῆρος, ὃν καὶ Ἀντωνῖνος ὁ υἱὸς αὐτοῦ σὺν καὶ Λουκίῳ ἀδελφῷ διαδέχεται ἔτη τεσσαρακαίδεκα (48). Διωγμοῦ δὲ κινηθέντος πολλοὶ γεγόνασι μάρτυρες θανόντες προθύμως ὑπὲρ Χριστοῦ. Σημεῖα δὲ μεγάλα ἐγίνετο, ὥστε αὐτὸν τὸν Καίσαρα Μάρκον, σὺν παντὶ τῷ στρατεύματι αὐτοῦ, σπάνει ὕδατος μέλλοντα διαφθείρεσθαι, τῇ

Moritur autem Adrianus, et loco ejus imperavit Antoninus Pius, annos duos et viginti : post hunc vero Marcus Aurelius Verus, cui etiam Antoninus filius cum Lucio fratre succedit per annos quatuordecim ; cumque ingens persecutio esset orta, multi martyrio affecti sunt, forti infractoque animo pro Christo morientes. Magna autem signa fiebant, ut, cum ipse imperator Marcus, cum universo exercitu in maximum discrimen esset addu-

NOTÆ.

(46) Nicephorus in *Chronico*, *Zacharias* pro *Zachæus*.

(47) Cod. Crypt. Ferr. ἔτη πεντηκοντα.

(48) Pollux ἔτη ιθ'.

Digitized by Google

cius, ne penuria aquæ omnes interirent, Christianorum precibus sit conservatus, Deo in locis aquæ expertibus ingentem ipsis imbrem mittente. Moritur autem Verus, cui in Imperium Commodus succedit per annos duodecim. Post quem imperavit Pertinax menses sex, post hunc Severus annos octodecim; sub quo etiam maxima persecutione excitata, multi ubique locorum martyrii laurea sunt coronati.

A τῶν Χριστιανῶν εὐχῇ περισωθῆναι, τοῦ Θεοῦ ἐν ἀνύδροις τόποις ἀποστείλαντος αὐτοῖς τὸν ὑετόν. Τελευτήσαντος δὲ Οὐήρου διαδέχεται τὴν ἡγεμονίαν /33v Κόμμοδος ἔτη δώδεκα. Μετ' αὐτὸν ἐβασίλευσε Περτίναξ μῆνας ἕξ. Μετὰ τοῦτον ἐβασίλευσε Σεβῆρος ἔτη δέκα καὶ ὀκτώ · ἐφ' οὗ, διωγμοῦ μεγάλου κινηθέντος, πολλοὶ κατὰ πάντα τόπον ἐμαρτύρησαν.

Hoc vero exstincto Antoninus Caracalla annos septem imperavit, eumque excipiens Macrinus unum annum, et post hunc alius item Antoninus annos 14, deinde Alexander annos 13. Illi vero, qui ab Adriani imperio, in civitate Æliensi, ad episcopatus fastigium evecti sunt, sequentes fuerunt : Marcus, Cassianus, Publius, Maximus, B Julianus, Caius, Julianus alter, Capito, Valens, Dolichianus, Narcissus, qui Narcissus apostolicis dotibus cumprimis illustris, et silentii ac solitudinis amans, episcopatum deserens in ignotum locum profugit, et cum diu multumque a populo et episcopis illius provinciæ quæsitus non inveniretur, subrogatur in ejus locum episcopus Dius, et post eum Germanion; huic succedit Gordias. Sub hoc Narcissus iterum, tanquam ex adytis, apparet, fuitque cum electo episcopo, ætate admodum provecta, ita ut tricesimus a Dominica passione in episcoporum ordine vixerit. Episcopo autem, cum quo commoratus fuerat, defuncto, et Narcisso ad extremam senectutem jam progresso (centum enim et sexdecim annos excesserat), Alexandrum C quemdam episcopum, ab alia provincia, religionis ergo, ad sacra loca venientem, pro ipso, ex divina revelatione episcopum Hierosolymitanum constituunt, multis eum ad id cohortationibus incitantes, qui tandem martyrio consummatur. Atque his temporibus Ecclesia Dei alta pace fruebatur, eo quod mater imperatoris, Mamæa, pia admodum Dei cultrix erat.

Τούτου δὲ τελευτήσαντος Ἀντωνῖνος Καράκαλος ἔτη ἑπτά, Μακρῖνος τοῦτον διαδεξάμενος ἐβασίλευσεν ἔτος ἕν. Καὶ μετ' αὐτὸν Ἀντωνῖνος ἄλλος ἔτη τεσσαρακαίδεκα. Ἐβασίλευσε μετὰ τοῦτον Ἀλέξανδρος ἔτη τρία καὶ δέκα. Οἱ δὲ κατὰ τὴν Αἰλίαν γενόμενοι ἐπίσκοποι ἀπ' Ἀδριανοῦ τῆς βασιλείας, οὗτοί εἰσι · Μάρκος, Κασσιανός, Πούπλιος, Μάξιμος, /34r Ἰουλιανός, Γάϊος, Ἰουλιανὸς ἕτερος, Καπίτων, Οὐάλης, Δολιχιανός, Νάρκισσος (49). Οὗτος δὲ ὁ Ναρκισσὸς ἀποστολικοῖς χαρίσμασι λαμπρυνόμενος, καὶ τῆς ἡσυχίας ἐρῶν, καταλείψας τὴν ἐπισκοπὴν εἰς ἀγνώστους τόπους ἀπέδρα. Πολλὰ ζητηθέντος ὑπὸ τοῦ λαοῦ καὶ τῶν τῆς ἐπαρχίας ἐπισκόπων, καὶ μὴ εὑρεθέντος, προβάλλεται ἀντ' αὐτοῦ ἐπίσκοπος Διός, μετ' αὐτὸν Γερμανίων. Τοῦτον διαδέχεται Γορδίας. Ἐπὶ τούτου, ὥσπερ ἐξ ἀδύτων, πάλιν ἀναφαίνεται Νάρκισσος. Καὶ ἦν σὺν τῷ χειροτονηθέντι ἐπισκόπῳ γέρων πολὺ ὑπάρχων, ὡς εἶναι αὐτὸν τρια- /34v κοστὸν ἀπὸ τοῦ σωτηρίου πάθους. Τοῦ δὲ σὺν αὐτῷ ἐπισκόπου τελειωθέντος καὶ τοῦ Ναρκίσσου ὑπεργηράσαντος, ἦν γὰρ ἐτῶν ἑκατὸν ἑξκαίδεκα, Ἀλεξανδρόν τινα ἐπίσκοπον ἀπὸ ἑτέρας χώρας ἐλθόντα εἰς προσκύνησιν τῶν ἁγίων τόπων, ἀντ' αὐτοῦ κατὰ ἀποκάλυψιν Θεοῦ καθιστῶσιν ἐπίσκοπον Ἱεροσολύμων, πολλὰ αὐτὸν παρακαλέσαντες, ὅστις καὶ μαρτυρίῳ ὕστερον τελειοῦται. Κατ' ἐκείνους δὲ τοὺς χρόνους εἰρήνη πολλὴ ὑπῆρχεν ἐν ταῖς Ἐκκλησίαις τοῦ Θεοῦ. Ἦν γὰρ ἡ μήτηρ τοῦ αὐτοκράτορος, Μαμαία, θεοσεβὴς λίαν.

Alexandro autem ab imperio decedente, suscepit illud Maximinus per annos tres. Hic acerbe in Alexandri familiam invectus, persecutionem in Christianos resuscitavit, præsidesque Ecclesiarum de medio tolli præcepit, tanquam blasphemiarum in deos suos auctores. Eo mortuo Romanum as- D sumpsit imperium Pupienus et cum eo Balbinus menses tres. His succedit Gordianus annos sex, post eum Philippus imperator annos septem. Hic demum vere in Christum credidit. Verum Decius, diaboli minister, eum interimens, imperium per annos duos obtinuit. Sub quo dum acerbissima persecutio esset exorta, innumeri ubique martyrio sunt affecti. Eo autem una cum liberis interfecto, Gallus et Volusianus in imperium per tres annos succedunt, post quos Valerianus et Galienus se-

Ἀλεξάνδρου δὲ καταπαύσαντος τὴν ἀρχήν, διαδέχεται τὴν ἡγεμονίαν Μαξιμῖνος ἔτη τρία. Οὗτος κακῶς τῷ Ἀλεξάνδρου οἴκῳ χρησάμενος διωγμὸν ἤγειρε κατὰ τῶν Χριστιανῶν, καὶ τοὺς προεστῶτας τῶν Ἐκκλησιῶν ἀναιρεῖσθαι προστάττει, ὡς αἰτίους τῶν εἰς τοὺς θεοὺς βλασφημιῶν. Τούτου δὲ τελευτήσαντος τῶν Ῥωμαίων ὀρχὴν παραλαμβάνει Πουπῖνος καὶ Βαλβῖνος μῆνας τρεῖς. Τούτους δὲ διαδέχεται Γορδιανὸς ἔτη ἕξ. Μετὰ τοῦτον Φίλιππος αὐτοκράτωρ /35r ἔτη ἑπτὰ ἐβασίλευσεν · οὗτος γνησίως ἐπίστευσεν εἰς /35v Χριστόν · ἀλλ' ὁ ὑπηρέτης τοῦ Σατανᾶ Δέκιος τοῦτον ἀποκτείνας κατέσχε τὴν βασιλείαν ἔτη δύο. Ἐπὶ τούτου, διωγμοῦ χαλεποῦ κινηθέντος, οὐκ εὐαρίθμητοι κατὰ τόπους ἐμαρτύρησαν. Τούτου δὲ σὺν παισὶ κατασφαγέντος, διαδέχεται τὴν βασιλείαν Γάλλος καὶ Βουλισιανὸς ἔτη τρία, καὶ τούτους δὲ Οὐαλεριανὸς

NOTÆ.

(49) Non conveniunt hæc cum enumeratione Nicephori in *Chronico* : quem vide. Cod. Sch. post Julianum, habet hos : Ὁ Σύμμαχος, Γάϊος ἕτερος, Καπήτων, Οὐάλης, Δολιχιανός, Νάρκισσος, etc.

Digitized by Google

καὶ Γαληνὸς (50) διαδέχεται ἔτη δεκαπέντε. Οὗτος διωγμὸν μέγαν κατὰ Χριστιανῶν ἤγειρεν. Ὑπὸ βαρβάρων δὲ αἰχμαλωτισθέντος, ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἔπαυσε τὸν διωγμόν.

Ἐν δὲ Αἰλίᾳ Ἀλέξανδρος μαρτυρήσας Μαρζαβάνην διάδοχον τῆς λειτουργίας κατέλιπε, καὶ τοῦτον Ὑμέναιος διαδέχεται. Μετὰ Γαληνὸν Κλαύδιος ἐβασίλευσεν ἔτη δύο. Καὶ τούτου διάδοχος κατέστη Ἀουρηλιανὸς ἔτη ἕξ. Μετὰ τοῦτον Τάκιτος καὶ Φλωριανὸς ἐκράτησαν μῆνας ἐννέα. Τούτου Πρόβος διάδοχος γέγονεν ἔτη ἕξ. Τούτου δὲ τελευτήσαντος τὴν ἡγεμονίαν ἐδέξατο Κάρος σὺν τοῖς υἱοῖς αὐτοῦ Καρίνῳ καὶ Νουμεριανῷ ἔτη δύο. Μετὰ τούτους μετέρχεται βασιλείαν Διοκλητιανὸς καὶ Μαξιμιανὸς εἴκοσι καὶ ἕν ἔτος. Ἐπὶ τούτων ὁ βαρύτατος καὶ μακρότατος τῶν Χριστιανῶν γέγονε διωγμός, ἐν ᾧ ἀναρίθμητοι καὶ Κυρίῳ μόνῳ ἐγνωσμέναι μυριάδες ἐμαρτύρησαν. Ἐν Αἰλίᾳ δὲ Ὑμέναιος τὴν λειτουργίαν καταπαύσας, Ζαῦδα διάδοχον αὐτοῦ καταλέλοιπεν, καὶ τούτου τελευτήσαντος, Ἕρμων τὸν θρόνον κατέσχεν Ἱεροσολύμων.

Οἱ δὲ περὶ Διοκλητιανὸν καὶ Μαξιμιανὸν τὸν ἐπίκλην Ἡρκούλιον, μετὰ τὸ ἀποκτεῖναι αὐτοὺς τῶν ἁγίων πολλὰς μυριάδας, ὥσπερ κόρον λαβόντες τῶν κακῶν, τῇ ὑπερβολῇ τῆς ἀπονοίας ἀρθέντες, προφάσει θεοσεβείας ἀλιτάρχαι γενόμενοι, ἐκ συνθήματος ἀπέθεντο τὸ βασίλειον, καὶ εἰς ἰδιωτικὴν διαγωγὴν κατεστάθησαν. Μαξιμιανὸς (51) ὁ λεγόμενος Γαλέριος, καὶ Μαξέντιος ὁ υἱὸς τοῦ Ἡρκουλίου κατέσχον τὴν Ῥωμαϊκὴν ἡγεμονίαν ἔτη ἐννέα. Ὁ μέν τοι Μαξιμιανὸς ἐν τοῖς τῆς Ἑῴας μέρεσι διέτριβεν, ὁ δὲ Μαξέντιος ἐν αὐτῇ τῇ Ῥώμῃ τῇ μεγάλῃ τὰ βασίλεια ἐποιήσατο, θῆρες ἄγριοι οὗτοι καὶ πᾶν εἶδος κακίας μετερχόμενοι, καὶ σφοδρῶς κατὰ τῶν Χριστιανῶν ἐπιμαινόμενοι. Συνεβασίλευσε δὲ αὐτοῖς κατὰ τὴν Βρετανίαν Κώστας ὁ μέγας, ὁ τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου πατήρ, ἀνὴρ τὰ πάντα γαληνότατος καὶ πραότατος, εὐσέβειαν ἀσπαζόμενος, καὶ εἴδωλα μυσαττόμενος, καὶ λίαν τοὺς Χριστιανοὺς ἀποδεχόμενος.

Ὁ δὲ Κωνσταντῖνος ἔτι ὑπάρχων παις παρὰ τῷ τῆς Ἑῴας τυράννῳ ἐτρέφετο, παιδευόμενος τὴν Ἑλληνικὴν σοφίαν, ὅθεν αὐτῷ καὶ ἐν Παλαιστίνῃ ὄντι καὶ θεωροῦντι, ὅσα πάσχουσιν οἱ δοῦλοι Χριστοῦ, ἐδάκνετο ἡ ψυχή. Ἦν γὰρ μισοπόνηρος ἐκ παιδόθεν. Τὸν δὲ Διοκλητιανὸν ἐν Δαλματίᾳ διάγοντα κατέλαβε θεήλατος ὀργή, καὶ ὀγκωθεὶς τὸ σῶμα εἰς πολλὰ διερρήγνυτο μέρη, τῆς βλασφήμου αὐτοῦ γλώσσης σαπείσης ἐν τῷ λάρυγγι αὐτοῦ καὶ πλῆθος σκωλήκων ἀναβρισάσης. Οὕτως ἀπέρρηξε τὸ πνεῦμα. Ὁ δὲ Ἡρκούλιος ἐν Ταρσῷ τῆς Κιλικίας κατέστρεψε τὸν βίον. Ὁ δὲ Γαλέριος Μαξιμιανὸς, ὥσπερ ἄδειαν λαβών, ἀθέως ἅμα καὶ ἀπανθρώπως ἐκέχρητο τῇ τυραννίδι. Γυναικομανοῦς γὰρ γενομένου αὐτοῦ ἀνῶνας

quuntur per annos quindecim. Ille magna in Christianos persecutione grassatus est. Cum autem a barbaris esset interceptus, filius ejus persecutioni finem fecit.

Æliæ interim Alexander martyrio sublatus Marzabanen successorem in ministerio suo reliquit, quem deinde Hymenæus excipit. Post Galienum Claudius imperavit annos duos, cujus successor creatur Aurelianus, imperans annos sex, et post eum Tacitus cum Floriano rerum potiti sunt menses novem. Hos Probus subsecutus est per annos sex, eo autem e vivis sublato, suscepit imperium Carus cum filiis Carino et Numeriano per annos duos. Post illos imperium adeptus est Diocletianus, et cum illo Maximianus annos viginti et unum. Sub his gravissima et longissima in Christianos persecutio exorta est, qua infinitæ ac soli Deo cognitæ myriades martyrium subierunt: Hymenæus autem episcopatus ministerio jam defunctus, Zaudam in Æliensi civitate successorem reliquit. Atque eo mortuo Hermon sedem episcopalem Hierosolymis obtinuit.

Postquam autem Diocletianus et Maximianus, cognomento Herculius, occisis multis sanctorum millibus, satiati quodammodo flagitiis, quæ perpetraverant, viderentur, immodica mentis vesania actos imperii tædere cœpit, quod sub pietatis religionisque prætextu, ex composito deponentes, in vitam privatam remigrarunt. Post quos Maximianus, qui etiam Galerius dicebatur, et Maxentius filius Herculei, imperium obtinuerunt annos novem. Maximianus autem in Oriente versabatur. Maxentius vero in augustissima civitate Romana, imperiali fungebatur munere, belluæ sane immanissimæ, quique in omne impietatis genus pervenerant; imprimis autem contra Christianos insanientes. Regnavit cum ipsis in Britannia Constans magnus, qui Constantini magni pater fuit, vir per omnia placidissimus ac humanissimus, pietatem amplectens, et idola detestans; Christianos quoque præ cæteris charos habens.

Constantinus autem adhuc puer apud Orientis tyrannum educabatur; in Græcanicis disciplinis apprime instructus. Unde accidit quod, cum in Palæstina versaretur, videretque quam acerba Christi cultores paterentur, graviter animo indolesceret; fuerat enim ab incunabulis improbitati infensissimus, malorumque osor acerrimus. Diocletianum interim in Dalmatia agentem divina vindicta corripuit. Nam cum corpore graviter intumuisset, in varias partes disruptus est, blasphemaque ejus lingua in gutture putrescente, et a vermium multitudine consumpta, vitam amisit. Herculius vero Tarsi in Cilicia fatali necessitate abreptus est. Galerius autem Maximianus, velut omni

NOTÆ.

(50) Pollux, Γαλλιηνός.

(51) Quem Alexander vocat Maximianum, is est Maximus tyrannus Orientis.

Digitized by Google

deposito metu, impie simul et inhumane tyrannide usus est. Cumque in feminas impotentissime ferretur, subditi ipsius id potissimum, omni cura ac studio, nitebantur, ut locum quærerent ubi uxores ac filias suas a conspectu tyranni occultarent, eoque dementiæ, dæmonum fraude devenerat, ut nihil gustare, inconsultis oraculis, auderet, Christianos autem funditus deleri jussit, idque non solum ob impietatem, qua erat, sed etiam, ut fortunas eorum diriperet.

A ἔσχον οἱ ὑπ' αὐτοῦ τελοῦντες, ποῦ κρύψωσι τὰς ἰδίας γαμετὰς καὶ θυγατέρας ἀπὸ προσώπου τυράννου. Εἰς τοσοῦτον δὲ ἦν ἐντετηκὼς τῶν πλανώντων αὐτὸν δαιμόνων ἀπάτῃ, ὡς μὴ ἀνέχεσθαί τινος γεύσασθαι ἄνευ μαντείας· τῶν δὲ Χριστιανῶν παντελῆ θρίαν γενέσθαι προσέταξεν, οὐ μόνον διὰ τὴν ἀσέβειαν αὐτοῦ, ἀλλὰ καὶ διὰ τὸ ἁρπάσαι τὰ ὑπάρχοντα αὐτῶν.

Cumque videret Constantinum majori in dies ætate augeri, prudentiaque egregie ornari, suspicans, atque adeo per sortes id suspectum habens, per eum futurum, ut aliquando tyrannis sua dissolveretur, dolo ipsum interficere est aggressus. B Verum juvenis, divina providentia dolum ipsius prænoscens, exemplo Davidis, fuga salutem quæsivit: tyranno autem jam in summum flagitiorum ingresso, contraque Christianos gravissima quæque moliente, vindicta divina conatus ejus perfregit, punitionis suæ flagellum in eum mittens; ulcus enim teterrimum secundum partes occultas, quæ libidinis ipsi ministræ fuerant, enatum, omni ope humana valentius ei constitit, cumque putredine et graveolentia partes illæ merito invasæ penitus depascerentur, vermiumque vis magis magisque accresceret (erat enim infelix ille obeso admodum corpore), in desperationem tandem incidens, miserandum cunctis, qui illum intuebantur, spectaculum præbuit.

Βλέπων δὲ τὸν Κωνσταντῖνον προκόπτοντα εἰς μέγεθος τῆς ἡλικίας καὶ συνέσει κεκοσμημένον, καὶ ὑποπτεύσας, μᾶλλον δὲ μαντευσάμενος αὐτὸν καταλύτην μέλλειν ἔσεσθαι τῆς τυραννίδος αὐτοῦ, δόλῳ αὐτὸν θανατῶσαι διενοεῖτο. Ἀλλὰ θείᾳ προμηθείᾳ μαθὼν ὁ νέος δόλον, ὡς ὁ Δαυὶδ φυγῇ τὴν σωτηρίαν ἐπορίσατο. Τοῦ δὲ τυράννου εἰς ἄμετρον ἀτοπίας ἐκβάντος καὶ τοῖς Χριστιανοῖς σφοδρῶς ἐπικειμένου, ἡ θεία δίκη τοῦτον ἀνεχέτιζε μάστιγα κατ' αὐτοῦ ὑπεφιεῖσα. Ἕλκος γὰρ χαλεπὸν κατ' αὐτὸ τῆς ἀκολασίας κρυπτὸν μόριον ἀναφυὲν, κρεῖττον πάσης ἀνθρωπίνης τέχνης κατέστη. Νομῆς δὲ καὶ σήψεως καὶ δυσωδίας δεινοτάτης διαλαβούσης τοὺς τόπους, σκωλήκων δὲ πλήθους ἀναδεδομένου, ἦν γὰρ καὶ παλύσαρκος ὁ ξεῖλαιος, εἰς ἀπελπισμὸν λοιπὸν ἐληλυθὼς, ἔκειτο θέαμα ἐλεεινὸν πᾶσι τοῖς περὶ αὐτόν.

Pupugit autem tunc animum illius cogitatio, ob injustas in Christianos cædes exercitas sibi hæc divina justitia evenisse. Quare extemplo edicta per universas urbes promulgavit, ut omnes Christiani libere dimitterentur, omniaque intrepide, pro more suo, administrarent, et ab omnibus in honore pretioque haberentur, utque pro imperatoris salute apud Deum precibus intercederent. Quibus celeriter peractis, illico divina erga genus humanum se clementia ostendit, illeque qui jam extremum ducebat spiritum, saluti redditus est, et ab ulcere illo difficillimo Christianorum precibus sanatus est, præter omnium sententiam. Verum vulnere necdum plene ad cicatricem coacto, in deteriorem amentiam, diabolo ipsum agitante, tyrannus impulsus est, edictaque ac leges crudelitatis plenissimas D scripsit, quibus Christianos reipublicæ administratione, imo vita prohibuit, neque in habitabilibus neque in desertis locis degere permisit. Alioqui, inquit, in pace vivere, et rebus secundis frui non poterimus, nisi penitus Christianorum genus deleatur. Atque ita Christianorum status ab omnibus jam pro desperato habebatur. Cæterum Deus plasmatis sui nequaquam oblitus est. Etenim tum videre licebat Christianos gregatim undique cum liberis et uxoribus ad mortem cogi, sed divina justitia mox consilium improborum dissipavit: ex omnibus enim locis hostes, barbarorum insultus, fames, terræ siccitates, gravissimæ pestes, mortesque intempestivæ, præter exspectationem, oriri

C Τότε δὴ ἔννοιά τις ὑπεισῆλθεν αὐτῷ, ὡς ἄρα διὰ τὸν ἄδικον τῶν Χριστιανῶν φόνον ὑπὸ τῆς θείας δίκης αὐτῷ συνέβη. Εὐθέως οὖν κατέπεμψε προστάγματα κατὰ πᾶσαν πόλιν ἀναλύεσθαι τοὺς Χριστιανοὺς, καὶ πράττειν καταθυμίως τὰ κατ' ἔθος, καὶ ὑπὸ πάντων τιμᾶσθαι, παρακαλεῖν τε καὶ εὔχεσθαι αὐτοὺς ὑπὲρ αὐτοῦ αὐτοκράτορος. Ταῦτα γέγονε, καὶ εὐθέως ἡ θεία φιλανθρωπία ἐδείκνυτο. Καὶ πάλιν ὁ ἐν ἰσχάταις ἀναπνοαῖς γεγονὼς, αὖθις ὑγιὴς καὶ ῥωμαλέος ὑπῆρχε, τοῦ χαλεπωτάτου ἕλκους ἐκείνου τῇ εὐχῇ τῶν Χριστιανῶν παραδόξως ὑγιασθέντος· Ἀλλὰ μή πω τοῦ τραύματος καλῶς συνουλώσαντος, εἰς μειζοτέραν μανίαν κινηθεὶς ὑπὸ τοῦ ἐνεργοῦντος τοῦ ἐν αὐτῷ διαβόλου ὁ τύραννος προστάγματα ἄθεα καὶ νόμους πεπληρωμένους ὠμότητος ἔγραψεν, ἐν οἷς ἐκέλευσε μήτε ζῆν μήτε πολιτεύεσθαι Χριστιανοὺς, μήτε οἰκεῖν ἐν πάσῃ τῇ οἰκουμένῃ, μήτε ἐν ταῖς ἐρήμοις· ἄλλως γάρ, φησὶν, οὐδὲ ζῆν καὶ εὐημερεῖν οὐ δυνάμεθα, εἰ μὴ ἐξαλειφθῇ τὸ γένος τῶν Χριστιανῶν. Καὶ ἦν λοιπὸν παρὰ ἀνθρώποις ἀπηλπισμένα τὰ Χριστιανῶν. Ὁ δὲ Θεὸς οὐκ ἐπελάθετο τοῦ οἰκείου πλάσματος· ἦν γὰρ ἰδεῖν ἀγεληδὸν συρομένους τοὺς Χριστιανοὺς πανδημεὶ σὺν γυναιξὶ τε καὶ τέκνοις ἐπὶ τὸν θάνατον. Ἀλλ' ἡ θεία δίκη τὰς βουλὰς τῶν ἀνόμων διεσκέδασε· παντοχοῦ γὰρ πόλεμοι καὶ ἐπαναστάσεις βαρβάρων εὐθέως, λιμοί τε σφοδροὶ καὶ αὐχμοὶ λοιμοί τε, ἄωρα θάνατοι ἄφνω ἐπέσκηψαν, ὡς μὴ ἀρκεῖν τοὺς ζῶντας θάπτειν τοὺς νεκροὺς, κεραυνοί τε καὶ φόβητρα ἐπέμποντο, ὥστε ἕκαστον ἑαυτοῦ μόνον μεριμνᾷν, καὶ

Digitized by Google

οὕτως ἄπρακτα ἔμειναν τὰ τοῦ τυράννου προστάγ- A visæ sunt, in tantum, ut vivi sepeliendis mortuis non sufficerent. Crebra item fulmina et portenta immittebantur, ex quo factum est ut quilibet de rebus suis solliciti fuerint, tyrannique jussa infecta permanserint.

Ὁ δὲ τὰ πάντα χρηστὸς Κωνσταντῖνος διεσώθη πρὸς τὸν οἰκεῖον πατέρα. Ὁ δὲ δεξάμενος αὐτὸν ὑγιῆ, καὶ πολλὰ τῷ Θεῷ εὐχαριστήσας, μετ' οὐ πολὺ δὲ παραδοὺς αὐτῷ τὴν βασιλείαν, μετήλλαξε τὸν βίον. Ἀνηγορεύθη δὲ βασιλεὺς ὁ μέγας Κωνσταντῖνος ἐν τῷ πρώτῳ ἐνιαυτῷ τῆς διακοσιοστῆς ἑβδομηκοστῆς πρώτης Ὀλυμπιάδος, μηνὶ Ἰουλίῳ, εἰκοστῇ καὶ πέμπτῃ. Ὁ δὲ Μαξέντιος πονηρότατος πάντων τῶν πρὸ αὐτοῦ γεγονὼς τοὺς τῇ Ῥώμῃ ἐνοικοῦντας ἀπέτριβε καὶ μάλιστα τοὺς Χριστιανούς. Πολλοὺς οὖν τῶν πρώτων φονεύσας, καὶ πολλοὺς ἐξορίσας, τὰς οὐσίας αὐτῶν B διήρπαζεν. Τῇ δὲ αὐτῇ τοῦ Γαλερίου χρώμενος ἀκολασίᾳ πολλὰς τῶν ἐλευθέρων γυναικῶν ἐμίανεν, ἑτέρας δὲ μυρίας ἀνοσιουργίας καὶ ἀῤῥητοποιΐας ἐπιτηδεύων, ἀφόρητος πᾶσιν ὑπῆρχε, γοητικαῖς κακομαγγανείαις χρώμενος. Τοῦ δὲ μεγάλου Κωνσταντίνου τὰ βόρεια καὶ δυτικὰ μέρη ἕως αὐτοῦ τοῦ Ὠκεανοῦ ὑποτάξαντος, ἦν εἰρήνη πολλὴ καὶ θυμηδεία (52) καὶ κατάστασις ἐν ὅλῃ τῇ κατ' αὐτὸν οἰκουμένῃ.

Occidentis partes usque ad Oceanum subegisset, quæ ipsi parebant, est exorta.

Constantinus autem per omnia humanissimus ac benignissimus, apud patrem vivus est conservatus, quem ille sanum validumque suscipiens multis Deo gratiis actis, non multo post, cum illi imperium tradidisset, vitam cum morte commutavit. Creatus autem est imperator Constantinus magnus anno primo Olympiadis ducentesimæ septuagesimæ primæ mense Julio, die vicesimo quinto. Maxentius vero, omnium, qui ante ipsum imperaverunt, pessimus ac scelestissimus cum esset, multos Romæ commorantes exstinxit, et potissimum Christianos. Cum itaque multos ex illis, eosque præcipuos occidisset, multosque exsilio multasset, bona fortunasque invadens diripuit, atque eadem, qua Galerius intemperantia usus, multas ingenuas mulieres fœde contaminavit, aliaque id genus mille flagitia perpetrans, quæ dici nefas sit, intolerabilis cunctis esse cœpit, magicarum artium imposturis impotenter deditus. Cumque Constantinus magnus, Septentrionis atque magna pax ac læta tranquillitas iis regionibus,

Οἱ δὲ Ῥώμης οἰκήτορες δέησιν πρὸς αὐτὸν ἐστείλαντο παρακαλοῦντες, μὴ παριδεῖν τὴν μητέρα τῶν βασιλέων ἀπὸ ἀπηνοῦς τυράννου, μᾶλλον δὲ σαρκοβόρου θηρίου ἀπολλυμένην. Ταῦτα ἀκούσας ὁ μέγας Κωνσταντῖνος καὶ συμπαθήσας αὐτοῖς, ἐφρόντιζε τοῦ ἐλευθερῶσαι αὐτοὺς ἐκ τῆς δουλείας, ἐδεδίει δὲ τοῦτο διὰ τὰς γοητείας καὶ αὐτοῦ κακομαγγανείας. Ἤδη γὰρ ὡς πολλὰ ἀνέτεμε παιδία προφάσει τῆς ἀθεμίτου αὐτοῦ μαντείας. Ἐν πολλῇ οὖν φροντίδι καὶ σκέψει ὑπάρχοντι ὤφθη αὐτῷ ἐν κάμπῳ διάγοντι μετὰ τῶν στρατιωτῶν περὶ μεσημβρίας στηλοειδὴς σταυρὸς ἐκ φωτὸς κατεσκευασμένος (53), ἐν ᾧ ἐπεγέγραπτο, « Ἐν τούτῳ νίκα. » Ἔμφοβος δὲ γενόμενος ὁ βασιλεὺς, ἠρώτα τοὺς σὺν αὐτῷ, εἰ καὶ αὐτοί τι ἐθεάσαντο. Οἱ δὲ ὁμολογήσαντες τὴν αὐτὴν αὐτῷ ἑωρακέναι ὀπτασίαν, τότε ὁ βασιλεὺς ἀναῤῥωσθεὶς τῷ φρονήματι, θάρσους τε καὶ προθυμίας ἀνάπλεως ἦν. Τῇ δὲ ἐπιούσῃ νυκτὶ ἐπιστὰς ὁ Κύριος εἶπεν αὐτῷ· Χρῆσαι τῷ φανέντι σημείῳ, καὶ ἔσῃ νικῶν D πάντας τοὺς ἐχθρούς σου. Ἡμέρας δὲ γενομένης ἀμελητὶ σχεδιάσας σταυρὸν, ὅσπερ μέχρι τῆς σήμερον ἐν τοῖς βασιλείοις φυλάττεται, ἐκέλευσε προάγεσθαι αὐτὸν εἰς τὸν πόλεμον. Ὁ δὲ δυσσεβὴς τύραννος, θαρσήσας τοῖς δαίμοσιν αὐτοῦ, καὶ γεφυρώσας τὸν παραρέοντα ποταμὸν πολλαῖς ναυσὶν, ἐξῆλθεν εἰς πόλεμον.

Cives Romani inter hæc ad eum supplicatum mittuntur : ne eam urbem, quæ mater imperatorum fuerat, quæque a pessimo tyranno jam ferme perierat, despectui haberet. Quibus intellectis, Constantinus magnus, miseratione illorum ductus, C ex servitute illos in libertatem asserere in animum induxit, in quo tamen aggrediendo non mediocriter trepidabat, propter magicæ artis, qua ille instructus erat, improbas technas. Videbat enim quomodo infinitos pueros ad nefariam incantationem suam perficiendam dissecuisset. Cum itaque in summa cura atque animi sollicitudine versaretur, visa ipsi est cum exercitu, in campo agenti versus meridiem crux ex luce clarissima, columnæ ad modum facta, cum hac inscriptione : « In hoc signo vince. » Qua re attonitus imperator, quæsivit ex illis, qui cum ipso erant, num et ipsi simile quid vidissent, qui omnes consentientibus animis fassi sunt eamdem sibi speciem fuisse visam : tunc imperator sollicitudine liberatus, animoque ac bona spe plenus est redditus, cui etiam eadem nocte astans Dominus, ut signo sibi viso uteretur, monuit, futurum enim ut omnium suorum hostium potiretur victoria. Illucescente itaque die, continuo crucem, quæ usque adhuc in regia asservatur, construi, et ante se in bellum præferri jussit. Impius vero tyrannus, auxilio dæmonum suorum confisus, fluvium, qui præterfluebat, ponte jungens magnis navium copiis, ad pugnam processit.

NOTÆ.

(52) Pollux θυμηδία, cod. Bav. θυμηδεία.

(53) De hac visione crucis Constantino divinitus oblata, vide lib. II *De sancta cruce*, cap. 36 et 37.

Digitized by Google

Commissa pugna inimici virtute crucis contriti A sunt, maximaque eorum parte occisa, reliqui cum tyranno versus civitatem fugerunt, cumque pons multitudine nimia fatisceret, in flumine perierunt sicut Pharao tyrannus. Itaque cernere erat totum fluvium equis simul atque insessoribus constratum. Cives autem Romani Constantinum coronatum magna cum lætitia, faustisque acclamationibus in urbem susceperunt, crucemque victoriæ auctorem, imperatorem vero salutis suæ assertorem appellarunt. Tunc præcepit imperator reliquias sanctorum martyrum in unum conferri, magnaque cum veneratione sepulturæ tradi, et injuria affectis facultates suas restitui. Celebrarunt autem festum victoriæ partæ septem perpetuos dies, summis laudibus atque honore Christi crucem afficientes. Atque hæc septimo anno imperii Constantini acciderunt. B

Quibus cognitis, Galerius Maximianus progressus eamdem belli aleam tentavit, atque ita paulum a Christianis persequendis abstinuit. Magnus vero Constantinus in crucis invictissimis armis omnem spem reponens, contra ipsum movit, habuitque secum Licinium in bello contra tyrannos socium, qui præ se ferebat, quasi a Christianorum decretis institutisque non prorsus abhorreret. Tyrannus autem magicis suis imposturis totus incumbens, in aciem contra sanctum imperatorem processit, infinitis militum copiis imprimis conspicuus. Cumque acies jam committerentur, defensores tyranni, conspecto venerabilis crucis signo nostrorum impetum, non sustinentes, in fugam acti sunt, quantaque potuerunt celeritate terga verterunt, imperatoriis militibus summo eos conatu insequentibus, multisque illorum cæsis, qui a imperatorem confugerunt. C

Impius vero diadema, quo indignus erat, a se abjiciens, ne in fuga posset agnosci, tanquam gregarius miles aliquis, inter reliquos fuit, ex uno autem vico in alium profugiens, seque occultans, vix cum paucis amicis nudus evasit, congregatosque deorum suorum scilicet sacerdotes, prophetas, vates, et quotquot in vaticinando clari habebantur, omnes, velut impostores ac deceptores, salutisque suæ insidiatores jugulavit. Cumque jam vivus in Cæsaris manus esset venturus (instabat enim ipsi adhuc bellum), eo miseriæ divina eum vindicta corripiens redegit, ut projectus in solum supinus opem imploraret, neque eam a quoquam consequeretur, flamma autem ex intimis visceribus, medullisque accensa, incredibiles ei graviter anhelanti, et nunc huc, nunc illuc sese vertenti dolores pareret, ita ut oculi ei exsilirent in terram, cæcumque relinquerent. Flamma autem illa interna in immensum quotidie ardescente, ita ei corpus computruit, ut jam ossibus non hæreret, ultroque mortem advocaret, atque hoc modo totus ille tabe peresus, tandem vitam abrupit.

Συμβολῆς δὲ γενομένης, συνετρίβησαν ὑπὸ τῆς τοῦ σταυροῦ δυνάμεως οἱ ὑπεναντίοι, καὶ κατακοπέντες οἱ πλεῖστοι, οἱ λοιποὶ σὺν τῷ τυράννῳ, ὡς ἐπὶ τὴν πόλιν ἔφυγον, τῆς δὲ γεφύρας κρείττονι δυνάμει διαῤῥαγείσης, κατεποντίσθησαν ἐν τῷ ποταμῷ κατὰ τὸν Φαραὼ πανστρατί. Καὶ ἦν ἰδεῖν ὅλον τὸν ποταμὸν πεπληρωμένον ἵππων σὺν ἀναβάταις. Οἱ δὲ πολῖται τῆς Ῥώμης στεφανώσαντες αὐτὸν εἰσεδέξαντο μετὰ χαρᾶς μεγάλης καὶ εὐφημιῶν, τόν τε νικοποιὸν σταυρὸν καὶ τὸν νικηφόρον βασιλέα σωτῆρα ἀποκαλοῦντες. Τότε ὁ βασιλεὺς ἐκέλευσε συναχθῆναι τὰ λείψανα τῶν ἁγίων μαρτύρων καὶ ὁσίᾳ ταφῇ ταῦτα παραδοθῆναι, καὶ τοῖς ἀδικηθεῖσιν τὰς οὐσίας αὐτῶν ἀποδοθῆναι· καὶ ἦσαν ἄγοντες ἐπινίκιον ἑορτὴν ἑπτὰ ἡμέρας γεραίροντες τὸν σταυρὸν τοῦ Χριστοῦ. Οὗτος ἦν ἑβδομος ἐνιαυτὸς τῆς βασιλείας Κωνσταντίνου.

Ταῦτα ἀκουσας ὁ Γαλέριος Μαξιμιανὸς ἐξελήλυθει. Ἐξεδέχετο γὰρ καὶ αὐτὸς τὸν αὐτὸν μόρον, καὶ μικρὸν ἀπέστη τῆς κατὰ τῶν Χριστιανῶν ἀπειλῆς. Ὁ δὲ μέγιστος Κωνσταντῖνος θαῤῥῶν τῷ ἀηττήτῳ ὅπλῳ τοῦ σταυροῦ, ὥρμησεν ἐπ' αὐτόν. Εἶχε δὲ καὶ Λικίνιον συμπολεμοῦντα αὐτῷ κατὰ τῶν τυράννων, προσποιούμενον χαίρεσθαι τοῖς Χριστιανικοῖς δόγμασιν. Ὁ δὲ τύραννος ταῖς γοητικαῖς ἀπάταις ἐπερειδόμενος, παρατάξεσθαι τῷ εὐσεβεῖ βασιλεῖ ἐξελήλυθεν ἀναριθμήτῳ πλήθει τῶν στρατοπέδων φανταζόμενος. Γενομένης δὲ τῆς συμβολῆς, καὶ τοῦ τιμίου σταυροῦ φανέντος, οἱ τοῦ τυράννου ὑπασπισταὶ, τὴν προσβολὴν μὴ ἐνέγκαντες, ἐτράπησαν εἰς φυγὴν, καὶ οἱ μὲν ἔφευγον κατὰ τάχος, οἱ δὲ κατὰ κράτος ἐδίωκον, πολλῶν χιλιάδων τῶν ἐναντίων καταπεσουσῶν. Οἱ λοιποὶ καταλιπόντες τὸν τύραννον προσεχώρησαν τῷ αὐτοκράτορι. clade reliqui fuerunt, tyrannum deserentes ad

Ὁ δὲ δυσσεβὴς ῥίψας τὸ βασίλειον, οὗπερ ἀνάξιος ἐτύγχανεν, ὡς ἂν μὴ ἐπιγνωσθῇ φεύγων, περιερχόμενος δὲ ἀπὸ κώμης εἰς κώμην καὶ κρυπταζόμενος μόλις μετ' ὀλίγων τῶν εὐνουστάτων διεσώθη γυμνός. Συναγαγὼν δὲ τοὺς ἱερεῖς τῶν δῆθεν θεῶν, καὶ τοὺς προφήτας, καὶ τοὺς μάντεις, καὶ τοὺς ἐπὶ μαντείᾳ βεβοημένους, οὓς πρώην ἀγαπῶν ἐτίμα, ὡς ἀπατεῶνας καὶ πλάνους, ἐπιβούλους θ' ἑαυτοῦ σωτηρίας κατέσφαξεν. Μέλλοντα δὲ ζῶντα εἰς τὰς χεῖρας τοῦ βασιλέως ἐμπεσεῖν (ἐπέκειτο γὰρ αὐτῷ ἔτι ὁ πόλεμος), προλαβοῦσα θεήλατος ὀργὴ οὕτως αὐτὸν διέθηκεν, ὡς κεῖσθαι αὐτὸν πρηνῆ ἐπὶ τοῦ ἐδάφους δεόμενον ἐπικουρίας, καὶ μὴ τυγχάνοντα. Φλὸξ δὲ ἐκ βάθους τῶν σπλάγχνων καὶ μυελῶν αὐτοῦ ἀναφθεῖσα ἀνυποίστους αὐτῷ τὰς ὀδύνας ἐνεποίει ἀσθμαίνοντι, καὶ τῇδε κἀκεῖσε περιστρεφομένῳ, ὥστε ἀμφότερα τὰ ὄμματα αὐτοῦ ἐκπηδῆσαι ἐπὶ τὴν γῆν καὶ καταλιπεῖν αὐτὸν τυφλόν. Τῆς δὲ ἔνδον φλογὸς εἰς ἄπειρον ἐξαπτομένης, αἱ σάρκες αὐτοῦ συνεσάπησαν, καὶ τῶν ὀστέων ἀπεχωρίζοντο, ὥστε ἐφ' ἑαυτοῦ ἐπικαλέσασθαι τὸν θάνατον. Οὕτως δὲ δι' ὅλου κατασαπεὶς ἀπέῤῥηξε τὴν ψυχήν.

Digitized by Google

Τῶν δὲ τυράννων ἐκ ποδῶν γενομένων, καὶ μονοκράτορος γεγονότος τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου, ἐν βαθείᾳ εἰρήνῃ ὑπῆρχεν ἡ οἰκουμένη, καὶ τὰ τῶν Χριστιανῶν ὁσημέραι εἰς ὕψος ἐγείρετο, καὶ ἐν πᾶσιν ἔθνεσιν ὁ σταυρὸς τοῦ Χριστοῦ ἐδοξάζετο. Τῷ δὲ Λικινίῳ, ὡς συμμαχήσαντι αὐτῷ εἰς τὴν τῶν τυράννων κατάλυσιν, ἐξέδοτο Κωνσταντῖνος τὴν ἀδελφὴν αὐτοῦ εἰς γυναῖκα. Καὶ ἀφορίσας αὐτῷ μοῖραν ἱκανὴν τῆς Ῥωμαίων γῆς, ἀνέδειξε βασιλέα, ἀπαιτήσας αὐτῷ συνθήκας μηδὲν κατὰ τοῦ δόγματος τῶν Χριστιανῶν πράττειν. Ὁ δὲ Λικίνιος κρατήσας τῆς ἀρχῆς, οὐκ ἤνεγκε τὴν εὐτυχίαν, ἀλλ' ὥσπερ λήθην λαβὼν τῶν συμβεβηκότων τοῖς πρὸ αὐτοῦ τυράννοις, εἰς εἰδωλολατρείαν ἐξώκειλε. Καὶ ὧν τῆς πικρᾶς καταστροφῆς θεατὴς γέγονε, τούτων τὸν βίον ἐζηλώκει, γυναικομανῶν, ἀδικῶν καὶ φονεύων τοὺς Χριστιανούς. Ταῦτα μαθὼν ὁ δοῦλος τοῦ Θεοῦ Κωνσταντῖνος σεβαστὸς, καὶ συσχεθεὶς τῇ λύπῃ ἔγραψεν αὐτῷ, παραινῶν ἀποστῆναι αὐτὸν τῆς κατὰ τῶν Ἐκκλησιῶν τοῦ Χριστοῦ μανίας. Ὁ δὲ καταφρονήσας μανικωτέρως τὸν διωγμὸν ἐχρήσατο, καὶ λοιπὸν κρυπτῶς κατὰ τοῦ εὐεργέτου ἐπιβουλὰς ἐπενόει, ὕστερον καὶ δημόσιον πόλεμον συνεκρότει κατ' αὐτοῦ, ὑπὸ θείας δυνάμεως φρουρουμένου τοῦ αὐτοκράτορος. Καὶ συμβολῆς γενομένης ἐν τοῖς τῆς Βιθυνίας μέρεσι, καὶ τοῦ ἐνδόξου σταυροῦ προάγοντος, ὑποχείριος γένονεν ὁ δείλαιος τῷ αὐτοκράτορι, ζῶν συλληφθείς. Φιλανθρώπως δὲ χρησάμενος ὁ κατὰ πάντα πραότατος βασιλεὺς τῷ δυσμενεῖ, ἐκέλευσεν αὐτὸν ἐν Θεσσαλονίκῃ διάγειν ἡσυχάζοντα. Ὁ δὲ μικρὸν ἡσυχάσας ἐφωράθη βαρβάρους τινὰς μισθωσάμενος πρὸς τὸ αὖθις ἀναμαχέσασθαι· μαθὼν δὲ ταῦτα ὁ Κωνσταντῖνος ἐκέλευσεν κεφαλικὴν αὐτὸν ὑποστῆναι τιμωρίαν. Τότε τελείως τὰ πράγματα ἡσυχίας καὶ γαλήνης ἀπήλαυσε τῇ τοῦ σταυροῦ ἀηττήτῳ δυνάμει, τῆς τῶν τυράννων μοχθηρίας ἀπαλλαγείσης.

A Tyrannis itaque de medio sublatis, soloque Constantino Magno jam rerum potiente, profunda statim pace atque otio universus orbis frui cœpit, in diesque Christianorum res majoribus incrementis sunt adauctæ, cunctisque in gentibus Christi crux glorificata. Licinio autem, qui ipse ad tyrannos de medio tollendos socius fuerat, Constantinus sororem suam matrimonio junxit, partemque provinciarum, quæ Romano parebant imperio, eamque satis amplam designans, regem declaravit, hac prius ab eo conditione pactoque exacto, ne quid unquam contra Christianorum dogma moliretur. Licinius autem jam regnum consecutus, prosperisque rebus insolescens oblivionique tradens quæ tyrannis ante se evenerant, ad primum deo- B rum cultum conversus est, et quorum infelicem exitum conspexerat, eorum vitam imitatus Christianos morte omnique contumelia affecit. Quod ubi rescivit Constantinus, magno dolore perculsus, monet eum, ut ab hac vesana in Christi Ecclesias rabie abstineat; quibus ille spretis, longe impotentius in Christianis persequendis debacchatus est, ac primum quidem occulte contra eum, a quo tantis beneficiis cumulatus fuerat, consilia machinasque inire cœpit, postea vero in manifestum adversus imperatorem divina virtute custoditum, erupit bellum. Commissa itaque pugna in Bithyniæ partibus, et venerabili cruce præcedente, vivus captus in manus Cæsaris infelix devenit. Imperator autem cum esset mitissimus, humanissime eum tractans, jussit ut Thessalonicæ vivens modeste se gereret, qui paulum inibi quiescens, mox ad ingenium rediens, barbaros stipendio conduxit ad bellum restaurandum, quo cognito capite eum pœnas exsolvere C Constantinus præcepit. Ac tunc demum perfecta tranquillitas quiesque rebus data est, crucis invictæ virtute, tyrannorum improbitate sublata.

Κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον ὁ τῆς Αἰλίας ἐπίσκοπος Μακάριος ὁ φερώνυμος ἦν Ἑρμωνᾶν διαδεξάμενος. Ὁ δὲ μέγας Κωνσταντῖνος μονοκράτωρ γενόμενος πᾶσαν τὴν φροντίδα εἰς τὰ θεῖα μετήνεγκεν, ἀνοικοδομῶν ἐκκλησίας καὶ φιλοτίμως πλουτῶν αὐτὰς ἐκ τοῦ δημοσίου λόγου ἔν τε χρήμασι καὶ ἀναλώμασι, καὶ παντοίοις κειμηλίοις, καὶ πρῶτον νόμον ἔγραψε D ἀποδίδοσθαι τὰ τοῖς εἰδώλοις ἀφιερωμένα (54) τῇ τῶν Χριστιανῶν Ἐκκλησίᾳ, καὶ τοὺς ἔτι εἰδωλολατροῦντας κεφαλικαῖς ὑφίστασθαι τιμωρίαις· δεύτερον νόμον ἔγραψε, Χριστιανοὺς μόνους στρατεύεσθαι, ἐθνῶν τε καὶ στρατοπέδων τούτους ἄρχειν. Τρίτον νόμον ἔγραψε, ἀπράκτους εἶναι τήν τε τοῦ σωτηρίου πάθους ἑβδομάδα, καὶ τὴν τῆς Διακαινησίμου (55). Καὶ ἦν λοιπὸν εἰσήνη βαθεῖα καὶ χαρὰ

Eodem tempore Æliæ episcopus Macarius Hermoni succedit. Cum ad unum jam Constantinum imperium devenisset, omnem sollicitudinem ad res divinas transtulit, templaque exstruens, et benigne pecuniis reliquisque impensis dotavit, ac primam legem tulit, ut quæ idolis offerri solita erant, Christianorum Ecclesiis darentur, et ut qui deinceps idola colere ausi fuissent, capite plecterentur; alteram item legem scripsit ut Christianis solis militare liceret, ipsique in gentes ac milites imperium haberent; tertiam insuper edidit legem, ne quid operis in hebdomade Passionis salutaris, neque in hebdomade Renovationis, exercere liceret, fuitque deinceps pax alta et lætitia in universo orbe, omnibus nationibus ad divinum baptisma

NOTÆ.

(54) Sch. Ἀποδίδοσθαι τοὺς τῶν εἰδώλων ναοὺς τοῖς τῷ Χριστῷ ἀφιερουμένοις. Paulo post, Κεφαλικαῖς ἐπιτιμᾶσθαι τιμωρίαις.

(55) Ita scribendum et legendum: est autem hebdomas τῆς διακαινησίμου, *hebdomas paschalis*, qua resurrectio Domini celebratur. Id ostendo primum testimonio Maximi Margunii, episcopi Græci, qui consultus quidnam hoc vocabulo significetur, respondit his verbis: Σημαίνεται παρ' ἡμῖν διὰ τούτου τοῦ ὀνόματος ὅλη ἡ πρώτη ἑβδομὰς τῆς Ἀνα-

Digitized by Google

concurrentibus, propriisque manibus paternos deos confringentibus.

Verum id non tulit humani generis pestis diabolus, sed rursus rationem excogitavit, qua tantam Christianorum lætitiam subverteret, efficeretque ut homines denuo creaturam in deorum numerum referrent, sed id exsequi non potuit. Deprehensus enim est : itaque Creatorem creaturis exæquari infirmis in fide persuadere tentavit, ortusque est ingens tumultus in Dei Ecclesiis, Ario quodam Alexandrino totum orbem sursum deorsumque perturbante. Adjunxerant se ejus factioni pauci quidam episcopi, atque inter hos primus Eusebius Nicomediensis, et Eusebius Pamphili, aliique cum ipso. Quam contentionem magnus cernens Constantinus, acerbissimum animo dolorem concepit, et initio quidem verbis litterisque admonitoriis utriusque partis pugnam dissolvere conatus est. Ubi vero animadvertit malum omni medicina superius esse, synodum œcumenicam in urbe Nicæna fieri præcepit, conveneruntque eo episcopi numero trecenti et octodecim, quorum pleraque pars confessorum erat, stigmata Christi in corporibus suis circumferentium, cum quibus

ἐν ὅλῃ τῇ οἰκουνένῃ, πάντων τῶν ἐθνῶν ὁσημέραι προστρεχόντων τῷ θείῳ βαπτίσματι, καὶ ἰδίαις χερσὶν τοὺς πατρῴους θεοὺς συντριβόντων.

Ἀλλὰ ταῦτα οὐκ ἦν φορητὰ τῷ ἀλάστορι δαίμονι, ἀλλὰ πάλιν καθ' ἑαυτὸν ἐδραματούργει, πῶς ἂν ἐκκόψειεν τὴν τοσαύτην τῶν Χριστιανῶν χαρμονήν, καὶ ποιήσαι μὲν τοὺς ἀνθρώπους θεοποιῆσαι τὴν κτίσιν, οὐκ ἔτι δὲ οἱόστε ἦν. Ἐφωράθη γὰρ ἡ ἀπάτη αὐτοῦ. Τὸν δὲ Κτίστην συντάξαι τοῖς κτίσμασι παραπεῖσαι ἐπειράθη τοὺς ἀστηρίκτους. Καὶ ἦν τάραχος οὐκ ὀλίγος ἐν ταῖς Ἐκκλησίαις τοῦ Θεοῦ, Ἀρείου τινὸς Ἀλεξανδρέως ἄνω καὶ κάτω κινοῦντος, καὶ τὴν οἰκουμένην ταράττοντος. Συναπήχθησαν αὐτῷ ἐπίσκοποί τινες ὀλίγοι τὸν ἀριθμὸν, ὧν πρῶτος Εὐσέβιος ὁ Νικομηδείας, καὶ Εὐσέβιος ὁ Παμφίλου, καὶ ἕτεροι σὺν αὐτοῖς. Θεωρῶν δὲ τὴν μεγάλην φιλονεικίαν ὁ μέγιστος Κωνσταντῖνος, ἠνιᾶτο τὴν ψυχὴν, καὶ πρῶτον μὲν ἐπειρᾶτο διὰ παραινετικῶν ῥημάτων καὶ γραμμάτων τῶν ἑκατέρων μερῶν διαλῦσαι τὴν ἔριν (56). Ὡς δὲ εἶδεν ἀνήκεστον γενόμενον τὸ κακὸν, προσέταξε γενέσθαι οἰκουμενικὴν σύνοδον ἐν τῇ Νικαέων πόλει. Καὶ συνῆλθον ἐπίσκοποι τὸν ἀριθμὸν τριακόσιοι δέκα καὶ ὀκτὼ, ὧν οἱ πλεῖστοι ἦσαν ὁμολογηταὶ, καὶ στίγματα τοῦ Ἰησοῦ ἐν τῷ σώματι περιφέροντες. Ἦν

NOTÆ

στασίμου τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἑορτῆς. *Significatur hoc nomine apud nos tota prima hebdomas festi Resurrectionis Salvatoris nostri.* Vide Catalog. bibliothecæ August. ab Hœschelio editum. Secundo idem probo ex Typico S. Sabæ, impresso Venetiis anno Domini 1545, in quo capiti 46 hujusmodi titulus præfigitur : Εἴδησις τοῦ τύπου τῆς ἁγίας καὶ μεγάλης Κυριακῆς τοῦ Πάσχα, καὶ τῆς ἑβδομάδος τῆς διακαινησίμου. *Forma modi sanctæ et magnæ Dominicæ Paschæ et hebdomadis diacœnesimæ.* Et in ipso capite singulas dies seu ferias Paschalis illius hebdomadis enumerans, secundam feriam vocat τὴν δευτέραν τῆς διακαινησίμου. Tertiam, τὴν τρίτην τῆς διακαινησίμου, et ita deinceps usque ad Sabbatum τῆς διακαινησίμου. Idem ex aliis Græcorum libris ritualibus liquet. Idem Pollux : Τρίτον νόμον ἔγραψεν ἀπράκτους εἶναι τὰς δύο τῆς πασχαλίας ἑβδομάδας, μίαν καὶ πρὸ, μίαν δὲ μετά. illa autem μία μετὰ, est hebdomas τῆς διακαινησίμου.

Male ergo Calvinianus scholiastes Junius in notis ad Curopalatam *De officiis* aulæ Constantinopolitanæ, interpretatur ἑβδομάδα διακαινησίμου, *hebdomadem Rogationum.* Male etiam rationem nominis reddens, ait, eam dici διακενίσιμον, *exinanitioni dicatum, quia per illud tempus exinaniunt sua corpora, et macerant oraturi Deum pro commoditate anni.* Primum, non scribendum, διακενίσιμος, sed διακαινήσιμος, ut habent exemplaria Alexandri, Rituales libri Græcorum, et codex bibliothecæ Augustanæ ms. quo continentur Evangelia diebus sacris prælegi solita, quorum initium τῇ τρίτῃ τῆς διακαινησίμου.

Quocirca hebdomas τῆς διακαινησίμου dicitur, quasi *septimana renovationis*, τοῦ διακαινισμοῦ, cum Christo resurgente omnia renovata et instaurata fuerint. Secundo tantum abest ut hæc hebdomas ab exinanitione jejunantiumque inedia nomen invenerit, ut tota illa hebdomade jejunium solvere moris fuerit : testis Balsamon in can. 69 Apost., qui, cum percensuisset dies, quibus jejunandum est, excipit quartos dies, et Parascevas, seu ferias sextas, quæ sunt πρὸ τῆς ἀποκρέου seu ἀπόκρεω, ante carnisprivium ; et quæ sunt πρὸ τῆς τυροφάγου, et hebdomadem τῆς διακαινησίμου : *In iis enim solvimus*, inquit Balsamon, *quia jejunant Armenii propter Ninivitas. In eo, qui est ante carnisprivium, et in eo, qui est ante* τυροφάγον. *hæretici Tetraditæ magnum jejunium observant. Hebdomas autem* τῆς διακαινησίμου, *tanquam ipse magnus Dominicus* (Paschæ) *dies reputatur.* Idem docet Anastasius episcopus Cæsareæ Palæstinæ tract. *De artziburio*, ubi inter hebdomadas a jejunio plane exceptas ponit τὴν ἑβδομάδα τῆς διακαινησίμου. Eamdem hebdomadem inter exceptas numerat Nicolaus patriarcha Constantinopolitanus in versibus ad Anastasium montis Sinai antistitem. Rogationes Triduanæ ante Ascensionem Domini Græcis ignotæ sunt : nec ulla habent stata jejunia inter Pascha et Pentecosten. Νηστεία γὰρ οὐ γέγραπται, οὐδὲ γονυκλισία, inquit Nicolaus patriarch. de tempore inter Pascha et Pentecosten. Vide Typicum S. Sabæ, cap. 51. Exempl. Sch. hanc lect. ascriptam habet ex cod. Cryptæ Ferratæ : Τὰς πασχαλίους δύο ἑβδομάδας μίαν πρὸ, καὶ μίαν μετά. Quæ est fere lectio Pollucis. Quod Alexander ab imperatore Constantino lege sancitum tradit, idem prius decretum legimus constitutione apostolica, quæ sanctis Petro et Paulo ascribitur his verbis : Τὴν δὲ μεγάλην ἑβδομάδα πᾶσαν καὶ τὴν μετ' αὐτὴν ἀργείτωσαν. *Magna hebdomade tota, et ea, quæ hanc sequitur, ferientur.* Addit Pollux aliam legem : Τὴν δὲ παρασκευὴν καὶ τὴν Κυριακὴν τιμᾶσθαι προσέταξεν, τὴν μὲν διὰ τὸν σταυρὸν τοῦ Κυρίου, τὴν δὲ διὰ τὴν ἀνάστασιν. *Feriam sextam et Dominicam honorari jussit ; illam, propter crucem Domini, hanc, propter resurrectionem.* Item hanc : Ἐνομοθέτησέ τε σταυρῷ μηκέτι καταδικάζεσθαι ἄνθρωπον διὰ τὸ σέβας τὸ πρὸς τὸν τοῦ Σωτῆρος. Τοῖς δὲ νομίσμασιν αὐτοῦ καὶ εἰκόσι, τὸν σταυρὸν συνεκτυποῦσθαι διὰ παντὸς ἐθέσπισεν· *Legem tulit, ne quis hominum amplius ad crucem damnaretur, ob reverentiam in crucem Salvatoris. Numismatis vero et imaginibus suis crucem adjungi perpetuo sanxit.*

(56) Cod. Sch. Καταβέσαι τὴν αἵρεσιν. *Exstinguere hæresin.*

Digitized by Google

δὲ σὺν αὐτοῖς ὁ πανεύφημος καὶ μέγας Κωνσταντῖνος, καὶ δὴ τῆς ὑποθέσεως κινηθείσης, ἔγγραφον πίστεως ἔκθεσιν ἐξήνεγκαν, τὴν κατὰ πᾶσαν Ἐκκλησίαν ὀρθοδόξως νῦν ἀπαγγελλομένην. Τοὺς δὲ περὶ Ἄρειον ἐπιμένοντας τῇ κακοδοξίᾳ ἀπεκήρυξαν, καὶ ἐξώρισαν, καὶ ἐχειροτονήθησαν ἕτεροι ἀντ' αὐτῶν. Φιλοτιμησάμενος δὲ ὁ βασιλεὺς ἐπισκόπους καὶ ἀσπασάμενος ἀπέλυσε μετ' εἰρήνης εἰς τὰς ἰδίας παροικίας, χαίρων ἐπὶ τῇ συμφωνίᾳ τῶν Ἐκκλησιῶν. A

etiam interfuit ipse ille magnus omniumque præconio dignissimus Constantinus. Cumque res tractari cœpta esset, fidei expositionem litteris mandatam ediderunt, quæ nunc rite per universam Ecclesiam pronuntiatur. Eos autem qui in prava Arii opinione permanserant, a suo corpore abscinderunt, exsilioque damnarunt, aliis in eorum locum creatis; maximo autem honore imperator episcopos afficiens, eosque quam humanissime complectens, congregationem cum pace dissolvit, gavisus supra modum propter unanimem Ecclesiarum consensum.

Παρεκελεύσατο δὲ τῷ τῆς Αἰλίας ἐπισκόπῳ Μακαρίῳ παρόντι ἐν τῇ συνόδῳ, καὶ τῶν ἀποστολικῶν δογμάτων ὑπερμαχοῦντι, ἀναζητῆσαι τὸν ζωοποιὸν σταυρὸν, καὶ τὸ θεόληπτον μνῆμα, καὶ πάντας τοὺς ἁγίους τόπους, καὶ τοὺς ἄλλους ἐπισκόπους ὁμοίως προετρέψατο αἰτήσασθαι, εἴ τι συνορᾷ πρὸς ἀπαρτισμὸν ἕκαστος τῆς ἰδίας Ἐκκλησίας· ἦν δὲ ἐννεακαιδέκατος τῆς βασιλείας αὐτοῦ ἐνιαυτὸς, ὅτε ἐγένετο ἡ κατὰ Νίκαιαν σύνοδος. Μετὰ ταῦτα ἀπέστειλεν ὁ βασιλεὺς ἑαυτοῦ μητέρα Ἑλένην τὴν ἀξιέπαινον καὶ θεοφιλῆ εἰς Ἱεροσόλυμα μετὰ γραμμάτων καὶ χρημάτων ἀφθονίας πρὸς τὸν Μακάριον (57) Ἱεροσολύμων, ἐπὶ ἀναζητήσει τοῦ ζωοποιοῦ ξύλου (58), καὶ οἰκοδομῇ τῶν ἁγίων τόπων, αὐτῆς αἰτησαμένης τῆς βασιλίδος, φασκούσης ὀπτασίαν θείαν ἑωρακέναι, κελεύουσαν αὐτῇ τὰ Ἱεροσόλυμα καταλαβεῖν, καὶ τοὺς ἁγίους τόπους εἰς φῶς ἀγαγεῖν χωσθέντας ὑπὸ τῶν ἀνόμων, καὶ ἀφανεῖς γενομένους, ἐπὶ τοσούτους χρόνους. Μαθὼν δὲ ὁ ἐπίσκοπος ἀφικομένην τὴν βασιλίδα, σὺν τῆς ἐπαρχίας ἐπισκόποις ἀπήντησε τῇ βασιλίδι (59). Εὐθέως δὲ παρεκελεύσατο τοῖς ἐπισκόποις τὴν ζήτησιν τοῦ ποθουμένου ξύλου ποιήσασθαι. Ἀπορούντων δὲ πάντων περὶ τοῦ τόπου, καὶ ἄλλων ἄλλως ἐξ ὑποψίας διηγουμένων, ὁ τῆς πόλεως ἐπίσκοπος πάντας παρεκάλει ἡσυχίαν ἄγειν, καὶ σπουδαιότερον εὐχὴν ὑπὲρ τούτου τῷ Θεῷ προσφέρειν. B C

Mandavit autem Macario Æliensi episcopo, qui et ipse synodo interfuerat, et pro apostolicis dogmatibus acriter pugnaverat, ut in vivifica cruce quærenda sepulcroque divino ac reliquis sanctis religiosisque locis investigandis omnem diligentiam abhiberet. Etiam alios episcopos est adhortatus ut peteret unusquisque, quod ad perfectionem suæ Ecclesiæ necessarium esse cerneret. Agebatur autem decimus nonus imperii ejus annus, quando facta est synodus Nicæna. Post hanc misit imperator matrem suam Helenam, mulierem omni laudum genere ornatissimam, cum litteris, magnaque pecuniæ vi ad Macarium Æliensem episcopum, ut una cum eo vivificum lignum investigaret, sacraque loca ædificiis exornaret, id ipsum exposcente imperatrice, asserenteque divinam visionem sibi oblatam, quæ jusserit ut Hierosolymam sese reciperet, et sacra loca ab improbis obruta, et tanto tempore ex hominum cognitione erepta in lucem educeret. Episcopus autem ubi intellexit imperatricem jam adventare, cum comprovincialibus episcopis obviam processit. Statim vero eis injunxit, ut ad inveniendum desideratum crucis lignum se totos darent. Dubitantibus vero omnibus super hoc, aliisque aliud ex suspicione commemorantibus, Macarius omnes quieto esse animo jussit, et intentissimas Deo preces offerre.

Τούτου δὲ γενομένου εὐθέως ἐδείχθη θεόθεν ὁ τόπος τῷ ἐπισκόπῳ, ἐν ᾧ ἵδρυτο τῆς ἀκαθάρτου δαίμονος ὁ ναὸς καὶ τὸ ἄγαλμα. Τότε ἡ βασίλισσα τῇ βασιλικῇ αὐθεντίᾳ χρωμένη, συναγαγοῦσα πλῆθος πολλῶν τεχνιτῶν καὶ ἐργατῶν ἐκέλευσεν ἐκ βάθρων ἀνατραπῆναι τὸν τῆς δαίμονος ναὸν (60), καὶ τούτου γενομένου ἀνεφάνη τὸ θεῖον μνῆμα, καὶ ὁ τόπος τοῦ Κρανίου, καὶ μὴ μήκοθεν τρεῖς σταυροὶ κεχωσμένοι· ἐπιμελῶς δὲ ἐρευνήσαντες εὗρον καὶ τοὺς ἥλους. Ἐκεῖθεν λοιπὸν ἀμηχανία καὶ θλῖψις κατέλαβε τὴν βασιλίδα, ἐπιζητοῦσαν ποῖος ἄρα ἦν ὁ Δεσποτικὸς σταυρός. Ὁ δὲ ἐπίσκοπος διὰ πίστεως τὴν ἀμφιβολίαν ἔλυσε. Γυναικὶ γὰρ ἀῤῥωστούσῃ τῶν ἐπιφανῶν, καὶ ἀπεγνωσμένῃ ὑπὸ πάντων, καὶ τὰ τελευταῖα πνεούσῃ προσαγαγὼν ἕκαστον τῶν σταυρῶν, τὸν ζη- D

Quo facto, confestim divinitus locus ille episcopo revelatus est, in quo locata erat impurissimæ deæ effigies. Tunc imperatrix, imperatoria utens auctoritate, magno numero opificum et operariorum ex fundamentis dæmonis istius templum subverti jussit: quod simul atque effectum est, apparuit Dei sepulcrum et locus Calvariæ, et non procul inde tres cruces defossæ; diligentius etiam investigantes, invenerunt et clavos. Hic vero alia imperatricem cura invasit, inquirentem quænam de tribus vere Dominica crux esset: quam dubitationem episcopus per fidem dissolvit. Cum quædam primæ nobilitatis matrona, cunctisque nota, graviter ac periculose ægrotaret, etiam fere spiritum exhalaret, productis duabus crucibus, eam, quæ quærebatur, invenit:

NOTÆ.

(57) Sch. Πρὸς τὸν φερώνυμον τὸν τῆς πόλεως ἐπίσκοπον.

(58) Cod. Sch. addit, τοῦ ἐνδόξου σταυροῦ.

(59) Idem cod. Συναγαγὼν τοὺς τῆς ἐπαρχίας ἐπισκόπους, μετὰ τῆς δεούσης τιμῆς ἀπήντησαν αὐτῇ.

(60) Idem cod. Τὸ μυσαρὸν οἰκοδόμημα, τὸν χοῦν πόῤῥω που ἀποῤῥιφθῆναι.

Digitized by Google

simul atque enim sola Dominicæ crucis umbra ægrotam attigit, protinus divina virtute exsiliens, magna Deum voce glorificavit. Imperatrix vero maximo cum gaudio pariter ac reverentia crucem suscipiens, partem ejus cum clavis ad filium retulit, reliquam vero, confecta theca aurea, ejus civitatis episcopo tradidit, in perpetuam omnium gentium memoriam. Quæ postquam præcepisset in loco vivifici sepulcri templum ædificari, et aliud similiter in sacro monte Golgotha, et in Bethleem, ubi Dominus secundum carnem natus fuerat, et in monte Olivarum, ubi Dominus discipulis benedicens, assumptus est, aliisque præclaris id genus confectis, ad filium rediit.

Quam magna cum voluptate suscipiens, venerandæ crucis partem in loculis aureis reposuit, eamque episcopo perpetuo custodiendam dedit, annuis festis inventionem crucis celebrandam præscribens. Clavos autem partim galeæ suæ incudi mandavit; partim equi sui lupatis immiscuit, ut impleretur quod a Domino per prophetam dictum fuerat : « In illa die erit, quod super frenum equi est, sanctum Domino omnipotenti [27]. » Imperator deinde ad Macarium episcopum scripsit, ut ædificationem templorum maturaret, et architectum eo misit, cum magno pecuniæ pondere; cui etiam in mandatis dedit ut diligenter sacra loca ædificiis exornaret, ita ut eorum magnificentiæ nihil toto orbe par inveniri posset. Scripsit etiam ad præfectos illius provinciæ, ut publico ære et sumptibus, et materia illud opus, quantum possent, promoverent. Celebrabat autem tunc imperator splendide imperii sui vicennalia, gratias agens Deo pro omnibus beneficiis tempore imperii in se collatis. Colliguntur autem a Christi in carne præsentia, usque ad tempus inventionis crucis venerandæ, anni trecenti quinquaginta duo : ab Adam vero usque ad tempus, quo Christus in carne apparuit, anni quinquies mille quadringenti et septuaginta quinque.

In urbe autem Ælia successit Macario episcopo Maximinus vir placidissimus et venerabilis inprimis, utpote qui in persecutione plurima tormenta pertulerat; huic oculus alter extritus fuerat. Eodem tempore et beata Helena moritur, ætatis annum agens octogesimum, multa filio suo de Christiana pietate præcipiens. Imperator autem postquam cognovisset absolutam esse structuram templi, quod dicitur, Nova Jerusalem, mandavit episcopo, ut eo se conferret, utque synodum complurium episcoporum indiceret ad sacra loca dedicanda. Episcopus autem iste fuit Eusebius Nicomediensis, qui Ariatούμενον εὗρεν μόνον· ὡς ἤγγισε γὰρ ἡ σκιὰ τοῦ σωτηρίου τῇ θανούσῃ, ἡ ἄπνους καὶ ἀκίνητος θείᾳ δυνάμει παραχρῆμα ἀνεπήδησε, μεγάλῃ τῇ φωνῇ δοξάζουσα τὸν Θεόν. Ἡ δὲ βασίλισσα μετὰ χαρᾶς μεγάλης καὶ φόβου ἀνελομένη τὸν ζωοποιὸν σταυρὸν, μέρος μέντοι σὺν τοῖς ἥλοις ἀνεκόμισε πρὸς τὸν παῖδα, τὸ δὲ λοιπὸν, γλωσσόκομον ἀργυροῦν ποιήσασα, παρέδωκε τῷ ἐπισκόπῳ τῆς πόλεως εἰς μνημόσυνον πάσαις γενεαῖς. Καὶ θεσπίσασα ἐκκλησίαν γενέσθαι ἐν τῷ ζωοποιῷ μνήματι καὶ ἐν τῷ ἁγίῳ Γολγοθᾷ, καὶ ἐν τῇ Βηθλεὲμ, ἔνθα ὁ Κύριος τὴν κατὰ σάρκα γέννησιν ἐτέχθη, καὶ ἐν τῷ ὄρει τῶν Ἐλαιῶν, ἔνθα ὁ Κύριος εὐλογήσας τοὺς μαθητὰς ἀνελήφθη, καὶ ἄλλα πολλὰ καλὰ ποιήσασα, ἀνέστρεψε πρὸς τὸν παῖδα.

Ὁ δὲ μετὰ χαρᾶς αὐτὴν ὑποδεξάμενος, τὴν μὲν τοῦ τιμίου σταυροῦ μερίδα ἐν χρυσῇ θήκῃ ἀποθέμενος παρέδωκε τῷ ἐπισκόπῳ (61) εἰς τήρησιν, ἐνιαυσιαίαις μνήμαις ἑορτάζειν τὴν ἀνάδειξιν τοῦ σταυροῦ προστάξας. Τῶν δὲ ἥλων τοὺς μὲν εἰς τὴν ἰδίαν περικεφαλαίαν ἀνεχάλκευσε, τοὺς δὲ ἀνέμιξε τῷ σαλιβαρίῳ τοῦ ἵππου αὐτοῦ, ἵνα πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν ὑπὸ τοῦ Κυρίου διὰ τοῦ προφήτου λέγοντος, « Ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἔσται τὸ ἐπὶ χαλινὸν τοῦ ἵππου ἅγιον τῷ Κυρίῳ παντοκράτορι. » Ὁ δὲ βασιλεὺς ἔγραψε τῷ ἐπισκόπῳ Μακαρίῳ ἐπισπεύδειν τὴν οἰκοδομὴν, καὶ ἄρχοντα τοῦ ἔργου ἀπέστειλε μετὰ δαψιλείας χρημάτων, παραγγείλας αὐτῷ φιλοτίμως κτισθῆναι τοὺς ἁγίους τόπους, ὡς μὴ εἶναι τοσαύτην καλονὴν ἐν πάσῃ τῇ γῇ. Ἔγραψε δὲ καὶ τοῖς ἡγεμόσι τῆς ἐπαρχίας, παντοίως συνεπιλαβεῖν τοῦ ἔργου ἐκ τῶν δημοσίων πραγμάτων ἔν τε χρήμασι καὶ ἀναλώμασι καὶ ὕλαις. Ἦν δὲ τότε ὁ βασιλεὺς φαιδρῶς ἄγων τῆς εἰκοσαετηρίδος τὴν ἑορτὴν, εὐχαριστῶν τῷ Θεῷ ὑπὲρ πάντων τῶν ἀγαθῶν, ὧν ἐποίησεν ἐν τοῖς χρόνοις τῆς βασιλείας αὐτοῦ. Συνάγονται δὲ ἔτη ἀπὸ μὲν Χριστοῦ παρουσίας ἕως τῆς εὑρέσεως τοῦ σταυροῦ ἔτη τριακόσια πεντήκοντα δύο, ἀπὸ δὲ Ἀδὰμ ἕως τοῦ Χριστοῦ παρουσίας ἔτη πεντακισχίλια καὶ τετρακόσια ἑβδομήκοντα πέντε.

Ἐν δὲ Αἰλίᾳ τὸν Μακάριον ἐπίσκοπον διεδέξατο Μαξιμωνᾶς· οὗτος δὲ πρᾶος ἀνὴρ καὶ ἐπίσημος· ἐν γὰρ τῷ διωγμῷ πολλοὺς βασάνους ὑπέμεινε, καὶ τὸν δεξιὸν ὀφθαλμὸν ἐκκοπεὶς ἀπελύθη. Καὶ ἐν τούτοις τελευτᾷ ἡ μακαρία Ἑλένη ἐτῶν οὖσα π' (62), πολλὰ ἐντειλαμένη τῷ παιδὶ περὶ τῆς εἰς Χριστὸν εὐσεβείας. Μαθὼν δὲ ὁ βασιλεὺς ὅτι τέλος ἔσχεν ἡ οἰκοδομὴ τῆς νέας Ἱερουσαλὴμ, ἐκέλευσε τῷ ἐπισκόπῳ (63) καταλαβεῖν αὐτὴν καὶ συγκροτῆσαι σύνοδον πλειόνων ἐπισκόπων καὶ ἐγκαινιάσαι (64) τοὺς ἁγίους τόπους. Οὗτος δὲ ἦν Εὐσέβιος ὁ Νικομηδείας, ὁ τῶν Ἀρειανῶν δογμάτων ἀντεχόμενος (65). Οὗτος

[27] Zach. xiv, 20.

NOTÆ.

(61) Παρέδωκε τῷ ἐπισκόπῳ Κωνσταντινουπόλεως εἰς τήρησιν ἐνιαυσαίοις μνήμαις ἑορτάζειν τὴν ἀνάδειξιν τοῦ σταυροῦ προστάξας· Ἀλέξανδρος δὲ ἦν τηνικαῦτα ἀποστολικοῖς χαρίσμασι διαλάμπων, μητροφάνην τὸν ὅσιον διαδεξάμενος.

(62) Sch. addit. Ἐπὶ τῇ ὁμολογίᾳ τῆς πίστεως. Κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν ἡ μακαρία Ἑλένη τέλει τοῦ βίου ἐχρήσατο.

(63) Cod. sch. Τῷ ἐπισκόπῳ Κωνσταντινουπόλεως.

(64) Forte, ἐγκαινίσαι.

(65) Sch. Ὁ τῶν Ἀρειανικῶν δογμάτων γενναῖος ὢν πρόμαχος.

Digitized by Google

ἀναθεματισθεὶς ἐν τῇ Νικαέων μετὰ τῶν συνθρόνων (66) αὐτοῦ καὶ ἐξορισθεὶς, μετὰ χρόνον δὲ τὴν φιλανθρωπίαν τοῦ βασιλέως εἰς ἐφόδιον λαβόντες, χαρτίον βασιλικὴν ἀνήνεγκαν τῷ βασιλεῖ, ὁμνύοντες, ὅτιπερ ὑπογράφουσι τῇ ἐκθέσει τῆς πίστεως, καὶ ἐν πᾶσιν ἀκολουθοῦσι τοῖς ἁγίοις Πατράσιν. Πεισθεὶς δὲ τούτοις ὁ βασιλεὺς ἀνεκαλέσατο αὐτοὺς ἐκ τῆς ἐξορίας, καὶ τιμῆς ὅτι μάλιστα πλείστης ἠξίωσε. Σχολάζοντος δὲ τοῦ Κωνσταντίνου πόλεως θρόνου, ταῖς οἰκείαις μηχανίαις χρώμενος τυραννικῶς κατέσχεν τὸν τῆς βασιλευούσης θρόνον ὁ Εὐσέβιος. Ἐπιλαβόμενος δὲ τῆς μείζονος ἐξουσίας καὶ τοὺς ὁμόφρονας αὐτοῦ ἀποκατέστησεν εἰς τὰς τῆς Ἐκκλησίας ὑπηρεσίας, ἐξεώσας τοὺς ἀξίως διενεργοῦντας αὐτάς (67).

norum sectæ adhæserat. Hic in Nicæa synodo condemnatus cum sectatoribus suis, atque in exsilium actus est, postea tamen illi humanitatem imperatoris ad reditum impetrandum periclitantes, epistolam obtulerunt hac sententia : Juramus nos subscribere atque suscipere fidei expositionem, atque in omnibus sanctos Patres sequi, quibus creditis : imperator eos ab exsilio revocavit, maximoque honore cumulavit. Cumque sedes Constantinopolitana vacasset, solitis suis technis utens, tyrannice imperatricis urbis thronum occupavit Eusebius, et majore potestate obtenta, suæ sectæ homines ad ecclesiastica ministeria provexit, legitimos ministros eorum expellens.

Τούτου δὲ γενομένου κατὰ Ἀθανασίου λοιπὸν Ἀλεξανδρείας ἐσχόλαζον, πολλὰς κατ' αὐτοῦ σκαιορίας ἐπινοοῦντες. Ὁ δὲ βασιλεὺς δίκαιον ἡγήσατο καὶ Ἀθανάσιον καλέσαι εἰς τὰ ἐγκαίνια τῶν ἁγίων τόπων. Κελεύει οὖν πρῶτον ἐν Τύρῳ συνελθεῖν τὴν σύνοδον, καὶ τὰ κατὰ Ἀθανάσιον διασκέψασθαι, καὶ οὕτω δίχα πάσης διχοτομίας ὁρμῆσαι πάντας ἐπὶ τὴν ἑορτήν. Ἀπέστειλε καὶ τὸν αὐτοῦ ἀνεψιὸν Δαλμάτιον ἐπόπτην γενέσθαι τῆς συνόδου (68). Συνελθόντων δὲ τῶν ἐπισκόπων ἐν Τύρῳ, παρῆν σὺν αὐτοῖς καὶ ὁ τῆς Αἰλίας ἐπίσκοπος Μαξιμωνᾶς, ἀγνοῶν παντάπασι τὰ κατὰ Ἀθανασίου σωρευόμενα. Ὡς δὲ εἰσῆλθεν Ἀθανάσιος εἰς τὸ συνέδριον, περιέστησαν αὐτῷ οἱ κατήγοροι, μεγάλα καὶ βαρέα αἰτιάματα φέροντες κατ' αὐτοῦ, ἅπερ ὑπέθεντο αὐτοῖς οἱ παρόντες δικασταὶ, Εὐσέβιος ὁ Νικομηδείας καὶ οἱ περὶ αὐτόν. Ἀλλ' οὐκ ἴσχυσαν ἀποδεῖξαι, Ἀθανασίου ἀπολογουμένου, καὶ ἀράχνης δίκην διεσπῶντος τὰ ὑπ' αὐτῶν προτεινόμενα (69). Εἰς μανίαν δὲ τραπέντες οἱ κατήγοροι, ἐφ' οἷς ἐφωράθησαν ψευσάμενοι, συνέχεον ἅπαν τὸ συνέδριον, βοῶντες· Ἄρατε τὸν γόητα, γοητείᾳ γάρ τινι χρησάμενος πάντας ἐφίμωσε. Καὶ ἐφονεύθη ἂν Ἀθανάσιος, εἰ μὴ ὁ ἀνεψιὸς τοῦ βασιλέως ἐξήγαγεν αὐτὸν διὰ στρατιωτῶν ἐκ χειρὸς αὐτῶν.

Deinde contra Athanasium insurrexerunt, multis in eum dolis conflictis. Imperator autem ad Ecclesiarum dedicationem etiam Athanasium advocare æquum censuit, primumque imperat Tyri synodum cogi et Athanasii causam examinari, atque ita omni dissensione deposita, Patres ad dedicationis festum properare. Misit ad hæc consobrinum suum Dalmatium, ut synodi spectator adesset: cumque episcopi convenissent, fuit cum illis etiam Æliensis episcopus, Maximonas, inscius eorum, quæ undique in Athanasium struebantur. Postquam vero in judicio Athanasius comparuit, circumsteterunt eum accusatores, gravia crimina objectantes, ea nimirum, quæ ipsis, qui judicio præerant, suggesserant, nempe Eusebius Nicomediensis, quique cum ipso erant idem molientes. Verum nihil aperte convincere potuerunt, Athanasio se graviter defendente, eorumque accusationes, velut aranearum telas, confringente. Quare accusatores in rabiem versi, aperteque mendacii convicti, omne judicium confundentes, vociferare cœperunt : Tollite præstigiatorem, præstigiis enim utens omnes dementavit. Jamque perierat Athanasius, nisi imperatoris consobrinus eum per milites suos ex eorum manibus abduxisset.

Λόγος δὲ κρατεῖ, ὅτι Ἀθανάσιος ἐκεῖθεν φυγὼν, ἀνῆλθεν εἰς τὴν ἁγίαν πόλιν, καὶ ποιήσας εὐχὴν, καὶ τῷ ἁγίῳ μύρῳ χρίσας καὶ ἁγιάσας τοὺς εὐκτηρίους οἴκους πρὸ τῆς τῶν λοιπῶν ἐπισκόπων παρουσίας, οὗτος κατέλαβε τὸν βασιλέα, πάντα τὰ κατ' αὐτοῦ ἐξειπών. Ὁ δὲ ἀκούσας καὶ θαυμάσας τῶν ἀντιδίκων αὐτοῦ τὴν πονηρίαν, καὶ τιμῆς μεγίστης ἀξιώσας αὐτὸν, μετὰ γραμμάτων βασιλικῶν ἀπέστειλεν ἐπὶ τὴν Ἀλεξάνδρειαν. Παραγενόμενοι δὲ οἱ ἐπίσκοποι εἰς Ἱερουσαλὴμ, φαιδρῶς λίαν ἐπετέλεσαν τὴν ἑορτὴν τῶν ἐγκαινίων, τοῦ βασιλέως ἀποστείλαντος κειμήλια καὶ παντοδαπὰ χρυσᾶ τε καὶ ἀργυρᾶ, λίθοις τιμίοις πεποικιλμένα, καὶ περιπετάσματα πεποικιλμένα καὶ πολύτιμα, καὶ χρήματα ἱκανὰ εἰς

Fama autem est Athanasium, illinc fugientem, in civitatem sanctam pervenisse, fusaque ad Deum oratione ædes sacras sacro unguento perunxisse et consecrasse, antequam cæteri episcopi advenissent, eosque apud Cæsarem antevertisse, omnia ipsi, quæ sibi intentata fuerant crimina, exponendo. Quæ ille audiens, admiratus adversariorum improbitatem, maximis beneficiis atque honore Athanasium afficiens, cum litteris imperiali auctoritate conscriptis, Alexandriam misit. Cæterum cum jam episcopi Hierosolymam venissent, dedicationis festum celebrarunt, imperatore suppeditante magnam pecuniæ vim, ac donaria varia aurea et argentea, pretiosis lapidibus ornata, variegata peripetasmata, magni

NOTÆ.

(66) Sch. Ὁμοφρόνων.

(67) Cod. Sch. Ἐν ταῖς οἰκείαις παροικίαις ἐξεώσας τοὺς προχειροτονηθέντας αὐτῶν.

(68) Sch. Ἐπόπτην γενέσθαι τῆς καταστάσεως τῆς συναθροιζομένης συνόδου.

(69) Cod. Sch. Κατασπῶντος τὰς συκοφαντίας αὐτῶν. Paulo post, καὶ πάντα τὰ κατ' αὐτὸν ἀνεδίδαξεν αὐτόν.

Digitized by Google

pretii copiosamque pecuniam egenis distribuendam, et in subsidium omnibus ad diem illum festum convenientibus. Ut vero audivit Christi amantissimus imperator de sanctorum locorum dedicatione, magnas gratias Deo egit, animumque magis ad Christianam religionem adjecit.

διάδοσιν τῶν πτωχῶν καὶ φιλοτιμίαν πάντων τῶν συνερχομένων εἰς τὴν ἑορτήν. Ὡς δὲ ἤκουσε τὰ κατὰ τὰ ἐγκαίνια τῶν ἁγίων τόπων ὁ φιλόχριστος βασιλεὺς, πολλὰ εὐχαριστήσεν τῷ Θεῷ, καὶ μᾶλλον προσετέθη τῷ Χριστιανισμῷ.

Fuit vero hic tricesimus imperii ejus annus, statimque legem imperiali forma conscripsit, ne cuiquam Judæorum intra sextum ab Hierosolymis lapidem comparere liceret, magnaque ob Dei in se beneficium voluptate perfusus est, cum videret etiam barbaras nationes ad doctrinam veritatis accurrentes, facileque imperio suo subjectas, vivensque alium insuper annum, ac menses paucos, in morbum incidit, in quo baptizatus Nicomediæ obiit. Distulerat enim, ut in Jordane, quod summopere desideraverat, baptizaretur.

Ἦν δὲ τριακοστὸν τοῦτο ἔτος τῆς βασιλείας αὐτοῦ. Νόμον δὲ εὐθὺς ἔγραψε μετὰ βασιλικοῦ τύπου, ὥστε μὴ δύνασθαι φανῆναι Ἰουδαίους εἰς Ἱεροσόλυμα, ἀπὸ ἓξ σημείων κύκλῳ. Ἔχαιρε δὲ ἐπὶ τῇ χάριτι τοῦ Θεοῦ, βλέπων καὶ τὰ βάρβαρα ἔθνη προστρέχοντα τῷ λόγῳ τῆς ἀληθείας, καὶ ἡδέως ὑποτασσόμενα τῷ βασιλεῖ (70). Ἐπιβιώσας δὲ ἔτι ἔτος ἓν καὶ μῆνας ὀλίγους περιέπεσεν ἀῤῥωστίᾳ τινὶ, ἐν ᾗ καὶ βαπτισθεὶς ἐν Νικομηδείᾳ ἀπέθανεν. Ἀνεβάλλετο δὲ τοῦτο ἕως τοῦ τοῦδε καιροῦ, ἐν τῷ Ἰορδάνῃ ποταμῷ τούτου ἀξιωθῆναι ποθῶν.

Cum autem erectiore esset animo, res suas pie disposuit, relictis tribus filiis imperii simul et pietatis hæredibus. Maximum quidem natu, sibique cognominem Constantinum præfecit partibus quæ sunt ad occasum. Alterum vero ejusdem cum avo Constantio nomine, Orientis imperatorem constituit. Minimum natu, Europæ. Nullus vero morti parentis adfuit. Obiit autem celeberrimus imperator Constantinus, annum agens sexagesimum quintum. Imperavit vero pie, Deoque grate annos triginta duos, et relicto terrestri regno, cœleste adeptus est. Venerandas vero ejus reliquias composuerunt milites in urna aurea; feceruntque planctum magnum super eum, lugentes ac si charissimo parente, non dominatore rege orbati essent. At enim Constantius Orientis imperator, acceptum patris cadaver, justisque imperatoriis persolutis, in edito loco condidit, Constantinopoli, in templo Apostolorum, ubi mater ejus Helena sepulta fuerat: in eum enim finem exstruxerat beatus Constantinus illam ecclesiam, ut ibi imperatores et sacerdotes conderentur, ne procul abessent ab apostolicis reliquiis. Mortuus est autem vicesimo primo die Maii, undecimo Kalendas Junii, sub consulatu Feliciani et Tatiani.

Εὔθυμος (71) δὲ γενόμενος διέθετο εὐσεβῶς, τοὺς τρεῖς υἱοὺς καταλείψας τῆς αὐτοῦ βασιλείας καὶ εὐσεβείας κληρονόμους, τὸν πρεσβύτερον τὸν καὶ ὁμώνυμον αὐτοῦ Κωνσταντῖνον ἄρχοντα ἀναδείξας τῶν ἑσπερίων μερῶν. Τὸν δὲ δεύτερον τὸν ὁμώνυμον τοῦ πάππου Κωνσταντίου, τῆς Ἀνατολῆς βασιλέα ἐχειροτόνησεν, τὸν δὲ νεώτερον τῆς Εὐρώπης. Οὐδεὶς δὲ τούτων παρῆν εἰς τὴν αὐτοῦ τελευτήν. Τελευτᾷ δὲ ὁ πανεύφημος Κωνσταντῖνος ὁ βασιλεὺς ὢν ἐτῶν ἑξήκοντα πέντε, ἐβασίλευσε δὲ εὐσεβῶς καὶ θεαρέστως ἔτη τριάκοντα δύο, καὶ καταλείψας τὴν ἐπίγειον βασιλείαν, τῆς οὐρανίου ἀπελάβετο. Τὸ δὲ τίμιον αὐτοῦ λείψανον ἐν λάρνακι στρατιῶται χρυσέῳ ἐνθέντες, ἐποίησαν κοπετὸν μέγαν ἐπ' αὐτὸν θρηνοῦντες, ὡς πατρὸς φιλοστόργου, καὶ οὐ βασιλέως ἐξουσιαστοῦ στερηθέντες. Καταλαβὼν δὲ Κωνστάντιος ὁ τῆς Ἑώας βασιλεὺς, καὶ βασιλικῶς κηδεύσας τὸν πατέρα, ἐφ' ὑψηλοῦ ἀπέθετο ἐν τῇ τῶν ἀποστόλων Ἐκκλησίᾳ ἐν Κωνσταντίνου πόλει, ἔνθα ἀπετέθη ἡ μήτηρ αὐτοῦ Ἑλένη. Εἰς τοῦτο γὰρ ὁ μακάριος Κωνσταντῖνος ᾠκοδόμησεν ἐκείνην τὴν ἐκκλησίαν, εἰς τὸ θάπτεσθαι ἐκεῖσε τοὺς βασιλεῖς καὶ ἱερεῖς, ὅπως μὴ ὦσι μακρὰν τῶν ἀποστολικῶν λειψάνων. Ἐγένετο δὲ ἡμέρα τῆς κοιμήσεως αὐτοῦ εἰκάδι πρώτῃ Μαΐου μηνὸς τῇ πρὸ δεκαμιᾶς καλανδῶν Ἰουνίων, ἐν ὑπατίᾳ Φηλικιανοῦ καὶ Τατιανοῦ.

Cæterum Constantio jam nuper in imperium ingresso, accesserunt ad eum Arianæ vesaniæ principes, adhortantes eum ut adjectum illud, ὁμοούσιον, ex Symbolo fidei tolleret, dictitantes ex hac vocula

Κωνσταντίου δὲ ἄρτι κρατήσαντος τῆς βασιλείας, προσῆλθον αὐτῷ οἱ τῆς Ἀρείου νόσου προστάται, παρακαλοῦντες αὐτὸν τοῦ ὁμοουσίου τὸ πρόσρημα ἐκ τοῦ συμβόλου τῆς πίστεως περιελεῖν. Αἴτιον γὰρ τοῦτο

NOTÆ.

(70) Idem cod. Καὶ ἦν ἰδεῖν ὑποτασσόμενα τῇ Ῥωμαίων βασιλείᾳ. Paulo post: Περιέπεσεν ἀῤῥωστίᾳ δι' ἧς καὶ ἀπέθανεν καὶ ἐν Νικομηδείᾳ διάγων ἐν προαστείῳ τινὶ δέχεται τὸ πανάγιον βάπτισμα· ἀνεβάλλετο δὲ τοῦτο, etc. *Incidit in morbum, quo et obiit. Et Nicomediæ agens in suburbio quodam suscipit sacrosanctum baptisma, distulerat vero hoc*, etc. Sequitur Alexander opinionem Eusebii de baptismo Constantini; sed Eusebium plures refellunt, etiam ex Græcis. Hunc Alexandrum nominatim refutat Glycas, IV part. *Annalium*.

(71) Hæc omnia, usque ad illa, κρατήσαντος τῆς βασιλείας, partim restituta, partim adjecta sunt ex manusc. cod. cryptæ Ferr. Nam in Bavarico pleraque deerant, et quæ aderant, tam depravata erant, ut vix veri sensus scintilla emicaret. Sed accipe ipsa verba: Κατέλειπε δὲ τοὺς αὐτοὺς υἱοὺς τρεῖς ὄντας κληρονόμους τῆς βασιλείας· τὸν μὲν πρεσβύτερον εἰς τὰ Ἑσπέρια, τὸν δὲ δεύτερον τὴν ἀρχὴν ἐνετείλατο, τὸν τρίτον τῆς Εὐρώπης. Οὐδεὶς δὲ τούτων παρῆν εἰς τὴν ἑαυτοῦ τελευτήν. Τελευτᾷ δὲ ὢν ἐτῶν ζε', ἐβασίλευσε δὲ ἔτη λβ'. Ἀνεκόμισε δὲ τούτου λείψανον ὁ Κωνστάντιος εἰς Κωνσταντίνου πόλιν. Ἐτελεύτησε δὲ εἰκάδι δευτέρᾳ τοῦ μηνός. Κωνσταντίου τοίνυν τῆς βασιλείας, etc.

Digitized by Google

ἔφασαν γεγονέναι τῆς τῶν Ἐκκλησιῶν διαιρέσεως. Οὗ ἀρθέντος, οὐκ ἔτι ἔσται ἀμφισβήτησις, περὶ δογμάτων. Ὁ δὲ κουφότητι γνώμης ἀβασανίστως δεξάμενος τοὺς λόγους αὐτῶν, συνέθετο τοῦτο ποιῆσαι, καὶ πάλιν ἦν τάραχος οὐκ ὀλίγος ἐν ὅλῃ τῇ οἰκουμένῃ.

Κατ' ἐκεῖνον δὲ τὸν καιρὸν θαῦμα γέγονεν ἐν Ἱεροσολύμοις πάντα λόγον ὑπερβαῖνον. Ἐπειδὴ γὰρ ἐν τῇ τῶν δογμάτων φιλονεικίᾳ ἐκκοπὴ γέγονε τῶν προσερχομένων τῇ πίστει, σκανδαλιζομένων ἐπὶ τῇ τῶν ἱερωμένων διαφωνίᾳ, οὐρανόθεν ἔδειξεν ὁ τῶν θαυμασίων Θεὸς, ὅτι οὐχ ὁ λόγος τῆς εἰς αὐτὸν πίστεως αἴτιος τῶν σκανδάλων, ἀλλὰ τῶν ἀδοκίμων ἱερέων ἡ σκαιότης καὶ τῆς κακίστης αὐτῶν γνώμης ἡ ἀδιακρασία. Τοιγαροῦν ἄφνω φαίνεται ἐπάνω τοῦ ἁγίου Γολγοθᾶ ἡμέρας μεσούσης παμμεγέστατος σταυρὸς ἐκ φωτὸς κατεσκευασμένος, καλύπτων τὴν τοῦ ἡμετέρου ἡλίου λαμπρότητα τῇ ὑπερβολῇ τοῦ φωτὸς, ἐνώπιον πάντων τῶν τὴν πόλιν οἰκούντων, μικρῶν τε καὶ μεγάλων, πιστῶν τε καὶ ἀπίστων. Κύριλλος δὲ ἦν τότε ὁ τῶν Ἱεροσολύμων ἐπίσκοπος, τὸν ὁμολογητὴν Μαξιμωνᾶν διαδεξάμενος. Τούτου σώζονται κατηχήσεις δεκαοκτὼ, εὐδοκίμως συγγεγραμμέναι, ἐν αἷς τὸ ἅγιον Σύμβολον ἑρμηνεύσας μνήμην τῆς τοῦ ὁμοουσίου λέξεως οὐκ ἐποιήσατο, τῶν καταδυναστευόντων τότε τὰς συσκευὰς ὑφορώμενος. Ἔμεινε δὲ ὅμως σὺν τοῖς ἁγίοις Πατράσι, συνηγορῶν ἀγράφως τῇ Ἐκκλησίᾳ. Οὗτος ἔγραψε τῷ βασιλεῖ Κωνσταντίῳ περὶ τοῦ γενομένου σημείου. Ἄμεινον δὲ τὰ περὶ τούτου διδάξει αὐτὰ τοῦ ἐπισκόπου τὰ γράμματα, ἔχοντα τάδε ·

« Ἐπὶ μὲν τοῦ μακαρίου καὶ ἀοιδίμου πατρός σου τὸ σωτήριον εὕρηται τοῦ ζωοποιοῦ σταυροῦ ξύλον, ἐπὶ δὲ σοῦ, εὐσεβέστατε βασιλεῦ, προγονικὴν εὐσέβειαν ἐπανάγοντος, εἰκότως οὐκ ἐκ γῆς, ἀλλ' ἐξ οὐρανοῦ τὰ θαυματουργήματα. Ἐν γὰρ ταῖς ἁγίαις ταύταις ἡμέραις τῆς Πεντηκοστῆς, νόναις Μαΐαις περὶ τρίτην ὥραν παμμεγέστατος σταυρὸς ἐκ φωτὸς κατεσκευασμένος ἐν οὐρανῷ ὑπεράνω τοῦ ἁγίου Γολγοθᾶ καὶ μέχρι τοῦ ἁγίου ὄρους τῶν Ἐλαιῶν ἐκτεινόμενος ἐφαίνετο, οὐχ ἑνὶ καὶ δευτέρῳ μόνον φανείς, ἀλλὰ παντὶ τῷ τῆς πόλεως πλήθει φανερώτατα δειχθείς, οὐδ' ὡς ἄν τις νομίσαι, ὀξέως ἢ καὶ κατὰ φαντασίαν παραδραμών, ἀλλ' ἐπὶ πλείοσιν ὥραις ὑπὲρ γῆν ὀφθαλμοφανῶς θεωρούμενος, καὶ ταῖς ἀπαστραπτούσαις μαρμαρυγαῖς τὰς ἡλιακὰς ἀκτῖνας νικήσας. Ἡ γὰρ ἂν νικώμενος ὑπ' αὐτῶν ἐκαλύπτετο, εἰ μὴ δυνατωτέρας ἡλίου τοῖς ὁρῶσι παρεῖχε τὰς λαμπηδόνας, ὡς ἅπαν ἐξ αὐτῆς τῆς ἁγίας Ἐκκλησίας συνδραμεῖν τὸ πλῆθος, τῷ τῆς θεοπτίας φόβῳ συσχεθὲν ἐξ οὐρανοῦ θεόθεν γεγενημένης. » Καὶ ταῦτα μὲν ὁ ἐπίσκοπος.

Ἐκ ταύτης δὲ παραδοξοποιίας πολλαὶ χιλιάδες προσετέθησαν τῇ πίστει. Ἕως ὧδε περὶ τῆς εὑρέσεως (72) τοῦ ζωοποιοῦ σταυροῦ ἡ ἱστορία ἔστω,

A omnem Ecclesiarum divisionem exortam fuisse, qua sublata, nullam amplius de dogmatibus futuram controversiam; quem illorum sermonem ille temere, ob mentis nimiam levitatem admittens, concessit id fieri, ortusque hinc est per universum mundum tumultus non minimus.

Circa idem vero tempus res miranda Hierosolymis accidit, quæ omnem orationem superat. Cum enim ob hanc sententiarum diversitatem, variamque digladiationem, magna fieret divulsio eorum, qui recens ad fidem venerant, quod offenderentur hac sacerdotum dissensione, ostendit cœlitus mirabilium ille operator Deus, nequaquam verbum nostræ fidei ansam scandalorum præbuisse, sed solum improbitatem male probatorum sacerdotum B stolidamque mentis perversæ intemperiem. Ecce enim derepente supra sanctum montem Golgotha, medio jam die, pretiosissima crux ex coruscis radiis confecta apparuit, solis nostri claritatem suo splendore obscurans, idque videntibus omnibus, qui civitatem incolebant, pusillis et magnis, fidelibus et infidelibus. Fuitque hoc tempore episcopus Hierosolymitanus Cyrillus, successor confessoris Maximonæ, cujus etiamnum decem et octo Catecheses servantur legitime conscriptæ, in quibus sacrum explicans Symbolum, verbi *consubstantialis* mentionem omisit, principium in se, nisi id fecisset, insidias paratas videns, mansit tamen cum sanctis Patribus, Ecclesiam voce, non scriptis defendens. Hic ad imperatorem de eo, quod acciderat, C scripsit. Clarius autem episcopi ipsius litteræ id edocebunt: eæ ita se habent:

« Tempore præstantissimi ac piæ memoriæ patris tui, salutare vivificæ crucis lignum inventum est. Tuo vero tempore, piissime imperator, tibi avitam virtutem referenti, merito non ex terra, sed ex cœlo signa monstrantur. Sacris enim hisce Pentecostes diebus, Nonis Maii, circa horam tertiam, maxima crux ex luce facta, de cœlo, super sacrum montem Golgotha, usque ad sanctum montem Olivarum extenta apparuit; non uni tantum, aut alteri visa, sed universæ civitatis multitudini apertissime ostensa. Neque ut aliquis forte existimare posset, celeriter secundum phantasiam D percurrens, sed multis horis supra terram manifeste conspecta, splendore suo solis radios longe superans. Certe enim ab illis superata, abscondita fuisset, nisi intuentibus ipsam sole lucidiores radios exhibuisset: adeo ut illico universa civitatis multitudo ad sanctam Ecclesiam concurreret, metu divini istius prodigii cœlitus facti perterriti. » Atque hactenus quidem episcopus.

Ex quo tam stupendo miraculo multa hominum millia ad fidem se applicuerunt. Hæc de vivificæ crucis inventione, totaque historia dicta sint, et

NOTÆ.

(72) Addita sunt ex cod. Crypt. Ferr. scripta, ut apparet, in illos, qui Quiriacum, seu Cyriacum, prius Judam appellatum, Hierosolymitanum episcopum constituunt; ejusque auspiciis crucem inven-

Digitized by Google

nemo seipsum decipiat vana referendo, fabulosasque narrationes peregrinis nominibus contextas argumento huic inserendo. Neque enim ullus alius episcopus præter prædictos fuit, neque alius Romanorum imperator, neque alio modo veneranda crux deprædicata est et promulgata. Ab Augusto enim imperatore, sub quo Christus secundum carnem natus est, usque ad Constantinum Magnum, triginta quinque imperatores intercesserunt. Similiter a Jacobo fratre Domini, usque ad hujus imperium, triginta quinque fuerunt Hierosolymis episcopi. Venerandam autem diem exaltationis sanctæ crucis et dedicationis templi Patres ex imperatorio jussu definierunt quotannis celebrandam decimo quarto die Septembris, in honorem Patris, et Filii, et Spiritus sancti.

III. Laudetur igitur a nobis infimis magnus ille apostolus Barnabas. Celebretur consolationis filius ab hominibus qui Christo crediderunt. Extollatur a quovis homine ille, qui a Patre ipso honoratus, a Filio vocatus, et a Spiritu sancto perfectus est. Barnabas, inquam, magnus Ecclesiæ orator, illa evangelicæ prædicationis tuba, magna Christi vox, Spiritus sancti cithara, divinæ gratiæ plectrum. Barnabas in expediendis pro Christo bellis miles robustissimus : qui corpore in corporeum hostem, simul versans cum apostolorum exercitu, validissime profligavit : qui bonarum disciplinarum religiosus præceptor exstitit, et Christiani ovilis dux certus, et rationalis quidam summi Dei paradisus, omnium virtutum germina florentia in se continens : qui egregium quoddam fidei germen fuit, charitatis rosa, suavissimum odorem emittens, spei flos incorruptus, divinæ gratiæ fructus jucundissimus, illius vitis, quæ vitam omnibus præbet, palmes feracissimus, immortalitatis racemus, mel distillans, patientiæ propugnaculum firmum atque immobile, continentiæ sectator ita validus, ut crucem gestaverit, et adversus Christi interfectores intrepidus militiæ dux fuerit, Christi crucifixi germen ad cœlum usque protensum. Barnabas consolationis filius, pietatis magister, fidei columna ac fastigium, turris firma et immobilis, fundamentum stabile, et crepida indissolubilis, saxum immotum, fluctuantium portus valde tranquillus, fidelis et prudens dispensator, architectus nobilissimus : qui cœlestem in terris semitam tenuit, et parem angelis vitam duxit : qui fuit Ecclesiarum patronus, adjutor pauperum, inopes abunde nutriens, viduarum consolatio, et orphanorum diligentissimus procurator ac pater. Barnabas Christi mysteriorum thesaurus, orthodoxorum sanctæ Dei Ecclesiæ dogmatum minister, ægrotantium medicus liberalis, sanos et valentes homines, firma certaque animi jucunditate afficiens, Christiani gregis custos vigilantissimus, in terris manens, et in cœlis vita atque institutione versans : qui in mundo pietatis dogmata clara et alta voce prædicavit, et in cœlis sempiternam coronam recepit : qui fuit gentium dux, ad Deum eas perducens, et Ecclesiarum Dei beatissimus præco, campus quidam beneolentibus Christi floribus refertissimus, virtutum cœlestem odorem spirantium quoddam rosetum, Christi gratiarum ager fertilissimus : qui vitam valde sinceram ac puram in terris transegit, tam recte in terra vivens, quam angeli ipsi in cœlis vivunt. Idem virtutum exercitatione insignis, contemplationibus et miraculis præstans, virginitatis margarita quædam pretiosa, et castitatis beryllus lectissimus, temperantiæ gemma purissima, Christum in se loquentem habens, electum Dei vas, qui mundum dereliquit, et omnia quæ in illo sunt, quisquilias quasdam duxit, ut Christum tantum lucrifaceret sæculorum Regem. Ille suam crucem sine dubitatione aliqua portavit, et ut verus discipulus prompto animo Christum secutus est : qui dæmones profugavit, et diabolo vulnera inflixit : qui quatuor orbis terrarum fines firmo et constanti gressu peragravit, et ut sacer ac bonus, suique Domini minister amantissimus, omnes gentes Evangelii prædicatione ad Christi fidem convertit. Ille se domicilium paratum præbuit, in quo ejusdem essentiæ particeps Trinitatis habitaret, quique summi Dei templum fieret : Barnabas, inquam, Cypriorum insigne ornamentum, et orbis terrarum propugnator inexpugnabilis, qui Christum ipsum mirum in modum dilexit, et pro ipso quotidie animam suam exposuit ; qui nunc una cum illo in cœlis regnat, et omnibus sæculis regnabit.

IV. Defessa est oratio nostra, dum admirabilem, divinum et optatissimum apostolum Barnabam laudibus extollere cupit, atque contendit, quodque mirum est, nondum ad exordium pervenit. Hujus enim admirabilis viri laudes majores sunt, quam ut nostra oratio illas attingere possit. Earum igitur tractationem, ut orationibus nostris majorem, omittentes, pauca quædam de ejus vita et martyrio ab auctore Stromatum Clemente, aliorumque veterum hominum scriptis, repetita vobis, venerandi auditores, exponam, et ita narrationi huic finem imponemus, divinis Litteris concedentes, ut hujus viri semper decantati et celeberrimi caput magnifico illo præconio coronent : *Erat Barnabas vir bonus, et plenus Spiritu sancto et fide* [a]. Quid huic præconio par, aut unquam fuit simile?

V. Ortum duxit beatissimus hic vir de laudatissima illa tribu Levi, ex qua Moses et Aaron, magni illi Dei prophetæ et populi optimates ortum duxere, cujus cognationis etiam Samuel propheta particeps fuit. Ejus autem proavi bellorum causa cum ad Cypriorum regionem migravissent, æquo animo illic habitabant. Erant autem viri admodum religiosi, Dei legem reverentes, et valde divites : quamobrem et Hierosolymis facultates multas possidebant, et agrum prope urbem illam pulcherrimum, non solum omnium generum fructuosis arboribus elegantem, sed ædificiorum magnitudine valde illustrem. Ex quo enim tempore Isaias propheta ita reliquit scriptum : *Beatus, qui habet semen in Sion, et domum in Jerusalem ;* hanc ejus prophetiam Hebræorum filii corporeo sensu interpretabantur, et ditissimus quisque dabat operam, ut aliquid in urbe Hierosolyma possideret. Cum vero in Cypriorum regione natus esset hic, de quo scribimus, et parentes elegantem puerum vidissent, statim Joseph eum nominarunt, puerum suum patriarchæ illius appellatione honorantes. Factum vero est, ut cum nominis appellatione, morum etiam nobilitas con-

[a] Act. xi, 24.

Digitized by Google

veniret, si quis enim vocem hanc, Joseph, interpretetur, inveniet idem valere quod *Dei additamentum;* additus enim fuit a Deo justus hic vir apostolorum cœtui, et sacro sanctorum consortio. Ad hæc eamdem vocem, Dei gloriam interpretari possumus. Neque quisquam putet verbum hoc exsuperantiæ causa dictum, sed a divinis Litteris sumptum sciat. Ait enim Paulus: *Vir non debet caput tegere, cum sit imago et gloria Dei* [4]. Quod si virum quemcunque, imaginem Dei et gloriam lectissimus ille apostolus appellavit, quid dicemus de hoc viro in rebus divinis perfectissimo?

VI. Cum vero Barnabas ipse adolevisset, illum in urbem Hierosolymam parentes perduxerunt, et Gamalieli legem ac prophetas diligenter edocendo tradiderunt, qui et Paulum, tunc Saulum appellatum, condiscipulum habebat. Quotidie vero Barnabas magis proficiebat, tum doctrina, tum omni virtute, nondum tamen ad Levitarum ordinem aggregatus fuerat, eo quod non erat ætate illa, quam ea res postulabat: adhuc enim cum ephebis numerabatur. Non tamen a templo discedebat, cum in jejuniis ac precibus die ac nocte versaretur. Ita vero leges et reliqua divina scripta memoriter pronuntiabat, ut litterarum monimentis non indigeret, quietemque ipsam tam charam habebat, ut temperantiæ matrem illam esse duceret. Perniciosas vero hominum consuetudines exsecrabatur, ac vehementer fugiebat, purum et a vitiis intactum seipsum ita conservans, ut virtutis esset specimen quoddam. Quamobrem apud omnes existimatione et gloria florebat.

VII. Accidit autem, ut tempore illo Dominus Jesus Christus Hierosolymam veniret, et paralyticum in probatica piscina sanaret, aliaque signa multa et prodigia in templo ederet [5]. Illa omnia cum Barnabas vidisset, obstupuit, et statim ad Christi pedes se abjecit, eumque precatus est, ut illi benediceret. Christus autem, qui cor hominum et animos inspicit, Barnabæ fidem gratam habens, benevole ipsum accepit, et divini sui congressus eumdem participem fecit: quare ad Christi charitatem magis accendebatur. Quam primum vero adiit domum Mariæ matris Joannis, qui Marcus postea dictus est: quæ Maria ejus matertera esse dicebatur, quamobrem et Marcum Barnabæ consobrinum appellabant [6]. Illam cum adiisset: Age, inquit, mulier, veni et vide, quæ patres nostri videre concupiverunt: ecce enim Jesus quidam propheta e Nazareth Galilææ in templo est, magnifica quædam edens miracula, qui multis videtur Messias esse, qui venturus erat. Cum hæc audisset admirabilis illa mulier, relictis omnibus his, quæ habebat in manibus, templum Dei adiit: ubi cum Jesum templi Dominum vidisset, ad ejus pedes se abjecit, eumque sic precata est: Si gratiam inveni, o Domine, in conspectu tuo, veni ad domum ancillæ tuæ, ut ingressione tua famulis tuis benedicas. Ejus petitioni Christus Dominus assensus est; quem mulier illa valde læta in cœnaculum suum accepit. Ex illo igitur die, quoties Dominus Hierosolymam venisset, illic una cum discipulis suis diversabatur, quibuscum et Pascha illic fecit, ubi et mysteriorum sacramenta eosdem discipulos suos edocuit. Sermo enim quidam a Patribus traditus ad nos pervenit, eum, qui lagenam aquæ portabat, quem Dominus ipse discipulis suis præcepit ut sequerentur, Marcum fuisse beatæ illius Mariæ filium. Quod autem illum Dominus non nominarit, sed dixerit; *Ite ad quemdam* [7]; providentia quadam factum est, sicut Patres sancti locum hunc interpretantes dixerunt, ut re obscure dicta hoc nos doceret, Dominum Jesum apud eum diversari, quicunque, se paratum præbet. In illo igitur ipso cœnaculo Dominus Pascha fecit, in illo apparuit Thomæ apostolo, cum a mortuis surrexisset [8]: illuc, postquam Jesus in cœlum assumptus est, discipuli cum reliquis fratribus centum viginti, in quibus erant Barnabas et Marcus, ex monte Olivarum convenerunt [9]: illuc Spiritus sanctus in linguis igneis ad discipulos descendit in die Pentecostes [10]; illic collocata nunc est magna et sanctissima Sion, omnium Ecclesiarum maxima.

VIII. Tunc vero Barnabas secutus est Dominum revertentem ab Hierosolymis in Galilæam. Cum autem multi undique ad Dominum convenirent, et ejus fidem sequerentur, dixit discipulis suis: *Messis quidem multa, operarii autem pauci.* [11] Itaque designavit septuaginta illos discipulos, quorum primus dux, et summus erat magnus Barnabas. Sed nemo audiens apostolos hanc appellationem illi viro imposuisse, temere et sine divino consilio id factum fuisse opinetur: nam Petrus ipse illi nomen hoc imposuit [12], ille, inquam, Petrus, qui per sancti Spiritus revelationem Filii Dei theologiam edidicit [13]. Et quemadmodum Jacobus et Joannes propter virtutem, filii tonitrui vocati sunt [14], ita et Barnabas virtutis suæ causa filius consolationis appellatus est, quippe qui propter sanctitatis præstantiam omnibus consolationi fuit.

IX. Idem cum audisset Dominum docentem: *Vendite quæ possidetis, et date eleemosynam, et facite vobis sacculos, qui non veterascunt, thesaurum nunquam deficientem in cœlis* [15]; nihil moratus, statim rem omnem pretiosam a parentibus mortuis sibi relictam vendidit, et egentibus distribuit: sibi vero solum agrum unum reservavit, unde ali posset. Postea vero quam Dominus crucem perpessus est, et a mortuis resurrexit, ac Spiritum sanctum ad discipulos suos misit, tunc divinus Barnabas Christi charitate magis inflammatus, illum etiam agrum vendidit, cumque multum pecuniæ ex ejus pretio accepisset, omnem pecuniam illam ad apostolorum pedes deposuit, neque quidquam omnino sibi reser-

[4] I Cor. II, 7, 8. [5] Joan. V, 1 seqq. [6] Coloss. IV, 10. [7] Marc. XIV, 13 seqq. [8] Joan. XX, 26. [9] Act. I, 9. [10] Act. II, 1 seqq. [11] Matth. IX, 37; Luc. X, 2. [12] Marc. III, 16. [13] Act. IV, 8. [14] Marc. III, 17. [15] Luc. XII, 33.

Digitized by Google

vavit, suo exemplo omnes discipulos ad eamdem virtutem alliciens [16]. Ille et cum Saulo disputabat, quem ad Christi Domini fidem perducere cupiebat. Saulus autem cum legis institutione diligenter atque accurate niteretur, Barnabam ipsum ut deceptum irridebat, et in Christum maledicta jaciens, fabri filium, idiotam et agrestem hominem appellabat, quem ut et morte violenta sublatum deridebat. Cum vero miracula, quæ per apostolos efficiebantur, et populi multitudinem in dies majorem ad fidei prædicationem confluentem videret, animo cruciabiatur : cumque una cum Libertinis, Cyrenensibus atque Alexandrinis magnum illum Ecclesiæ oratorem Stephanum adortus esset, neque sapientiæ et Spiritui, qui per Stephanum loquebatur, resistere posset, insania et furore multo correptus, inordinatos populi homines contra Stephanum concitavit [17]. Quo interfecto, persecutionem magnam commovit adversus Ecclesiam, quæ erat Hierosolymis.

X. Verum cum ita inordinate Damascum proficisceretur ad vexandos atque affligendos fideles homines, Christus Dominus illum dejecit, et in terram supinum prostravit : qui cum prostratus esset, eum tandem cognovit quem persequebatur, et visu corporeo excæcatus, mentis aciem ad cœli celsitatem omnino erexit. Cum vero Hierosolymam reversus esset, dabat operam, ut Christi discipulis adhæreret : quem tamen omnes illi, multam ejus sævitiam formidantes, fugiebant. At magnus Barnabas illi occurrens, ait : Quousque tandem, Saule, pergis esse Saul : Quare ita petulanter beneficiorum auctorem Jesum persequeris ? Desine horribile illud mysterium oppugnare, quod a prophetis ipsis olim clara voce prænuntiatum est, nostris autem temporibus pro nostra salute patefactum fuit. Hæc cum audisset Saulus, ad pedes Barnabæ se dejecit, multisque lacrymis et clamoribus : Ignosce, inquit, mihi, dux luminis et veritatis magister Barnaba : expertus enim sum, et re ipsa cognovi vera esse quæ tu dixisti. Quem enim ego maledictis persequens, fabri filium appellabam, illum nunc confiteor Dei vivi Filium unigenitum, ejusdem essentiæ, gloriæ et solii participem, coæternum, et principium sæcvum : qui cum sit splendor gloriæ, et character substantiæ invisibilis Dei, in novissimis his diebus propter nos et nostram salutem seipsum exinanivit, formam servi accipiens [19], hoc est perfectum hominem ex sancta Virgine et Dei parente Maria se fecit, non confusionem, non conversionem, nec divisionem, aut separationem passus : et figura inventus ut homo, humiliavit semetipsum, factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis [20] : qui et resurrexit a mortuis tertia die, et apparuit vobis apostolis suis, et assumptus est in cœlum, et sedet ad dexteram Patris, et rursus veniet cum gloria judicare vivos et mortuos, et regni ejus non erit finis.

XI. Hæc cum audivisset divinus Barnabas a blasphemo et persecutore illo dicta, obstupuit, et præ gaudio ejus vultus lacrymis, ut matutino rore flos aliquis, perfusus est : cumque illum amplexus et osculatus fuisset : Ecquisnam, inquit, Saule, te docuit talia divinitus inspirata verba pronuntiare ? Ecquis tibi persuasit, ut Jesum Nazarenum Dei Filium confitereris ? Undenam cœlestium dogmatum tam perfectam scientiam didicisti ? Tum ille, demisso vultu, et lacrymas fundens, ac corde valde compunctus, respondit : Ille ipse Dominus Jesus, quem ego peccator maledictis lacessivi et persecutus sum, hæc omnia me docuit. Nam tanquam abortivo et mihi apparuit, cujus divina et jucunda voce aures ipsas adhuc personantes habeo : sua enim benignitate singulari et omnium maxima prosecutus me fuit, quippe qui mihi prostrato, et miserabiliter jacenti, seipsum defendens, potius quam mihi succensens : *Saule*, inquit, *Saule, cur me persequeris ?* Ego vero horrens et metuens, respondi : *Quis es, Domine ?* Tum ille multa mansuetudine et miseratione me prosequens : *Ego*, inquit, *sum Jesus Nazarenus, quem tu persequeris.* Ob id ego singularem ejus patientiam obstupescens, ipsumque orans, dixi : *Quidnam ego faciam. Domine ?* Tunc ille statim omnia hæc, quæ dixi, et his plura me instruxit [20].

XII. His auditis magnus Barnabas Saulum manu apprehensum duxit ad apostolos, eisque dixit : Quare pastorem fugitis, lupum existimantes ? Quare gubernatorem, ut piratam, propulsatis ? Cur bellatorem optimum, ut proditorem, exsecramini ? Cur Christi Sponsam deducentem, ut thalami direptorem, rejicitis ? (Spiritualis enim est thalamus Ecclesia Dei.) Hunc pro pastore, gubernatore et propugnatore Dominus sibi delegit. Tunc narravit eis Paulus, quæcunque ipsi acciderant in via, quodque vidisset Christum Dominum, et loquentem secum audivisset, ac quemadmodum in urbe Damasco Christi nomen libera oratione prædicasset. Itaque una cum illis in urbe Hierosolyma Christi prædicationem exercebat. Erat autem Judæis ipsis valde molestus atque invisus, quod qui heri et nudiustertius Jesum persecutus fuerat, ille ipse, mutato consilio tunc eumdem illum Jesum Dei Filium esse prædicaret. Consilium itaque inierunt Judæi de Paulo interficiendo. Quod cum didicissent apostoli, eum miserunt, ut in sua patria Evangelium prædicaret [21].

XIII. Cum vero de his, qui propter Stephani cædem atque angustias dispersi, Antiochiam venerant, et Christi Evangelium prædicaverant, auditum fuisset ab iis qui erant Hierosolymis, apostoli beatum Barnabam, magnum et potentem virum, ad sanctissimum Ecclesiæ, quæ illic erat, et Christi gregem pascendum miserunt [22]. Qui cum illuc venisset, multo adjumento fuit hominibus Christi fidem sequentibus : ejus enim divina prædicatione ac do-

[16] Act. IV, 1 seqq. [17] Act. VI, VII, VIII, IX. [18] Hebr. I, 3. [19] Philipp. II, 6. [20] ibid. 8, 9. [21] Act. IX, 1 seqq. [22] ibid. [22] Act. XIII, 1 seqq.

Digitized by Google

ctrina factum est, ut multa populi accessio ad Christum fieret. Cum vero divino Spiritu ductus Barnabas, ab urbe Antiochia egressus esset, urbes omnes ac regiones peragravit, Christi Evangelium longe lateque diffundens, neque prius destitit, quam ad urbem Romam omnium maximam venerit. Ex universis enim discipulis Christi primus Evangelium in urbe Roma prædicavit. Cumque multi ad Christi fidem venissent, et Barnabam ipsum summe honorarent, humana gloria rejecta, clam fugiens, Roma exiit. Etenim beatus ille vir ita omnes homines, qui erant temporibus illis, animi submissione ac modestia superabat, ut ad hujus virtutis culmen perveniret. Id quod declarat ejus historia. Cum enim divinæ Litteræ ubique virum hunc cum primis nominent ac laudent, ipse primas aliis concedens, secundas partes amplexus est, diligenter imitatus Dominum suum, qui dixit: *Discite a me, quia mitis sum et humilis corde* [24].

XIV. Postea cum idem Barnabas ad Ægypti urbem Alexandriam venisset, et Dei sermonem ibi prædicasset, illinc exiit, peragrans deinceps urbes omnes quoad venit Hierosolymam. Unde etiam egressus, reversus est Antiochiam. In qua cum Dei gratia Ecclesiam copiosiorem factam vidisset, valde gavisus est. Inde autem discedens, Tarsum venit [25], Paulum quærens: quem inventum, Antiochiam perduxit. Ibi cum totum annum transegissent, et multum populum ad Christi disciplinam transtulissent, cumque ibi primum Christi discipulos Christianos vocassent, atque illinc accepissent ab Ecclesia, quæ pauperibus distribuerent, ascenderunt rursus Hierosolymam quarto decimo anno postquam Dominus Jesus crucem pertulit, quemadmodum scribit Paulus, cum dicit: *Quatuordecim annis postea Hierosolymam ascendi cum Barnaba* [26]. Cum vero ministerium complevissent, et fidem ac dexteram ab apostolis datam accepissent, ut ipsi ad gentes profecti, ii vero, qui cum Petro erant, circumcisis prædicarent, descenderunt Antiochiam, habentes Marcum ministrum [27]. Missi autem a Spiritu sancto ex urbe Antiochia, venerunt in Cyprum, et totam insulam peragrarunt, Salamina Paphum usque Evangelium prædicantes, et miracula facientes: quo tempore Elymam excæcarunt et proconsulem Sergium Paulum fide illuminarunt [28].

XV. Postea vero quam multos ad Christi disciplinam converterunt, e Cypro discedentes, venerunt Pamphyliam. Cum vero Marcus ipse apostolos vidisset pro Evangelii prædicatione pericula subeuntes, neque honori studentes, sed brevem et caducam hanc gloriam derelinquentes, ad bellum contra infideles homines suscipiendum properare, ipse ad pericula subeunda claudicare cœpit, quippe qui adolescens erat formidolosus, et infirmior, quam ut mortem contemnere posset. Derelictis igitur apostolis, reversus est Hierosolymam ad matrem suam. Cum vero apostoli Barnabas et Paulus opus complevissent ad quod missi fuerant, et infinita pro Christi certamina sustinuissent, venerunt Antiochiam, unde a divina gratia missi sunt ad gentes. Necesse autem fuit rursus proficisci Hierosolymam ad Petrum apostolum propter falsos illos apostolos, qui docebant discipulos, ut se circumciderent et legem servarent [29]. Cum autem Marcus illos ab omnibus honoratos videret, quodque post multa illa verbera et pericula robustiores facti essent, et integris corporibus præditi: propriam imbecillitatem accusans, doluit quod factum a se fuerat, et ad Paulum quidem ipsum erubuit se conferre, Barnabam vero adiit lacrymans: cumque ad ejus pedes se abjecisset, cum rogabat, ut superioris errati veniam impetraret, et ejus precibus firmior fieret in posterum, futurum promittens, ut omnia mortis genera pro Domini nostri Jesu Christi nomine, prompto animo sufferret. Multis his lacrymis magnus ille virtutibus ornatus Barnabas flectitur, eumque hortatus, ut a luctu desisteret: Fiat, inquit, quod Deus vult, modo tu paratus sis præstare quod promiseris.

XVI. Cum vero scripta accepissent, quæ ab Apostolis in urbe Hierosolyma decreta fuerant, descenderunt Antiochiam, et una cum fratribus exsultabant [31]. Marcus autem ipsos animo parum fidenti secutus est. Post hæc visum est Barnabæ et Paulo peragrare urbes omnes, et fratres visere. Tunc Barnabas Paulum rogabat, ut Marcum secum una venire pateretur; quippe paratus esset usque ad mortem pro Christi fide certamen sustinere. Paulus vero contra rogabat Barnabam, ut secum una Marcum non haberent. Hinc occasio quædam nata est, ut apostoli a se vicissim separarentur, divina Providentia id utiliter permittente. Deus enim ipse Marcum populorum et gentium multarum pastorem ac magistrum creaturus erat [32].

XVII. Sed nemo imprudenter proprio affectu metiatur, quod est in sacra de Apostolorum actis historia, quo loco de Paulo et Barnaba narratur illud: Facta est dissensio ita ut discederent ab invicem. Non enim ad hoc iracundiæ aut furoris affectu impulsi sunt Christi apostoli (minime hoc nos cogitemus); nam qui carnem cum affectibus et cupiditatibus crucifixerunt, qui voce magna sic omnes Christo credentes admonebant: *Omnis amaritudo, et ira, et indignatio, et clamor, et blasphemia tollatur a vobis cum omni malitia* [33]; qui fieri potest, ut illi ipsi in hujusmodi affectum inciderint? Scimus autem, et ex divinis Litteris dissensionum diversitatem cognovimus, et vocem hanc παροξυσμὸς in bonam partem accipi solitam, ut cum ait Apostolus: *Consideremus nosmetipsos in provocatione charitatis, et bonorum operum* [34]. Talis fuit et

[24] Matth. xi, 29. [25] Act. xi, 25. [26] Galat. ii, 1. [27] Act. xv, 39. [28] Act. xiii, 1 seqq. [29] Act. xiv, 1 seqq. [30] Act. xv, 1 seqq. [31] ibid. 1 seqq. [32] Ephes. iv, 31. [33] Hebr. x, 24.

Digitized by Google

apostolis dissidendi ratio, hoc est, Dei zelus. Paulus enim accuratam censuram requirebat, apostolicæ professioni convenientem : Barnabas vero ad humanitatem propensior erat ; quamobrem et Marcum secum habens, in Cyprum navigavit [34].

XXVIII. Cumque eam insulam totam peragrasset, populos multos ad Christi fidem convertit, et Salaminam venit, ubi paulisper moratus est, edens miracula, et prædicans regnum Dei : quo loco turbæ multæ ad Christi fidem accesserunt. Disputabat autem cum Judæis in synagoga omnibus Sabbatis, divinarum Litterarum testimoniis Jesum Christum illum esse probans, quem Deus promiserat. Omnes autem Barnabam reverebantur propter divinam quamdam honestatem, quæ in illius aspectu vigebat. Erat enim oris specie valde gravis, habitu ac veste admodum tenui, cujusmodi illorum est, qui delicias abjicientes, in virtutis exercitatione versantur. Erat superciliis contractis, et oculis hilaritatem præ se ferentibus, non torvum aliquid, sed grave quiddam in se habentibus, et reverenter admodum deorsum spectantibus. Oris honestas et labra decora, mellis suavitatem distillantia, in eodem illo inerant. Non enim aliquid unquam pronuntiabat, quod foret supervacaneum. Ejus incessus compositus, et ab ostentatione alienus, totus denique omni ex parte apostolus Barnabas erat tanquam recta quædam Dei columna, omnium virtutum splendor illustris.

XIX. Hic cum in urbe Salamina Christi prædicationem doceret, venerunt e Syria Judæi quidam, qui maledicta in eum conjicientes, quæque ab illo dicebantur oppugnantes, turbam contra ipsum excitaverunt, criminantes nihil veri ab eo dici : sed quem ipse Jesum Christum fuisse diceret, eum fallacem quemdam hominem, et Deo ipsi contrarium fuisse, legem, prophetas et Sabbati observantiam reprobantem. Iidem et Barnabæ interficiendi opportunitatem observabant. Sanctus vero Christi apostolus Barnabas, cum omnes fratres congregasset : Vos, inquit, scitis quomodo una vobiscum omni tempore versatus fuerim, unumquemque admonens et hortans, ut in gratia et Domini nostri Jesu Christi fide constanter permaneatis, et ejus præcepta observetis, et ab omni pravo opere mentem et manus cohibeatis. Namque oportet omnes nos sisti ante tribunal Christi [35], ut recipiat unusquisque propria corporis sui, quæ fecerit, sive bona, sive mala : præterit enim figura mundi hujus, et Dominus venturus est de cœlo judicare vivos et mortuos. Nolite igitur negligentes esse, scientes, quod qua hora non putatis, Dominus noster veniet [36]. Ærumnas et labores libenter perferatis, corda vestra spe confirmantes, quod adventus Domini prope sit. Recordemini quæ vobis sæpe dixi, præsentis vitæ res, sive prosperæ, sive adversæ sint, breves et caducas esse, omniaque hæc celeriter præterire : futuri vero illius sæculi bona semper in eodem statu permanere, æterna et finem nullum habentia. Neque enim regnum cœlorum aliquando præterire poterit : neque judicium illud finem habebit, sed semper erit, his qui peccando vitam transegerunt, immortalem pœnam afferens, et finem nullum habituram. Date igitur operam, ut sine culpa et labe in die illo extremo inveniamini, ne in gehennam sempiternam decidatis. Memoria repetite, quot signa et prodigia per me servum suum Deus ipse apud vos effecerit, et pro me Deum orate. Ego enim jamjam immolandus sum, et tempus illud prope est, quo ab hoc corpore dissolvendus sum, sicut Dominus noster Jesus Christus mihi significavit. *Bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi : nunc reposita mihi est corona justitiæ, non solum autem mihi sed et omnibus qui propter Christi confessionem certamen sustinuerint* [37].

XX. Hæc cum dixisset, una cum omnibus Deum oravit : multusque fletus hominum fuit, eo quod Apostolus ille dixerat tempus prope esse, quo a corpore dissolvendus foret. Barnabas vero cum panem et calicem sumpsisset, et divini ministerii ordinem totum complevisset, una cum fratribus particeps factus est Eucharistiæ mysteriorum. Quo facto Marcum secum habens secessit, et ipsi seorsum dixit : Hodie infidelium Judæorum manibus me consummari oportet : tu vero extra civitatem occidentem versus egredere, et corpus meum invenies : quod cum sepelieris, exi e Cypro, et ad Paulum proficiscere, et esto cum illo, quoad Dominus res tuas disposuerit : futurum enim est, ut nomen meum per totum orbem terrarum divulgetur.

XXI. Post hæc ingressus est Barnabas in synagogam, et Judæos ipsos docebat, illis persuadere studens Dominum Jesum esse Christum viventis Dei Filium. Illi vero Judæi, qui e Syria illuc venerant, furore perciti, e synagoga surrexerunt, et manibus in eum conjectis, in obscuram quamdam synagogæ illius cellam usque ad multam noctem custodierunt. Cumque illum eduxissent, et multis cruciatibus affecissent, postremo nefarii homines eumdem lapidaverunt, et accenso rogo quodam magno, beatum Barnabæ corpus in eum conjecerunt, ut nullæ ipsius reliquiæ superessent. Divina vero Providentia factum est, ut apostoli corpus integrum permaneret, neque ab igne ipso læderetur. Marcus igitur, ut Barnabas præceperat, extra urbem egressus occidentem versus cum quibusdam fratribus, reliquias sancti Barnabæ clam abstulit, et in spelunca quadam, stadiis fere quinque ab urbe distante, sepelivit. Mox in urbem reversi, planctu et lacrymis eum prosecuti sunt.

XXII. Illo autem tempore contra Salaminæ urbis Ecclesiam persecutio magna commota est, om-

[34] Act. xv, 37 [35] II Cor. v, 11. [36] Luc. xii, 40. [37] II Tim. iv, 7.

Digitized by Google

nesque alii alio dispersi sunt. Itaque sancti apostoli Barnabæ sepulcrum deinde ignotum erat. Proinde Marcus cum e Cypro navigasset, ad Paulum venit, qui erat Ephesi, eumque de Barnabæ martyrio certiorem fecit. Id cum illa audivisset, lacrymavit, et Marcum secum tenuit. Postea vero cum Petrus apostolus divina revelatione jussus esset Romam proficisci, secum duxit et Marcum, quem quodammodo sibi filium genuerat. Illi cum essent in urbe Roma, Evangelium Marcus conscripsit : quod Petrus apostolus legit, et divino Spiritu scriptum cognovit atque approbavit. Itaque Marcum ipsum per manuum impositionem ordinavit, et ut maxime idoneum in urbem Ægypti Alexandriam, Libyam et Pentapolim misit. Quo cum Marcus venisset, Domini Jesu Christi Evangelium illis regionibus prædicavit, ita ut multi ad Christi fidem conversi fuerint. Cum vero novem annos Dei fidem Marcus in ea regione docuisset, martyrio in urbe Alexandria functus est.

XXIII. Multo autem tempore postea, cum Christiana fides latius fusa esset, et imperatores Christiani Romanorum imperio potirentur, miracula quædam magna Deus ipse in eo loco edebat, ubi reliquiæ sancti apostoli et generosi martyris Barnabæ repositæ fuerant. Nam cum multi homines impuros spiritus habentes per locum illum transirent, spiritus ipsi voce magna clamantes egrediebantur. Multi etiam paralytici, et claudi, variisque morbis et cruciatibus vexati, ad eum locum profecti pernoctabant : qui omnes curabantur : ob idque Salamina civitas gaudio magno perfundebatur. Quod vero divina quædam potentia in eo loco miracula efficeret, id quidem omnes cognoscebant : quænam tamen esset causa gratiæ illius tam copiosæ, id nequaquam intelligere poterant. Regionem autem illam sanitatis locum indigenæ appellabant.

XXIV. Cum vero beatus Martianus obiisset, sanctæ memoriæ Leo imperio successit. Huic erat gener Zeno Isaurus genere, qui post Leonem et ipse imperator fuit. Tempore autem illo in religioso Acœmetensium monasterio exstitit monachus quidam, qui, ut Judas inter apostolos, diaboli mores imitabatur. Illi nomen erat Petrus, qui fullonis artem exercebat, sanctam vero synodum in urbe Chalcedone celebratam aversabatur, et dogmatis Eutychiani erat propugnator. Ejusmodi hominem, ut corruptorem et pestilentem, atque apostolicorum dogmatum hostem acerrimum, ejus loci homines e monasterio expulerunt. Qui cum illinc expulsus fuisset, Constantinopolim profectus est, et assentatorum vitam imitatus, modo hanc, modo illam domum obibat, ventri et gulæ serviens : cumque exsecrabilis suæ hæresis participes homines quosdam honore præditos invenisset, illis adhærere cœpit, per quos etiam in ejus notitiam venit, qui erat gener imperatoris, patricius et excubitorum comes : sic enim appellabatur, qui excubiis præsidebat. Itaque Petrus ille cum religionis specie quadam se indulsisset, erat quidem assidue cum Zenone imperatoris genero, non audebat tamen propriam impietatem aperire. Eumdem autem Zenonem ad Orientis partes proficiscentem secutus est fullo ille usque ad urbem Antiochiam : ubi cum multos Apollinaris sectatores invenisset, una cum illis contra patriarcham temeritatem exercuit, adversus eum seditiosissimum quemque hominem concitans, et Chalcedonensem synodum convicians, ac patriarcham ipsum Nestorianum appellans.

XXV. Cum igitur Antiochena civitas multa seditione et tumultu perturbaretur, Petrus ille comitem Zenonem dolo aggressus : Nisi, inquit, hujus civitatis episcopus permutetur, fieri non potest, ut populus quiete vivat. Quinetiam multam auri vim ei proposuit, si ab eo impetraret quod petebat : patefecit enim illi consilium suum, quod antea occultaverat. Tunc infames quosdam et improbos homines, qui eadem, quæ ipse, sentiebant, persuasionibus suis secum duxit, et gravissima quædam scelera contra patriarcham falso conficta, ad imperatorem detulit. Sed ejus malitia nihil profecit, cum imperator apostolicorum dogmatum esset propugnator. Postea vero quam Leo ipse terrestre imperium dereliquit, et ad immortale illud regnum translatus est, imperio successit Zeno. Antiocheni vero, quos supra diximus, imperatori supplicationem obtulerunt, petentes fullonem illum Petrum sibi episcopum creari. Id quod factum est, auro ipso omnibus qui erant in aula regia, persuadente, ut Petri Fullonis patrocinium susciperent. Statim igitur ut Petrus ille ordinatus est episcopus, sanctam Chalcedonensem synodum anathemate fuit detestatus. Cumque Apollinaris sectatoribus placere studeret, qui Theopassiani appellabantur, eo quod Deum ipsum passum fuisse dicebant, novitatem quamdam pessimam excogitavit ut hymno illi, qui Trisagion appellatur, hoc etiam in fine adderet : *Qui crucifixus est propter nos.* Hæc cum sancti episcopi et Patres nostri audivissent, ad pravam illius opinionem refrenandam alacri et prompto animo aggressi sunt : et primum quidem litteris eum ab impietatis voragine revocare conati sunt. Sed cum eumdem repugnantem majore audacia et temeritate contra fidem orthodoxam efferri vidissent, omnes, qui sunt in orbe terrarum, episcopi, sententia pronuntiata, sub anathemate illum expulerunt.

XXVI. In hac orationis parte libenter eos, qui ex nostris hominibus non vitio, sed quadam mentis levitate, novitatem hanc temere amplexati sunt, his verbis compellarem : Quænam causa vos, fratres, adduxit, ut recte sentientem Patrum nostrorum doctrinam relinqueretis, et novitatem ab hæreticis nuper excogitatam sequeremini? Animadvertendum vobis erat, quemadmodum sancti Patres nostri non fictas fabulas secuti, nobis hunc hymnum canendum tradiderunt, sed divina quadam revelatione docti, quæ non uni aut alteri, neque in aliquo terræ an-

Digitized by Google

gulo, sed meridie ipso in luce clarissima universo Constantinopolitanæ urbis populo Christi amantissimo facta est, quo tempore beatissimus Pater episcopus et magister cum primis probatus Proclus Constantinopolitanæ sedi præsidebat. Quidquid autem divina gratia suggerente divinitus nobis revelatum est, illud nulla ex parte mancum, sed omnino perfectum est, et ad salutem idoneum, non indigens humanarum argumentationum inventis, neque additamento, vel subtractione aliqua, ut divinæ Litteræ docent, cum dicunt : Verbum, quod ego præcipio tibi hodie, vide ut illud valde observes, neque quidquam addas, neque ab eo aliquid imminuas, cum revera divinis eloquiis aliquid addere, vel detrahere, periculosum, ait, et perniciem iis, qui hæc faciunt, magnam afferat : non enim ii sumus, qui Christum corrigere possimus, sed qui Christo subjici et obedire debeamus. Hæc, et multa alia licet de hac re dicere nostris hominibus ita sentientibus, quos doceri cupimus, extremæ inscitiæ esse, hæretici hominis novitatem admittere. Desinant igitur cum hæretico homine deinceps sentire.

XXVII. Itaque cum Petrus ille ab omnibus episcopis sub anathemate (ut diximus) damnatus esset, et Zeno propter invasionem Basilisci ab imperio aufugisset, ipse quoque fugiens ad ignota quædam loca se contulit. Postea vero quam Zeno ad imperium reversus est, Petrum Fullonem requisivit, et Antiochenæ Ecclesiæ episcopum restituit, cum nondum anathemate liberatus esset : beatum vero Calendionem patriarcham in Oaxim exsulem relegavit, Fullone illo Antiochenæ sedis episcopatum vi capiente. Qui ut impius, et nullam spem reliquam habens, tyrannidem ipsam impune, vel scelerate potius exercebat, interficiens, proscribens, et omnes eos fugans, qui nolebant cum ejus impietate communicare. Sed hæc quidem missa faciam, cum multa sint, et propriam historiam requirant. Conferet autem se oratio nostra ad id, quod magis urget, ut sancti apostoli Barnabæ gratiam omnibus notam faciamus, et quanta patriam suam cura et benignitate prosequatur, declaremus.

XXVIII. Cum nondum contentus esset Petrus Fullo innumerabilibus illis malis, quibus Orientis partes affecit, in provincias etiam illas, quæ nihil ad eum pertinebant, manus injecit. Cum enim imperatoris, et eorum qui erant apud imperatorem gratiosi, lenitatem auro sibi comparasset, ipsius etiam Dei legem deinceps contempsit, et Cyprios homines Dei et fidei amatores, ac recta sentientes, omnibus modis vexare cogitavit, quoniam ejus insulæ habitatores pietatem a patribus suis traditam servantes, recusabant cum ejus impietate communicare. Itaque Cypri sedem sanctissimam, et a principio inde usque ab apostolorum tempore liberam, ipse arripere et sibi subjicere aggressus est, idque ad imperatorem retulit, falsum deferens ac dicens : Quoniam verbum Dei ab urbe Antiochia ad Cyprum insulam manavit, ob id Cypri Ecclesiam sub Antiochenæ sedis patriarcha esse oportet, quandoquidem apostolica et patriarchica sedes est.

XXIX. Hæc ille rectæ fidei et sententiæ desertor contendebat, cum tamen non ignoraret ea quæ in urbe Epheso sancta illa synodus, Cyrillo præsidente, definierat, a se violari atque corrumpi. Sed pietatis præco, et sanctissimus apostolus Barnabas patriæ suæ opportuno tempore subveniens, illius Petri stultitiam vel malitiam potius redarguit. Cum enim episcopus Salaminæ jussus fuisset ad regiam urbem se conferre, et adversus Antiochenos coram patriarcha causam dicere, præ timore torpescebat, Fullonis illius insidias suspectas habens. Erat tunc Salaminæ urbis episcopus Anthemius, vir cum primis admirabilis, quod ad rectam fidem et vitæ innocentiam pertineret, sed ad disputationem cum adversariis sustinendam, parum valebat. Cum igitur ancipiti cogitatione fluctuaret, neque certum haberet, quid ageret, num videlicet Constantinopolim proficisci deberet, necne : nocte in somnis astitit illi quidam, divinam quamdam speciem præ se ferens, et luminis splendore multo effulgens, lucidaque veste indutus, ac sacro habitu decorus, qui et hæc dixit : Cur ita tristis es nunc, episcope? Quomodo tantus iste torpor te corripuit? Cur vultus tuus ita concidit? Nihil mali ab adversariis tuis patieris. Hæc cum dixisset, ab Anthemio discessit; qui experrectus, et timore perterritus episcopus, in faciem se prostravit et multis lacrymis Deum ita precatus est ; Domine Jesu Christe, Fili Dei vivi, adjuva Ecclesiam hanc. Scio autem, quod illam adjuvas. Si visio hæc a te profecta est, fac, quæso, ut eadem iterum, ac tertio mihi ostendatur ut te mecum esse certo scire possim.

XXX. Interea episcopus ille divinis precibus attentius vacabat, ab omnium hominum congressione remotus. Nocte autem, quæ deinceps consecuta est, cum astitisset idem ille vir eadem forma et habitu, quo antea visus fuerat : Jam, inquit, tibi dixi nihil mali te passurum ex iis quæ tibi adversarii minantur. Nihil igitur suspicans, prompto animo ad urbem Constantinopolim venias. Hæc cum dixisset, discessit. Episcopus vero rursus Domino gratias egit neque quidquam alicui dixit, sed exspectabat tamen revelationem tertiam. Nocte igitur consequente idem vir apparuit, qui gravius eum increpans : Quousque inquit, non vis credere verbis meis, quæ diebus his complenda sunt? Proficiscere in urbem regiam prompto et alacri animo : illic enim cum gloria reverteris, neque quidquam mali ab adversariis passus fueris, cum Deum ipsum propter me servum suum tui pugnatorem habeas. Tunc episcopus : Quæso, inquit, domine mi, dic, quis es tu, qui hæc mecum loqueris? Tum ille ait : Ego sum Barnabas, discipulus Domini nostri Jesu Christi, segregatus a Spiritu sancto, ut una cum Paulo apostolo electionis vase munus apostolicum inter gentes exercerem. Hujus rei signum hoc habeas : Egredere

Digitized by Google

extra urbem occidentem versus stadiis quinque, in eam regionem, quæ Sanitatis locus appellatur (per me enim Deus ipse in loco illo miracula efficit), et sub arbore Siliqua effodias : speluncam enim atque arcam invenies, quoniam illic totum corpus meum conditum est, et Evangelium manu propria scriptum quod a sancto apostolo et evangelista Matthæo excepi. Quoniam vero adversarii tui sursum et deorsum miscentes omnia, et jura quædam objicientes, tecum disceptant, Antiochiæ sedem apostolicam esse contendentes, et tu contra jus tuum illis opponas : Et mea, inquiens, sedes apostolica est : nam et apostolum habeo in patria mea. His dictis, Barnabas discessit.

XXXI. Episcopus vero experrectus, Deum adoravit, totoque clero et populo Christi amantissimo congregato, exiit in eum locum, quem per revelationem didicerat, multo apparatu, et cruce ipsa prælata. Cumque preces ad Deum misisset, jussit locum effodi : quem postquam paulum fodissent, invenerunt speluncam lapidibus obstructam. Illis autem sublatis, apparuit arca illa : qua detecta, invenerunt venerandas sancti et venerabilis apostoli Barnabæ reliquias, suavem gratiæ spiritualis odorem spirantes, invenerunt etiam Evangelium supra Barnabæ pectus impositum. Illam vero arcam plumbeo sigillo munierunt. Cumque Deum precati essent et adorassent, discesserunt, viris religiosis in loco illo ab ipso episcopo constitutis, qui vespertinis et matutinis hymnis Deum collaudarent. Ille igitur insigniores episcopos secum habens, venit in urbem regiam Constantinopolim, et ad patriarchæ domum deductus est. De cujus adventu cum imperator audivisset, patriarchæ ipsi mandavit, ut cum synodo, quæ illuc convenerat, omnium partium controversiam audiret, et quod illi videretur decerneret. Coacto igitur concilio, cum causa illa tractaretur, adversarii afferebant sua jura, ut sibi videbantur, quod Antiochena sedes apostolica et patriarchica sedes esset : ob idque contendebant et alias provincias sibi subjectas esse debere.

XXXII. Hæc cum assererent, iis, qui præsentes erant, rationi consentanea dicere videbantur. Beatus vero Anthemius paulum moratus, contra objiciens : Et mea, inquit, sedes apostolica fuit inde usque a principio et libertate honorata, qui et apostolum habeo in patria mea integro corpore constantem, beatissimum, inquam, illum Barnabam, sanctarum laudum præconiis celeberrimum. Hoc cum Anthemius opposuisset, nihil loci adversariis relictum est, cum episcopi, qui præsentes erant, silentio Anthemii orationem confirmassent. Adversarii vero ipsi rubore perfusi, muti remanserunt, responso illo tam justo perculsi. Hæc cum imperator audivisset, episcopum Cypri ad se accersiri jussit, et de revelatione sancti apostoli Barnabæ diligenter ab eo quæsivit. Ille nihil ex his, quæ vera cognoverat, occultavit, sed ordine rem omnem imperatori narravit. Ille hæc audiens, valde gavisus est, divinæ gratiæ divitias admirans, quod imperii sui temporibus tantum miraculum a Deo factum cognosceret.

XXXIII. Tunc Antiochenæ urbis episcopum illinc expulit, et jussit, ut in posterum Cypri episcopo, quod ad eam causam pertinebat, nihil omnino molestus esset. Beatum vero Anthemium episcopum ita rogavit : Quoniam sancti pontificatus tui temporibus Domino nostro Jesu Christo placuit, sanctum suum apostolum Barnabam revelare, jube, quæso, celeriter Evangelium illud, quod inventum est, nobis afferri. Id si feceris, mihi filio tuo gratissimum erit : habebis enim et meipsum posthac tibi, pater, in omnibus obtemperantem. Assensus est ejus petitioni episcopus, et quemdam ex iis, quos secum habebat, una cum fidelissimo imperatoris ministro episcopum misit, qui Evangelium illud in urbem Constantinopolim attulerunt. Erant autem libri tabellæ thyinis lignis compositæ. Evangelium illud imperator in manus sumpsit, et deosculatus est, auroque multo exornatum in palatio suo reposuit, ubi ad hodiernum usque diem servatur, et in magna quinta Paschæ feria quotannis in palatii oratorio Evangelium ex eo libro recitatur. Episcopum vero Anthemium magnis honoribus prosecutus, pecuniis multis donatum, ad insulam Cyprum remisit, eique mandavit ut sancto apostolo Barnabæ templum in eo loco erigeret, ubi venerandæ ipsius reliquiæ inventæ fuerant. Multi autem ex optimatum numero pro illius templi ædificatione pecuniam contulerunt.

XXXIV. Ille igitur in Cyprum reversus, multos artifices atque operarios collegit, et ædificationi non mediocrem operam dedit, et apostolo Barnabæ templum valde magnum tum ædificio, tum multo et vario ornatu insigne construxit. Ad eam vero templi partem, quæ ad Libyam spectat, aulam quamdam composuit, quatuor porticus habentem, et cellas hinc atque illinc e regione sibi oppositas in aula construxit, ut qui divina officia in templo illo monachi celebrarent, in illis cellis habitare possent. Quin etiam e longinqua regione aquæ ductum derivari fecit, et in medio atrio concham quamdam pulcherrimam construxit, in quam aqua illa defluaret, ut tam qui eo in loco habitabant, quam qui peregre venissent, abunde aquis illis frui possent. Multa etiam alia hospitia illic ædificavit, in quibus peregrini et hospites recreari possent, ita ut qui locum illum vidisset, parvæ alicujus et jucundæ urbis figuram videre sibi visus esset. Dein arcam illam, in qua Barnabæ apostoli reliquiæ conditæ erant, in dextera sacræ aræ parte collocavit, qui locus multo argento et marmoreis columnis ornatus erat. Diem vero festum, quo beati apostoli et generosi martyris Barnabæ memoria celebraretur, Patres agi per singulos annos constituerunt, in Idus Junii, ut Romani numerant : ut vero Cyprii Constantienses, die undecimo ejus mensis, qui ab illis dicitur Mesores, et decimus numeratur : ut

Digitized by Google

autem Asiani homines, vel Paphii numerant, decimo nono mensis, qui Phthipatus dicitur, et nonus numeratur. Hoc igitur anni tempore in eum locum, quem supra diximus, gentiles plurimæ conveniunt, et divina officia concelebrant in gloriam Patris, Filii, et Spiritus sancti, cui debetur gloria in sæcula sæculorum. Amen.

XXXV. Reliquiarum sancti apostoli Barnabæ revelatio ita se habuit, ut diximus. Quæ vero miracula quotidie a sanctissimo ipsius sepulcro abunde proficiscuntur, ea si quis conscribere velit, ne multis quidem voluminibus (ut opinor) illa complecti poterit. Nos igitur ad eorum, quæ supra diximus, memoriam redeuntes, virum hunc pietatis causa omnibus certaminibus egregie functum, ob idque cœlesti corona donatum, hymnis divinis prosequamur, et eumdem beatum prædicantes, laudum præconiis celebremus. Hic enim, tanquam oliva quædam fructifera, in domo Dei plantatus quotidie fructus suavem odorem spirantes Deo ipsi offert. Hic imperatorum gloria, sacerdotum jucunditas, populorum exsultatio, eorum, qui angustiis premuntur, consolatio, afflictorum profugium ac recreatio, desperatorum spes atque adjutor, peregrinorum requies, ægrotantium medicina, sanorum custos, spiritualium gratiarum fons, Ecclesiæ murus, orthodoxorum firmamentum, fidelium hominum propugnatio, totius orbis terrarum decus. Cæterum tot et tantæ sunt, beatissime apostole Jesu Christi Barnaba, laudes tuæ, ut omnium hominum mentem atque orationem superent. Nihilominus tamen nostri ser- A monis paupertatem exiguam illam quidem, sed promptam certe, acceptam habens, pro nobis apud eum, quem dilexisti, Christum unigenitum Dei Filium et Verbum, intercedere non graveris, ut ille a præsenti et laborioso hoc sæculo nos eripiat, nobisque concedat, ut remissionem peccatorum, clementiam et misericordiam multam assequamur in illo die terribili, cum venerit judicare vivos et mortuos.

XXXVI. Tuum vero successorem, qui sanctam sedem tuam gubernat, firmam atque immobilem, cujus et tu propugnator fuisti, fidem eodem sensu tuentem, orthodoxæ veritatis legitimum et verum doctorem, Salvatoris nostri imitatorem, pastorem et Patrem nostrum, qui præsens est, et sanctam tui memoriam illustrem repræsentat, Deum exora, B ut multis annorum circulis in sanctissima tua sede conservet valentem, et populum ipsius in pace et tranquillitate regentem, qui et veritatis doctrinam omni cum sanctitate et justitia dirigat. Te insuper oramus, ut qua cura patriam tuam semper prosecutus es, eadem et nunc illam prosequaris, eamque tuis sanctis apud Deum precibus custodias, et a scandalis operantium iniquitatem eripias, ut in pace, modestia ac pietate vitam in hoc sæculo ducamus, et misericordiam Domini nostri Jesu Christi exspectantes, ad æternam illam vitam pervenire possimus, cujus nos omnes participes fieri optamus gratia, misericordia et benignitate Domini nostri Jesu Christi : cui gloria sit, Patrique et sancto Spiritui, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

Digitized by Google

INDICES.

I.

INDEX RERUM ET VERBORUM MEMORABILIUM

QUÆ IN PROCOPII COMMENTARIIS IN OCTATEUCHUM EXPLICANTUR.

Revocatur lector ad numeros grandiori charactere in textu expressos.

A

Aaronis virga, 408.
Ab aliquo esse de causa dicitur, 81.
Abies justitiam denotat, 210.
